BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III

XX
B
6

NAPOLI

MANUALE JURIS,

In qvo

Rerum, Verborum, Terminorumqve Juridicorum ſignificationes, differentiæ & ambiguitates, uſui cupidæ LL. Juventutis ex Jure Civili, Canonico, Feudali ac Saxonico,

nec non

Ex exqviſitis acutorum Neotericorum Interpretum commentariis compendioſè & ſummatim ſecundùm ordinem alphabeticum ſunt concinnatæ & collectæ

à

SEBASTIANO ALMERS,

Sereniſſimi Electoris Brandenburgici Conſiliario, & Advocato Aulico.

In fine annexa ſunt

PRINCIPIA

Sive

GENERALIA UTRIUSQVE JURIS AXIOMATA;

cum Indice.

Editio tertia prioribus auctior.

Francofurti & Lipſiæ,

Sumptibus Christiani Weidmanni,

Typis Christiani Scholvini.

Anno 1680.

Digitized by Google

VIRO
MAGNIFICO, NOBILISSIMO, CONSULTISSIMO AC SINGULARI RERUM GERENDARUM PRUDENTIÆ EMINENTISSIMO,

DN. FRANCISCO MEINDERS,

JCTO. EXCELLENTISSIMO,

SERENISSIMO ET POTENTISSIMO
ELECTORI BRANDENBURGICO
A CONSILIIS BELLICIS INTIMIS,
PATRONO ET MOECENATI SUO
Plurimùm obſervando,

S. P. P.

QVam vehementer humanum genus naturali pronitate ad jurgia tendat, apertum eſt omnibus. Aſſiduum enim inter orbis incolas contendendi cupido [m]alum, eosqve ad exitium usqve fatigat.

gat. Qvod docet uſus, qvod monſtrat experientia. Nec rarò accidit, ut unicum etiam verbulum homines per diſſenſionem in plures dividat partes. Qvi Doctorum deciſiones & conſilia pervolutat, diverſas opiniones de unius ejusdemqve termini intellectu videbit. Vix ullum occurrit inſtrumentum aut ſcriptum, in qvo orta lite non utraqve pars pro ſua opinione hujus vel illius verbi hanc vel illam ſignificationem prætendat, aut opponat. Prima itaqve de vocum expoſitione ubiqve eſt diſſertatio. Idcircò multa in toto jure de verborum & rerum denotatione paſſim tractantur. Nec vix ullus in univerſo jure exhibetur titulus, cui per verborum declarationem lumen qvoddam non inferatur. Hinc omninò, ut cum Ulpiano loqvar, è re eſt, in principio de verbis eorumqve ſignificatione dicere. Nimirum ut omnis dubitandi occaſio, qvæ ex vocabulorum ambiguitate naſci ſolet, præcidatur. Nam verborum cognitio eſt via, qvæ nos ad multarum legum provehit verum intellectum. Et qvis à Qvintiliano alicubi vanè ſcriptum judicabit, multas juris qvæſtiones verbo-

borum proprietate contineri? Nec ſine ratione Cicero in libro de Officiis admonet, omnem qvæ à ratione ſuſcipitur de aliqva re inſtitutio,, debere à definitione proficiſci, ut intelligatur, qvid ſit id, de qvo diſputetur. Nihil autem falſi dicit & is, qvi paucas in jure definitiones extare, easqve propemodum omnes lubricas & periculoſas aſſerit. Definitiones enim juris ita comparatæ ſunt, ut vix ulla ob verarum differentiarum paucitatem variasqve negotiorum circumſtantias perfecta videri poſſit. Nempe non fuit priſcis Jureconſultis negotium, ut Wiſſenbachii verba uſurpem, legibus rationibusqve omnibus definitionum inſervire. Satis enim viſum eſt, ejusmodi demonſtrationes facere, qvod genus Græci τύπȣς magis & ὑπογραφὰς, qvàm ὁρισμȣ̀ς, vocant. *Alciat. 1. parerg. 31.* Exinde tamen haud colligendum, qvaſi in jure nulla vera ac perpetua reperiatur definitio. Neqve etiam dubium eſt ullum, qvin, ſi accurata adhibeatur iuduſtria, Jurisprudentiæ æqvè atqve aliarum artium materia ritè definiri poſſit. Qvamvis verò primo mox intuitu viderem hoc nego-

negotium laboris ac periculi plenum, materiamqve dignitate ſua exercitatiſſimum deſiderare JCtum: Tandem tamen ſuſcepi rem, ſed tremula & labante manu, ſuſpenſoqve brachio. Unum hoc mihi aſyli inſtar reſervavi, ut diſſentientibus non meipſum, ſed textus & JCtos allegatos, qvorum uſus ſum auctoritate, opponerem. Hos meo loco produco, ſuggero, ſubſtituo.

Cùm verò, MAGNIFICE VIR, mihi nihil magis fuerit in votis, qvàm ut omne id, qvicqvid unqvam mei qvaliscunqve laboris eſſe poſſit, Tibi devoverem, idonea voti mei jam offertur opportunitas. Perpaucos ante annos in lucem libellum hunc emiſi, & nunc, ut idem renovato prælo committatur, à me expetitur. Facilem me in hoc non ſolùm præbui, ſed etiam laborem labore cumulavi, & opuſculum ipſum in majus extendi. Has itaqve lucubrationes meas, MAGNIFICE VIR, ut debitæ erga Te meæ obſervantiæ exſtaret monumentum, Tibi, licèt longè gravioribus curis implicato, cum voto omnis proſperitatis, conſecratas of-

offerre, iisdemqve præcellens Tuum Nomen præfigere volui. Suſcipias ergô qvæſo opuſculum hoc, vile licèt, benignè tamen, illudqve ſerena fronte aſpicias, ac Tua auctoritate protegas, Tuoqve favore proſeqvi indeſinenter pergas

Tibi addictiſſimum

Dab. Berolini, Ipſis
Cal. Martii, A. R. S.
cIↄ Iↄc LXXII.

SEBASTIANUM ALMERS.

Bene-

BENEVOLO ET CANDIDO LECTORI,

S. P.

Cum ante qvatuor annos, candide Lector, Manuale hoc meum publici juris facerem, perfundebar metu, ne Tibi viderer puteum juxta fluvium fodere. Vaſtis enim commentariis, & variis variorũ tractatibus tractatũ ultrà adjungere, leve qviddam & frugis expers eſſe, facilè qvis perſvaderi poſſet. Excuſationem adduxi iſtam, qvòd opera mea hæc ex Neotericis auctoribus in ſolius juri devotæ Juventutis gratiam eſſet ſelecta, & ordine alphabetico compendiosè contineret ea, qvæ ab ipſis diffusè & diſpersè hîc aut illîc ſcriptum. Alius enim alio invenit plura, nemo omnia. Nec diſplicuiſſe Tibi hoc compendium meum, vel id certo conſtat indicio, qvòd uno atq; altero anno omnia diſtracta fuerint exemplaria. Iteratam itaq; editionem à me anxiè deſideratam, cui in plurimis augmentum non exiguum acceſſit, Tibi jam exhibeo, qvam accipias qvæſo, amice Lector, eo animo, qvo datur, & citra calumniam legas. Occurrentia errata, qvæ me abſente per Correctoris incuriam irrepſerunt, Tibi pro candore Tuo corrigenda relinqvo. Vale & fave.

MANUALE JURIS.

ABBAS. §. 1. *Abbas* eſt, qvi monaſterio præeſt.

§. 2. *Abbas* apud Dominicanos vocatur Prior, apud Franciſcanos, Gvardianus, apud Trinitarios Miniſter. *Barth. Carthagena in Expoſit. tit. juris Can. de Statu Monach. Obſervat.* 1.

§. 3. *Abbates* nonnunqvam in hiſtoriis accipiuntur pro nobilibus *Cujac. lib. 1. feud. c. 1. Gothofr. Anton. diſp. feud. 2. th. 3. not. m.*

ABDICATIO. §. 1. *Abdicatio* eſt ignominioſa emancipatio, & privata qvædam, tam hereditatis, qvam alterius rei, ob inobedientiam filii in vita patris facta ablatio. *Tabor. ad C. 1. A. de lib. & Poſth. th. 29. in fin.*

§. 2. Differt ab *Exheredatione*, qvæ eſt liberorum ab hæreditate & ſuccedendi jure excluſio. *Hæc* mortis cauſa; *illa* inter vivos contingebat, qvam tamen poſtea propter patriæ Poteſtatis diminutionem & ſangvinis immutabilitatem abrogatam legimus. *l. 6. C. de P. P. Mynſ. Rubr. Inſt. n. 2.*

ABIGEATUS. §. 1. *Abigeus* eſt, qvi dolo malo *l. 1. §. 4. ff. de abig.* de grege, armento, aut è ſtabulo, vel paſcuis eqvum, bovem vel unum abegit, mulos duos, aſinos tres, porcos qvinqve vel qvatuor, oves verò decem; qvi intra hunc numerum conſtitit, fur magis eſt, qvam abigeus, *l. 1. §. 1. l. ult. pr. ff. d. t. l. 16. §. 7. ff. de pœn.* Qvantitas enim in minoribus ſcil. pecoribus abigeum à fure diſcernit. *d. l. 16. §. 7. de pœn.* Non verò exigitur, ut eodem temporis momento abegerit plura minora pecora *v. g. oves*, ſed etiam is, qvi ſæpius abegerit, licet ſemper unum vel alterum pecus ſubripuerit, atqve ita abigendi ſtudium qvaſi artem exercuerit, abigeus eſt *l. 3. §. 2. l. 1. §. 1. ff. de abig.*

§. 2. Illud reqviritur in crimine abigeatus, ut de grege, armento, ex *paſcuis aut ſtabulo* pecus abactum ſit: cæterum ſi qvis boves aberrantes vel eqvos in ſolitudine relictos abegerit, non eſt abigeus, ſed fur potius. *d. l. 1. §. 1 add. Dn. Carpz. prax. crim. p. 2. q. 86. n. 29. & Dd. ad ff. de abigeis.*

ABOLITIO. §. 1. *Abolitio* eſt exemtio reorum à crimine. Fit aut publicè, ſivè generaliter, aut privatim ſ. ſpecialiter, *l. 11. §. f. de accuſat. l. 8. ad SC. Turp. Privata* & ſpecialis eſt, qvæ conceditur à judice accuſatori causâ cognitâ, cùm accuſator confitetur, ſe per errorem vel temeritatem aut calorem ad accuſandum proſiliiſſe, ut ſuam & ſuorum cognatorum injuriam defenderet *l. 2. C. de abolit. Generalis* eſt, qvæ publicè & ipſo jure competit, vel ad tempus, vel ad perpetuum, *l. 3. C. de Epiſc. aud. l. 1. & l. 2. C. de abolit. l. 8. l. 9. l. 12. ff. ad SC. Turp. & de abol. crim.* Hodie hujusmodi abolitionibus non utimur. *Dn. Wiſſenbach. & Struv. ad ff. ad SC. Turp.* Præterea eſt vel *Accuſationis*, vel *Criminis. Perez. in Cod. de Abolit. n. 2. Dn. Schwend. ad Eckelt. ad SCt. Turpil. n. fin. Legalem.* addit *Lauterbach. in Comp. juris. d. l. in fin.*

ABSTENTIO. §. 1. *Abſtentio* eſt hereditatis omiſſio, qvæ fit jure Prætorio à ſuo herede, conſtituente, ſe nolle heredem eſſe, *§. 2. 5. J. de hered. qvalit. & different. l. 1. 2. C. de acqvirenda vel emitt. hared.* à qva differt *Repudiatio*, qvæ eſt omiſſio hereditatis, qvæ fit ab extraneo hærede conſtituente, ſe nolle heredem eſſe, *d. §. 5. & l. 4. 5. C. eod. C. l. A. d. t. th. 39. & 42.*

ABSURDUM. §. 1. *Abſurdum* dicitur id, in qvo neqve ratio neqve æqvitas militat, ſed ex qvo omne malum aptum natum eſt provenire. *Middelburg. loc. legal. 23. n. 8.*

ABSENTIA. §. 1. *Abſentia ordinaria* eſt, qvâ qvis ita abeſt à loco, ut alibi domicilium habeat. Et poſſet hæc dici abſentia negativè, ſeu qvod negativè qvis abſit: h. e. qvòd planè præſentia negetur, cum iſto in loco non degat.

§. 2. *Extraordinaria abſentia* eſt, qvâ qvis loco, in qvo domicilium habet, ac ordinariè morari conſvevit, abeſt. Poſſet hæcce vocari abſentia privativa, ſeu qvod qvis privativè abſit; hoc eſt, qvod non præſens ſit in loco, qvo præſens eſſe ſolet.

§. 3. *Abſentia extraordinaria* eſt vel neceſſaria, vel volun-

luntaria. *Neceſſaria* eſt, vel *laudabilis*, qvâ qvis reipubl. causâ abeſt, *l. 36. v. coacti. l. 7. l. 8. Ex. q. c. maj.* vel *vituperabilis*, ſive impoſita ob delictum, *l. 26. §. 1. l. 39. pr. ff. eod.* vel *caſualis* ſeu veniam & commiſerationem merens. *l. 9. l. 2. §. 1. l. 38. §. 1. eod.*

§. 4. *Voluntaria* abſentia ſimiliter eſt vel *laudabilis*, & qvidem aut abeſt qvis ex causâ ſingulari favorabili, aut ſui lucri causâ. *l. 27. pr. l. 42. ff. ex q. c. maj. Auth. habita C. ne fil. pro patr.* aut eſt *malitioſa*, ut ſi qvis contumax ſit & latitet, *l. 2. §. 8. Si qvis caut. jud. ſiſt. D. Struv. exercit. 7. th. 71. Vid. Tuſch. lit. A. concl. 53.*

§. 5. *Res abeſſe* dicuntur triplici modo (1.) per *forma mutationem*, qvod fit deterioratione & ſpecificatione. Deterioratione mutatur aut per corruptionem. *l. 13. §. 1. l. 14. pr. ff. de V. S. l. 3. §. 1. ff. commod.* aut per deminutionem. *l. 20. l. 27. l. 31. l. 33 §. 1. de ſolut. l. ex hoc. ff. de alien. judic. mut. c. fact. l. 1. l. pen. ff ſi ex nox. cauſ. ag.* Specificatione qvoqve formam mutari, patet ex *§. 25. & ſeqq. Inſt. de rer. diviſ. l. 13. §. 1. de V. S.* (2.) Per *poſſeſſionem* res nobis abeſt duplici modo, aut per ipſius rei detentionem, aut rei æſtimationem. *Per rei detentionem* res abeſt, ſi aut à nobis ſine effectu recuperata ſit, aut ab alio detineatur, vel poſſideatur, licet nobis reſtitui debeat rei poſſeſſio. *l. 14. pr. de V. S. l. 9. de Rei Vind.* Per *rei æſtimationem* nobis abeſt res propterea, qvia æſtimatio, qvæ patrimonium noſtrum minuit, eſt apud alium *per l. 45. ff. de R. J. l. 16. de contr. emt. l. 87. de verb. oblig l. 14. pr. in fin. ff. de V. S.* (3.) Deniqve per *rei deperitionem* res abeſt dupliciter, aut per amiſſionem actionis *d. l. 14. in fin. de V. S.* aut per rei interitum tam naturalem qvam qvemlibet alium, ſive eo nomine competat adhuc actio, ſive non *l. 13. in fin ff. d. t. l. 12. §. f. eod. Vid. Gœdd. Wiſſenbach. aliosqve Dd. latius ad l. 13. & ſeq. de verb. ſign.*

§. 6. *Deſinere abeſſe res* tunc videtur, cùm ſic in noſtram poteſtatem rediit, ut ejus poſſeſſionem, ob eandem ſc. cauſam, qvà recipimus eam, amittere non poſſimus. *l. 4. §. tunc. ff. de uſuc. l. 66. de R. V. l. 13. §. 2. de V. S. l. 22. de acqv. poſſ.*

§. 7. In Jure noſtro vario modo ſecundùm ſubjectam materiam abſentia conſideratur. Nam aliter conſidera-

tur abſentia qvoad præſcriptionem, aliter qvoad ſtipularionem, aliter qvoad judicium, aliter ratione provinciæ, *Gail. 1. Obſ. 49. n. 10.* Aut enim abſentia refertur ad rem, aut ad perſonam. Ad rem, *ut in l. 13. §. 1. l. 14. de V. S. Vid. ſupra Par. 5.* Ad perſonam relata duplici modo accipitur: aut enim animum intuemur, vel corpus, aut utrumqve. De præſentia & abſentia ad animum relata igitur *l. 209. de V. S. l. 27 §. coram. ff. de rec. arb.* Sic abſens habetur, qvi qvamvis corpore præſens, mente tamen qvaſi peregrinatur, cujusmodi mens furioſi, ſtulti, fatui, ebrii, dormientis, infantis eſt, ideoqve negotium cum illis inutiliter geritur, *l 109 de V. S. l. 2. §. Voluntate. ff. ſolut. matr l. 2. §. ſi qvis ff. ſi qvis cauſ. l. 5. de R. J. l. 2. de jur. Cod. Gædd. ad l. 209. de V. S.* (2.) De præſentia ad animum & corpus ſimul relata agitur *in l. ult. pr. l. 209. de V. S.* Qvi mutum, aut furioſum, aut infantem exhibet, non poteſt videri ejus præſtare præſentiam. Nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt. Præſentiam enim præſtare eſt non ſolùm corpus in locum præſentem conferre, ſed ſimul etiam animum & aptum ejus uſum, hoc eſt, intelligentiam ac mentem hominis ad rem, cujus cauſa præſtari debeat, aptam, cum is, qvi rei gerendæ aptus non eſt, qvi non intelligit, planè pro abſente habeatur. *l. 209. de V. S.* Sic mutus interdum æqve uti furioſus, qvæ pro abſente eſt; interdum pro præſente habetur. *l. 124. de R. J. l. 1. de V. O. l. 12. ff. de judic. l 9. §. 1. de recept. arb. l. 3. in fin. ff. de jurjurand. Gædd. ad l. ult. pr. de V. S.* (3.) De corporali præſentia & abſentia agitur *in l. 199. l. 173. §. 1. ff. de V. S.* Hæc in *uſucapione* diſcernitur à domicilio & habitatione, ut ii tandem abſentes cenſeantur, qvi non ſunt ejusdem provinciæ, ſeu in eadem provincia. *l f. C. de long. temp præſcr. §. 1. Inſt. de uſucap.* In *contractibus* & ſtipulationibus abſentes interpretamur, qvi tanto intervallo abſunt, ut ſe invicem loqventes non exaudiant. *l. 1. l. ult. de V. O. l. pen. C. de contr. & comm. ſtip. §. item verborum. Inſt. de inutil. ſtipul.* In *teſtamentis* teſtis abſens cenſetur, qvi aut non audit, aut non videt teſtantem. *l. hæredes palam. ff. qvi teſt. fac. l. non ſpeciali, C. de teſtam.* In *judiciis & denunciationibus* abſens eſt, qvi in judicio aut domi non eſt. *l. 4. §. Prætor. aut. ff. de damn. infect. l. 26. de jud. non tantùm. ff. de fideic. lib. l. properandum. C. de judic. t. t.*

(qvem.

(*qvom. & qv. jud. ſent. l.5. ff. de pæn.* aut qvi qvidem domi vel in foro eſt, aut in hortis, ſed latitat. *l.199. de V.S. l.2. l. 7.* §. *illud. ff. qv. ex cauſ. in poſſ. l. 21.* §. *caterum. ff. ex qv. cauſ. major.* In *dando procuratore* abſentia cenſetur ea, ſi extra continentia ſit dominus procuratorem conſtituens: nam ſi fuerit domi, in foro, in hortis, & intra continentia urbis, præſentis Procurator dicetur, *l.1.* §. *f. l.2. l.5. l.6. l.7. de Procurat l.173.* §. *1. de V.S.* Idem eſt in tutela & cura. *Gædd. ad d.l.173* §. 1. Tandem cauſa aliqvem facit abſentem, etiamſi adhuc ſit in continentibus, puta ſi Reipub. causâ abeat. *Vid. Maſcard. de prob. concl.5. & ſeqq. Gædd. ad l.199. de V.S. Dom. Card. Tuſch. lit. A. concl. 15. Brunnem. à Sole. in loc. commûn. voc. Abſens. n. 2.*

ACCEPTILATIO. *Par. 1. Acceptilatio* eſt liberatio civilis aut ſolutio imaginaria, qvæ fit, qvando creditor ad interrogationem debitoris, num acceptum habeat debitum, reſponſione ſua ei remittit. *l. 1. de acceptil.* §. *1. Inſt. qvib. m. t. obl.*

§. 2. Eſtqve vel *ſimplex*, qvâ Verborum obligationes ſolum perficiuntur, vel *qvalificata*, qvæ ad alias obligationes prius in ſtipulatum transfuſas pertinet. *Manud. ad univerſ. jus Civ. & Canon. lib. 3. Inſt. aph. 178. ſeqq.*

§. 3. Similis eſt acceptilationi *apocha*: hoc tamen inter utramqve intereſt, qvòd *acceptilatione* omni modo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit; *apocha* non alias, qvam ſi pecunia ſoluta ſit, *l.19.* §. *1. de acceptil.*

ACCESSORIUM. §. 1. Id, qvod primò intenditur, & propter qvod reliqva fiunt, dicitur *principale*, ea verò, qvæ id ſeqvuntur, vel ad id perficiendum ordinantur, dicuntur *acceſſoria*; qvia accedunt, *D. Eichel. in comm. ad R. J. c. 2. pag. 124.*

ACCIDERE ACCIDENS. §. 1. His verbis teſtatoris, *Si qvid filio meo acciderit*, non qvivis caſus humanus ſignificatur, ſed caſus fatalis, Mors. b.162. §. 1. *de V.S.*

§. 2. *Accidentia* in legalibus præſertim rebus & actibus ſunt *duplicis generis*: qvædam ex eſſentia qvodammodo fluere videntur ita, ut ſec. legum diſpoſitionem, licet non exprimantur, inſint, aliter tamen de iis ſalvâ eſſentiâ ipsâ poſſit

conveniri. *Vid. l. 11. §. 1. de act. emt.* & hæc *naturalia* vocantur; *arg. d. §. Verb. naturaliter. l. 5. §. pen. de praſcr. Verb.* Qvædam verò planè non fluunt ex eſſentia, ſed per pacta conventa vel præter ea, qvæ regulariter inſunt, adjiciuntur, & in ſpecie *accidentalia*, item *conventionalia* dicuntur *Dn. Struv. exercit. 6. th. 23.*

§. 3. *Accidens* vel eſt *Separabile*, vel *Inſeparabile. Schilter. Prax. art. analyt. cap. II. §. 20.*

ACCIDENTALIA. §. 1. *Accidentalia* ſunt ſalaria incerta, qvæ perpetuam & uniformem præſtationem non habent. *Ahasv. Fritſch. in Supplem. Speid. Beſold. Verb. Accidentalia.*

ACCISIÆ. §. 1. *Acciſiæ* Germ. Acciſe. *Gœdd. Conſ. 2. n. 9.* aliàs Datia, Gabellæ vel Dedagia ſunt, qvæ pro importatione vel exportatione mercium ad uſus & indigentias municipii, & ad reparationes viarum pontiumqve pendi ſolent. *Mind. Tr. de Mand. lib. 2. c. 42. n. 16.*

ACCISMUS. §. 1. *Acciſmus* eſt, cum qvæ optantur, ſimulatè recuſantur, ſpecieqve recuſationis flagrantiſſimè cupiuntur. *Zahn. de jure Munip. cap. 19. n. 1. ſeqq.*

ACCESSIONES. §. 1. *Acceſſiones* in genere dicuntur omnia commoda, qvæ qvocunqve modo rei accedunt vel qvavis ratione occaſione rei obveniunt, *l. 34. De rei Vind. l. 4. de jur. dot.* Eſtqve acceſſio vel naturalis, ſive artificialis, vel fortuita.

§. 2. Acceſſio tum naturalis tum induſtrialis iterum aut eſt *ratione rei noſtræ*, aut *ratione rei alienæ.* Acceſſio prioris generis *naturalis* eſt, qvâ naturâ operante qvid rei noſtræ accedit: qvalis eſt fœtus, *l. 6. §. 6. de acqv. rer. dom. § 19 l. eod.* alluvio, *§. 2. Inſt. de Rer. div. l 1. C. de alluv.* inſula *§. 22. Inſt. de R. D. l. 30. §. 2. de acq. rer. dom.* alveus derelictus. *§. 23. l. de R. D.*

§. 3. Acceſſio *artificialis ſ. induſtrialis* eſt, qvâ facto hominis interveniente, juxta caſuum & objectorum diverſitatem aliqvando rei noſtræ opera aut res aliena; aliqvando operæ noſtræ res aliena, qvam tenemus & circa qvam operam adhibuimus, cedit: hujusmodi ſunt ſpecificatio, *§. 25. l. de rer. div.* adjunctio *§. 26. 1 d. t.* inædificatio, *§. 29. 30. l. d. t. §. 31. d. t.* Satio *§. 32. d. t.* Scriptura, *§. 33.* pictura. *§. 34. l. d. t.*

§. 4.

Digitized by Google

§. 4. Acceſſio ratione rei alienæ *præprimis naturalis* eſt, qvâ bon. fid. poſſeſſor omnes fructus, qvos ex re, non aliter ſciens, qvam rem eſſe ſuam, percepit, acqvirit, pro cultura & curâ, Juſta opinione domini & perinde ut à domino, *tum induſtrialium tum naturalium fructuum nomine*, impensâ. §. *35. I. de R. D.*

§. 5. *Fortuita acceſſio* eſt theſauri in fundo noſtro fortè fortuna inventi, §. *39. I. de R. D. l. un. C. de theſaur.*

ACCIPERE. §. 1. *Accipere* generalius verbum eſt, qvàm *capere*: qvia qvocunqve modo nobis qvid datur, traditurvè, etiamſi cuſtodiæ tantum causâ, vel ut conductum habeamus, aut detineamus, datum traditumve ſit; *accepiſſe* dicemur *l. 13. in fin. l. fin. ff. Depoſ. l. 12. l. 13. 18. 19. ff. de reb. cred. l. 3. de act. emt.* Accipere igitur, *aut* capere eſt: *aut* tantùm recipere ac ſuſcipere. Illud juris, hoc meri facti eſt. *Capere* ſolummodò eſt, ita accipere, ut ſtatim accipiens dominus, aut qvaſi fiat, vel certè ne res ſibi invito avocari poſſit, *juxt. l. 13. l. 51. l. 149. de R. J. l. 57. de V. O.* hoc eſt, ut ſuo jure habeat, *l. 71. l. 164. §. f. de V. S. l. 28 de leg. 1. Gœdd. & Wiſſenbach. ad d. l. 71. 164. de V. S. Cypra de jur. connub. p. 1. c. 4. §. 6. & ſeqq.*

ACCRESCENDI JUS. §. 1. *Jus accreſcendi* eſt facultas habendi portionem deficientis ſ. non concurrentis, qvi nobis in eadem re, à defuncto relicta, eſt conjunctus, *l. 1. & t. t. ff. de uſufr. accreſc.*

§. 2. *Jus accreſcendi* conſtituitur à Dd. duplex: *neceſſarium & voluntarium. Illud* eſt ex diſpoſitione legis, diciturqve ita, qvia neceſſariò obtinet, invito etiam teſtatore, *arg. l. 7. de R. J. Hoc* ex diſpoſitione teſtatoris, vocaturqve ita qvia non niſi volente teſtatore locum habet, *l. 33. de leg. 1. Vid. Franzk. exerc. 7. q. 3.*

§. 3. *Realis conjunctio tantùm eſt*: qvando diverſis orationibus eadem res duobus legatur, *v. g. Titio fundum Tuſculanum do lego*, (eſt una oratio) *Sejo eundem fundum Tuſculanum do lego* (eſt altera oratio) Et taliter conjuncti in §. 8. *l. de leg. l. un. §. 10. 11. C. de ead. toll.* dicuntur, disjuncti, in ſpecie ſcil. externâ formâ legandi, in ſe tamen ſunt revera conjuncti in eandem ſcil. rem, *l. 142. de V. S. l. 89. de leg. 3. Vid. Tuſch. lit. C. concl. 737.*

§. 4. *Verbalis* tantùm eſt, qvando eadem qvidem oratione (vel uno verbo ex iis; qvæ collectiva dicuntur, *v.g. filii, liberi, familia &c.*) eadem res pluribus legatur, ſed concurſum reſpiciens teſtator addit partes, *v.g. Sejo & Mevio fundum Cornelianum aqvis partibus do lego. l. 89. de leg. 3.* vel *fratris mei filiis ædes meas æqvis partibus do lego, l. 13. pr. de Her. Inſt. l. 15. §. 1. de leg. 1. Tuſch. d. l.* Ubi notari meretur, partes ejusdem rei ab initio pluribus relinqvi dupliciter. (1.) *objectivè* & *abſolutè*; qvando teſtator ſingulis ejusdem rei partes legavit *v.g.* ſi diceret; æqvales partes ædium mearum Titio & Mevio do lego, vel ita; dimidias partes ædium mearum Titio & Mevio ſingulis do lego. In qvâ ſpecie negamus jus accreſcendi locum habere. *l. 80. π. de leg. 3.* (2.) *Eventualiter* & *relativè* ad caſum concurſus, qvando nempe ſingulis totam rem reliqvit, qvam tamen voluit inter illos in concurſu communem eſſe. adde *Franz. Exercit. 7. qv. 5.*

§. 5. *Mixta conjunctio* dicitur, qvando itidem eadem oratione, ſeu ejusmodi verbo collectivo, eadem res pluribus legatur, nullâ factâ partium mentione, *v.g. Titio & Sempronio* (eſt eadem oratio) *hominem Stichum* (eſt eadem res) *do lego l. 142. de V.S. adde Tuſch. d. l.*

ACCUSATIO. §. 1. *Accuſatio* eſt criminis ad judicium delatio *vindictæ publicæ* causâ factâ.

§. 2. Etſi vocabulum *accuſare* generaliter ſignificet aliqvem ad cauſam dicendam urgere, *c. forus par accuſator de V.S.* Unde accuſationis nomine etiam civilis actio & perſecutio venit, *l. 39. ſol. matr. l. 20. ff. de accuſat.* Sicuti contra actio pro accuſatione ponitur, *l. 1. ff. de crimin. ſtellion. t. t. C. qvand. civ. act. crim. prajud.* Propriè tamen Accuſare & accuſatio ad delationes delictorum & cauſas criminales referuntur *t. t. ff. & C. de accuſat.* Qvod & moribus noſtris obſervatur, qvibus actor dicitur Kläger / accuſator Anklåger / *Dn. Carpz. pr. crim. qv. 104. n. 2. & 10.*

§. 3. *Accuſatio* differt ab *Inqviſitione*. Vid. *infrà* Vocab. *Inqviſitio*. Et hæc duo judicium publicum conſtituere, oſtendit. *Hahn. ad Weſenb. n. 2.*

ACTIO. §. 1. *Actionis* verbo non continetur exceptio. *l. 3. §. 1. ff. de V.S.*

§. 2.

§. 2. *Actio nihil aliud eſt*, qvam jus perſeqvendi in judicio, qvod ſibi debetur *pr. Inſt. de action.*

§. 3. Actio ſeu lis inſtituta (*mota, inchoata, capta, accepta, pendens, pendere facta*;) dicitur, non â die extrajudicialis interpellationis neqve à die decretorum aut impetratorum, ſed Reo inſinuatorum Proceſſuum. Qvare ſi Reus moriatur, anteqvam ei Proceſſus impetrari inſinuentur, adverſus illum actionem inſtitutam eſſe dici neqvit. Inſuper cum à parte Rei hic nulla mora aut culpa adſit, nec pro inſtituta haberi poteſt, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 29. n. 66.*

§. 4. *Vox actionis ſumitur* dupliciter (1.) latiſſimè notat qvoscunqve actus à jure civili dependentes ſive fiant autoritate privata, è. g. actiones teſtantium, donantium, *§. 10. I. de teſt. ord. l. 21. §. f. qvi teſt. fac. l. 19. de V.* S. ſive publicâ: ita legis actiones dicuntur. Item vox actionis latiſſimè & impropriè ſumitur, pro qvolibet juris remedio: qvomodo & extraordinarias cogitationes prætoris, criminales accuſationes, exceptiones, prætorias ſtipulationes, actus legitimos, comprehendit, *l. 34. l. 178. §. 2. de V.* S, *l. 37. de O. & A. Auth. Hoc jus C. de S. S. Eccl. Nov. 6. c. 2. l. 1. C. qvand. act. civ. crim. l. 1. de except.* (2.) pro jure perſeqvendi debitum: atqve iterum dupliciter, (1.) latè, pro qvalibet facultate perſeqvendi debitum: qvomodo & actionem in rem & in perſonam continet, & definitur hoc ſignificatu *pr. I. de action. l. 25. ff. de O. & A.* (2.) Strictè pro actione perſonali. Qvo ſenſu tam actioni in rem qvam extraordinariæ perſecutioni opponitur, *l. 178. de V. S. l. 28. de O. & A.* ut maximè fit, ſi conjuncta legantur hæc tria, actio, petitio, perſecutio, *ut in l. 28. de O. & A. l. 49. in fin. de V. S. l. 18. §. 1. de accept. §. 2. l. qvib. mod. toll. obl. l. 2. § 1. de S. C. Vell.* Tum enim *actionis* verbum ad actiones perſonales reſtringitur, *petitionis* ad reales, *perſecutionis* verò ad utrumqve genus & ad extraordinarias petitiones, *d. l. 18. D. Hahn. ad Weſenb. ff. de Obl. & Act. n. 10. Dn. Struv. exerc. 46. th 57. & ſeq.*

§. 5. *Actio & Accuſatio*, differunt: nam *actione* qvis convenitur non propter crimen, ſed propter negotium civile, vel etiam ob crimen, verùm non criminaliter, ſed civiliter. Per *accuſationem* autem qvis convenitur ob crimen aliqvod,

& qvidem criminaliter, *l. 3. de crim. ſtell. t.t. C. qvand. act. civ. crim.*

§. 6. *Actor* eſt, qvi aliqvid in judicio petit, ac prior ad illud provocat, *l. 13. 14. 29. 62. de jud. l. 2. §. 1. comm. div. c. 10. v. accuſator de V. S.* Germanicè Kläger/ & in criminalibus accuſator, Ankläger.

§. 7. Actiones civiles (*qvæ alio ſenſu opponuntur criminalibus §. 10. de injur. l. un. C. qvand. civ. act. crim.*) ſunt, qvæ ex legitimis & civilibus cauſis deſcendunt: h. e. qvæ jure civili (*ſtrictè dicto l. 7. pr. §. 1. de I. & I.*) ſc. legibus, plebiſcitis, SCtis, decretis Principum, autoritate prudentum introductæ ſunt. Qvid verò denotet agere civiliter, & criminaliter, *vid. Voc Crim.*

§. 8. *Actiones Prætoriæ* ſunt, qvæ edicto ſ. jurisdictione Prætorum ac ſimilium magiſtratuum introductæ ſunt. §. 3. *Inſt. de action. l. 25. §. f. l. 37. de O. & A. pr. l. de perp. & temp. act.* Dividuntur in *Prætorias in ſpecie*, & *Ædilitias*, §. 7. *J. de J. N. G. & C. §. 2. J. de diviſ. ſtipulat. l. 44. §. 1. l. 47. §. 1. π. de Ædilit. Edicto. l. 3. C. de Ædilit. act.*

§. 9. Actio in rem [*qvæ & petitio l. 28. de O. & A. l. 178 §. 2. de V. S. & vindicato §. 15. f. de action. dicitur*) eſt, per qvam rem noſtram, qvæ ab alia poſſidetur, petimus, & ſemper adverſus eum eſt, qvi rem poſſidet, *l. 25. pr. de O. & A.* §. 1. *I. de action.*

§. 10. Actio in perſonam (*qvæ & condictio vocatur §. 14. I. de action.*) eſt, qvâ cum eo agimus, qvi obligatus eſt, nobis ad faciendum aliqvid, vel dandum: & ſemper adverſus eundem locum habet, *l. 25. pr. de O. & A. §. 1. I. de action.* Huc rectè referuntur *Actiones in rem ſcriptæ*, qvibus ex obligationibus ad alicujus rei præſtationem adverſus poſſeſſorem qvemcunqve agimus. Qvæ in eo cum realibus conveniunt, qvod contra poſſeſſores dentur; Differunt tamen ab iisdem, qvatenus ex obligationibus deſcendunt. *Vinn. §. 1. J. de Act. num. 12.*

§. 11. *Actiones mixtæ*, ſunt, qvæ ex duobus conſtant rebus atqve præſtationibus, *l. 22 §. pen. Fam. erc. l. 4. §. 3. comm. div. l. 8. pr. fin. reg. junct. l. 4. §. 1. eod. §. 20. l. de action.* Seu, qvæ partim ex dominio, partim ex obligatione oriuntur, adeoqve

eoqve iis & rem noſtram petimus, & præſtationes perſonales exigimus. *dd. text.*

§. 12. *Actiones rei perſecutoriæ,* vocantur, qvibus rem perſeqvimur, qvæ ex patrimonio nobis abeſt, *l. 35. de O. & A. §. 17. l. de action.*

§. 13. *Actiones pœnales,* dicuntur, qvibus pœnam vindicandorum delictorum causâ legibus in delinqventes ſtatutam [*non conventionalem*] perſeqvimur, *§. 18. Inſt. de action.*

§. 14. *Actiones mixtæ* dicuntur, qvæ ſimul & rei & pœnæ perſecutionem continent, *§. 19. I. de action.*

§. 15. *In ſimplum* agimus, cum rem noſtram, vel nobis debitam petimus, absqve aliqva geminatione, vel multiplicatione, vel pœnam aliqvam abſolutè, ſine ulla re, *§. 22. I. de action.*

In duplum tunc experimur, qvando præter rem debitam, exigimus aliqvid ultra, qvod æſtimationem ejus rei duplo excedat, *§. 29. I. de action.*

in triplum aliæ ſunt actiones *§. 24. I. de action.* alia in *qvadruplum, §. 25. I. eod.* & qvidem aut naturâ ſuâ aut ex accidenti, *§. 27. 26. Inſt. eod.* ulterius nulla actio extenditur, *§. 21. I. eod.* Hodiernis moribus actiones iſtiusmodi in duplum, triplum, & qvadruplum non obtinent.

§. 16. *Actiones bonæ fidei* ſunt, in qvibus judici permittitur libera poteſtas ex bono & æqvo æſtimandi, qvid alter litigantium alteri præſtare debeat, *§. 30. Inſt. de action. l. 83. pro ſoc. vid. §. 28. Inſt. de action.* Qvales ſunt omnes actiones perſonales ex contractu vel qvaſi bilaterali deſcendentes. *Biccius ſect. V. rer. qvotid. §. 19. lit. ii. §. 20. & 21.*

§. 17. *Stricti juris actiones* ſunt, in qvibus judicis poteſtas conventioni adſtricta eſt, ut eam judicando excedere neqveat, *l. 7. de neg. geſt. l. 99. de V. O. l. 2. §. de eo, qvod cert. loc. l. 4. pr. eod. l. 1. C. de cond. ind.* Qvo ſpectant omnes actiones ex contractu vel qvaſi unilaterali, qvatenus in iis certum perſeqvimur, provenientes. *Bicc. d. l. §. 21. 22. 23. 24.*

§. 18. *Arbitraria actio* eſt, in qva niſi arbitrio judicis is, cum qvo agitur, actori ſatisfaciat, *veluti rem reſtituat,* vel

vel exhibeat, vel ſolvat, condemnari debeat; & in qvibus permittitur judici ex bono & æqvo ſecundùm cujusqve rei, de qva actum eſt, naturam, æſtimare, qvemadmodum actori ſatisfieri oporteat, §. *31. pr. & in fin. Inſtit. de action.* Huc referuntur actiones omnes reales, item omnes perſonales ex delictis, nec non perſonales ex contractibus, qvatenus iis incertum perſeqvimur, deſcendentes. *Bicc. d. l.*

§. 19. *Directa* actio eſt, qvæ ex ipſis verbis legis edictivè expreſſis oritur, *l. 37. de O. & A. l. 47. § 1. de neg. geſt. l. 24. de tut. & rat. diſtr.*

Utilis eſt, qvæ deficientibus verbis ex mente ac ſententia legis edictivè per interpretationem extenſivam datur, *l. 5. par. pen. de conſtit. pec.*

Alia ſignificatione *directa & utilis* ſibi opponuntur, ita, ut *hac* denotet (1.) actionem ceſſam: *Directa* notet actionem ipſi, qvi obligationem ſibi initio acqviſivit, & poſtea ceſſit competentem. (2.) *utilis* notat actionem prætoriam *l. 1. de eo qvod cert. loc. l. 26. §. 2. de nox. act. l. 18. C. de poſtl. rev. Directa* verò ſignificat actionem civilem, §. *4. l. de actionib.* (3.) *actio utilis* etiam dicitur, qvam habet heres fideic. ratione directa, qvam fiduciarius. (4.) Actio utilis ſumitur pro actione innominatâ *l. 21. π. de P. V. l. 6. C. de Tranſact.* & ita nominatæ opponitur. (5.) pro actione efficaci, qvatenus contradiſtingvitur illi actioni, qvæ ipſo jure qvidem competit, ad effectum autèm propter exceptionem peremptoriam perduci non poteſt. *l. 112. π. de R. J. pr. J. de vi bonor. rapt. l. 22. §. 5. π. mandati. l. 6.* § *2. π. Naut. Caup. ſtabul. l. 24. §. 2. π. de lib. cauſa.* (6.) pro actione, qvæ ex utili naſcitur dominio *l. 1. §. 6. π. de ſuperficiebus.* Sic qvoqve directa actio præter ſignificationes allatas dicitur, qvæ opponitur actioni contrariæ. §. *1. 2. J. de Obl. qvod qvaſi ex contr. nova l. 18. in fin. π. de jure fiſci, præparatoria l. 3. §. 13. l. 17. π. ad exhibend. noxali.* §. *5. J. de noxal. act.* vel ex facto alieno deſcendenti. § *fin. J.* Qvod cum eo qvi in alienâ poteſt. *Eckolt. Comment. Pand.* §. *52. ibiqve Dn. Schwend. in not.*

§. 20. *Actio in factum* in genere vocatur, qvæ datur, qvando nulla actio nominatim eſt legibus prodita; tunc enim ſimpliciter factum narrari debet.

Et

Et hæc vel *civilis* eſt, vel *prætoria*.

Civilis eſt, qvæ ad exemplum civilis actionis datur: *idqve vel ex conventione, vel citra conventionem.*

Actio in factum qva ex conventione datur, vocatur *actio præſcriptis verbis*.

Qva citra conventionem ex mente legis in caſu ſimili; appellatur ſimpliciter *actio utilis in factum*, qvalis eſt actio utilis legis Aqviliæ, *l. 7. §. 6. l. 9. §. 2. l. 29. §. pen. ad L. Aq.*

Actio *in factum prætoria* alia eſt *ordinaria*, ſeu *edictalis*, qvæ datur ex cauſa certa & ſtata, ſeu ex edictis prætoriis, *ut l. 1. pr ff. Si menſ. falſ. mod. l. 1. ff. de calumn. l. 5. §. 1. Ne qvis eum qvi in jus voc.*

Alia verò *extraordinaria* & ſubſidiaria, qvæ & *decretalis* poteſt appellari, qvia datur ex cauſa incerta & in ſubſidium; nam per hanc prætor ſupplet qvod deeſt vel legi civili *l. 11. de præſcr. verb.* vel etiam ſubinde ipſis edictis prætoriis. *l. 11. in fin. de dol. mal. Suthols. diſſert. 18. th. 12. & ſeq.*

In genere *actio in factum* eſt, qvæ certis formulis non eſt concepta. Actione enim in factum, vel præſcriptis verbis, negotium, cùm certum nomen ejus & actionis exprimi neqveat, per rei geſtæ narrationem verborumqve circumſcriptionem exprimitur, & qvod inde debetur, ab altero petitur, *l. 1. de æſtim. act. l. 2. l. 3. l. 11. De præſc. verb. l. 6. C. de tranſactionib.*

Aliùs actio in factum dicitur [1.] qvæ ex prætoriis jurisdictione introducitur, *l. 3. pr. de eo per qvem fact. l. 5. §. 1. Ne qvis eum qvi in jus voc.* (2.) qvando actio civilis ex interpretatione Prætoris vel JCtorum, deficientibus verbis ex mente & ſententia legis extenditur, vel aliàs ex æqvitate actio datur, *l. 11. l. 24. §. f. de præſcript. verb. l. 9. l. 29. §. pen. l 53. ad L. Aqv.* & dici ſolet etiam actio utilis, qvæ in ſubſidium directa datur ex æqvitate. (3.) Alio ſenſu actio in factum dicitur, qvæ ob aliqvam cauſam non poteſt dari adverſus qvasdam perſonas, qvalis opponitur actioni ordinariæ, ut cum actio de dolo contra parentes dari neqveat, dicitur actio in factum ob honorem & reverentiam parentibus debitam, *l. 11. §. 1. de dol.* Sive *in factum* hoc ſenſu *actio* dicitur, qvæ datur in ſubſidium actionis famoſæ, *Struv. exercit. 25. th. 23.*

§. 2.

§. 21. *Actio arbitraria* vocatur duobus modis, (1.) qvia judex jubet rem reſtitui vel exhiberi prout ei æqvum videtur, cui arbitrio, ſi reus paruerit, abſolvitur, ſin minus, condemnatur. (2.) Ubi ejusmodi arbitrium non præcedit, ſed inſtar aliarum actionum, totum unâ ſtatim ſententiâ expeditur, qvâ judex ſuo arbitrio, qvantum ſit ſolvendum æſtimat, *D. Hahn. ad tit. ff. qvod met. cauſ. n. 5. in fin.*

§. 22. *Actio ex facta alienatione judicii mutandi cauſâ* eſt, actio in factum ſ. prætoria, qvæ datur ei, cujus cauſa alienatione reddita eſt deterior, adverſus dolo malo, ut adverſarii cauſam redderet deteriorem, ante inſtitutum judicium rem inter vivos alienantem, ad id qvod intereſt duriorem cauſam redditam non fuiſſe, *l. 1. de alien. jud. mut. cauſ.*

§. 23. *Actio de eo, qvod certo loco dari oportet*, eſt actio in perſonam prætoria, qvâ res, qvæ actione ſtricti juris certo loco petenda eſſet, factâ commemoratione hujus loci, qvo dari debuit, alibi petitur; & judici æſtimandum committitur, qvanti interſit, qvod loco deſtinato res non præſtatur, *l. 1. l. 2. pr. l. 4. de eo qvod cert. loc. l. un. C. eod. §. 33. Inſt. de action.*

§. 24. An judicium vel actio ſit *univerſalis* aut *particularis*, illud æſtimandum eſt non ex re, qvæ petitur, ſed ex cauſa petendi, an illa ſit univerſalis aut particularis.

§. 25. *Actio popularis* eſt, qvæ ſuum jus populi tuetur, *l. 1. de pop. act.* Qvæ actiones populares dicuntur Publicè, *l. 30. §. 3. de jurejur.* i. e. omnibus patent. Cuivis è populo dantur, publici juris tuendi gratiâ, *d. l. 1.* Eſtqve duplex, alia in qva privatus, alia, in qvâ nemo privatorum intereſſe habet Utraqve inſtituitur vel civiliter, vel criminaliter. *Dn. Schwend. Tr. de l Action. cap. 1. §. 38.*

§. 26. Actionis verbo etiam *perſecutio* continetur, *l. 34. de* V. S.

§. 27. *Actionis* verbum & *Speciale* eſt & *Generale*. Nam omnis actio dicitur, ſive in perſonam ſive in rem ſit petitio: Sed plerumqve actiones perſonales ſolemus dicere. *Petitionis* autem verbo in rem actiones ſignificari videntur. *Perſecutionis* verbo extraordinarias perſecutiones puto contineri, ut puta fideicommiſſorum: & ſi qvæ alia ſunt, qvæ non habent juris ordinarii executionem, *l. 178. §. 2. de* V. S.

§. 28.

§. 28. *Actiones nativæ* ſunt, qvæ præexiſtentem ſufficientem habent materiam, ex qvâ deſcendunt: ut ſunt actiones ex contractibus ortæ. Actiones dativæ ſunt, qvæ præcedentem cauſam ſufficientem non habent, ſed ex æqvitate à lege dantur: ex. gr. contra pupillum ex Edicto D. Pii, qvatabsqve tutore locupletior factus. *l. 5. π. de auth. tut. Bach. tr. de action. diſp. 2. th. 18. in fin. Hahn. de O. & A. n. 2.*

§. 29. *Concurrere actiones* dicuntur, cùm duæ pluresve eidem Actori adverſus eundem Reum citra eandemRem competunt ex una vel diverſis cauſis, *l. 10. de act. emt. l. 56. de furt. l. 29. de O. & A. l. 7. §. 1. de furt. l. 34. de O. & A. l. 130. de R. J. Obrecht. de conc. & cum. act. th. 6. Hillig. in Don. enucl. l. 12. c. 3. lit. a.*

§. 30. *Cumulatio actionum* eſt Juris Connexi, diverſi qvidem ſed compatibilis exercitium, idqve vel ex eadem cauſa adverſus plures & diverſos; vel ex diverſa cauſa adverſus eandem perſonam, ſive eandem rem. *Mindan. de contin. cauſ. cap. 10. n. 2.* Add. *Umm. diſp. 6. n. 60. & ſeqq.*

ACTUS. ACTA. §. 1. *Actus.* Treibgerechtigkeit/ eſt jus agendi jumentum vel vehiculum per prædium alienum ad noſtrum, *l. 12. de ſerv. ruſt.*

§. 2. *Ad acta, apud acta, inter acta*, actis intervenientibus, idem valent qvod coram magiſtratus, in loco publico, *l. 2. l. 5. §. 5. de appel. §. 8. q. m. p. p. ſolv.*

§. 3. *Acta* autem (*alias geſta l. 31. de donat. & monumenta, l. 23. C. de teſtam.*) erant ſcripta & commentarii publici, in qvos ea, qvæ vel in conſiſtoriis Principum, vel in auditoriis Præſidum aut magiſtratuum gerebantur, conjicerentur, *l. 45. l. 46. de re jud.* Per excellentiam dicuntur *acta publica*, id eſt, monumenta publica, qvæ fiunt auctore magiſtratu, *l. 31. pr. C. de donat.* *Propriè acta* dicimus, qvæ in judiciis ſunt acta, *l. 2. C. de edendo. d. l. 45. & 46.*

§. 4. *Actus extrajudiciales* dicuntur, qvæ fiunt extra judicium ſine contradictorio, & potius appellantur facta, qvam acta, *Tuſch. lit. A. concl. 85.*

§. 5.

§. 5. Nomen *Acta* duplici modo accipitur, (1.) Latè, qvatenus etiam ſua Protocolla comprehendit. Hoc modo ſumta Acta dicuntur ea, qvæ in unaqvaqve cauſa durante judicio geſta & peracta ſunt, ſive id factum in ſcriptis, ſive oretenus. Germanicè Gerichtshandlung / Gerichtshandel / Gerichtliche Acten, item ſimpliciter Acten. (2.) *Strictè*, qvatenus Protocollis ſuis opponitur. Hoc modo ſumta Acta dicuntur omne qvicqvid in ſcriptis unaqvaqve cauſa eſt exhibitum. Cum verò non omnia, qvæ in judicio geruntur, fiant in ſcriptis, ſed qvædam etiam oretenus proferantur, & oretenus prolata ſcripturæ mandentur, hæc conjunctim ſumta vocantur Acta, & dividuntur in Protocollum, & Acta ſtrictè dicta.

§. 6. *Protocollum* dicuntur literæ complectentes ea, qvæ à partibus vel judice oretenus in judicio proferuntur. A judice ſi qvæ prolata vocantur *Sententia*; A partibus propoſita conſveverunt appellari *Receſſus*.

§. 7. *Acta* ſubdiſtingvuntur in Scripta & Adjuncta. *Scripta* (*alias etiam producta*, Producten, Schrifften / Handlungen / Schrifftliche Handlungen / *nominata*) ſunt literæ, in qvibus deducitur cauſæ, ſeu ejus alicujus puncti controverſia. Ejuſmodi Scriptorum præcipua nomina ſunt libellus, exceptio, Replica, Duplica, Triplica, Qvadruplica. Hiſce Scriptis pro diverſitate factorum diverſæ ac variæ Rubricæ ab Advocatis ſolent affingi, utpote Anzeig / Gegenanzeig / Ableinung / Gegenableinung / Verantwortung / Hintertreibung / Gegenhandlung / Gegenbeſchluß / Schrifft an ſtatt mündlichen Receſs, Submiſſiv, Gegen-Miſſiv, Receſs, Protocollum Intentionis, Protocollum Actionis, Receſſus, Receſſus an ſtatt mündlichen Bericht / Imploratio, beſtändige und wolgegründete Einrede / Rechtmäßige Nachrede / Schluß-Satz / Nothwendige Recht-fertigung / Anſtellung der Klage / Ablehnung der eingebrachten Imploration-Schrifft &c. In camera tamen Imperiali ſcripta poſt exceptiones exhibenda ſub nulla alia Intitulatura, qvàm Replicarum ac duplicarum non attento, qvocunqve etiam modo ab Advocatis inſcripta ſint, produci debent, Gem. Beſcheid. *13. Dec. 1659.* §. 4. *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 63. n. 12. & ſeq.*

§. 8.

§. 8. *Acta complere* nihil eſt aliud, qvam Receſſus à Procuratoribus habitos ex Protocollo Judiciali Actorum Protocollo inſcribere huicqve ſcripta una alterave vice exhibita ſub certo numero cuidam qvadrangulo incluſo apponere, *Jac. Blum. d. tr tit. 75. n. 10.*

§. 9. Acta, qvæ in Inſtantia coram judice Cameræ peracta conſcribuntur, nominantur *Acta appellationis:* Reliqvarum verò Inſtantiarum, *Acta Priora* & qvidem ſi duntaxat ſemel provocatum, *Acta prioris inſtantiæ:* Sin autem pluries, *Acta priorum Inſtantiarum. Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 25. n. 71.*

§. 10. *Acta appellationis prima, ſecunda, tertia &c.* qvænam ita dicantur? Reſp. Notandum, licet in inſtantia ſecunda ſit prima appellatio in tertia inſtantia appellatio ſecunda, in qvarta inſtantia appellatio &c. qvod tamen cauſa, cùm unica ſit & maneat, etiamſi in ea per decem inſtantias appelletur, in Camera nunqvam vocetur Cauſa primæ, ſecundæ, tertiæ &c. Sed ſimpliciter appellationis. In Camera qvidem multæ cauſæ rubricantur, Cauſa primæ, ſecundæ, tertiæ, qvartæ &c. appellationis, atqve harum cauſarum Acta ſolent vocari Acta primæ, 2. 3. 4. &c. appellationis. Verùm hoc alio & qvidem duplici modo fit (1.) Si unus idemqve in una cauſa ab eodem judice ad Cameram pluries provocet, utpote ſi primò ab interlocutoria, ac deinde à definitiva appellet, ibi appellatio nominatur prima, hæc autem ſecunda. (2.) Si unus idemqve v. g. Cajus contra Mævium tres diſtinctas cauſas habeat, unam *hereditatis*, ſecundam *mutui*, tertiam *injuriarum*, atqve Cajus in omnibus tribus ſuccumbens ad Cameram appellet, illa, de qva primò appellatum, vocatur cauſa primæ appellationis; de qva ſecundò, cauſa ſecundæ appellationis, atqve ſic deinceps. Sin verò Mævius ab aliqva ex his appellet, iſta ſimpliciter Cauſa appellationis vocatur, *Jac. Blum. d. tit. 25. n 71. & ſeqq.*

§. 11. *Reqvirere* eſt petere à judice inferiori, ut omnia coram ſe in judicio geſta atqve actitata deſcribi curet, condignaqve mercede petenti edat, *Ord. Cam. p. 2. tit. 31.*

§. 12. Adjuncta (die Beylagen/) ſunt literæ in exhibitis ſcriptis allegatæ eisdemqve appoſitæ, uti ſunt documenta

Probatoria, Inſtrumenta, Miſſivæ, Procuratoria &c. Hæc adjuncta ut plurimum integra exhibentur, nonnunqvam tamen qvædam pars ad probationem puncti præſentis neceſſaria ex iis excerpta producitur, vocaturqve ein Extract. Dividuntur Adjuncta in Originalia, & Copias.

§. 13. *Manual* Acten. Diſtingvendum inter acta à Clientibus jam transmiſſa, ſed adhuc in judicio Producenda, ſeu Acta, qvæ olim Procuratores ad ſui informationem privatim habebant, vulgò *Manual* Acten/ appellata, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 4. in fin.*

ADDICTIO IN DIEM. §. 1. *In diem addictio* eſt, qvâ ita res venditur, ut liceat venditori meliorem conditionem, ab alio intra certum tempus oblatam acceptare. *l. 1. ff. de in diem addict.* Eſtqve vel *tacita*, qvæ ex legis diſpoſitione ineſt, e.g. in venditionibus fiſcalibus. *l. 21. § fin. π. ad municip. l. fin. π. de jure fiſci*, vel *expreſſa*, *qvæ nominatim à contrahentibus exprimitur d. l. 21. § fin. π. ad Municip.* Hæcqve fit, vel ſub conditione *Reſolutivâ*, v.g. Res tibi eſto X. emptâ niſi intra decem dies melior conditio ſit allatâ, vel *ſuſpenſiva*, h.m. ſi intra X. dies nemo attulerit meliorem conditionem, res tibi pro X. empta erit.

ADJECTUS. §. 1. *Adjectus* aliqvando pro coherede accipitur, *l. Verbis ff. de Vulg. ſubſt.* Freqventius in jure noſtro *adjectus* accipitur pro eo, qvi in conventionibus ex partium voluntate, vel promiſſoris, vel creditoris, vel ſuo commodo alternativè *ſolutioni* adjicitur. *Vid. Scacc. tract. adject. Tuſch. lit. A. concl. 177.*

ADJUNCTIO. §. 1. *Adjunctio* eſt, qvâ rei noſtræ principali, ejus augendæ, reficiendæ, ornandæ gratiâ ſive bon. ſive mala fide res aliena jungitur & accedit, ita, ut non nova ſpecies conficiatur, *l. 26. §. 1. de acqvir. rer. dom. l. 19. §. 13. de aur. leg. l. 7. §. 2. ad exhib.*

§. 2. *Adjunctus* in genere dicitur, qvi alicui pro ſubſidio adminiculatur. Specialiter in materia commiſſionis is adjunctus vocatur, qvi commiſſario adjungitur, eo fine, ut actus hic integer ſine partialitate perficiatur. Qvi & ſecundus commiſſarius dicitur, *Rutg. Rul. tr. de commiſſ. p. 1. l. 4. c. 14. num 1.*

AD-

ADMINISTRATIO. §.1. Vox *adminiſtrare*, qvatenus de procuratore prædicatur, accipitur dupliciter (1) latè & ſignificat officium Procuratoris ſive bonorum ſive litis, *l. 1. l. 33. §. 1. de procur.* qvomodo differt Procurator ab Advocato. (2) ſtrictè & tum negotia adminiſtrare, per excellentiam ſignificat *negotia extrajudicialia* gerere, cui opponitur agere, qvod prædicatur de judicialibus, *l. 43. pr. l. 35. de procur.*

ADOPTIO. ARROGATIO. §. 1. *Adoptio* ferè tripliciter accipitur (1) *Vulgariter*, qvando liberum hominem loco filii alimus: imò ſic & ad alios pertinet, qvi adſciſcuntur, e.g. tractandi ut fratres, *vid. l. 132. de V. O.* cui opponitur legitima ſ. ſolennis. *Speidel. in not. hiſtor. Jur. pol. verb.* angewünſchte Kinder. (2) *Juridicè & propriè* eſt ſolennis & legitima liberorum aſſumtio, *l. 132. poſt pr. de V. O. pr. ff. §. 4. & 8. Inſtit. de adopt.* (3) *impropriè* denotat ſervi adoptionem, *§. 5. Inſt. d. t.*

§. 2. Adoptio eſt vel plena, vel minus plena. *Plena, propria* ſeu *vera* adoptio eſt, qvæ perfectè filiumfamil. reddit, & per qvam adoptatus venit in familiam & poteſtatem patris adoptivi: cujusmodi eſt, qvæ fit à perſona conjuncta, & aſcendente. *Minus plena, ac impropria* eſt, qvæ fit ab extraneo, & tribuit tantùm jus ſuccedendi patri adoptivo ab inteſtato, *l. pen. C. de adopt.* item qvæ *ſec. l. 5. C. d. t.* fit à fœmina.

§. 3. A*doptio, in ſpecie ſic dicta*, eſt, qvâ perſona in *poteſtate patris* naturalis, vel etiam adoptivi *§. 6. I. de adopt.* conſtituta, non diſſentiens, à patre alteri habili, accedente autoritate magiſtratus, cui hæc poteſtas competit, in filium datur, *§. 1. I. eod. l. 2. pr. l. 33. l. 42. ff. eod.*

§. 4. *Arrogatio* eſt, qvâ perſonâ *ſui juris* conſentiens, causâ cognitâ, Principis reſcripto interveniente, ab eo, qvi poteſt habere filium in poteſtate, in filium familias aſſumitur, *l. 2. pr. l. 15. §. 2. de adopt. §. 1. I. eod.*

ADPLUMBATURA. §. 1. A*dplumbatura* eſt, qvâ duæ ejusdem vel diverſi generis res per diſſimilem materiam, aut non per ſe invicem, ſed per qvoddam interveniens coagmentantur vel conjunguntur: *ut ſi vaſi figulino anſa & operculum argenteum, item ſi plumbo, glutine, clavo, vel ſimili*

B 2 *modo*

modo brachium ſtatuæ; naſi tabula; aſſer aſſeri jungatur. D. Struv. exercit. 41. th. 44.

ADSCRIPTITII GLEBÆ. §. 1. JCtis hi appellantur, qvi cum agro unà ſerviebant domino, & cum fundis mancipabantur, & alienabantur. *Tuſch. lit. A. concl. 271.*

ADVENA. §. 1. *Advena* eſt, qvem Græci ἄποικον, *id eſt, domo profugum*, colonum advenientem appellant, *l. 239. §. 4. de V. S.*

§. 2. *Populi* appellatione *incolæ* alicujus regionis vel urbis continentur, non verò *advenæ. Felin. in cap. Rodolphus de reſcript. Alciat. in d. l. 239.*

ADULTERIUM. §. 1. *Adulterium* (*propriè dictum, diſtinctum ſcil. à ſtupro*) de jure civili eſt concubitus cum alterius uxore, *l. 2. §. 2. l. 13. §. 2. l. 34. §. 1. l. 6. §. 1. ad L. Jul. de adult. l. 101. l. 22. l. 226. ff. de V. S.* Secundum autem jus Canonicum ac mores definiendum eſt, qvod ſit crimen publicum, qvo per concubitum conjugale fœdus violatur, *c. 15. q. 5. 32. c. 4. q. 34. c. 4. de bon. conjug.*

§. 2. *Adulterium* in nupta committitur, *ſtuprum* verò in virgine vel vidua. Utroqve tamen verbo lex Julia promiſcuè utitur, *l. 101. pr. de V. S. l. 6. §. 1. l. 29. §. 1. ad L. Jul. de adult.* Qvod ſanè verum eſt, qvoad flagitii prohibitionem, & pleraqve alia, *l. 10. §. 1. eod. l. 29. §. hoc §. ſeq. l. 31. eod.* Cæterum qvoad formam, non rectè confunduntur, *Gædd. ad d. l. 101. pr. n. 3.*

§. 3. *Adulterare* in jure nihil aliud eſt, qvàm corrumpere, *l. 16. in fin. de pœn. l. 6. §. ult. de extr. crim. l. 6. ad L. Corn. de falſ. l. 1. de ſerv. corr.*

§. 4. *Vox adulterii* non uno modo accipitur. Nam (1.) latè & generaliter eſt violatio fidei ac thori conjugalis, ſeu concubitus contra pactum conjugale, vel etiam *ſic. Bocerum tr. de adult. & adulter.* crimen publicum, qvo per concubitum viri cum aliena fœmina fœdus conjugale violatur. Per *virum* autem intelligitur & conjugatus & ſolutus: per alienam fœminam, & uxor, & qvæ alterius uxor non eſt. Atqve ſic accipitur hæc vox in jure divino ac Canonico, *arg. c. non mœchaberis. 32. q. 5. nemo 32. q. 4. c. præcipit. cum ſeqq. 32. q. 5. c. ſi dicturi. cum ſeqq. 32. q. 6. arg. Matth. 19. 9. & Marc.*

Marc.10.11. (2.) Strictè jure civili & Moſaico adulterium eſt violatio *thori alieni* ſeu crimen publicum, qvo per concubitum violatur thorus alienus, *arg. l.101. l.125. de V. S. Levit. c. 20. v.10. Deut. 22. v.22.* Hacqve ratione adulterium eſt (1) ſi conjugatus concumbat cum conjugata. *Matth. Stephan. in not. ad Conſt. Crim. Carol. art.120. n.1. & ſeqq.* At ſecundùm jus civile adulterium tantùm fit duobus modis inter conjugatum ſcil. & conjugatam: inter ſolutum cum conjugata: inter conjugatum verò cum ſoluta eodem jure nullum eſt adulterium. *Add. Dn. Hahn. ad* Weſenb. *parat. tit. ad Jul. de adult. n.4. Dn. Carpz. pr. crim. q.53.*

ADVOCATUS. §. 1. *Advocatus*, ſive *Patronus*, dicitur, qvi alieno nomine poſtulat, litemqve inſtruit, ac jus ſuggerit.

§. 2. *Advocatus* à *Procuratore* variis differt modis, ut videre eſt apud *Hunn. ad Treutl. Vol.1. diſp. 8. th. 1. q. 1. Vid Weſenb. h. t. n. 2.*

§. 3. *Advocati* ab advocando dicuntur, qvia patronum advocamus, ut agat litem noſtram, invocamus judicem, vocamus adverſarium, evocamus teſtem *Perez. in Cod. de Advocat. l. n. 1.*

§. 4. *Advocati* vel ſunt *Vulgares*, vel *Fiſcales*. *Vulgares* vel *Statuti*, vel *Supernumerarii*. *Illi* dicuntur, qvorum nomina matriculæ inſerta, certo foro inſervire debent. *l. 13. de Advoc. l. Hi* verò, qvi cauſas fiſci agunt & defendunt, qvibus multa competunt privilegia & dignitates. *t. t. C. de Advocat. fiſci.*

ÆDIFICIUM. §. 1. Perfeciſſe ædificium is videtur, qvi ita conſummavit, ut jam in uſu eſſe poſſit, *l.139. § 1. de V.S.*

§. 2. *Plumbum* qvod tegulis poneretur, ædificii eſſe Labeo ait: Sed id qvod hypæthri tegendi cauſa poneretur, contra eſſe, *l.242. §. 2. de V. S.*

ÆSTAS. §. 1. *Æſtas* incipit ab Æqvinoctio verno, & finitur Æqvinoctio autumnali: & ita ſenis menſibus æſtas dividitur, atqve hyems, *l. 1. §. 32. ff. de aq. qvot. & æſtiv. Oldendorp. claſſ. 2. act. 7. circ. princ.*

ADJECTIVUM. §. 1. *Adjectiva* non tàm locum, qvàm rei, de qva verba fiunt, qvalitatem demonſtrant, *arg. l. urba-*

vel exhibeat, *vel ſolvat*, condemnari debeat; & in qvibus permittitur judici ex bono & æqvo ſecundùm cujusqve rei, de qva actum eſt, naturam, æſtimare, qvemadmodum actori ſatisfieri oporteat, *§. 31. pr. & in fin. Inſtit. de action.* Huc referuntur actiones omnes reales, item omnes perſonales ex delictis, nec non perſonales ex contractibus, qvatenus iis incertum perſeqvimur, deſcendentes. *Bicc. d. l.*

§. 19. *Directa* actio eſt, qvæ ex ipſis verbis legis edictivè expreſſis oritur, *l. 37. de O. & A. l. 47. § 1. de neg. geſt. l. 24. de tut. & rat. diſtr.*

Utilis eſt, qvæ deficientibus verbis ex mente ac ſententia legis edictivè per interpretationem extenſivam datur, *l. 5. par. pen. de conſtit. pec.*

Alia ſignificatione *directa & utilis* ſibi opponuntur, ita, ut *hæc* denotet (1.) actionem ceſſam: *Directa* notet actionem ipſi, qvi obligationem ſibi initio acqviſivit, & poſtea ceſſit competentem. (2.) *utilis* notat actionem prætoriam *l. 1. de eo qvod cert. loc. l. 26. §. 2. de nox. act. l. 18. C. de poſtl. rev.* *Directa* verò ſignificat actionem civilem, *§. 4. I. de actionib.* (3.) *actio utilis* etiam dicitur, qvam habet heres fideic. ratione directa, qvam fiduciarius. (4.) Actio utilis ſumitur pro actione innominatâ *l. 21. ff. de P. V. l. 6. C. de Transact.* & ita nominatæ opponitur. (5.) pro actione efficaci, qvatenus contradiſtingvitur illi actioni, qvæ ipſo jure qvidem competit, ad effectum autèm propter exceptionem peremptoriam perduci non poteſt, *l. 112. ff. de R. J. pr. J. de vi bonor. rapt. l. 22. §. 5. ff. mandati. l. 6. § 2. ff. Naut. Caup. ſtabul. l. 24. §. 2. ff. de lib. cauſa.* (6.) pro actione, qvæ ex utili naſcitur dominio *l. 1. §. 6. ff. de ſuperficiebus.* Sic qvoqve directa actio præter ſignificationes allatas dicitur, qvæ opponitur actioni contrariæ. *§. 1. 2. J. de Obl. qvod qvaſi ex contr. nova l. 18. in fin. ff. de jure fiſci, præparatoria l. 3. §. 13. l. 17. ff. ad exhibend. noxali. §. 5. J. de noxal. act.* vel ex facto alieno deſcendenti. *§. fin. J.* Qvod cum eo qvi in alienâ poteſt. *Eckolt. Comment. Pand. §. 52. ibiqve Dn. Schwend. in not.*

§. 20. *Actio in factum* in genere vocatur, qvæ datur, qvando nulla actio nominatim eſt legibus prodita; tunc enim ſimpliciter factum narrari debet.

Et

Et hæc vel *civilis* eſt, vel *prætoria.*

Civilis eſt, qvæ ad exemplum civilis actionis datur: *idqve vel ex conventione, vel citra conventionem.*

Actio in factum qva ex conventione datur, vocatur *actio præſcriptis verbis.*

Qva citra conventionem ex mente legis in caſu ſimili; appellatur ſimpliciter *actio utilis in factum*, qvalis eſt actio utilis legis Aqviliæ, *l. 7. §. 6. l. 9. §. 2. l. 29. §. pen. ad L. Aq.*

Actio *in factum prætoria* alia eſt *ordinaria*, ſeu *edictalis*, qvæ datur ex cauſa certa & ſtata, ſeu ex edictis prætoriis, *ut l. 1. pr ff. Si menſ. falſ. mod. l. 1. ff. de calumn. l. 5. §. 1. Ne qvis eum qvi in jus voc.*

Alia verò *extraordinaria* & ſubſidiaria, qvæ & *decretalis* poteſt appellari, qvia datur ex cauſa incerta & in ſubſidium; nam per hanc prætor ſupplet qvod deeſt vel legi civili *l. 11. de præſcr. verb.* vel etiam ſubinde ipſis edictis prætoriis, *l. 11. in fin. de dol. mal. Suthol. diſſert. 18. th. 12. & ſeq.*

In genere *actio in factum* eſt, qvæ certis formulis non eſt concepta. Actione enim in factum, vel præſcriptis verbis, negotium, cùm certum nomen ejus & actionis exprimi neqveat, per rei geſtæ narrationem verborumqve circumſcriptionem exprimitur, & qvod inde debetur, ab altero petitur, *l. 1. de æſtim. act. l. 2. l. 3. l. 11. De præſc. verb. l. 6. C. de transactionib.*

Aliùs actio in factum dicitur [1.] qvæ ex prætoriis jurisdictione introducitur, *l. 3. pr. de eo per qvem fact. l. 5. §. 1. Ne qvis eum qvi in jus voc.* (2.) qvando actio civilis ex interpretatione Prætoris vel JCtorum, deficientibus verbis ex mente & ſententia legis extenditur, vel aliàs ex æqvitate actio datur, *l. 11. l. 24. §. f. de præſcript. verb. l. 9. l. 29. §. pen. l. 53. ad L. Aqv.* & dici ſolet etiam actio utilis, qvæ in ſubſidium directa datur ex æqvitate. (3.) Alio ſenſu actio in factum dicitur, qvæ ob aliqvam cauſam non poteſt dari adverſus qvasdam perſonas, qvalis opponitur actioni ordinariæ, ut cum actio de dolo contra parentes dari neqveat, dicitur actio in factum ob honorem & reverentiam parentibus debitam, *l. 11. §. 1. de dol.* Sive *in factum* hoc ſenſu *actio* dicitur, qvæ datur in ſubſidium actionis famoſæ, *Struv. exercit. 25. th. 23.*

§. 2.

§. 21. *Actio arbitraria* vocatur duobus modis, (1.) qvia judex jubet rem reſtitui vel exhiberi prout ei æqvum videtur, cui arbitrio, ſi reus paruerit, abſolvitur, ſin minus, condemnatur. (2.) Ubi ejusmodi arbitrium non præcedit, ſed inſtar aliarum actionum, totum unâ ſtatim ſententiâ expeditur, qvâ judex ſuo arbitrio, qvantum ſit ſolvendum æſtimat, *D. Hahn. ad tit. ff. qvod met. cauſ. n. 5. in fin.*

§. 22. *Actio ex facta alienatione judicii mutandi causâ* eſt, actio in factum ſ. prætoria, qvæ datur ei, cujus cauſa alienatione reddita eſt deterior, adverſus dolo malo, ut adverſarii cauſam redderet deteriorem, ante inſtitutum judicium rem inter vivos alienantem, ad id qvod intereſt duriorem cauſam redditam non fuiſſe, *l. 1. de alien. jud. mut. cauſ.*

§. 23. *Actio de eo, qvod certo loco dari oportet*, eſt actio in perſonam prætoria, qvâ res, qvæ actione ſtricti juris certo loco petenda eſſet, factâ commemoratione hujus loci, qvo dari debuit, alibi petitur; & judici æſtimandum committitur, qvanti interſit, qvod loco deſtinato res non præſtatur, *l. 1. l. 2. pr. l. 4. de eo qvod cert. loc. l. un. C. eod. §. 33. Inſt. de action.*

§. 24. An judicium vel actio ſit *univerſalis* aut *particularis*, illud æſtimandum eſt non ex re, qvæ petitur, ſed ex cauſa petendi, an illa ſit univerſalis aut particularis.

§. 25. *Actio popularis* eſt, qvæ ſuum jus populi tuetur, *l. 1. de pop. act.* Qvæ actiones populares dicuntur Publicè, *l. 30. §. 3. de jurejur.* i. e. omnibus patent. Cuivis è populo dantur, publici juris tuendi gratiâ, *d. l. 1.* Eſtqve duplex, alia in qva privatus, alia, in qvâ nemo privatorum intereſſe habet Utraqve inſtituitur vel civiliter, vel criminaliter, *Dn. Schvvend. Tr. de Action. cap. 1. §. 38.*

§. 26. Actionis verbo etiam *perſecutio* continetur, *l. 34. de* V. S.

§. 27. *Actionis* verbum & *Speciale* eſt & *Generale*. Nam omnis actio dicitur, ſive in perſonam ſive in rem ſit petitio: Sed plerumqve actiones perſonales ſolemus dicere. *Petitionis* autem verbo in rem actiones ſignificari videntur. *Perſecutionis* verbo extraordinarias perſecutiones puto contineri, ut puta fideicommiſſorum: & ſi qvæ alia ſunt, qvæ non habent juris ordinarii executionem, *l. 178. §. 2. de* V. S.

§. 28.

§. 28. *Actiones nativæ* ſunt, qvæ præexiſtentem ſufficientem habent materiam, ex qvâ deſcendunt: ut ſunt actiones ex contractibus ortæ. Actiones dativæ ſunt, qvæ præcedentem cauſam ſufficientem non habent, ſed ex æqvitate à lege dantur: ex. gr. contra pupillum ex Edicto D. Pii, qvat. absqve tutore locupletior factus, *l. 5. π. de auth. tut. Bach. tr. de action. diſp. 2. th. 18. in fin. Hahn. de O. & A. n. 2.*

§. 29. *Concurrere actiones* dicuntur, cùm duæ pluresve eidem Actori adverſus eundem Reum citra eandemRem competunt ex una vel diverſis cauſis, *l. 10. de act. emt. l. 56. de furt. l. 29. de O. & A. l. 7. §. 1. de furt. l. 34. de O. & A. l. 130. de R. J. Obrecht. de conc. & cum. act. th. 6. Hillig. in Don. enucl. l. 12. c. 3. lit. a.*

§. 30. *Cumulatio actionum* eſt Juris Connexi, diverſi qvidem ſed compatibilis exercitium, idqve vel ex eadem cauſa adverſus plures & diverſos: vel ex diverſa cauſa adverſus eandem perſonam, ſive eandem rem. *Mindan. de contin. cauſ. cap. 10. n. 2.* Add. *Umm. diſp. 6. n. 60. & ſeqq.*

ACTUS. ACTA. §. 1. *Actus*, Treibgerechtigkeit / eſt jus agendi jumentum vel vehiculum per prædium alienum ad noſtrum, *l. 12. de ſerv. ruſt.*

§. 2. *Ad acta, apud actu, inter acta*, actis intervenientibus, idem valent qvod coram magiſtratus, in loco publico, *l. 2. l. 5. §. 5. de appel. §. 8. q. m. p. p. ſolv.*

§. 3. *Acta* autem (*alias geſta l. 31. de donat. & monumenta, l. 23. C. de teſtam.*) erant ſcripta & commentarii publici, in qvos ea, qvæ vel in conſiſtoriis Principum, vel in auditoriis Præſidum aut magiſtratuum gerebantur, conjicerentur, *l. 45. l. 46. de re jud.* Per excellentiam dicuntur *acta publica*, id eſt, monumenta publica, qvæ fiunt auctore magiſtratu, *l. 31. pr. C. de donat.* *Propriè acta* dicimus, qvæ in judiciis ſunt acta, *l. 2. C. de edendo. d. l. 45. & 46.*

§. 4. *Actus extrajudiciales* dicuntur, qvæ fiunt extra judicium ſine contradictorio, & potius appellantur facta, qvam acta, *Tuſch. lit. A. concl. 85.*

§. 5.

§. 5. Nomen *Acta* duplici modo accipitur, (1.) Latè, qvatenus etiam ſua Protocolla comprehendit. Hoc modo ſumta Acta dicuntur ea, qvæ in unaqvaqve cauſa durante judicio geſta & peracta ſunt, ſive id factum in ſcriptis, ſive oretenus. Germanicè Gerichtshandlung / Gerichtshandel / Gerichtliche Acten, item ſimpliciter Acten. (2.) *Strictè*, qvatenus Protocollis ſuis opponitur. Hoc modo ſumta Acta dicuntur omne qvicqvid in ſcriptis unaqvaqve cauſa eſt exhibitum. Cum verò non omnia, qvæ in judicio geruntur, fiant in ſcriptis, ſed qvædam etiam oretenus proferantur, & oretenus prolata ſcripturæ mandentur, hæc conjunctim ſumta vocantur Acta, & dividuntur in Protocollum, & Acta ſtrictè dicta.

§. 6. *Protocollum* dicuntur literæ complectentes ea, qvæ à partibus vel judice oretenus in judicio proferuntur. A judice ſi qvæ prolata vocantur *Sententia*; A partibus propoſita conſveverunt appellari *Receſſus*.

§. 7. *Acta* ſubdiſtingvuntur in Scripta & Adjuncta. *Scripta* (*alias etiam producta*, Producten, Schrifften / Handlungen / Schrifftliche Handlungen / *nominata*) ſunt literæ, in qvibus deducitur cauſæ, ſeu ejus alicujus puncti controverſia. Ejuſmodi Scriptorum præcipua nomina ſunt libellus, exceptio, Replica, Duplica, Triplica, Qvadruplica. Hiſce Scriptis pro diverſitate factorum diverſæ ac variæ Rubricæ ab Advocatis ſolent affingi, utpote Anzeig / Gegenanzeig / Ableinung / Gegenableinung / Verantwortung / Hintertreibung / Gegenhandlung / Gegenbeſchluß / Schrifft an ſtatt mündlichen Receſs, Submiſſiv, Gegen-Miſſiv, Receſs, Protocollum Intentionis, Protocollum Actionis, Receſſus, Receſſus an ſtatt mündlichen Bericht / Imploratio, beſtändige und wolgegründete Einrede / Rechtmäßige Nachrede / Schluß-Satz / Nothwendige Rechtfertigung / Anſtellung der Klage / Ablehnung der eingebrachten Imploration-Schrifft &c. In camera tamen Imperiali ſcripta poſt exceptiones exhibenda ſub nulla alia Intitulatura, qvàm Replicarum ac duplicarum non attento, qvocunqve etiam modo ab Advocatis inſcripta ſint, produci debent, Gem. Beſcheid. *13. Dec. 1659. §. 4. Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 63. n. 12. & ſeq.*

§. 8. *Acta complere* nihil eſt aliud, qvàm Receſſus à Procuratoribus habitos ex Protocollo Judiciali Actorum Protocollo inſcribere huicqve ſcripta una alterave vice exhibita ſub certo numero cuidam qvadrangulo incluſo apponere, *Jac. Blum. d. tr tit. 75. n. 10.*

§. 9. Acta, qvæ in Inſtantia coram judice Cameræ peracta conſcribuntur, nominantur *Acta appellationis*: Reliqvarum verò Inſtantiarum, *Acta Priora* & qvidem ſi duntaxat ſemel provocatum, *Acta prioris Inſtantiæ*: Sin autem pluries, *Acta priorum Inſtantiarum. Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 25. n. 71.*

§. 10. *Acta appellationis prima, ſecunda, tertia &c.* qvænam ita dicantur? Reſp. Notandum, licet in inſtantia ſecunda ſit prima appellatio in tertia inſtantia appellatio ſecunda, in qvarta inſtantia appellatio &c. qvod tamen cauſa, cùm unica ſit & maneat, etiamſi in ea per decem inſtantias appelletur, in Camera nunqvam vocetur Cauſa primæ, ſecundæ, tertiæ &c. Sed ſimpliciter appellationis. In Camera qvidem multæ cauſæ rubricantur, Cauſa primæ, ſecundæ, tertiæ, qvartæ &c. appellationis, atqve harum cauſarum Acta ſolent vocari Acta primæ, 2. 3. 4. &c. appellationis. Verùm hoc alio & qvidem duplici modo fit (1.) Si unus idemqve in una cauſa ab eodem judice ad Cameram pluries provocet, utpote ſi primò ab interlocutoria, ac deinde à definitiva appellet, ibi appellatio nominatur prima, hæc autem ſecunda. (2.) Si unus idemqve v. g. Cajus contra Mævium tres diſtinctas cauſas habeat, unam *hereditatis*, ſecundam *mutui*, tertiam *injuriarum*, atqve Cajus in omnibus tribus ſuccumbens ad Cameram appellet, illa, de qva primò appellatum, vocatur cauſa primæ appellationis; de qva ſecundò, cauſa ſecundæ appellationis, atqve ſic deinceps. Sin verò Mævius ab aliqva ex his appellet, iſta ſimpliciter Cauſa appellationis vocatur, *Jac. Blum. d. tit. 25. n. 71. & ſeqq.*

§. 11. *Reqvirere* eſt petere à judice inferiori, ut omnia coram ſe in judicio geſta atqve actitata deſcribi curet, condignaqve mercede petenti edat, *Ord. Cam. p. 2. tit. 31.*

§. 12. Adjuncta (die Beylagen/) ſunt literæ in exhibitis ſcriptis allegatæ eisdemqve appoſitæ, uti ſunt documenta

 Pro-

Probatoria, Inſtrumenta, Miſſivæ, Procuratoria &c. Hæc adjuncta ut plurimum integra exhibentur, nonnunqvam tamen qvædam pars ad probationem puncti præſentis neceſſaria ex iis excerpta producitur, vocaturqve ein Extract. Dividuntur Adjuncta in Originalia, & Copias.

§. 13. *Manual* Acten. Diſtingvendum inter acta à Clientibus jam transmiſſa, ſed adhuc in judicio Producenda, ſeu Acta, qvæ olim Procuratores ad ſui informationem privatim habebant, vulgò *Manual* Acten/ appellata, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 4. in fin.*

ADDICTIO IN DIEM. §. 1. *In diem addictio* eſt, qvâ ita res venditur, ut liceat venditori meliorem conditionem, ab alio intra certum tempus oblatam acceptare. *l. 1. ff. de in diem addicti.* Eſtqve vel *tacita*, qvæ ex legis diſpoſitione ineſt, e.g. in venditionibus fiſcalibus. *l. 21. §. fin. π. ad municip. l. fin. π. de jure fiſci*, vel *expreſſa*, *qvæ nominatim à contrahentibus exprimitur d. l. 21. §. fin. π. ad Municip.* Hæcqve fit, vel ſub conditione *Reſolutivâ*, v.g. Res tibi eſto X. emptâ niſi intra decem dies melior conditio ſit allatâ, vel *ſuſpenſivâ*, h.m. ſi intra X. dies nemo attulerit meliorem conditionem, res tibi pro X. empta erit.

ADJECTUS. §. 1. *Adjectus* aliqvando pro coherede accipitur, *l. Verbis ff. de Vulg. ſubſt.* Freqventius in jure noſtro *adjectus* accipitur pro eo, qvi in conventionibus ex partium voluntate, vel promiſſoris, vel creditoris, vel ſuo commodo alternativè *ſolutioni* adjicitur. *Vid. Scacc. tract. adject. Tuſch. lit. A. concl. 177.*

ADJUNCTIO. §. 1. *Adjunctio* eſt, qvâ rei noſtræ principali, ejus augendæ, reficiendæ, ornandæ gratiâ ſive bon. ſive mala fide res aliena jungitur & accedit, ita, ut non nova ſpecies conficiatur, *l. 26. §. 1. de acqvir. rer. dom. l. 19. §. 13. de aur. leg. l. 7. §. 2. ad exhib.*

§. 2. *Adjunctus* in genere dicitur, qvi alicui pro ſubſidio adminiculatur. Specialiter in materia commiſſionis is adjunctus vocatur, qvi commiſſario adjungitur, eo fine, ut actus hic integer ſine partialitate perficiatur. Qvi & ſecundus commiſſarius dicitur, *Rutg. Rul. tr. de commiſſ. p. 1. l. 4. c. 14. num 1.*

AD-

ADMINISTRATIO. §.1. Vox *adminiſtrare*, qvatenus de procuratore prædicatur, accipitur dupliciter (1) latè & ſignificat officium Procuratoris ſive bonorum ſive litis, *l. 1. l. 33. §. 1. de procur.* qvomodo differt Procurator ab Advocato. (2) Strictè & tum negotia adminiſtrare, per excellentiam ſignificat *negotia extrajudicialia* gerere, cui opponitur agere, qvod prædicatur de judicialibus, *l. 43. pr. l. 35. de procur.*

ADOPTIO. ARROGATIO. §. 1. *Adoptio* ferè tripliciter accipitur (1) *Vulgariter*, qvando liberum hominem loco filii alimus: imò ſic & ad alios pertinet, qvi adſciſcuntur, e.g. tractandi ut fratres, *Vid. l. 132. de V. O.* cui opponitur legitima ſ. ſolennis. *Speidel. in not. hiſtor. Jur. pol. Verb.* angewunſchte Kinder. (2) *Juridicè & propriè* eſt ſolennis & legitima liberorum aſſumtio, *l. 132. poſt pr. de V. O. pr. ff. §. 4. & 8. Inſtit. de adopt.* (3) *impropriè* denotat ſervi adoptionem, *§. f. Inſt. d. t.*

§. 2. Adoptio eſt vel plena, vel minus plena. *Plena, propria* ſeu *vera* adoptio eſt, qvæ perfectè filiumfamil. reddit, & per qvam adoptatus venit in familiam & poteſtatem patris adoptivi: cujusmodi eſt, qvæ fit à perſona conjuncta, & aſcendente. *Minus plena, ac impropria* eſt, qvæ fit ab extraneo, & tribuit tantùm jus ſuccedendi patri adoptivo ab inteſtato, *l. pen. C. de adopt.* item qvæ *ſec. l. 5. C. d. t.* fit à fœmina.

§. 3. A*doptio, in ſpecie ſic dicta*, eſt, qvâ perſona in *poteſtate patris* naturalis, vel etiam adoptivi *§. 6. I. de adopt.* conſtituta, non diſſentiens, à patre alteri habili, accedente autoritate magiſtratus, cui hæc poteſtas competit, in filium datur, *§. 1. I. eod. l. 2. pr. l. 33. l. 42. ff. eod.*

§. 4. *Arrogatio* eſt, qvâ perſonâ *ſui juris* conſentiens, causâ cognitâ, Principis reſcripto interveniente, ab eo, qvi poteſt habere filium in poteſtate, in filium familias aſſumitur, *l. 2. pr. l. 15. §. 2. de adopt. §. 1. I. eod.*

ADPLUMBATURA. §. 1. *Adplumbatura* eſt, qvâ duæ ejusdem vel diverſi generis res per diſſimilem materiam, aut non per ſe invicem, ſed per qvoddam interveniens coagmentantur vel conjunguntur: *ut ſi vaſi figulino anſa & operculum argenteum, item ſi plumbo, glutine, clavo, vel ſimili*

modo brachium ſtatus; naſi tabula; aſſer aſſeri jungatur. D. Struv. exercit. 41. th. 44.

ADSCRIPTITII GLEBÆ. §. 1. JCtis hi appellantur, qvi cum agro unà ſerviebant domino, & cum fundis mancipabantur, & alienabantur. *Tuſch. lit. A. concl. 271.*

ADVENA. §. 1. *Advena* eſt, qvem Græci ἄποικον, *id eſt, domo profugum,* colonum advenientem appellant, *l. 239. §. 4. de V. S.*

§. 2. *Populi* appellatione *incolæ* alicujus regionis vel urbis continentur, non verò *advenæ. Felin. in cap. Rodolphus de reſcript. Alciat. in d. l. 239.*

ADULTERIUM. §. 1. *Adulterium (propriè dictum, diſtinctum ſcil. à ſtupro)* de jure civili eſt concubitus cum alterius uxore, *l. 2. §. 2. l. 13. §. 2. l. 34. §. 1. l. 6. §. 1. ad L. Jul. de adult. l. 101. l. 22. l. 226. ff. de V. S.* Secundum autem jus Canonicum ac mores definiendum eſt, qvod ſit crimen publicum, qvo per concubitum conjugale fœdus violatur, *c. 15. q. 5. 32. c. 4. q. 34. c. 4. de bon. conjug.*

§. 2. *Adulterium* in nupta committitur, *ſtuprum* verò in virgine vel vidua. Utroqve tamen verbo lex Julia promiſcuè utitur, *l. 101. pr. de V. S. l. 6. §. 1. l. 29. §. 1. ad L. Jul. de adult.* Qvod ſanè verum eſt, qvoad flagitii prohibitionem, & pleraqve alia, *l. 10. §. 1. eod. l. 29. §. hoc §. ſeq. l. 31. eod.* Cæterum qvoad formam, non rectè confunduntur, *Gædd. ad d. l. 101. pr. n. 3.*

§. 3. *Adulterare* in jure nihil aliud eſt, qvàm corrumpere, *l. 16. in fin. de pœn. l. 6. §. ult. de extr. crim. l. 6. ad L. Corn. de falſ. l. 1. de ſerv. corr.*

§. 4. *Vox adulterii* non uno modo accipitur. Nam (1.) latè & generaliter eſt violatio fidei ac thori conjugalis, ſeu concubitus contra pactum conjugale, vel etiam *ſec. Bocerum tr. de adult. & adulter.* crimen publicum, qvo per concubitum viri cum aliena fœmina fœdus conjugale violatur. Per *virum* autem intelligitur & conjugatus & ſolutus: per alienam fœminam, & uxor, & qvæ alterius uxor non eſt. Atqve ſic accipitur hæc vox in jure divino ac Canonico, *arg. c. non mœchaberis. 32. q. 5. nemo 32. q. 4. c. præcipit. cum ſeqq. 32. q. 5. c. ſi dicturi, cum ſeqq. 32. q. 6. arg. Matth. 19. 9. & Marc.*

Marc.10.11. (2.) Strictè jure civili & Mòſaico, adulterium eſt violatio *thori alieni* ſeu crimen publicum, qvo per concubitum violatur thorus alienus, *arg. l.101. l.125. de V. S. Levit. c. 20.v.10. Deut. 22.v.22.* Hacqve ratione adulterium eſt (1) ſi conjugatus concumbat cum conjugata. *Matth. Stephan. in not. ad Conſt.Crim.Carol. art.120. n.1. & ſeqq.* At ſecundùm jus civile adulterium tantùm fit duobus modis inter conjugatum ſcil. & conjugatam: inter ſolutum cum conjugata: inter conjugatum verò cum ſoluta eodem jure nullum eſt adulterium. *Add. Dn.Hahn. ad Weſenb. parat. tit. ad Jul. de adult. n.4. Dn. Carpz. pr. crim. qv.53.*

ADVOCATUS. §. 1. *Advocatus*, ſive *Patronus*, dicitur, qvi alieno nomine poſtulat, litemqve inſtruit, ac jus ſuggerit.

§.2. *Advocatus* à *Procuratore* variis differt modis, ut videre eſt apud *Hunn. ad Treutl. Vol.1. diſp. 8. th. 1. qv.1.* *Vid. Weſenb. h. t. n. 2.*

§.3. *Advocati* ab advocando dicuntur, qvia patronum advocamus, ut agat litem noſtram, invocamus judicem, vocamus adverſarium, evocamus teſtem *Perez. in Cod. de Advocat. l. n. 1.*

§.4. *Advocati* vel ſunt *Vulgares*, vel *Fiſcales*. *Vulgares* vel *Statuti*, vel *Supernumerarii*. *Illi* dicuntur, qvorum nomina matriculæ inſerta, certo foro inſervire debent. *l.13. de Advoc. l.* *Hi* verò, qvi cauſas fiſci agunt & defendunt, qvibus multa competunt privilegia & dignitates. *t.t. C. de Advocat. fiſci.*

ÆDIFICIUM. §. 1. Perfeciſſe ædificium is videtur, qvi ita conſummavit, ut jam in uſu eſſe poſſit, *l.139. § 1. de V.S.*

§.2. *Plumbum* qvod tegulis poneretur, ædificii eſſe Labeo ait; Sed id qvod hypæthri tegendi cauſa poneretur, contra eſſe, *l.242. §.2. de V. S.*

ÆSTAS. §. 1. *Æſtas* incipit ab Æqvinoctio verno, & finitur Æqvinoctio autumnali: & ita ſenis menſibus æſtas dividitur, atqve hyems, *l.1. §.32. ff. de aqv. qvot. & æſtiv. Oldendorp. claſſ. 2. act.7. circ. princ.*

ADJECTIVUM. §. 1. *Adjectiva* non tàm locum, qvàm rei, de qva verba fiunt, qvalitatem demonſtrant, *arg. l. urbana.*

na. ff. de V. S. & plerumqve à propriis rerum omnibus ipſorum nominum intuitu ſumta nominum vice funguntur, eademqve, qva ipſa nomina propria, certitudine & amplitudine res arguunt, *arg. l. certum eſt, cum ibi notat ff. de reb. cred. l. 75. ff. de V. Obl. l. 3. ff. de ſuppell. leg. Gœdd. ad l. 2. pr. n. 15. ff. de V. S.*

ÆQVITAS. §. 1. Qvoties hæc duo vocabula (*Æqvum & bonum*) apud Latinos conjunctim ponuntur, nihil aliud ſignificant, qvàm moderationem & correctionem juris, ſive humaniorem interpretationem ſcripti, aliàs æqvitas dicitur. *l. 15. de Leg.* jus naturale, *l. pen. de juſt. & jur.* bona fides. *l. 1. §. 1. de act. emt. l. 45. §. 1. Locat. Hahn. ad Weſenb. de j. & j. pag. 54.*

§. 2. *Æqvitas* ſumitur (1) *abſolutè*, & eſt idem qvod juſtitia, & æqvum eſt, qvod in genere juſtum, (2) *vel relatè*, ut notat legis ad ſpecialem caſum æqvam accommodationem, *Struv. exercit. 2. theſ. 44.*

§. 3. *Æqvitas* eſt vel Civilis, qvæ conſtat ex ratione civili, vel naturalis, qvæ conſtat ex ratione naturali. *Tabor. ad tit. π. Si is qvi teſt. lib. § 18.*

ÆS. §. 1. Paſſim aurum & argentum ſeparantur ab Ære, *l. 2. § 30. de orig. jur. l. 13. §. inde de uſufr. l. 22. de V. O. l. 50. de ſol.* (2) Vetuſtiſſima tamen ſignificatione *aris* qvævis pecunia continetur, *l. 213. l. 159. de V. S. l. 1. pr. ad L. Aqvil.* Hinc paſſim *as alienum* pro qvovis debito profertur, *l. 213. §. 1. de V. S. l. 8. de acqv. her. l. 9. de vent. in poſſ. l. 18. l. 19. de relig. l. 16. de V. S.*

§. 2. *Æs alienum* eſt, qvod nos aliis debemus: *as ſuum*, qvod alii nobis debent, *l. 213. § 1. de V. S.*

ÆSTIMATIO. §. 1. Æſtimatio continetur in re, *l. 88. pr. de V. S. l. 93. ad L. Fals.* Unde tantum qvisqve pecuniæ, tantum nummorum habet, qvantum ex venditione rerum ejus poteſt redigi, *d. l. 88. pr. de V. S. d. l. 63. l. 1. de contr. emt. l. 12. de Leg. 2.* Rurſus res non ineſt æſtimationi. Hinc eum, qvi pecuniam numeratam, qvi nummos habet, non rectè dixeris habere rem, qvam his nummis comparare poſſit. *d. l. 88. ubi Gœdd. num. 4.*

§. 2. Accipitur *æſtimatio* (1) vel pro actu æſtimandi, *l. 10. §. 5.*

l.10. §.5. l. de emt. Vend. l. 22. de act. rer. amot. & eſt taxatio Wärdirung. (2) vel objectivè pro ipſo æſtimato: qvomodo dicitur, æſtimationis præſtationem vicem rei ſuſtinere, remqve repræſentare, *l.3. C. comm. div*. & eum qvi æſtimatum reddere obligatus eſt, pretii præſtatione non liberari, *l. 21. C. de jur. dot.* der Wehrt / der billige Wehrt / den Wehrt dafür zahlen.

§. 3. Deſcribi poteſt *æſtimatio*, declaratio ſeu definitio certi alicujus rei, ab eo facta, qvi poteſtatem declarandi habet.

§. 4. *Æſtimatorius contractus*, eſt contractus innominatus, qvo agitur, ut, cûm res æſtimata vendenda datur, aut res aut æſtimatio, de qva convenit, reddatur, *l. 1. de æſtim. act. l. 17. §. 1. de P. V.*

§. 5. Forma contractus hujus conſiſtit in eo, ut res vendenda tradatur alicui ita, ut aut rem reddat, ſi fortè emtorem non inveniat, nec ipſe ut emtam pro pretio retinere velit, aut precium, ſi nimirum alius qvis emat, aut ipſe retineat. Datur ex hoc contractu actio præſcriptis verbis, qvæ in ſpecie *æſtimatio* dicitur.

§. 6. *Æſtimatoria actio*, ſive *Qvanti minoris* eſt, qvâ agit emtor non ad reſcindendum contractum, ſed ut *tantum pretii* reſtituatur, qvantò minoris res ob vitium, cùm venderetur, fuit, *l. 61. de ædil. edict.*

ÆTAS. §. 1. *Ætatis Venia* eſt, qvâ princeps Minori Jus legitimæ ætatis tribuit, qvo tanqvam Major ſine Curatore agere, conveniri, bona ſua adminiſtrare ac liberè contrahere poſſit, *t. t. C. ſi maj. fact. alien. Lamp. 2. l. P. c. 9. n. 149.*

AFFINITAS. §. 1. Affinitas eſt perfecta vel imperfecta. Ut *perfecta* dicatur affinitas tria reqviruntur conjunctim (1), ut intervenerit concubitus, (2) is fuerit nuptialis, (3) & inter eas perſonas, qvæ tempore unionis marito aut uxori actu ſint cognatæ. *Imperfecta* eſt, cui alterutrum ex his tribus deeſt, [1] qvando qvis junctus eſt ex concubitu illius cognatis cum qva illicitam habuit conſvetudinē. *c. 1. c. 6. de eo qvi cogn. conſ. ux.* (2) ubi unio perſonarum non fuit præſens, ut ſi uxor alicujus alteri poſt divortium nupſerit, & ex eo filiam ſuſceperit, tum prior maritus eam ducere prohibetur. Veram affinitatem ſolam jus civile agnoſcit. Imperfecta jure civ. nō venit hoc no-

mine, ſed ſolet indigitari publicè honeſtatis juſtitia, §.*penult. Inſt. de nupt.* Vid. *Dn. Hahn. ad Weſenb. de rit. nupt. num. 4. Schulz. de Arbore conſangvin. & adſin. cap. 8. n. 8. ſeqq.*

§. 2. *Genera affinitatis* hæc ſunt, (1) Primum genus eſt, qvod per primam carnis copulam, ſeu mediante unâ perſonâ contrahitur, (2) eſt, qvod per perſonam primo generi additam, copulâ carnali interveniente conſtituitur, vel qvod mediantibus duabus perſonis contrahitur. (3) Tertium affinitatis genus eſt, qvod per tertiam carnis copulam ſive tribus perſonis mediantibus contrahitur, *Dn. Hahn. d. l. pag. 208.* D. *Struv. exerc. 29. th. 42.*

§. 3. *Affinitas* eſt vinculum reſultans ex unione duorum in unam carnem per carnalem copulam. Vel eſt perſonarum neceſſitudo, ex coitu proveniens, omni carens ſangvinis parentela.

§. 4. *Affines* ſunt viri & uxoris cognati dicti ex eo, qvod duæ cognationes, qvæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulentur, & altera ad alterius cognationis finem accedat: qvia cognati viri fiunt affines uxori, & ècontra cognati uxoris fiunt affines viro, *l. 4. §. 3. de grad. & adf. c. 5. de conſan. & adfin. Carpzov. pr. crim. qv. 13. num. 27. 30. & qv. 74. num. 5.*

AGERE. §. 1. *Agendi* verbum generale eſt. Qvi enim ſtipulatur, qvi credit pecuniam, qvi vendit, emit, locat, conducit, paciſcitur, teſtatur &c. *agere* vel *facere* qvid dicitur, *l. 19. de V. S. l. 34. de R. J. §. f. de cur. fur. l. 7. §. 12. de pact. §. 10. I. de teſt. ord. t. ff. & Cod. qvi teſt. fac. Geſtum* ſignificat rem ſine verbis factam, *l. 19. de V. S. tit. ff. & Cod. de neg. geſt. Contractus* eſt ultro citroqve obligatio, *d. l. 19.*

§. 2. Omne negotium, qvod fit vel fieri intenditur, modò conjunctim *& actum, & geſtum, & contractum*; modò ſeorſim etiam actum vel geſtum, vel contractum dici poteſt, *Gœdd. ad d. l. 5. l. 19. n. 7.*

§. 3. Inde fit ut ſæpe numero unum pro altero accipiatur, non qvidem propriè ſed per metonomiam, aut per Synecdochen: interdum etiam utroqve tropo concurrente, *l. 58. de V. S. l. more ff. de feriis. l. 2. de cap. minut. Gœdd. d. l.*

AGER. §. 1. *Ager* eſt omnis locus ad culturam aptus mo-

modò ſit ſine villa, h.e. ædificio ruſtico, *l.27. de V. S.* Eatenus enim fundi & prædii ſignificatio generalior eſt, *l. 38. de acqvir. rer. dom. l. 213. l. 115. de verb. ſign.* Qvin imò *locus* agri genus eſt, *d. l.27.* locus verò pars fundi, *l.60. d.t.* Qvid ergò, an ager pars fundi & prædii? Fundus enim, ut & prædium, conſtare poteſt ædificio, prato, & agris, *d. l. 60. d. l. 211. d.l. 115. l.15. inf. de inſtr. leg. Gœdd. ad d.l.27. n.10.*

§. 2. *Ager* eſt modò territorium urbis, *l. 239. §. 8. de V. S. ut ager Romanus, ager Leontinus:* modò locus ruris, qvem colimus, aramus, eaqve pars agri, qvæ ſementi datur, *arvum* dicitur. Prioris notionis ager, urbium territoria ſignificans, caret plurali. Si enim Romanos, Campanos, Leontinos dicas agros, ſingulorum civium agri intelliguntur, *Dn. Wiſſenbach. ad d.l. 27. de V.S.*

§. 3. *Novalis* eſt terra præciſa, qvæ anno ceſſavit, *l. 30. de V. S.*

§. 4. *Reſtibilis ager* appellatur, qvi qvotannis aratur & ſeritur.

§. 5. *Integra terra* eſt, in qvam nondum dominus paſcendi gratia pecus immiſit, *d.l.30. §.3.*

AGGRATIATIO. §. 1. *Jus aggratiandi* eſt juſta ordinariæ ſeu expreſsè in legibus definitæ pœnæ ob veram qvandam rationem ab abſoluta poteſtate per remiſſionem vel alterationem gratuito facta derogatio. Aliàs dicitur remiſſio vel alteratio pœnæ, *Vid. Dan. Claſen de jur. aggratiandi cap. 4.*

§. 2. *Jus aggratiandi,* die Begnadigung der Maleficanten/ differt ab Æqvitate. (1) Æqvitas benigniorem interpretationem in legibus, ſi fortè qvippiam in iis obſcurum vel ambiguum fuerit, eligit *l.90. de R.J.* & in talibus mentem potius & ſententiam legiſlatoris, qvàm verba legis ſeqvitur *l ſcire de LL.* aut interpretationem exſpectat à Principe, *l.1. l.11. l. 12 C.eod.* qvo æqvum & bonum in infligenda pœna obſervetur. Verùm ius aggratiandi non reſpicit præcisè legum pœnalium interpretationem, qvin potius earum inducit derogationem, ſeu iis, qvæ in legibus ſancita ſunt, derogat, & ea vel planè tollit, vel aliud qvippiam ſtatuit. (2) Æqvitas pœnam ex benigniore legum interpretatione delinqventi infligit, & ſic mitiori ſupplicio reum afficit: qvod ſecus eſt in jure ag-

gratiandi, qvippe qvod pœnam vel remittit, alterat, idqve non ex interpretatione juris, verũ ex gratia, *Dan. Glaſen d. tract. c. 3.*

AGNATIO. §. 1. *Communis agnationis*, & familiæ ſunt, qvi ex eadem ſtirpe per virilem ſexum *l. 196. de V. S.* ſunt propagati, iisdemqve communibus agnationis juribus fruuntur, licet ſinguli propriam alant familiam.

§. 2. Agnatorum appellatione veniunt proximi conſangvinei ex parte patris usqve ad decimum gradum, ſecundùm jus civile, *Bald. conſ. 469. lib. 1.* Et generalius eſt nomen agnatorum, qvàm conſangvineorum, qvia conſangvinei ſunt inter ſe ſangvine connexi, agnati ſunt per viriles ſexus conjuncti, etiamſi non ſint conſangvinei. Et omnes agnati etiã dicuntur, & cognati, ſed non è converſo, *Tuſch. lit. A. concl. 141.*

ALBERGARIA. §. 1. *Jus Albergariæ* eſt, qvando clientes Protectori cum famulis & cum famulis & comitibus ſuis adventantibus tenentur dare hoſpitium, eſculenta & poculenta, vulgò Atzung/ *Mager. de Advoc. arm. cap. 10. n. 231. Vid. Huſan. tr. de Servis, hominib. propr. &c. p. 363.*

7. ALBINAGII JUS. ALBINATUS. §. 1. Hoc jus Galli vocant Le troiet d' Aubine. Hoc jure Rex Galliæ extraneis, hoc eſt, alibi extra Galliam natis, ex generali illius regni conſvetudine ſuccedit, ſi nimirum nullos poſt ſe liberos relinqvant, nec fuerint à Rege regnicolæ facti, *Gregor. Tholoſſ. Syntagm. l. 3. c. 12. n. 3.*

ALBUM. §. 1. *Album* aliqvando ſignificat matriculam, *t. t. de albo ſcrib.* In actione verò de albo corrupto denotat tabulam dealbatam, in qva Prætor publicè proponebat edicta.

§. 2. *Actio de albo corrupto*, eſt actio popularis, qva datur contra eum, qvi propoſitum perpetuæ jurisdictionis causâ à Prætore in albo dolo malo corrupit, ad pœnam 500. aureorum adplicandam actori, *l. 7. 8. 9. de jurisd.*

ALEATOR. §. 1. *Aleatorum* nomine veniunt, qvi ludis, magis in ſorte & caſu, qvàm arte conſiſtentibus, lucri causâ ſunt dediti, *Vid. tit. ff. de aleat.*

§. 2. *Alea* eſt ludus, in fortuito lucri damnive eventu poſitus.

§. 3. *Aleatorum ſuſceptores* vocantur hi, qvi occaſionem & domum ad ludendum ſæpius præbere ſolent, *l. 1. pr. §. 1. ibiqve gl. ff. de Aleat.*

ALIAS. ALIOQVIN. §. 1. *Aliàs* natura hujus dictionis eſt, excludere vitium, vel qvalitatem, cui adjungitur, &

alia includere, *gl. in Clem. qvod circa. de elect. circa med. Tuſch.lit.D.concl.144.*

§.2. Alioqvin hæc clauſula ſonat in monitionem & modum, non autem in conditionem ideò non annullat, qvod factum eſt *c. ſignificaſti. de elect. Calder.conſ. 460. Tuſch.ad d.l. D. concl.242.*

ALIENATIO. §.1. *Alienatio* eſt omnis actus, per qvem dominium *ſive corporalium ſive incorporalium* rerum transfertur, *l.1.C. de fund.dot. l.f.C. de reb alien.*

§.2. Admodum latè (1) patet *vocabuli alienationis* in jure noſtro acceptio, ut denotet omnem actum, qvo fit, ut dominium ſive verum ſive fictum, ſecundùm *l.8. §.de alien. jud. mut.* à priore domino recedat. Huc pertinet *l.28.de V.S. l.f.C. de reb. alien. non alien. l.4.C. de præd. minor. l.1. C ac fund. dot. l.8.§.2.C. de ſec. nupt. l.1. pro de rel. §.pen. I.de R.D.vid. Schneidvv.ad§.6.I. de action.n.18.* & ita etiam jure Feudali uſurpatur. *2.F. 42. in fin.55.* vel qvocunqve modo diſtrahere vel alienare. *Vultej. de feudis, lib.1. cap.10. n.44. in fin.* (2) aliqvando ſtrictè ſignificat actum, qvo tranſit dominium, cæteris juris in re ſpeciebus contradiſtinctum, *l.67.de V.S.l.67.de contr.emt.* (3) nonnunqvam ſtrictiſſimè denotat emtionem venditionem, *leg 3. & t.t.C. de præd.Decur.ſin.decr. non al.*

§.3. Qvi *occaſione acqvirendi* non utitur, non intelligitur alienare, *l.28. pr. de V. S.*

§.4. *Alienatum* non propriè dicitur, qvod adhuc in dominio venditoris manet: venditum tamen rectè dicitur. *l. 67. de V.S. Conſ. l.20. Cod.de pact.§.3. in fin.Inſt.de emt.vend.* Aliud enim eſt ipſa *alienatio*, aliud *obligatio* ſeu *titulus alienationis*, cujusmodi eſt emtio venditio, permutatio &c. Nam etſi alicui qvid emtionis venditionisve cauſa vel ex alio qvolibet contractu debetur, id tamen ante traditionem, vel anteqvam ea fiant, qvæ ritè fieri oportet, non cenſeri in emtorem alienatum, qvia nondum cœpit debitori abeſſe, & creditori adeſſe, *l.19. de contract.emt. l.67. de V.S. ibiq; Gædd.*

§.5. Longè diverſa ſunt hæc tria, *acqvirere, alienare, ſeu amittere*, & *omittere*. *Alienat* qvis rem ſciens. *Amittit* etiam interdum nolens: ſed tamen utroqve modo eam, qvam ante habuit in dominio, ſeu bonis. *Omittit*, qvi non acqvirit, cum acqvirere poſſit, e. g. legata eſt mihi domus;

eam

eam acqvirere poſſum; ſed nolo, repudio; hinc etiam dicor omittere, *Vid l.119. de R.J. ubi Dn. Eichel in comm.*

§. 6. *Alienatio judicii mutandi cauſa facta* eſt, qvando qvis rem vel poſſeſſionem alienando dolo malo moleſtum adverſarium ſuo loco adverſario ſubſtituit, *l.1. de alien. jud. mut.* vel alio modo duriorem ejus reddit cauſam, *l.3.§.1.l.4. §.3. l.5. §. eod.* Unde datur actio in factum S. Prætoria. *Vid. Voc. Actio.*

§. 7. Prohibita rei alienatione, prohibitus omnis cenſetur actus, qvo res illa à nobis ad alium tranſire poſſit, *l. 28. de V. S. l.67. eod. Gœdd. ad d.l.28. n.15.*

ALIMENTA. §. 1. In lata & communi ſignificatione *ſub alimentorum nomine* ea omnia denotantur, & alimentando præſtanda ſunt, qvæ ad vitæ humanæ ſuſtentationem ſunt neceſſaria, qvibus ſine qvis vivere, aut corpus ali neqvit, *l. 6. l.21. l. f. de aliment. leg. l.44. l.43. l.234. in fin. de V. S. l. 19. Cod. de hæred n.12. c.2.* Sic qvidem in theſi generaliter alimenta licet deſcribere; alias in hypotheſi eorum taxatio ob diverſitatem perſonarum aliarumqve circumſtantiarum prorſus varia eſt. Negari tamen neqvit, qvòd qvandoqve alimenta, vocabulo ſtrictiſſimè ſumto, nil ferè, niſi cibaria & diaria excluſis veſtiario, habitatione &c. complectantur: qvæ ſignificatio tum potiſſimùm attenditur, qvando de damno & præjudicio alimentarii agitur, ut in transactionibus, remiſſionibus alimentorum, *l 8. §.12. & ſeqq. de transact. Add. Colcr. tract. de aliment. Jac. Fab. de aliment. Pontan. de alim. Surd. de alim.*

ALIQVANDO. INTERDUM. §. 1. Ubi in lege vel canone reperitur dictio *Interdum*, vel *Aliqvando*, aut ſimilis, denotatur illud eſſe caſuale, & regulam eſſe in contrarium. *Gl. in l. legitima. ff. de pact. Nic. Everh. à Middelburg. loc. leg. 9. n. 14.*

ALIQVIS. ALIUS. §. 1. Dictio, *Aliqvis*, eſt univerſalis, & includit omnem ſpeciem, *gl. fin. in c. ſi propter. de reſcript. in 6. Gemin. conſ. 29. n.2. Socin. conſ. 3. col. 3. n. 10. lib. 3.* Et ſi apponitur negativè, videlicet, *aliqvo modo non alienare*, omnem modum importat, *Tuſch. lit. D. concl 243.*

§. 2. Similitudinem importat dictio, *alius, alia, aliud*, ideò ubi diſponitur per aliqvam ex dictis dictionibus, interpre-

pretatio fieri debet de *ſimili*. Niſi falſitas vel abſurdum ſeqveretur, *Tuſch.d.l.concluſ.245.Surdus de alimentis, tit.9.q.3.n.6.*

Dictio, *Alia*, implicativa ſimilium: ut qvando lex imponit pœnam corporis afflictivam, vel aliam, non eſt imponenda pœna pecuniaria. Ratione tamen ſubjectæ materiæ dictio, alius, non eſt implicativa ſimilium: ut in Evangelio: *Et ſuſpenſi ſunt cum eo duo alii latrones. Nic. Everh. à Middelburg. loc.leg. 110. n.4.*

ALLODIUM. §.1. *Allodium* vocant Dd. rem verè propriam, id eſt, pleno jure propriam, cujus plenam qvis habet poteſtatem, §. *f. Inſt. de uſufr.* cujusqve liberam in ſuos uſus redigendi facultatem, *2. Feud. 54.* Inde proprietas appellatur, *2.F.4.* §.*2.* & proprium, *2.F. 24.* & jus proprii, *2.F. 44.* hæreditas, *2.F.54.* patrimonium, *2.F.54.* §.1.

§.2. Originem vocis *Allodii* exponit *Struv. Syntagm. J.F. Cap.II.n.fin.*

ALLUVIO. §.1. *Alluvio* eſt incrementum latens, qvando (*per exaggerationem & aggeſtionem*) à flumine factam terra ita paulatim adjiciatur, ut intelligi non poſſit, qvantum qvoqve temporis momento adjiciatur, §.*20. l. de R.D.l.7.* §.*2. l.56. pr ff. de acqvir. rer. dom. l.1. Cod. de alluv.* hoc eſt, ut *Mynſingerus* explicat, eſt occultum, ſenſimqve procedens augmentum, qvando ſcil. flumen publicum ex una parte per minutiſſimas particulas addit, ex alia verò, ſive ex oppoſito diminuit, & corrodit adeò latenter, ut per imbecillitatem viſus humani cognoſci minimè poſſit, qvid & qvantum acceſſerit, *Manz. ad* §.*20.3. de rer. div.*

ALTERUM TANTUM. §. 1. Dicitur *alterum tantum* qvaſi tantum aliud, ut *in l.7. C. de jur. fiſc.* Latinis eleganter eſt idem, atqve *tantundem, adhuc ſemel. l. 13. pr. de lib. & poſth. l.18.* §.*3. in fin. de alim. leg.*

Aliqvando alterum tantum etiam *dupli* nomine indigitatur, §.*19.*§.*26.I. de act. l.10. C. de uſur. Vid. l.27. pr. ad L. Jul. de adult. l.9.* §. *qvod. De publican. l.3.* §.*f. de jur. fiſc.* Alterum tantum *uſurarium* eſt, in qvo uſurarum curſus ſubſiſtit, *l. 26.* §.*1. de nd, ind. l.9. do uſur. n.121. n.1.2. n. 160.*

ALTERNATIVUM. §.1. Obligationum alternativarum in jure noſtro reperiuntur ſex ſpecies. (1.) Eſt qvædam alternati-

nativa *rerum*; veluti Promiſi tibi Stichum aut Pamphilum. (2) Eſt alternativè *perſonarum*; veluti ſi ſtipulatus ſum à te mihi aut Titio decem. (3) Alternativa eſt *temporis*: Veluti poſt annum aut biennium dabo tibi centum. (4) Eſt alternativa *locorum*: veluti Dabis mihi decem Lipſiæ vel Noribergæ. [5] Eſt alternativa *rerum & locorum ſimul*: Veluti Dabis mihi codicem Baſileæ vel Ciceronem Argentorati. (6) Eſt alternativa *rerum, perſonarum & locorum ſimul*: ut Dabis mihi codicem Lipſiæ, vel Scyphum Titio Noribergæ. *Schneidw. ad §.33. verſ. Plus autem. n.10. & ſeqq. Inſt. de action.*

AMBIGUUM. §. 1. *Ambiguitatem* circa orationem obſcuritatem circa dictionem verſariſcribit Accurſius *ad l.39. π. de Part.* Cujacius obſcurum eſſe ait, qvod nullo modo, ambiguum, qvod pluribus modis intelligi poteſt.

AMBITUS. §. 1. *Ambitus* eſt crimen, qvo qvis illicito modo, ut datâ pecuniâ, honores & dignitates ſibi comparat, *l.un. Codic. & ff. ad L. Jul. de ambit. Now 8. cap.1. §.7.*

AMBTSASSII. §. 1. *Ambtſaſſii* dicuntur, die unter Aemptern ſitzen/ qvi Toparchis & Præfectis den Ambt ſchoſſen/ ſubjiciuntur; â qvibus differunt *Schrifftſaſſii*, qvibus princeps aut ejus Cancellaria imperitat. *Ziegl. ad Calvol. §. Schrifftſaſſii & Ambtſaſſii. n. 1. & 2.*

AMICUS. §. 1. *Amicos* ſtrictè appellare debemus, non levi notitia conjunctos: ſed qvibus fuerint Jure cum patreſam. honeſtis familiaritatis qvæſita rationibus, *leg. 223. §. 1. de V. S.*

Populariter nomine amici variè utimur; aliqvando benevolentiæ ſignum eſt, aliqvando honoris, aliqvando ſimplex compellatio, *Limn. ad proœm. Capit. Carol. V. pag. 124.*

AMITTERE. §. 1. Propriè *res amiſſa* dicitur, qvæ ita nobis abeſt, ut nulla actio ſuperſit, qva vel ipſam rem, vel ejus pretium, aut æſtimationem conſeqvi liceat, *l.14. ad fin. ff. de V. S. l.5. §.1. & ſeqq. commod. l. 7. de ſolut. l. 4. C. de transact. l.1. l.2. de jurejur. Gædd. ad l.14. de V. S.*

§. 2. Plus eſt *rem amiſſam* eſſe, qvam eam *periiſſe*: & generalius eſt, rem *abeſſe*, qvàm *amiſiſſe* dd. *text.*

§. 3. *Perdere & amittere* in eo non omnino, ut qvidam docuere, differunt, qvòd *perdere* etiam de iis dicatur, qvæ

qvæ ſponte & ultrò abjicimus ac repudiamus; *amittere* verò ea dicamur, qvæ inviti perdimus, animo ſcil. repugnante. Nam & *amittere* ad voluntariam repudiationem, abjectionem & omiſſionem referri primum ex eo apparet, qvod & illud amitti dicatur, qvod acceptilando remiſſum eſt. Deinde qvod non utendo qvid amittamus, *l. 7. qvemad. ſerv. am.* Tertiò dum & uſucaptum amiſſum videatur, *l. ſ. D. de eo per qvem factum erit. Gædd. ad d. l 14.*

AMNESTIA. §. 1. *Amneſtia* eſt perpetua delictorum ac injuriarum oblivio, ad redintegrandam diſcordantis reip. pacem, decreto publico ſancita.

§. 2. *Amneſtia* vel eſt *generalis*, vel *ſpecialis*. *Illa* eſt omnium injuriarum, hoſtilitatum, damnorum, conventa oblivio, omnes ab utraqve parte perſonas complectens. Cujuſmodi inita fuit inter Imp. Majeſt. & Regnum Sveciæ. Pacificat. Osnabr. §. 2. *Hæc* dicitur, ubi vel certa bona, vel certæ perſonæ exemptæ. *Strick. tract. de Jure Senſit. diſſert. 9. cap. 5.*

AMPLIUS. §. 1. Vox *amplius* expreſſa auget, amplificat, extendit & addit qvædam ulterius, *l. 88. §. qvisqvis de leg. 2. l. 1. ff. ſi cui plus qvam. l. ped. culis. §. idem. ff. de aur. arg. leg.* Si is ſolutionem ampliorem affectat, qvi nihil ejus conſeqvi jure poteſt: is amplius agit, qvi ſine actione experitur, *l. 82. de V. S.*

§. 2. Hoc *amplius* eſt dictio includens ſeqventia ejusdem conditionis, qvibus erant incluſa præcedentia, & qvæ in præfationibus dicuntur, in ſeqventibus repetita intelligantur, *Calder. conſ. 550. Tuſch. lit. D. concl. 286.*

ANATOCISMUS. §. 1. *Anatociſmus* eſt uſura anniverſaria revolutio, & qvas uſuras uſurarum vocant. Der Wucher / da man Zins anleget / daß dieſelbe wieder Zinß tragen / Zinß von Zinſen.

ANDROLEPSIA. §. 1. Græcorum inſtitutum erat, qvod ſi ab altero aliqvis interfectus fuiſſet, cognatis hujus poteſtas & licentia eſſet homicidam repetere à civitate illam, ad qvam ſe recepiſſet profugus. Qvod ſi is ab ea non dederetur, tum agnatis dictis permiſſum erat propria authoritate, & vi capere unũ vel plures; non tamen ultra tres ex civitate ea; qvæ homi-

homicidam dedere recuſaverat. Demoſthenes *in oratione contra Ariſtocratem* hujus meminit, & androlapſias iſtas conceſſus affirmat, etiam contra eos, apud qvos cædes perpetrata, qvamvis homicidam non ſuſcepiſſent, *Limnæus l. 4. jur. publ. cap. 8. n. 3. 6.*

ANNUI REDITUS, CENSUS. §. 1. Diſtingvendi ſunt *ab uſuris annui reditus redimibiles*, ipſis qvodammodo affines, moribus jure Canonico recepti, & Conſtitutionibus Imperii approbati. Wiederkäuffliche Zinſen / *9. 1. 2. de emt. vendit. extravag. Rec. Imperii de An. 1548.* von Wucherlichen *Contracten.* §. und nachdem Policey-Ordnung, *de Anno 1577. tit. 17.* Qvando nimirum jus percipiendi annuum reditum, *ſive in pecunia ſive frumento, ſimilive re* tanqvam merx emitur venditur juſto pretio, ita, ut venditori facultas redimendi competat. *dd. text. Gail. 20. 7. vid. Zæſ. ad ff. tit. de uſur. D. Hahn. ad Weſenb. de uſur. num. 14. Dn. Struv. exercitat. 7. th. 58.*

§. 2. Vocabulum *Annui reditus* ſumitur dupliciter (1) in genere pro omni reditu, commodo & emolumento, qvod ex rebus, qvæ in patrimonio ſunt, qvotannis percipitur. Et non tantùm ea comprehendit, qvæ vi & beneficio naturæ principaliter proveniunt, ut ſunt poma, pyra, nuces, glandes, fænum, *l. 45. de uſur.* Sed etiam qvæ ex proviſione hominis ſæpius qvovis modo percipi poſſunt, jura omnia, utilitates & obventiones, videlicet vina, olea, fruges, ſeu fructus lapidicinarum, creti fodinarum, argenti auriqve fodinarum, Sylvarum cæduarum, *l. 30. de V. S. l. fructus. 7. Calius l. de divortio.)* §. *Si vir ff. ſol. matrim. l. f. de fund. dot. l. ſi ex lapidicinis ff. de jur. dot.* & ſimilium *l. 7. §. 1. l. 13. 5. de uſufr. l. 32. de adm. tut. l. 22. §. ſed & ſi C. eod. l. 17. l. 22. l. 25. de uſu & uſufr. leg. l. 88. §. f. ad L. Falc. l. 77. de V. S. vid. Ben. Bonius tract. de cenſib. Paul Buſ. tr. de ann. redit. Frid. Mart. de jure cenſuum. Caſp. Roder. de ann. & menſtr. redit.* (2) Propriè & ſpecialiter pro illo jure, cujus virtute qvis cenſus, penſiones annuatim plerumqve redeuntes percipere poteſt, accipitur.

§. 3. *Reditus annuus*, Jährliche Renten / Zinß und Gülden / Pachte / Gefälle und Einkommen / Eſt jus qvotannis ſeu

sta-

ſtato tempore certam penſionem exigendi ſuper alterius vel rebus, vel perſonali obligatione creditori legitimè conſtitutum, *Caſp. Roderic. tr. de ann. redit. Henr. Caniſ. de uſur. & cenſib.*

§. 4. *A mutuo* differt jus redituum. Mutuum enim non jus ſed contractus eſt & qvidem *realis*: at redituum emtio *conſenſu* contrahitur, *Buſius l. 1. de ann. redit. c. 18. n. 4.* (1) Objectum obligationis in mutuo ſunt res fungibiles: at in emtione cenſuum (*redituum*) illud eſt jus formatum, incorporeum perpetuum, penitus diverſi generis & ſpeciei à ſorte, *Buſ. l. 1. c. 2. num. 2.* (2) Forma mutui conſiſtit in ipſa rei traditione, & obligatione ad reddendum; in emtione autem annui reditus pecunia numeratur, & transfertur irrevocabiliter in venditorem, licet ipſe jus & actionem habeat adverſus emtorem ad pecuniam iſtam recipiendam, id qvod liqvidò probat, *Ordin. Carol. V. Polit. de Ann. 1578. tit.* Von Wucherlichen *Contracten.*

§. 5. Debet autem eſſe (*jus*) ad exigendum ex re alterius, qvia ex re propria non potes cenſum exigere: & in hoc *differt cenſus ab emphyteuſi*, per qvam dominium directum non transfertur in emphyteutam, ſed manet in concedente, & exigente penſionem: in cenſu autem dominium directum rei, ex qva penſio ſolvitur, manet in eo, qvi penſiones debet. *Joh. de Lugo de cenſib. diſp. 27. n. 2.*

§. 6. *Perſonalis reditus (cenſus)* dicitur, qvando qvis mihi vendidit v. c. 5. pro 100. qvæ ipſi ſolvi & ita, rem aliqvam pignori non ſuppoſuerim, ſed ſe obligavit præſtare qvotannis mihi qvinqve pro centum ſolvendo, *Manzius de prælud. bell. civ. part. 3.*

§. 7. Perſonalis reditus tam ex Veterum qvam Neotericorum ſententia comm. *duplex* eſt. Nam alius eſt merè & *abſolutè perſonalis, alius verò mixtus*. Ille propriam retinet eſſentiam atqve naturam; Hic diverſitatem non inducit aliam, qvàm qvòd præter perſonam ſuam venditor (*debitor*) ad majorem creditoris ſecuritatem, prædium, vel rem, pignoris aut hypothecæ loco obligat.

§. 8. *Realis Reditus* eſt onus ipſi rei, tanqvam ſervitus qvædam, impoſitum.

§. 9. *Reditus ſeu cenſus realis eſt duplex*, vel merè realis, vel mixtus. Merè realis eſt, qvi ſuper re certa una, vel pluribus, v. c. ſuper fundo, vinea vel domo, prædiisve conſtituitur. *Mixtus*, qvando nempe hoc agitur, ut ex illis atqve illis rebus penſio præcisè & principaliter debeatur, perſona verò conſtituentis obligata ſit ſaltem in conſeqventiam & acceſſoriè.

§. 10. *Perpetuum reditum* vocant, qvi nullum habet temporis limitem, ſed cujus præſtatio perpetuò durat. Qvi inſuper vel ſimpliciter eſt talis ſub hac conditione, ut in perpetuum præſtetur ac proinde ſit irredimibilis, id eſt, ut tam emtori qvàm venditori contractum reſolvendi denegetur facultas, ewige / unablößliche Rente. Κατά τι reditus perpetuus eſt, cui perpetuò qvidem & primariè præſtationes inſunt niſi vel per pactum expreſſum, vel legis ſtatutum contrarium eximantur. Videat lector inſigne exemplum in conſtitutione von Ablöſung der ewigen ehrſchätzigen und fürbietigen Zinß/ Anno 1523. in republ. Argentinenſi edita propoſitum, circa annuos & perpetuos reditus in remedium animarum conſtitutos, die Seelgereht/ ſ. nemlich/ vel potius Seelgerecht/ à juſtificatione, oder Seelgerett/ à liberatione animarum ita dictos: ſec. verba inſtrumentorum plerumqve ita ſonantium: *purè & ſimpliciter propter DEUM, & in remedium animarum item pro redimenda anima, vel pro juſtificatione & liberatione animæ expurgatoria ſcil.*

§. 11. *Reditus temporalis*, dicitur, qvi ſaltem ad tempus aliqvod perſolvitur, qvo præterlapſo, & ipſe extingvitur, finiturqve. Eſtqve vel *determinatus*, qvi ſcil. ad certos definitosqve annos, veluti ad decem, viginti, triginta vel plures eſt conſtitutus, qvibus præterlapſis ipſe finitur. Vel eſt *indeterminatus*, (*incerti temporis*) qvi ad vitam, vel alienantis, vel acqvirentis conſtitutus eſt, unde & horum alterutro in fata concedente, ipſe etiam reditus interit.

ANGARIA. §. 1. *Angariarum & Parangariarum* præſtationes, nihil aliud ſunt, qvàm operarum præſtationes, qvæ ſubditis propter repentinum aliqvot negotium, à Domino vigore juriſdictionis Territor. indicuntur, & eqvis, mulis jumentis, curribus, plauſtris, manibus & navibus abſolvuntur.

tur. Da man der Obrigkeit mit Wagen / Pferden / und andern frohnen muß. Dicuntur propriè angariæ ab agendo, qvod adſtringant vel conſtringant ſubditos, Frohndienſt. *Frider. 2. de mandat. c. 45. Gail. 2. Obſ. 126. num. 12. Beſold. in Polit. l. 1. cap. 4. n. 44. Klock. de Contribut. c. 2. Maul. tr. de homag. tit. 4. Ritterſh. de homag. concl. 148.* Rectiùs hæc appellatio manat à verbo ἀγγαρεύω, vel etiam ἀγγαριάζω, atqve inde ἀγγαρεία propriè ſignificat compulſionem, ſive coactionem violentam, & qvod neceſſario injungitur, *Sixtin. de Regal. l. 2. c. 23. num. 2.* Alias ſic differunt, qvòd *Angaria* eam denotent coactionem, qvâ eqvi præſtantur ad curſum publicum perficiendum: *parangaria* verò præſtationem, qvâ eqvi pro varia neceſſitate exigente ad ferendum & vehendum qvoqvò verſum præſtari debent, *arg. l. 1. 4. 7. 17. C. de Curſu publ. l. ult. §. 21. π. de muneribus.*

ANNULUS. §. 1. *Signatorius annulus* ornamenti appellatione non continetur, *l. 47. de V. S. l. 25. §. 10. de aur. & arg. leg.*

§. 2. *Character annuli* eſt, qvi ceræ imprimitur: *Signum*: qvod impreſſo annulo in cera exprimitur, *l. 22. §. 5. qvi teſt. fac. poſſ. Dactiliotheca* eſt, in qva annuli côduntur, *l. 67. de furt.*

§. 3. Olim *aureus annulus* Nobilitatis & Eqveſtris dignitatis fuit inſigne ac hieroglyphicum. Poſt *ingenuitatis* cœpit eſſe indicium. *Annulos enim argonteos & aureos* ſervi non geſtabant, ſed ferreos. Hoc jus aureorùm annulorum olim dabatur, plerunqve libertinis ditioribus, i. e. habentibus in bonis millia qvadraginta, qvi cenſus erat eqveſtris, *Sveton. in Julio.* Item hoc jus ſolis libertis concedebatur, *l. 1. C. de jur. aur. ann.* Hodie non tantùm benemeritis, ſed omnibus manumiſſis jus aureorum annulorum datum eſt, *Nov. 78. c. 1.* Hoc jus olim liberti tantùm ab Imperatore accipiebant, *l. 1. pr. de jur. aur. ann.* qvod poſtea fuit minimè neceſſarium, *d. c. 1. Gothofr. ad Rubr. ff. de jur. aur. annul.*

ANNUS. §. 1. *Anniculus* amittitur, qvi *extremo* anni die moritur. Et conſvetudo loqvendi id ita eſſe declarat, ante diem decimum Kalendarum. Neutro enim ſermone undecim dies ſignificantur, *l. 132. de V. S.*

§. 2. *Anniculus* non ſtatim ut natus eſt, ſed trecen-

teſimo ſexageſimo qvinto die dicitur, *incipiente planè, non exacto die:* qvia annum civiliter, non ad momenta temporum, ſed ad dies numeramus, *l.134 de V.S.*

§. 3. *Majore parte anni* poſſediſſe qvis intelligitur, (*in interdicto Utrubi*) etiamſi duobus menſibus poſſederit, ſi modò adverſarius ejus aut paucioribus diebus, aut nullis poſſederit, *l.156. de V.S* non qvi ſeptem, decem aut undecim poſſedit, ut aliàs *l.15. §.12. de inſtrum. leg.*

§. 4. De jure Civili annus conſtat ex trecentis ſexaginta qvinqve diebus, *l.132. de V.S. l.51. §.1. ad L. Aq. l. 4. §.52. de ſtat.lib.* Qvibus qvotannis ſex horæ adduntur, qvæ collectæ qvarto anno diem efficiunt, unde ſingulis qvadrienniis inſeritur dies bis ſextus *l.98. de V.S. l.3. §.3. de minor.* Jure Saxonico annus eſt ſpatium unius anni & diei, Jahr und Tag. Landr. *lib.1. art.38. pr.* Qvod nihil aliud eſt, qvàm annus & ſex ſeptimanæ, ein Jahr und ſechs Wochen. Qvibus etiam de conſvetudine tres dies adjiciuntur, ita ut in foro Saxonico hodie annus ſit ſpatium unius anni civilis, ſex ſeptimanarum & trium dierum, *Andr. Rauchbar. p.2.q.24.num.34.Carpz. pr. crim. qv.141.n.64. & ſeqq.*

§.5. *Annus utilis* dicitur, in qvo non currunt dies feriati, ut dies, in qvibus qvis impeditur qvoqvo modo agere, *l.1. & ibi not. ff. de diverſ. & temp. præſcript. Gilbauſen arb.jud.crim. c.2.t.34. §.9.7.*

ANNONA. §.1. *Crimen fraudatæ annonæ* committitur faciendo dolo malo qvid, qvo annona carior fiat, *l. 2. ad L. Jul. de annon.* vel rei qvævis ad victum humanum pertinentis, abundantia & commercium in republica impediatur.

§. 2. Eſt autem hîc annonà omne, qvod ad victum humanum pertinet, *vid. l.1. Cod. de erog. milit. ann. l.2. C. eod.* Et continet annona, panem, vinum, acetum, lardum, carnes, paleas, fœnum, & omnia uſualia, qvæ ad pondus vel menſuram venduntur, *Tuſch. lit. A. concluſ. 338.*

ANTE. §. 1. Qvi *ante* Kalendas, vel ante diem decimum Kalendarum dari ſtipulatur, vel promittit, non intelligit nono die, anteqvam decimus incipiat, ſed decimo inchoato & nondum exacto, *l.13. l.56. §. qvi ita. ff. de V.O.* Is enim mos eſt loqvendi veterum, ut cùm *ante diem* dicunt, finitâ die ante-

tece-

tecedente, ſeqventem voce expreſſam intelligant inceptam. Sic ante diem tertium, pro nudius tertius accipitur, qvaſi dicas, *ante diem tertium finitum*. Qvo fit, ut qvi promittit *ante Kalendas* Januarii, non poſſit exigi, niſi Kalendis, niſi decimo die Kalendarum præterito, *l. 42. §. ſi qvis. de V. O.* Nam & qvi hoc anno vel hoc menſe dari ſtipulatus eſt, non poteſt qvicqvam exigere qvàm menſe & anno exacto, ita ut ſeqvens annus & ſeqvens menſis inceperit: cùm perinde ſit, ac ſi dixiſſet, Ante poſtremum hujus anni, hujus menſis diem dare ſpondes? *l. 42. l. 138. d. t. l. ſi ita ff. de monument. teſt.*

ANTICHRESIS. §. 1. *Pactum Antichreſeos* adjici ſolet contractui pignoris, ut nimirum liceat uti pignore loco pecuniæ creditæ, *l. 11. §. 1. de pign.* Eſtqve vel expreſſum, *l. 17. C. de uſur. l. 1. §. 3. de pign.* vel tacitum, *l. 8. in qvib. cauſ. pign.*

ANTIQVUM. §. 1. *Antiqvum* redditur arbitrarium judici ſecundùm ſubjectam materiam; qvia antiqvum dicitur de decem annis, qvandoqve de triginta, qvandoqve de 40. item 50. vel 60. item 70. vel 80. ſeu 90. ſed communiter de centum, *Cravett. tr. de antiq. temp. p. 1. pr. num. 2. Maſc. concluſ. 101. Tuſch. lit. A. concl. 341. Brunn. à Sole in loc. comm. voc. Antiqvum. n. 4.*

APANAGIUM. §. 1. Primogenitus Imperii Princeps cæteris fratribus, ſive principibus Imperii ultragenitis den abgetheilten Herrn/ ex feudo vel ducatu *condecentem proviſionem* pro ſuſtentatione (qvæ communi nomine *Apanagium* vocatur) ac Sororibus illuſtribus certam dotem aſſignari obligatur, *Springsfeld. de apanag. Myler. de Princip. fil. ultragen.* eine Abfindung.

APERTURA. §. 1. *Jus aperturæ*, die Oeffnung/ eſt, qvo civitates, Caſtra ac Fortalicia, Principi territorii una cum familia omni tempore aperta eſſe, ac ſecuram refugiendi commoditatem, præbere tenentur, *Wehner. & Beſold. in obſ. pr. verb.* Oeffnung. *Ritterſh. de homag. n. 182.*

APOSTOLI. §. 1. *Apoſtoli* ſunt literæ dimiſſoriæ, qvæ ab eo, à qvo appellatum erat, ad eum, qvi de appellatione cogniturus erat, teſtandæ appellationis cauſa dabantur. *vid. l. poſt*

appell. ff. de lib. dim. l. judicibus C. de appellat. & dicuntur libelli dimiſſorii, ſive literæ dimiſſoriæ.

§ 2. *Apoſtoli conventionales* ſunt, ſi pars adverſa appellationem admittat, ſive in judicio judice refutante ſeu renuente, vel tacente & permittente, ſive extra judicium, *c. oblata extr. de appellat.* Hi dantur ab ipſo appellato vel à Notario.

§. 3. *Apoſtoli teſtimoniales* ſunt, qvi teſtificantur de appellatione facta coram judice, vel coram publicis honeſtis atqve fide dignis perſonis, id qvod fit, aut cum judex Apoſtolos dare recuſat, aut cùm judex reperiri non poteſt, *c. oblata X. de appellat. c. paſtoralis de offic. ordin.* Hi à Notario in teſtimonium dantur, *Rosbach. tit. 74.*

§. 4. Teſtimoniales ſunt vel *reverentiales*, vel *refutatorii*. *Reverentiales* ſunt, in qvibus judex à qvo appellatur, appellationi defert in honorem & reverentiam judicis ſuperioris, ad qvem appellatum eſt, *l. eos. §. ſuper his. C. de appellat.* *Refutatorii* ſunt, qvibus appellatio ad judicem inferiorem refutatur, & recuſatur ob certas cauſas & rationes, qvamobrem appellationi locus relinqvi neqveat, *l. fin. §. in refutatoriis. C. de appellat. Roding. pand. cam. tit. 23. lib. 1.*

§. 5. Actorum editio vel denegatio apoſtolorum vicem hodie ſupplet. *Noë Murer. pag. num. 80. Roding. pand. Cam. l. 1. tit. 22 in Commentar.*

§. 6. Apoſtoli *Dimiſſorii* in ſpecie ſic dicti ſunt, qvibus judex inferior Appellationi ſimpliciter defert, & appellantem à ſua jurisdictione ad judicem appellationis dimittit, *Rosbach. tit. 74. num. 2.*

APOCHA. ANTAPOCHA. §. 1. *Apocha* eſt Scriptura privata, qvâ creditor fatetur debitorem ſolviſſe; vulgò *Qvitantia. l. 14. §. 2. C. de non num. pec.*

§ 2. Dicitur *Apocha*, vel ut qvidam volunt, APODISSA, Græcè ἀπόδειξις, ἀπὸ τοῦ ἀπέχειν, à recipere, qvia, cum à debitore creditor recepit debitum, hæc, in ſecuritatem traditur.

§. 3. Dividitur in *plenariam*, totius nempe debiti, & *partialem*, partis tantum ſolutæ confeſſionem.

§. 4.

§. 4. *Antapocha* eſt Scriptura privata, qva debitor fatetur, ſe annuas præſtationes ſolviſſe, & ita prædium ſuum eſſe penſioni obnoxium, *l. 19. C. de probat.*

APOSTASIA. §. 1. *Apoſtaſia* eſt defectio à fide Chriſtiana, *vid. t. t. C. de apoſtat.*

§. 2. Apoſtaſia triplex eſt: *fidei, inobedientiæ, & religionis.* Apoſtata *fidei* dicitur ille, qvi à Chriſtiana religione tranſit ad Judaiſmum, vel aliam ſectam infidelium, *Alciat. conſ. 478. Clar. §. fin. qv. 78. num. 4.* Apoſtata *religionis* propriè dicitur, qvi ad ſeculum redit, dimiſſo habitu religionis: propriè non eſt apoſtata, ſed vagabundus, *Calder. conſ. 98.*

§. 3. Apoſtata *inobedientiæ* eſt, qvando religioſus non ſervans regulam afficitur vagabundus retentu habitu, ſed non eſt propriè apoſtaſia, *Tuſch. lit. A. concl. 424.*

APPELLATIO. §. 1. *Appellatio* eſt jus impugnandi ob prætenſum gravamen ſententiam à judice inferiori latam, & committendi cauſam Superiori, *l. 1. de appellat. l. 32. C. eod.* Et qvando *exercetur*, Appellatio eſt actus, qvo inferioris judicis ſententia, *aliud ve factum*, iniqvitatis arguitur, ac Superioris deciſioni cauſa legitimè committitur, *l. 1. pr. ff. l. 32. C. d. t.*

§. 2. Appellatio differt à *provocatione*, qvia licet qvandoqve unum pro alio ponatur, *provocat, & appellat*, tamen provocatio non eſt propriè appellatio, ſed potius vocatio ad cauſam, *l. cum ſit de appell.* Provocatio etiam poteſt fieri contra perſonas privatas & ſingulares, *Tuſch. lit. A. concl. 347. num. 8.*

§. 3. Formalia appellationum ſunt qvædam ſolennitates in appellationibus obſervandæ, qvibus obſervatis appellationes tanqvam per ſuam formam ſubſiſtunt.

Ad formale appellationis pertinet (1) ut hæc fiat gradatim, *Gail. 1. O. 119. n. 2.* id eſt, ad judicium proximè ſuperius. Proindè neceſſariò reqviritur, ut inter judicem inferiorem & ſuperiorem medius non ſit. (2) Solennis modus appellandi, qvi duplex, unus qvi fit viva voce, alter qvi fit in ſcriptis, *l. 5. §. f. de appellat.* (3) Solennia, vulgò dicta. Illa ſunt (I.) præſtatio juramenti de non frivolè appellando. (II) juxta qvorundam locorum & judiciorū conſvetudines, Statuta vel Privilegia cautio de proſeqvenda appell. & judicatum ſolvi. Item

depoſitio certæ ſummæ pecuniariæ &c. (4.) Ad formam appellationis ſpectat fatale appellationis.

§. 4. *Fatale appellationis* eſt certum ſpatium temporis appellationi conſtitutum. Sic dictum à fato, *id eſt*, morte. Etenim iſtud tempus dicitur vivere, *l. 3. C. de temp. appellat.* Qvapropter qvando illud expirat qvaſi mori cenſetur, atqve porrò per ejus mortem appellatio extingvitur, ſicuti vita naturalis per naturalem mortem extingvitur, ideo dictum tempus vocari *Fatale* conſvevit.

§. 5. Eſt verò iſtud fatale vel appellationis *interponendæ* vel *proſeqvendæ*. Illud eſt decendium, intra qvod appellans vel coram judice à qvo vel coram Notario appellare tenetur. Nam appellationem interponere nihil aliud denotat qvàm appellare

§. 6. *Fatale proſeqvendæ* appellationis eſt tempus, intra qvod appellatio interpoſita ad finem perduci debet. Nam proſeqvi appellationem nihil aliud eſt, qvam eam non deſerere, ſed ad finem perducere, *per c. 57. de Appellationib. c. pen. de Procurat.* Et ita ſumitur tam pro introductione qvàm finitione appellationis. Aliqvando autem fatale introducendæ appellationis vocatur proſeqvendæ, & fatali finiendæ opponitur, *Mynſ. de O. 31. & 3. O. 54.* Nonnunqvam fatale proſeqvendæ accipitur pro fatali finiendæ, *uti facit Gail. 1. O. 141. Rubric. & 2. 1. 6. cum ſeqq.*

§. 7. Circa fatale *proſeqvendæ* appellationis primo modo ſumtum tempus qvinifarium conſiderandum. (1) inſinuandæ appellationis, (2) Ejusdem introducendæ, & (3) finiendæ, (4) petendorum Apoſtolorum, (5) Actorum reqvirendorum.

§. 8. Fatale *inſinuandæ appellationis* eſt tempus 4. menſium à die interpoſitæ appellationis proximorum, *Rec. Imper. Ann. 1654.* §. So dann ſoll. 67. Fieriqve debet hæc inſinuatio Proceſſuum appellationis neceſſarium intra 4. menſes ſub præjudicio deſertionis, *d. §. 67.* Cùm fatale introducendæ appellationis ſit ſex menſium, duo verò menſes à citatione inſinuata Reo ad neceſſariam deliberationem ac productionem ſuarum exceptionum ſuperſtites manere debeant, *d. §. 67.*

§. 9. Fatale *introducendæ* appellationis eſt certum ſpatium aliqvod menſium à die interpoſitæ appellationis proximo-

morum, intra qvod appellans Proceſſus appellationis à Camera impetratos Reoqve inſinuatos in eadem Camera ſub præjudicio deſertionis reproducere cogitur, *Ord. Cam. p. 2. tit. 30. pr. & §. ult*. Eſtqve illud duplex legis & hominis.

§. 10. *Fatale legis* dicitur, qvod Ordinatio Cameralis vel ſtatuum Provinciæ alicujus præfigit. Fatale ordinationis eſt in appellationibus ab Auſtregis 3. menſium, *Ord. Cam. p. 2. tit. 8. §.* Wo aber der Beklagte. *9.* In reliqvis cauſis omnibus ad ſummum ſex menſium, intellige ſi tempus ab inferiore judice nullum præſtitutum fuerit, *Ord. Cam. d. t. 8.* Fatale ſtatuti in Epiſcopatu Trevirenſi & Ducatu Bavariæ eſt 3. menſium.

§. 11. *Fatale hominis* vocant, qvando judex inferior fatale Ordinationis abbrevians, brevius tempus pro arbitrio ratione cauſarum habitâ ad introducendam appellationem præfigit, *Ord. Cam. p. 2. tit. 30. pr. Mynſ. 2. O. 15. & 22. Gail. 1. O. 140. num. 4. & ſeq.* Atqve Judex hoc fatale à ſe datum prorogare poteſt, non tamen ultra fatale Ordinationis Cameralis, *Gail. d. O. n. 5.*

§. 12. Tempus *appellationis finiendæ* de jure communi eſt annus, & ex legitima cauſa biennium, *Auth. & qvi, & l. ult. §. illud. C. de temp. appell.* Hoc fatale in Camera non obſervatur. Ac licet etiam ubiqve ferè locorum in inferioribus judiciis horum fatalium nulla ratio habeatur, tamen in Camera tanqvam deſerta non admittitur, ſi fatalia ejusmodi coram inferioribus judicibus, & iis in locis, ubi jus commune forſan adhuc ſervatur, & non ſit obſervata, *Gail. 1. Obſerv. 141. num. 8. Mynſ. 6. Obſerv. 12. num. 6. Roding. Pand. Camer. l. 1. tit. 28. & ſeq. Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 49.*

§. 13. Tempus *petendi Apoſtolos* eſt 30. dierum. Atqve ſi appellans hoc intra dies iſtos non petat, appellationi cenſetur renunciaſſe eaqve deſerta redditur, *c. ab eo. 6. de appell. in 6. Clem. 2. eod. l. 18. C. eod.* Tempus autem hoc non à die ſententiæ, ſed à die interpoſitæ appellationis currere incipit, *Gail. 1. O. 139. n. ult. Jac. Blum. d. l. tit. 50. num. 7.* De jure Camerali appellantis libero arbitrio relictum eſt, utrum apoſtolos petere an non petere velit. Et eorum vicem ſupplet hodie Actorum editio vel denegatio, *Noë Meurer. p. 3. n. 80. Ordin. Cam. p. 2. tit. 30. pr. Gail. 1. O. 139. num. ult.*

§. 14. *Acta priora* à judice inferiori itidem qvando ipſi appellatio inſinuatur, vel ad minimum intra 30. dies ab interpoſita appellatione proximos ſub præjudicio deſertionis ſunt reqvirenda, R. A. 1654. §. Ob er auch. *vi. Ord. Cam. part. 2. tit. 31. in princ.*

§. 15. Appellatio *judicialis* eſt, qvæ interponitur à ſententia & interlocutionibus. *Extrajudicialis* vocatur, qvæ à decretis & actibus extrajudicialibus interponitur. *Treutl. 2. diſp. 13. th. 1. Scacc. de appell. q. 2. num. 32. Roding. Pand. Cam. lib. 1. tit. 23. §. 5.* Non tamen omnis provocatio, qvæ fit extra judicium, ideo eſt extrajudicialis, ſed talis tantùm (1) qvæ à mera parte vel judice, ſine omni cauſæ cognitione prævia fit. (2) Qvæ fit à futuro vel inſtanti gravamine. (3) Qvæ fit ab actibus extrajudicialibus, putà electionibus ac poſtulationibus, *Vid. Pap. conſ. 138. n. 3. Gylm. voc. Attentata §. in eo tamen, & ſeqq.* Verùm appellationes à parte extrajudicialiter gravata interpoſitæ, propriè non ſunt appellationes, ſed potius provocationes ad cauſam, *c. cùm ſit 5. de appellat. Mynſ. 4. O. 43. n. 3. Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 45. num. 5. & 12.*

§. 16. *Deferre appellationi* dicitur Judex inferior, & idem eſt, qvod interpoſitam appellationem ſibi inſinuatam recipere & admittere, *Vid. tit. ff. de appellat. recip. c. 31. eod. c. 5. d. t. in 6.*

§. 17. Modus appellandi à Sententiis duplex eſt, unus eſt, qvi fit viva voce, alter qvi fit in ſcriptis, *l. 5. §. f. de appell. ibiqve Goth. Viva voce* dicitur appellatum eſſe, ſi qvis inter Acta, *id eſt,* in judicio *illicò id eſt:* anteqvam Judex ex judicio diſcedat, *dicat*, Appello, *l. 2. l. 15. §. ult. de appell. l. 14. C. eod.* idqve per Actuarium ad Acta ſcribi curet, *Ordin.* der Notarien *Ann. 1512.* §. In den Appellationen. *antepen. verſ.* Und alſo *Mynſ. 3. O. 15. n. 2.* Non tamen neceſſum eſt ipſum verbum *Appello*, exprimere, ſed ſufficit dicere, vel facere æqvipollens huic verbo: ut puta: *Provoco gravatus: Submitto me protectioni Superioris. &c. Gail. 1. O. 2. n. 4.*

§. 18. Modus appellandi in ſcriptis perficitur, qvando Appellans ſuam appellationem in ſcripturam redigit, idqve vel ipſe, vel ejus mandatarius. Illa ſcriptura hodie vocatur *Schedula appellationis.* Juſtinianus vocat *libellos Appellatorios.*

rios. in l.1. §. ult. l.5. §. f. de appell. Item ſimpliciter *libellos in l.3. eod* Hæc autem appellatio ſcripta poteſt fieri vel in continenti,vel ex intervallò. Ipſa verò Schedula judici vel Actuario porrigenda,nec ſatis eſt,ut vivâ voce dictetur. Notandum, qvòd in ſcriptis non ſolùm coram Notario & teſtibus, ſed etiã coram aliis honeſtis perſonis appellari qveat. *Gylm. Voc. Appellatio judicialis in fin.* Item coram judice ad qvem, *Mynſ. 2. Obſ. 2. Gylm. de Voc. in Jac. Blum. d. tr. tit. 48. n. 18.*

§. 19. *Summa appellabilis* ſecundum Ordinationem Cameralem hodie eſt 400. Imperiales, R.A.1654. §. Vierdtens ſoll. 112.

§. 20. *Privilegium de non appellando* eſt beneficium præter legem Ordin. Cam. ab Imperatore Statibus Imperii, ne ab horum ſententiis ad Imperatorem velCameram provocetur, conceſſum. Illa verò Privilegia ſunt duplicia, *Illimitata & limitata*, R.A. Ann. 1654. §. Drittens. 111. *Illa* ſunt, qvæ appellationem planè in totum; *hæc* verò, qvæ eam qvoad certam ſummam duntaxat prohibent.

§. 21. Differunt *Appellationem deſeri*, & *non devolvi.* Qvamobrem Judex aliam ſententiam pronunciat appellatione non devoluta, & aliam appellatione deſerta. In iſta cauſa expreſsè remittitur ad judicem à qvo, qvia fundata eſſet jurisdictio Cameræ per appellationem ritè interpoſitam, ſi non obſtaret ſumma ordinationis non appellabilis, vel Privilegii de non appellando, ideoq; poſtqvam in puncto devolutionis à parte appellati ſufficienter probatum fuerit ſummam litis ordinationis legibus aut Privilegio non convenire, neceſſe eſt cauſam ob non devolutam appellationem ad judicem à qvo *expreſſè* remitti. In hac verò, videlicet deſertionis, non fit remiſſio ad judicem à qvo, qvia ipſo jure ad eum cauſa redit, *Gail. 1. Obſ. 123. & 138. Roding. d. lib. 1. tit. 32. in fin. Comment.*

§. 22. Ad utrumqve effectum, ſuſpenſivum ſcil. & devolutivum ſunt prohibitæ omnes appellationes *frivolæ & fruſtratoriæ*, e.g. Si in notoriis velit appellare, ſi evidenter convictus appellet, ſi appellatio fieret contra propriã confeſſionem, contra propriũ Chirographum, & qvæ ſimilia, in qvibus omnibus appellationes non tantùm non recipiuntur, ſed etiamſi fortè receptæ ſint, & calumnia deprehendatur, mulcta manet ap-

appellantes certiſſima, *Rec. Imp. Ann. 1654.* §. Und nach dem. *114. Roding. Pand. Cam. l. 3. tit. §. 13. Vid. infrà §. 26.*

§. 23. *Deſerere appellationem* nihil aliud eſt, qvàm iſtam derelinqvere ſeu pro delicto habere, aut eidem renunciare. Die Appellation verlaſſen/ſich der Appellation begeben/ von der Appellation abſtehen &c. *Non devolvi* dicitur appellatio, ſi cauſa ratione vel ſui ipſius, vel judicis, vel litigantium, vel ſumma, eſt inappellabilis; ac propterea ad Cameram per appellationem devolvi neqvit, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 55. num. 1. & ſeq.*

§. 24. *Formalia appellationis juſtificare* nihil aliud eſt, qvàm docere & probare formalia eſſe juſta, *id eſt*, eſſe obſervata eo modo, prout jura ſeu leges præſcribunt.

Cùm verò duplici modo Appellatio interponi ſoleat, nimirum viva voce, & in ſcriptis, etiam duplici modo formalia appellationis juſtificantur. (1) Per productionem Actorum priorum, ſi viva voce appellatum, ſimulqve acta reqviſita. Atqve ſi judicis privilegium de non appellando id reqvirat, oblatio ad præſtanda ſolennia facta, & ipſa præſtatio ſit ſubſecuta. (2) Si in ſcriptis appellatum, per productionem tum Schedulæ ſeu inſtrumenti appellationis, tum documenti reqviſitionis Actorum prioris Inſtantiæ. *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 76. n. 70. & ſeq.*

§. 25. Cauſa appellationis *prima*, *ſecunda*, *tertia* &c. qvæ ſit, *Vid. ſub Voc. Acta. §. 10.*

§. 26. *Frivolè & temerè* appellare dicitur, qvi inconſultè, hoc eſt, juriſperitis non conſultis appellat. *Menoch. de arbor. jud. qv. caſ. 445. n. 9. & Baldus in l. 6. §. pen. C. de appell.* ait, illum præſumi temerè appellaſſe, qvi provocat, cùm videt adverſarii intentionem fundatam eſſe in jure. Ubi & hoc addit, illum dici temerè proſeqvi appellationem, qvi qvidem ab initio juſtam cauſam fovet, ſed in illius proſecutione novit, ſe injuriâ contendere. Hinc qvi â lite ante ſententiam deſtitit, temere appellâſſe non dicitur, qvoniam temeraria appellatio ſine proſecutione non punitur. *Menoch. d. caſ. 445. n. 11. & 12.* Add. par. 22.

Differt *Appellatio* à *Leuteratione*. *Illa* enim non ſolùm eſt remedium ſuſpenſivum, ſed etiam devolutivum; *Hæc* au-

autem ſuſpenſivum tantum audit. *Moller. ad p. 1. Conſtitut. Elect. 19. n. 24. Carpz. in Proceſſ. tit. 17. art. 1. n. 26.*

APOTHECA. §. 1. *Apotheca* eſt locus, ſeu ſtatio ad merces, vel exercitium aliqvod, *l. 1. C. de V. S. l. ſi qvis intra. C. de con. proſcr.* Apotheca non eſt domus, ſed meritoria domus, licet contineatur appellatione domus, qvando eſt ſubtus domum, & unita domui. Eſt tamen nomen univerſale, qvia appellatione Apothecæ, veniunt omnes merces, qvæ ſunt in ea, *Tuſch. lit. A. concl. 430.*

AQVA. §. 1. *Aqvæductus* Waſſerleitung/ eſt jus aqvæ ducendæ per fundum alienum ad utilitatem ſui fundi; ſive alienâ aqvâ irrigemus agros aut pecora aqvemus, *l. 1. de ſerv. ruſt. l. 13. l. 9. l. 21. 22. 24. 33. eod.* ſive noſtram abducamus, & eâ liberemus noſtrum prædium. Aliàs *Aqvagium* dicitur, *l. 15. d. t. l. 3. §. pen. de aq. qvot.*

§. 2. *Aqvæ hauſtus*, Waſſerſchöpffens Gerechtigkeit/ eſt jus hauriendæ aqvæ alienæ, ſeu ex fonte aliove loco, qvatenus ad fundum noſtrum opus eſt, *l. 3. §. 1. l. 9. de ſerv. ruſt. præd.*

§. 3. *Appulſus pecoris ad aqvam* eſt jus pecora prædii mei appellandi ad fontem aliamve aqvam vicini, *l. 4. l. 5. de ſerv. ruſt. pr.* Viehtränck.

§. 4. *Aqva pluvia* vocatur, qvæ cœlo cadit & imbre creſcit, *l. 1. pr. de aq. & acq. pluv. arc.*

§. 5. *Qvotidiana aqva* non illa dicitur, qvæ qvotidie ducitur, ſed ea, qvâ qvis qvotidie poſſit uti, ſi vellet, ſeu qvæ qvotidie duci ſolet, vel æſtivo tempore, vel hyberno, etiamſi aliqvando ducta non ſit, *l. 1. §. 2. 3. 4. ff. de aq. qvot.* *Menoch. retin. poſſ. rem. 6. n. 7.*

§. 6. *Aqva æſtiva* eſt, qvâ æſtate ſolâ uti expedit: non qvia non poſſit hyeme duci, ſed qvia non ſolet, ſicut dicimus veſtimenta æſtiva, ſaltus æſtivos, caſtra æſtiva; qvibus interdum etiam hyeme, plerumqve autem æſtate utimur, *vid. l. 1. §. 3. 4. 5. de aq. qvot. & æſtiv. Menoch. d. l. n. 8.*

§. 7. *Caput aqvæ* illud eſt, unde aqva naſcitur. Si enim ex fonte naſcatur, ut duci poſſit, ipſe fons dicitur caput. Si ex flumine vel lacu: primâ incilia vel principia foſſiarum, qvibus aqva ex flumine vel lacu in primum rivum compelli ſolet, capitis appellatione continentur, *l. 1. §. 8. ff. de aq. qvot. & æſtiv. Oldendorp. claſſ. 2. act. 7. q. 6.* §. 8.

§. 8. *Caſtellum* eſt receptaculum, qvod aqvam publicam ſuſcipit, arte qvadam in hoc conſtructum, *Oldendorp. d. q*. 1. Sive erat receptaculum aqvarum fluentium per canales, è qvo deinde caſtello aqvæ ducebantur, & ad publicos & ad privatos uſus, *Menoch. d. remed. retin. poſſ.* 7. *q*. 4. *n*. 57.

§. 9. *Aqva Caſtellaria* eſt, qvæ ex caſtello ducitur permiſſu Principis, *l. 1. §. 38. & ſeqq. ff. de aqva qvot & æſtiv.*

ARBITRIUM. ARBITER. §. 1. *Arbitrium* (1) in genere ſumitur pro qvavis poteſtate & facultate *l. 1. § 8. de ſuis & leg. l. 2. §. 8. Si qvis om. cauſ. l. 13. in fin. pr. de aq. har.* (2) paulo ſpecialiùs qvamcunqve etiam ſignat cujuslibet viri boni de re aliqva ſententiam, *juxta l. 7. de contr. emt.* Eoqve ſenſu rectè refertur ad judicem *in l. 3. l. 4. §. 1. De eo qvod cert. loc.* & alibi religio vocatur, *l. 13. ff. de teſtib.* (3) Specialiſſimè in jure noſtro per arbitrium denotatur facultas à partibus ex convento certæ alicui perſonæ ad aliqvid definiendum tributa. *Vid. Speidel. in ſpec. aur. Verb.* Schiedsmänner.

§. 2. *Arbiter* in latiſſima ſed verè tamen latina ſignificatione dicitur, qvicunqve alicujus rei eſt conſcius, ita ut in teſtem liberè vocari poſſit, *Unde Horat. lib. Epod. od. 5.*

-- -- -- ô rebus meis
Non infideles arbitræ
Nox & Diana.

Juxta hoc vocatur arbiter, *qvi liberam habet adminiſtrationem per l. 21. C. mandat.* qvin aliqvando idem notare videtur, qvàm *calculator ut in l. 5. C. de diſtr. pign.* Magis autem propriè talis appellatur, *qvi rebus ex bona fide dijudicandis* adhibetur. Unde arbitri familia erciſcundæ *l. 1. in fin. de collat. dot. l. 44. §. 7. l. 47. l. 52. §. fam. exerc.* Arbiter communi dividundo, *l. 31. de uſufr. l. 4. de ſerv. l. 26. comm. div.* Arbiter excutiendarum rationum, *l. 5. §. 1. de manum. junct. l. 47. § 2. de fideic. lib.*

§. 3. *Arbiter compromiſſarius* dicitur Judex, qvi libero partium conſenſu, litis decidendæ gratiâ electus officium hoc ſuſcepit, *l. 1. de rec. arb. l. 13. §. 1. C. de judic. l. 21. l. 3. §. 1. l. 13. §. pen. l. 32. §. 15. de rec. arb. l. 1. C. eod.* Scheids-Richter / Veranlaſſter Richter / Obman.

§. 4. *Arbitrator* dicitur, qvi eligitur ad conventiones ſimilesvé

leſvé actus determinandos, *Vid. l. 7. de contr. emt. l. ult. C. eod. l. 25. pr. Locat. l. 43. de V. O. l. 76. §. arbitrorum. Pro ſoc. l. 8. qvi ſat cog. l. 1. §. 6. Si cui plus*, item ad amicabiliter (*ſine forma qvadam judicii*) litem componendam, *l. 13. §. 1. de rec. arb.* Scheidsmañ / gütiger Unterhändler.

§. 5. *Arbiter juris* eſt, qvi ex diſpoſitione & neceſſitate *legis* datur, qvando judex ante litis conteſtationem pro ſuſpecto habetur, *l. 16. §. f. C. de judic.*

§. 6. Differentia omnium præcipua inter *arbitrum & arbitratorem* eſt, qvòd arbiter partium conventione loco judicis eligatur, ita ut coram eo, juris ordine ſervato procedatur, *l. 1. de rec. arb. l. pen. §. Sin §. altera C. eod. Arbitrator* verò, qvi nulla juris ſolennitate obſervata, controverſias amicè ex æqvo & bono definiat. Ad cognoſcendum igitur, utrum aliqvis ſit aſſumtus tanqvam arbiter, an verò arbitrator, non vocabuli ſignificatio, ſed modus procedendi ex partium conventione conſiderari debet. *Gail. 2. O. 150. n. 4. Vid. Tuſch. lit.* A. *concl.* 448.

§. 7. Arbitri juris ferunt *ſententiam:* Arbirri voluntarii, *laudum:* arbitratores *arbitramentum Roding. pand. cam. l. 1. tit. 35. Grav. ad Gail. de O. 150. Tuſch. lit. A. concl.* 465.

§. 8. Illa verba *arbitratu Lucii Titii fieri*, jus ſignificant, & in *ſervum* non cadunt. *l. 7. pr. de rec. arb.*

§. 9. In reductione ad arbitrium boni viri Judex Cameræ competens eſt, ſi is, contra qvem petitur, immediatè Imperio ſubjectus ſit, & Reductio locum habeat, per ea qvæ notat *Gail. 1. obſ. 1. n. 19. Schwamm. obſ. Cam. 25. Roding. Pand. Cam. l. 1. tit. 35.* Eſt verò Reductio nihil aliud qvàm pravi arbitrii ab arbitratore lati ad arbitrium boni viri reductio. *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 58. §. 6.*

§. 9. *Arbitrium boni viri* dicitur, qvod tale eſt, qvale bono viro convenit, qvod rationi ac juſtitiæ eſt conſentaneum, non vag .m & indiſcretum, ſed ſine dolo ſeu lata culpa & enormiſſima læſione. *Gail. 1. Obſ. 150. n. 17.*

§. 10. *Petitio Reductionis* ad arbitrium boni viri eſt provocatio, qva judex Cameræ pro pravo & iniqvo arbitratoris arbitrio ad ſuum æqvum arbitrium redigendo imploratur, *Jac. Blum. d. l. §. 7.*

ARBOR.

ARBOR. §. 1. *Actio arborum furtim caſarum* eſt, qvæ datur domino contra illum, qvi ejus arborem clam ipſoqve ignorante cædit, ut duplum damni pœnæ loco præſtet. *l. 1. l. 3. §. 3. l. 5. pr. l. 7. §. 2. §. 4. §. 5. l. 6. pr. ff. Arb. jure caſ.* Hodie ob arbores ex petulantia clam cæſas, præter reſtitutionem damni, pœna eſt arbitraria. *Ord. Crim. Carol. art. 168. Carpz. qv. qv. crim. 83. n. 6.*

§. 2. Arbor eſt nomen generale, & comprehendit etiam vitem, arundinem, ederam, ſalicetum & omnem arborem *habentem radices, vid. l. 3. ff. arb. furt. caſ. ibiqve Gothofr.*

§. 3. Cùm paſſim arbores in frugiferas & fructiferas diſtingvantur, *l. 13. §. fructuarius. ff. de uſufr. l. 16. §. 1. ff. qvod vi aut clam. l. ſi ex ff de jur. dot.* Frugiferæ illæ intelligendæ ſunt, ex qvibus frugem, h. e. vinum, oleum, pedamenta, cremium aliaqve ligna cædendo colligimus. *l. 77. ff. de V.* S. Fructiferæ verò ſunt, ex qvibus alii fructus, nempe poma, glandes, nuces, & ſimilia capiuntur, *l. 7. §. ſi fundum viro ff. ſolut. matrim.* Reliqvæ arbores, qvæ neqve fungum, neqve fructum ferunt, infructiferæ dicuntur. Qvamvis verò Salices & ſimiles arbores ſteriles, fructiferæ ſeu pomiferæ non ſint, non continuò tamen infrugiferæ exiſtimandæ, niſi etiam cædi neqveant, neqve ſoleant, aut cæſæ non repullulant. *per l. 77. de V. S. l. 16. §. 1. ff. qvod vi aut clam. d. l. 7. §. ſi fundum. Gædd. ad l. 77. n. 7. ff. de V. S.*

ARCHIDIACONUS. ARCHIBRESBYTER. §. 1. Archidiaconus *(ita dictus, qvaſi princeps, aut prior diaconorum)* eſt vicarius proximus ipſius Epiſcopi, & major eſt poſt Epiſcopum, qvi omnibus ſub Epiſcopo præeſt, atqve ordinaria Jurisdictione fungitur. Et qvia loco Epiſcopi per Epiſcopatum proſpiciens, qvæ corrigenda viderit corrigit & emendat, hinc *Oculus Epiſcopi* appellatur. *c. un. de ſcrutin. in ord. fac. c. 1. c. 7. de offic. archidiac. Tuſch. lit. A. concl. 482.*

§. 2. Inter *Vicarium* & *Archidiaconum* illud intereſt, qvod à *Vicario* non ad Epiſcopum, ſed ad Archiepiſcopum, ab *Archidiacono* verò, ad ipſum, cui immediatè ſubjacet, Epiſcopum erit appellandum. *c. Romana. de Appell. in 6.*

§. 3. *Archibresbyter* vocatur is, qvi cæteris præeſt Presbyteris

byteris, ubi ſedes eſt Epiſcopi, & Eccleſiis majoribus ſive in parochiis ruri exiſtentibus, *c. 2. de offic. archibresb.*

§. 4. Archibresbyterorum alii ſunt *Urbani*, alii *Rurales*, qvi & *Plebani* ſeu *Decani Rurales* dicuntur, vulgô Decani *Chriſtianitatis*. Perſimiles illis presbyteris, qvi olim vocabantur *Chori Epiſcopi*, vicesqve Epiſcoporum ruri ſubibant, *vid. can. Legimus diſt. 93.*

ARCHIVUM. §. 1. *Archivum* eſt locus ſeu ſcrinium, in qvo ſcripturæ, monumenta, acta principis aut civitatis, reponi ſolent, ut ibi reſerventur, ſub cuſtodia Archiora, *l. f. §. 19. de num. N. 15. c. 5. Nic. à Paſſ. de Script. priv. l. 1. qv. 2. num. 4.* Vocatur Cancellaria, die Hoff-Regiſtratur; libri ubi cuſtoditi ſunt Landſchaffts-Bücher / Kauff-und Steur-Lehn-Bücher. *Schurff. conſ. 99. n. 8. cent. 3. Bornit. de inſtrum. l. 2. 6. 10.*

ARCTA. §. 1. *Arcta* jure Canonico appellatur ea mulier, qvæ alteri carnaliter commiſceri non poteſt, niſi per inciſionem. *c. fraternitatis X. de frigid. & malef.* Eam nec ſanam eſſe dicit JCtus *in l. 14. §. 7. n. de Ædilit. Edict.*

ARDUUM. §. 1. Dicitur cauſa ardua, habita ratione tum perſonarum, tum rerum, qvalis eſt cauſa honoris, ſtatus vel dignitatis, matrimonii. *Jac. Ayrer. Proceſſ p. 1. cap. 5. obſ. 1. n. 13. & c. 1. obſ. 1. n. 7.*

ARGENTARIÆ MENSÆ EXERCITOR. §. 1. h. e. publica autoritate conſtitutus ad id, ut pecunias fœnori det, & aliis pecuniam fœnerari volentibus operam det, *vid. l. 4. pr. de edend.* Hujusmodi exercitores apud nos amplius non ſunt in uſu, habemus qvidem camſores, qvi tamen ab illis multum differunt.

ARMA. §. 1. Non ſolùm arma ſunt gladii, haſtæ, frameæ & tela, qvibus in bellis utimur, verùm etiam, ſi qvæ alia tela *ad nocendum* facta vel arrepta extra belli cauſam, cujusmodi ſunt lapides, fuſtes, cultelli, candelabra & ſimilia, qvorum uſus extra militiam eſt, ad lædendum homines, *l. 41. de V. S.* Hæc eqvidem extra *armorum* ſuppellectilem ſunt, ſi naturalem eorum uſum ſpectes, nocendi tamen conſilio arrepta, armorum appellationem induunt, *l. 9. l. pen. §. 1. ad L. Jul. de vi publ. l. 2. C. qva res export. l. 14. §. 1. de re milit. §. 6. inf. Inſt.*

de interd.l.1. §.*occiſorum.ff. de SC. Syllan.* Vid. *Carpzov. q.* *crim.3.n.6. & ſeqq. Tuſch. lit. A. concl. 514.*

§. 2. Non ſolùm *armati* dicendi ſunt, qvi tibiali, thorace, loricâ induti, qvi ſcuto & gladio muniti, verùm ii etiam, qvi tela habent ad nocendum facta, neqve ſolùm, qvi tela ejusmodi, ſed etiam, qvi qvid aliud habent, *qvod nocere poteſt*, licet nocendi gratiâ factum non ſit. Satis enim eſt, qvod *eo animo* arripuerint, geſſerint, habuerint, ut nocerent, modò ad nocendum ſit aptum, *l.9.ff. ad L. Jul. de vi publ.l.3.*§.1.*ff.de vi & vi arm. Gædd. ad l.41. de V. S. n. 5. & 8.*

§. 3. Armorum prohibitione non ſolùm galeæ gladii, tela, ſagittæ, haſta & ſimilia inſtrumenta bellica continentur, verùm etiam lapides, fuſtes, cultelli, qvibus alioqvi panem incidimus, vel calamum acuimus, pugiones, globi, & ſi qvæ alia, qvibus noceri & major vis inferri poteſt, *per l. 41. de V. S. l.3.*§.1. *de vi & vi arm. d.l.9. l.233.*§.2 *de V.S. Alciat. Gædd. ad l.41. de V.S.* Si ſcil. ad finem armorum aſſervantur ac uſurpantur.

ARRESTUM. §. 1. *Arreſtum* eſt impedimentum, ſive interdictum Judicis, ſive Magiſtratus, ne res aut perſona loco moveatur. *Vel*, eſt inhibitio & retentio rerum & perſonarum, ne moveantur de loco in locum, qvoad certum qvid fiat, *Germ.* Arreſt / Kummer / Zuſchlag / Verbott. *Reding. pand. Cam. l. 1. tit. 11.*

§. 2. Qvandoqve latiùs, qvandoqve ſtrictiùs ſumitur. *Latiùs* ſignificat qvodlibet impedimentum, qvò qvis impeditur, ne rebus ſuis liberè uti, aut eas ſuo arbitrio auferre vel transportare, vel etiam ad domum ſuam liberè transferre poſſit. Et nihil aliud eſt, qvàm verſperren / thätlich auffhalten / Eintrag thun / oder verhindern. Ita etiam comprehendit rem affectam litigioſam vel controverſam, item ſpolia, qvascunqve detentiones, retentiones & qvævis impedimenta. *Vid. Peck. tr. de jur. ſiſtend. Strictiùs* autem, qvod conceſſa ſolummodo propria & genuina ſignificatione vocabuli, ex communi uſu loqvendi, qvævis aliæ turbationes excludantur, præſertim ſpolia: ubi ſcil. mediante magiſtratu res vel perſona detinetur ſive impeditur. *Add.* Wehner. *obſ. pr. Voc.* Arreſt. *Eibig. proceſſ. p.2. c.1. membr.2. ſect.2. pag.93. Coler. de proc. exec. p.1. c.2. Berlich. p.1. c.74.*

§. 3.

§. 3. *Seqveſtrum differt ab arreſto.* Nam *Seqveſtrum* continet ſeparationem rei controverſæ & collationem apud tertium. *Arreſtum* ſaltem rei perſonævè detentionem. *Illud* tantum eſt rei controverſæ, in qva plures jus prætendunt, petuntqve adjudicari. *Hoc* etiam rerum, qvarum dominia poſſeſſionesqve certæ, *Bald. in l. un. C. de prob. ſeq. Curt. de ſeqveſt. q. 1. n. 20. Coler. de proc. exec. p. 3. c. 11. n. 54.*

§. 4. Differt qvoqve *Areſtum à Pracepto de non alienando.* *Areſtum* tribuit jus hypothecæ & prioritatis. *Conſt. Elect. 29. p. 1.* *Praceptum de non alienando* verò facit, ne res petita vel tota vel aliqvid de eâ diſtrahatur. *l. 5. pr. π. de petit. hered. Carpz. proc. tit. 21. Art. 1. n. 14. ſeqq.*

ARTICULUS. §. 1. *Articulus* eſt par intentionis, qvam litigans probare vult. *Ruland. 3. de commiſ. 1. concl. 2. num. 12. Umm. diſp. 13. n. 93.*

§. 2. Articuli *poſitionales* (*qvi aliqvando etiam ſimpliciter vocantur* articuli, *nonnunqvam qvoqve* poſitiones *appellantur*) dicuntur illi articuli, qvos actor in ſuo libello articulato ad veritatem à Reo mediante Cathegorica Reſponſione eliciendam proponit.

§. 3. *Probatoriales* articuli ſunt, qvos ex iſtis poſitionalibus per reſponſionem à reo negatis extractos, vel etiam aliàs qvovis modo ad probandum per documenta vel teſtes producit, ac ſimul commiſſionem petit. *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 68. n. 13. & ſeq.*

§. 4. Doctores inter *Poſitionem & Articulum* eam conſtituunt differentiam, ut *articulus* ſit pars aſſertionis, qvam qvis probare intendit. *Poſitio* verò ſit, ad qvam ponens adverſarium ſuum reſpondere petit, ut Ponens ab onere probandi relevetur. *Gail. 1. obſ. 89. n. 1. & 2. Rosbach. proc. jur. tit. 51. n. 2.* Sed in praxi atqve in illuſtri judicio Camerali promiſcuè ea ſumi, tradit *Gail. d. l. n. 3. Jac. Ayrer. Proceſſ. p. 1. cap. 4. obſ. 7. n. 2. & 3.*

§. 5. *Impertinens articulus* is propriè dicitur, qvi neqve per ſe, neqve cum aliis adminiculis ad cauſæ fidem facit. Pro pertinenti enim habetur hic etiam articulus, qvi per indirectum, & qvalitercunqve cauſæ principali adminiculatur.

Jac. Ayrer. d. obſ.7.n.9.& ſeq. Add.voc. Pertinere. *Gilhauſ. arb.jud.civ. cap.4.ram.3. in fin.Gail.*1. O.81. n.4.

§.6. Articuli *Defenſionales* ſunt, qvibus Reus ſuam defenſionem i. e. ſuas exceptiones peremtorias merita cauſæ principalis concernentes, proponit. Nam licet verbum *defenſio* aliqvando latè ſumatur pro qvavis exceptione, ſive ſit dilatoria, ſive peremtoria *l.56. de cond. ind. l.4. l.2. & 11. C. de except.* tamen in praxi articuli defenſionales dilatoriis exceptionibus ſemper opponuntur. *Jac.Blum.d.tit.68. n.15.*

§.7. Deinde qvamvis ſecundum Dd. accuratè loqvendo adhuc aliqva ſit differentia inter *defenſionales* & *peremtoriales*. Nam dicunt *Defenſionales* propriè dici, qvando reus ad ſui defenſionem allegat, Actori nullam actionem competere, vel eam ipſo jure eſſe ſublatam, qvalis eſt exceptio ſolutionis, compenſationis, novationis, delegationis, acceptilationis, ceſſionis &c. Cùm enim hîc nulla adſit actio, nec exceptio, qvæ actionis excluſio eſt, adeſſe poteſt. Qvatenus verò hæ defenſiones Reum defenduntur, & per conſeqvens agentem repellunt, ejusqve intentionem excludunt, largo modo dici poſſunt Exceptiones *Gloſſ. in c.1. verb. Defenſionis. De L. C. in 6. Specul. in rubr. de Except.* §.1. *n.4.* Hinc etiam uſu obtinuit, ut hæ defenſiones vocentur Exceptiones Intentionis ſeu facti. Exceptiones *Peremtorias* v.d. Dd. volunt eſſe eas, qvæ actionem propoſitam perimunt, ita tamen ut non ipſo jure eam tollant, ſed demum ope Exceptionis elidant. *Gl. in d. cap.*1. *verb.peremtoria.*

§.8. Hinc illas congruentiùs *Eliſorias* vocari arbitratur *Specul. d.* §.*1. n.1.* Qvam eandem ob cauſam Practici articulos *Peremtoriales* ſæpe Eliſivos indigitant, nec rarò *Defenſionales, Peremtorios & Eliſivos* pro iisdem ſumunt.

§.9. Si reus hisce Eliſivis ſemel exhibitis alios articulos poſtea adjungat, vocantur *Supereliſivi*, ſeu *Additionales Eliſivorum.*

§.10. Articuli, qvi Eliſivis ab actore opponuntur, appellari ſolent *Reeliſivi.*

§.11. *Exceptionales* articuli dicuntur Exceptiones articulatim propoſitæ, ſive iſtæ exceptiones ſint dilatoriæ, ſive peremtoriæ.

§. 12.

§. 12. *Replicatorii* articuli vocantur, qvi Exceptionalibus opponuntur.

§. 13. *Declaratoriales, (declaratorii, declaratiſ***vi***)* ſunt, qvibus articuli antea propoſiti melius explicantur. Hi aliqvando etiam vocantur *Additionales.*

§. 14. Verùm A*dditionales* propriè ſunt, qvi prioribus de novo adduntur, cujuscunqve ſint generis illi priores. Qvi verò his additionalibus adhuc ſuperadduntur, appellantur *Superadditionales*, item *Additionales additionalium.*

§. 15. *Cauſales* articuli ſunt cauſæ à reo in Proceſſibus Mandatorum cum Clauſula & pignorationis articulatim propoſitæ, qvare ille iis Mandatis parere non teneatur, vel qvare pignoraverit.

§. 16. Qvos illis cauſalibus Actor opponit, modò ſolent vocari Replicatorii, modò Eliſivi, modò Defenſionales. *Jac. Blum. d.tit.68. n.16. & ſeqq.*

§. 17. *Poſitio multiplex* eſt, qvæ multa dicta vel plures articulos, eosqve diverſos uno contextu complectitur. Puta, pono *Titium vendidiſſe fundum tali pretio, ipſumqve recepiſſe precium.* Qvæ poſitio continet tres articulos, venditionis ſcilicet, valoris pretii, ejusqve receptionis, qvorum unus venditionis ſcil. verus eſſe poteſt, reliqvi duo falſi, *Ayrer.proc. p.1.cap.12. obſ.2. n.1.*

§. 18. Poſitiones dicuntur *affirmativa* vel *negativa* reſpectu ſenſus, non autem reſpectu verborum, *Nicol.Calvol.pr. §.poſitio.16. concl.3.n.14.*

§. 19. Poſitio *ſuperflua* eſt, qvæ eſt eadem cum jam facta, vel cum jam conceſſa, vel cum jam negata, vel ſi eſt contraria cum jam conceſſis, vel jam negatis. *Maſcard. concl.1183. num.16.*

§. 20. Poſitiones *captioſa* dicuntur, qvæ ponunt reſpondentem in prolixitatem, qvicqvid per eum reſpondeatur, vel in qvacunqve parte reſpondeat, diceret contra ſe. *Nicol. Calvol. d.§.16.n.17.* Vel captioſa poſitio eſt, qvando reſponſio, qvæ fit, non poteſt fieri affirmando vel negando, qvin ſibi præjudicet. V.G. pono, qvòd tu es uſurarius: ſi dicis qvòd ſic, detegis turpitudinem tuam: ſi dicis, qvòd non, cùm ſis, perjurus efficeris, *Maſcard. d.l. n.36.*

ASSASINIUM. §. 1. *Aſſaſinium* hodié eſt homicidium ab aliqvo ad hoc mercede conducto ad alterius mandatum commiſſum. *c.8.de homic. in 6. Ant.Camez.tom.3. Varreſ. c. 3.n.10. Carpz.pr.crim p.1.qv.19. n.3.*

§. 2. Dicitur *aſſaſinus* tam qvi mandat aliqvem occidi pretio, qvàm qvi occidit: licet à qvibusdam mandans Aſſaſinator, mandatarius Aſſaſinus in ſpecie vocetur. *Joh. Damh. pr. crim. cap.83 in fin. Carpz.qv.d.l. n.5. add.Tuſch. lit.A. concluſ.531.*

§. 3. *Aſſaſinium* vel eſt *verum*, qvando infidelis ad infidelem; vel qvaſi & *improprium*, qvando Chriſtianus ad Chriſtianum occidendum conductus fuit. *Theodor. Crim. c.7. n.45.*

ASSECURATIO. §. 1. Referri ſolet hodie inter contractus innominatos *Aſſecuratio*. Qvæ eſt contractus, qvo præmium datur, ut qvis ſuſcipiat periculum mercium aliò transvehendarum. Vel etiam, qvo qvis incertum periculum rerum, alio transvehendarum, in ſe ſuſcipit, ut præmium detur. *Vid. Joh. Marqvard.de commerc. l.2.cap.18.num.1.*

ASYLUM. §. 1. *Aſyla* ſunt templa aliavé qvævis loca inviolabilia & conſecrationis lege tuta, ad qvæ confugientes ſine ſummo piaculo extrahi non poſſunt, *Rittersh. tr. de jur. Aſyl. c.1.n.7.*

§. 2. Dividuntur Aſyla præcipuè in *realia & perſonalia*. Licet enim Aſyli vocabulum accipiatur ut plurimum de locis privilegiatis, interdum tamen perſonis ſanctis, qvæ non tantum ipſæ inviolabiles ſunt, ſed alias etiam immunitatis ſuæ clypeo protegunt atqve ſervant, tribuitur, uti vocari ſolent Deus, Reges, Principes, Legati populi Romani, Virgines Veſtales &c.

ASSIGNARE. §. 1. Verbum *Aſſigno*, qvandoqve ſignificat dominii translationem, & qvandoqve non; ſecundùm qvod ratio juris & materia ſubjecta patitur. *Everh. à Middelburg. loc.leg.93. n.13.*

AGNATEN. §. 1. Qvando in demortui Epiſcopi, aut cœnobiarchæ locum novus ſubſtituitur ſucceſſor, is Romano Pontifici fructus anni integri, ejus beneficii, in qvo ſucceſſit, ſolvere tenetur. Hoc vectigal barbaro vocabulo *Annatam* appellarunt, non qvod anniverſarium, aut annuus canon, ſingulis

gulis annis recurrens, ſed qvod unius & primi anni ſit, *Limnaeus ad Capitul. Caroli* V. *art. 16. verb. Annaten.*

ATRIENSES. *§. 1. Atrienſes* erant, qvi atrium obſervabant & cuſtodiebant. A qvibus differebant Mediaſtini, qvi in medio ædium adſtantes ad omnia ſervitia ſunt parati. *Tabor. in Racemat. Fuſſi adverſus Nautas. aph. 14.*

ATTENTATUM. §. 1. Attentare, ſeu attentatum diverſimodè in jure accipitur (1) uno modo, pro conatu qvodam, & nixu ad aliqvem actum faciendum, *l. 5. C. de Epiſc. & Cler.* (2) alio modo, dicitur is attentare, qvi blando ſermone pudicitiam alicujus impetit. *§. 1. in fin. Inſt. de injur. l.* 1. *§. 2. l. 5. §. f. l. 10. l. 15. §. 22. ff. eod.* (3) alio modo ponitur pro aggravare, ſeu moleſtare, *ut in l. 6. de extr. crim.* (4) alio modo exponitur attentare, id eſt, præſumere, *ut per Bonif. de Vitalin. in Clem. 1. num. 12. de Reſcript.* (5) alio modo pro eo, qvod fit lite, ſeu appellatione pendente in contemtum judicis, & præjudicium partis, & ita accipitur *t. t. X. in Clem. & C. ut lit. pend.*

§. 2. Attentatum ſeu innovatum, in ultimo ſcil. ſignificatu, eſt omnis actus, ſine rationabili cauſa lite, appellatione vé, aut his æqvipollentibus, à judice, ſeu à parte, aut ab habentibus cauſam ab eis; in contemtum jurisdictionis, & præjudicium partis factus, officio ejus, cujus fuit læſa Majeſtas in primis, & ante omnia revocandus. *Rob. Lancellott. tr. de attent. & innov. p. 1. in præfat. n. 20. Tuſch. tit. A. concl. 542.*

§. 3. Hinc Judex dicitur Attentare ſeu innovare, ſi poſt inſinuatam ſibi appellationem aliqvid *novi* facit, videlicet ſententiam executioni mandando, aut alio qvocunqve etiam modo ulterius in cauſa procedendo. Pars qvoqve tam Appellans, qvàm appellata, dicitur attentare, ſi poſt interpoſitam appellationem aliqvid *novi* faciat, qvod ante litem captam facere non ſolebat. Qvare qvi pendente appellatione jus ſuum proſeqvitur, & facit id, qvod lite nondum inchoatâ facere ſolitus erat, nim. colligendo fructus & penſiones ſolitas exigendo, non attentare, ſed ſuam poſſeſſionem continuare veteriqve jure uti dicitur, *Gail. 1. O. 147. num. 1. & Obſ. 148.* Deinde nec tertius attentare dicitur, *Gail. 1. Obſervat. 27. num. 6.* Qvare adverſus hunc ordinaria juris via coram

ASSASINIUM. §. 1. *Aſſaſinium* hodié eſt homicidium ab aliqvo ad hoc mercede conducto ad alterius mandatum commiſſum. *c.8. de homic. in 6. Ant. Camez. tom.3. Varreſ. c. 3. n.10. Carpz. pr. crim p.1. q.19. n.3.*

§. 2. Dicitur *aſſaſinus* tam qvi mandat aliqvem occidi pretio, qvàm qvi occidit: licet à qvibusdam mandans Aſſaſinator, mandatarius Aſſaſinus in ſpecie vocetur. *Joh. Damh. pr. crim. cap.83. in fin. Carpz. d.q. d.l. n.5. add. Tuſch. lit. A. concluſ. 531.*

§. 3. *Aſſaſſinium* vel eſt *verum*, qvando infidelis ad infidelem; vel qvaſi & *improprium*, qvando Chriſtianus ad Chriſtianum occidendum conductus fuit. *Theodor. Crim. c.7. n.45.*

ASSECURATIO. §. 1. Referri ſolet hodie inter contractus innominatos *Aſſecuratio*. Qvæ eſt contractus, qvo præmium datur, ut qvis ſuſcipiat periculum mercium aliò transvehendarum. Vel etiam, qvo qvis incertum periculum rerum, alio transvehendarum, in ſe ſuſcipit, ut præmium detur. *Vid. Joh. Marqvard. de commerc. l.2. cap.18. num.1.*

ASYLUM. §. 1. *Aſyla* ſunt templa aliavé qvævis loca inviolabilia & conſecrationis lege tuta, ad qvæ confugientes ſine ſummo piaculo extrahi non poſſunt, *Ritterſh. tr. de jur. Aſyl. c.1. n.7.*

§. 2. Dividuntur Aſyla præcipuè in *realia & perſonalia*. Licet enim Aſyli vocabulum accipiatur ut plurimum de locis privilegiatis, interdum tamen perſonis ſanctis, qvæ non tantum ipſæ inviolabiles ſunt, ſed alias etiam immunitatis ſuæ clypeo protegunt atqve ſervant, tribuitur, uti vocari ſolent Deus, Reges, Principes, Legati populi Romani, Virgines Veſtales &c.

ASSIGNARE. §. 1. Verbum *Aſſigno*, qvandoqve ſignificat dominii translationem, & qvandoqve non; ſecundùm qvod ratio juris & materia ſubjecta patitur. *Everh. à Middelburg. loc. leg. 93. n.13.*

AGNATEN. §. 1. Qvando in demortui Epiſcopi, aut cœnobiarchæ locum novus ſubſtituitur ſucceſſor, is Romano Pontifici fructus anni integri, ejus beneficii, in qvo ſucceſſit, ſolvere tenetur. Hoc vectigal barbaro vocabulo *Annatam* appellarunt, non qvod anniverſarium, aut annuus canon, ſin-

gulis

gulis annis recurrens, ſed qvod unius & primi anni ſit, *Limnæus ad Capitul. Caroli* V. *art.16.verb. Annaten.*

ATRIENSES. §. I. *Atrienſes* erant, qvi atrium obſervabant & cuſtodiebant. A qvibus differebant Mediaſtini, qvi in medio ædium adſtantes ad omnia ſervitia ſunt parati. *Tabor. in Racemat. Fuſſi adverſus Nautas. aph.14.*

agnoſcit, ita etiam æs ſuum perſeqvi poteſt, *l.1.Cod.de fidejuſſ. l.51.§.f eod.l.5.C de bon. proſcr.* (2) Modò intelliguntur bona *deducto are alieno.l.39.§.1.de V.S.l.13.l 49.ff. eod. l.9. de leg. 2. 2 l.72.de jur. dot. l. 2. §. 1. de cedat.* Qvæ Juſtiniano dicitur *ſubſtantia pura*, pura ſcil. ab ære alieno. *N.1.c.2.§.2 pr.l.pen. §.1. Cod. de repud.* Sicuti *reditus puri* dicuntur, qvi reſtant deductis functionibus publicis, tributis, *l.20.§ 4.C.de agric. & cenſ.D. Wiſſenb. ad d. l.39. de V. S.*

§. 5. Duplex bonorum appellatio eſt, aut naturalis aut civilis. *Naturaliter* bona intelliguntur ea tantùm, qvæ proſunt & commodum adferunt, & deducto ſcil. ære alieno ſuperſunt, *l.18.l.49.l.39. § 1.de V.S. Civiliter* bona dicuntur etiam, qvæ incommodum adferunt, qvæ nocent, nempe cum ære alieno, ut bonorum univerſitas, hæreditas, bonorum poſſeſſio, *l. 180.de V. S. l.1.& t.t.C.de bon.Vac.l.1.C.de fidej l.f. C.de ſint.paſſ.*

§. 6. *In bonis noſtris* computari ſciendum eſt, non ſolùm qvæ dominii noſtri ſunt, *l.49.de V.S.* Sed etiam (2) credita, & qvæcunqve nobis debentur; qvæqve in petitionibus, actionibus, perſecutionibus habemus, bonorum appellatione veniunt, & in bonis eſſe dicuntur, *d.l.49.l.10.11.12 ff. de V.S.l.63 ad L.Falcid. l.1.ff.de diviſ.rer l.25.§. non ſolum. Qva in fraud. cred.* (3) In bonis noſtris non ſolùm ſunt nomina & actiones, item res proprietatis jure noſtræ, verùm etiam res bona fide poſſeſſæ, ſervitutes, emphyteuſes, ſuperficies, feuda, hypothecæ, & ſimilia jura, in qvibus dominium juris habemus, *l.49.de V.S. t. Si ag. Vect tit. C. de fund.patr.l.4. de uſufr.l.in rebus. C.de jur.dot.Gædd.ad d. l. 49.*

§. 7. *Bona ereptitia* veteribus dicta fuerunt, legata vel etiam hæreditates, qvæ indignis auferebantur, fiſcoq; applicabantur. *Ulpian.fragm.tit.19.§. lege. l.pen.ff.de jur.fiſc.l. 26. ad L.C. de falſ.*

§. 8. *Bona avita* dicuntur, qvæ qvis ipſemet non acqviſivit, ſed à majoribus ſuis, avo nim. proavo, & ulteribus parentibus, accepit, *Carpz.p.t. C.12.def.1.*

§. 9. *Bona adventitia* dicuntur qvæſita per filios aliunde, qvàm à patre. *Profectitia* verò dicuntur à patre, vel avo proficiſcuntur, *Vid. Tuſch.lit.B. concl. 107.*

BONORUM POSSESSIO. §. 1. Bonorum poſſeſſio eſt jus

jus perſeqvendi (*ſi alii poſſident*) & retinendi (*qvod ipſi poſſidemus*) patrimonii ſive rei, qvæ cujusqve, cùm moritur, fuit, *l.3.* §. *2. de bon. poſſ. l. 118. de V.S.* Vel eſt jus (*Si facultas*) ſuccedendi in univerſum jus defuncti à Prætore, eo nomine implorato conceſſum, *d.l.3.* §.1. *add. l.1. d.l.3. pr.* §. *1. eod. l. 1. ut ex leg. Senat. b.p. l.3. Und. legit.* Itaqve ſi & hodie qvis ad ſucceſſionem lege municipali admitteretur, qvi jure Romano non poſſet ſuccedere, hunc optima ratione appellaveris bonorum poſſeſſorem, ſicut & bonorum poſſeſſionem decretalem, hodie verba craſſiore dicere potes judicialem. *Oldendorp. claſſ. 5. act. 6.*

§. 2. Non ergò *bonorum poſſeſſio* hic accipitur, uti poſſeſſio illa rerum ſingularium, qvæ facti eſt, & corporalis detentionis, de qvâ ſit *π. & C. de acqvir. poſſ.* Sed tota juris eſt, & dominium tribuit.

§. 3. *Edictalis bonorum poſſeſſio* ex edicto Prætorio de plano ſine cauſæ cognitione, etiam non coram tribunali, tribuitur. *Decretalis* ex decreto, præcedente ſingulari cauſæ cognitione pro tribunali decernitur, *l. 2.* §. *1. qvis ord. in b.p. l. 3.* §. *8. de bon. poſſ.*

§. 4. Edictalis bonorum poſſeſſio vel *ordinaria* eſt, qvæ certo perſonarum ordini in edicto propoſito defertur, §. *2. in f. de bon. poſſ. l. 3.* §. *f. de Carb. ed. l. 1. qvis ord. in b. p.* Et qvidem aut *tabulis teſtamenti adſtantibus*, &, ſi jure Prætorio, iniqvæ ſint, datur *bon. poſſ. contra tabulas.* Sin verò prætorio jure ſuſtineantur, *bon. poſſeſſ. ſec. tabb.* Aut tabulis teſtamentis nullis extantibus, & vocantur *bonorum poſſeſſio ab inteſtato.* §. *2. I. de bon. poſſ. Vid. tit. und. leg. & ſeqq. add.* §. *1. 2. I. de bon. poſſ.* Vel *extraordinaria* ſeu ſubſidiaria, qvam prætor iis pollicetur, qvibus ut detur novâ lege vel SCto vel Conſtitutionibus ſpecialiter comprehenſum eſt, nec à Prætore inter ordinarias bon. poſſeſſiones numerata eſt, § *3. I. d. t. l. 1. 2. Ut ex leg. SCt. b. p. det.*

§. 5. *Poſſeſſio bonorum cum re* eſt, qvâ ipſum jus hæreditarium prætorium ita qvis acqvirit, ut ſine ulla ſuſpenſione aut obſtaculo illo frui poſſit. *Sine re* eſt, qvando qvidem alicui jus hæreditarium, & titulus hæredis tribuitur, ſed propter incertum concurrentem eventum in ſuſpenſo eſt, an poſſit illo

revera uti, nec ne, *Vid.l.17. l.12.pr. de injuſt.rupt.l.* §. 8. *unde lib. D.Struv. exerc.37.*

BOS. §. 1. Boves magis *armentorum*, qvàm jumentorum appellantur, *l.89.pr. de V.S.* Hinc jumentis legatis, non boves, non oves, non ſues debentur. *l. 65.§.5. de leg.3.l.5. eod.*

§. 2. Per Synecdochen vel certè per metaphoram *bos inter gregem* numeratur, *l. 2. de l.1.* qvoties plures boves inſtar pecorum à patrefamilias non ad arandum, ſed ad paſcendum gregatim emittuntur, *Gœdd.ad d.l.89 pr.n.3.*

Buſſe. §. 1. Buſſe/ eſt mulcta, qvæ penditur parti læſæ, ſuntqve 30. ſolidi, LandR. *lib.2. art.16.* à qvâ differt die Wette/ qvæ eſt mulcta, qvæ debetur judici. *Gl.Germ.ad art.35. lib.2.* LandR. *n.4.Verſ.* denn mit dem Tode wettet man zugleich dem Richter/ und büſſet den Kläger. *Küding. ſuis Obſ. Cent.5.obſ.59. de Verbo* Wette. *Et Cent. 1.obſ.79.* Von der Buſſe.

CALUMNIA. §. 1. *Calumniatores* ſunt, qvi per fraudem & fruſtrationem alios vexant litibus, *l.233.de V.* S. *l.* 1. *de calumn.* In criminalibus *calumniator* vocatur, qvi ſciens dolo malo, falſum crimen intendit.

§. 2. Calumniari & calumnia dicitur à calvire, id eſt, decipere, fruſtrari. Latiſſimè autem calumnia denotat qvamvis malitiam, *ut proœm. Inſt.* Hinc trahitur ad res judiciarias, & (1) latè ſignificat qvamlibet fraudulentam vexationem in judicio, ſive fiat agendo, ſive excipiendo, ſive in criminalibus ſive in civilibus, *l.1. & t.t.ff. ad* SC. *Turpil.* (2) ſtrictè qvando acceptâ pecuniâ in civilibus, agendo vel excipiendo qvis vexatur, *l.7.de calumn.l.*1. *§.2. eod. D.Hahn. ad* Weſenb. *parat. d.t.num.3.*

CANCELLATIO. §. 1. *Cancellatio* propriè dicitur, qvando per modum crucis ſcriptura deletur, & tum vel *tota* ita deletur, vel *ex parte* tantum. Si *tota*, pro abolita habetur & nihil amplius infert. Si *ex parte* tantum, ſuſpecta redditur, niſi in partibus minus principalibus & citra dolum cancellatio iſta facta appareat. *Bornit. de Inſtrum.p.2.l.2.c.26.*

CA-

CAPERE. §. 1. Aliud eſt, *capere*, aliud *accipere*. *Capere* cum effectu accipitur. *Accipere* eſt, ſi qvis non accepit ut habeat. Ideoqve non videtur qvis *capere* qvod erit reſtituturus. Sicut *perveniſſe* propriè illud dicitur, qvod eſt remanſurum, *l. 71. de V.S. l.10. §. 1. de inoff. teſt. l. pen. de dot. praleg.* Vid. voc. Accipere.

§. 2. Cepiſſe qvis intelligitur, qvamvis alii adqviſierit, *l.140. de V.S.*

CAPITALIS. §. 1. (1) Vocabulo *capitalis*; vel *ſanguinis* tantùm cauſa ſignificatur, *l.4. de pœn. l.18. C. de transact. l. pœn. C. de bon. proſcr. l.22. C. ad L.Corn. de falſ. l. f.C. ſi reus vel acc. mort fuer.* (2) Latiùs accepto hoc nomine *Capitalis*, illa etiam crimina *capitalia* dicuntur, qvæ reos afficiunt aqvæ & ignis interdictione, deportatione, vel metallo, *l.13. de bon. poſſ. l.4.pr. Si qvis caut. §. 2. l. de publ. jud.* (3.) Latiſſimè hoc ſumto verbo, *Capitalis* cauſa dicitur, qvæ damnatis irrogat infamiam, etiamſi civilis ſit, *l.103. add.* Carpz. *qv. crim. 102. n.3. & ſeqq. Menoch. arb. Jud. qv. caſ. 265. n.1.*

CÆTERI. §. 1. *Cæterorum* & reliqvorum appellatione etiam omnes continentur, ut Marcellus dixit circa eum cui optio ſervi legata eſt cæteri Sempronio. Nam tentat, ſi non optet, omnes ad Semproniū pertinere *l.190. de V.S. l.95. eod.*

CAVILLATIO. §. 1. Natura *Cavillationis*, qvàm Græci σωρίτην, *id eſt, acervalem ſyllogiſmum*) appellaverunt, hæc eſt, ut ab evidenter veris per breviſſimas mutationes diſputatio ad ea, qvæ evidenter falſa ſunt, perducatur, *l. 177. de V.S. §. 65. de R. J.*

CAMERA. §.1. *Adminiſtrator* Cameralis eſt, qvi omnia negotia in Camera Imperiali adminiſtrat. *Ord. Cam. p.1. tit. 18. Roding. Pand. Cam. l.4 tit. 6. in pr.* Melius præfectus Cancellariæ, der Cantzeley-Verwalter/dicitur, *Idem d. l.*

§. 2. *Aſſeſſores* judicii Cameræ ſunt, qvi proximum à judice locum tenent, eidemq́ assident, & omnem operam in cognoſcendis, & dijudicandis cauſis præſtant. Unde non ſimplices Aſſeſſores juxta jus Juſtinianeum, ſed ipſi qvaſi judices ſunt, ad hoc conſtituti, ut cauſas in judicio Cameræ propoſitas cognoſcant & decidant. *Ord. Cam. p. 1. tit. 3. & 14. & p.5. tit.53. §.* Ob ſich aber. *Roding. d. l. 4. tit. 3. in pr.*

§. 3. Aſſeſſorum *nominatio*, ſive *præſentatio* eſt actus legitimus, qvo hic vel illa pro aſſeſſore Camerali nominatur & commendatur. *Roding. d. tit. 3.*

§. 4. *Electio* Aſſeſſorum Cameræ eſt actus legitimus, qvo hic vel ille ex nominatis & commendatis Aſſeſſoribus tandem pro Aſſeſſore Camerali ſuſcipitur, *Roding. d. tit. 3.*

§. 5. *Jus Camerale* eſt, qvod Conſtitutionibus & legibus Imperii Cameræ Imperiali peculiariter conſtitutum, vel obſervatione ſtylove judicii receptum eſt. *Roding. Pand. Cam. l. 1. tit. 1. § 2.*

§. 6. *Camera* propriè ſignificat fornicem, ſive teſtudinem ædificii, aut locum qvemvis cameratum, ſed tropicè ſæpiùs accipitur, *primùm* per ſynecdochen partis pro toto ædificio vel conclavi Camerato. *Deindè*, qvemadmodum per ſynecdochen generis accipitur pro loco Principis ærario deſtinato, *ſecundùm Feudiſtas ad c. de pace tenenda. §. ſi qvis verò, & ad illam Feudi ſpeciem, qvam vulgò de Camera appellant:* ita per Metonymiam ſubjecti pro qvacunqve re ad commodum Imperii pertinente accipitur. *Alex. de Imola ad rubr. C. de jur. fiſc. Henn. Gœden. conſ. 86. n. 101.* *Deniqve* per Metonymiam ſubjecti pro judicio in Camera Imperiali conſtituto, vel pro corpore illo cœtuqve & conſenſu judicum Cameræ, vel perſonarum Cameræ collegio, uſurpatur. Et notandum obiter, qvod Camera Imperatoris non ſit idem qvod Camera Imperialis. *gl. add. t. C. de jur. fiſc. Roding. de tit. 1.*

§. 7. Judicium Camerale eſt litium diſceptatio ſolennis in Camera Imperiali conſtituta. *Roding. d. l. 1. tit. 2.*

§. 8. *Juriſdictio* Judicii Imperialis eſt poteſtas lites diſceptandi judicio Imperiali conceſſa. *de qva Ord. Cam. p. 2. Rubr. gener. verſ.* Von Gewalt und Gerichts-Zwang/ *Roding. d. lib. 1. tit. 3.*

§. 9. Judicium Camerale ſumitur (1) pro diſceptatione judiciaria, ſeu pro actu trium perſonarum ſcil. Judicis Cameræ, Actoris & Rei. *Ord. Cam. p. 2. t. 25. O. C. 1495. art.* wie offt. *21.* (2) pro juriſdictione Camerali. *Ord. Cam. p. 1. t. 47. & t. 49. pr.* (3) Pro foro Camerali. *O. C. p. 2. t. 26. cum 6. ſeqq. ubiqve in Rubr. & paſſim d. p. 2. per tot.* (4) Pro loco, in qvo

qvo judicium commoratur. *O. C. p. 1. tit. 47. & 49.* (5) Pro perſonis Cameralibus *d. t. 49. ibi* zwiſchen unſ. Käyſ. Kammer-Gericht. (6) Pro Collegio Camerali, id eſt, pro Judice, Præſidibus atqve Aſſeſſoribus. *O. C. p. 1. tit. 4.* Qvanqvam aliàs *Nomen Collegium Camerale* triplici modo accipiatur, & qvidem (1) Latè pro omnibus perſonis Cameralibus, R. A. 1654. §. Als auch 167. (2) Strictè pro judice, Præſidibus atqve Aſſeſſoribus. *O. C. p. 1. t. 10.* §. und ſollen. (3) Strictiſſimè pro ſolis Aſſeſſoribus. *Ord. Cam. p. 1. t. 9. Jac. Blum. proc. Cam. tit. 3. §. 4.*

§. 10. *Perſonæ Camerales* dicuntur triplici modo (1) *Latè* qvatenus etiam comprehendunt Litigantes, eorumqve Mandatarios & ablegatos, (Anwäldte und Geſchickte / Spiræ communiter *Sollicitatores, Sollicitanten, item nonnunqvam* Abgeordnete/*dictos*) in qvantum hi omnes ſuæ Dominorumvé ſuorum litis causâ in Camera commorantes ſecuritate ſalvoqve conductu gaudent, *vigore Ord. Cam. p. 1. tit. 49. pr. circ. fin.* Et jurisdictioni Camerali ſubſunt. (2) *Strictè*, qvatenus litigantibus eorumqve ſollicitatoribus excluſis, præter perſonas juratas complectuntur qvoqve non juratas, ſed tamen immunitatibus Cameræ gaudentes, cujuſmodi ſunt Perſonarum juratarum uxores, liberi, ſcribæ, famuli, ſervi, ancillæ &c. Praxeos Cameralis ſtudioſi, *d. t. 49.* (3) Strictiſſimè pro ſolis perſonis, qvæ judicio Camerali inſerviunt, & huic ad id ſpeciali juramento ſunt devinctæ. Qvales ſunt Judex, Præſides, Aſſeſſores, Advocati, Procuratores &c. *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 22.*

§. 11. *Judex Cameræ* eſt caput judicii Cameralia negotia in eo expedienda ex præſcripto Ordinationis dirigens. *O. C. p. 1. tit. 7. §. fin. & tit. 9. in pr.*

§. 12. *Præſides Cameræ* ſunt perſonæ illuſtres, qvæ loco Judicis in Con-Senatibus præſident. In Con-Senatibus autem loco judicis præſidere nihil aliud eſt, qvàm Judicis abſentis vices ibidem ſuſtinere, *Jac. Blum. d. tr. tit. 6. n. 1.*

§. 13. Judex aliqvandiu abſuturus, aut aliàs legitimè impeditus delegat ſuas vices uni ex aſſeſſoribus illuſtribus (*qvi hodie appellantur* Præſides) iisvé deficientibus alicui ex Electo-

ctoriis (*qvi* Vice-Præſes *nominari conſvevit Jac. Blum. d. tr. tit. 5. n. 58.*

§. 14. *Proceſſus Cameralis*, vocatur aliàs der Proceß des Kammer-Gerichts / der Kammer-Gerichtliche Proceß / der Rechtliche Proceß / der Gerichtliche Proceß / die Practique (ſcil. des Kammer-Gerichts / Praxis Cameralis, & eſt legitima multorum actuum ad diſceptationem rei controverſæ in foro Camerali perficiendam neceſſariorum ſeries. *Jac. Blum. Proceſſ. Cam. tit. 1. n. 10. & ſeq.*

§. 15. Proceſſus Cameralis dividitur in *generalem* & *ſpecialem*. Ille dicitur, qvi omnibus cauſis ad Cameram ſpectantibus communis. Hic verò, qvi in earundem nonnullis duntaxat obſervari debet. Uterqve ſubdividitur in *Ordinarium & Summarium Jac. Blum. d. t. 1. n. 15. & 16.* Add. voc. Proceſſus.

CADAVER. §. 1. *Cadaver* appellatur inde, qvod homo, qvando mortuus eſt, cadat vermibus. Hiſce enim cedit & cadit in eſcam. *Feltmann. de Cadav. inſpiciendo. cap. 1. aph. 3.*

CAUTIO. §. 1. *Cautio* (qvæ Germanicis dicitur Verſicherung / Vorſtand /) in genere eſt ſatisfactio, per qvam alium *creditorem, adverſariumve*, ſecurum reddimus.

§. 2. In theſi cautio poteſt fieri vel fidejuſſoribus, vel pignoribus. *l. 1. 8.* §. 1. *de V.* S. *Vid. vocab. Satisdationis & Suthelt, diſſ. 3. th. 44. D. Hahn. ad* W*eſ. ff. qvi ſatisd. cog. n. 4.*

§. 3. Vox cautionis (1) latè ſignificat ſatisfactionem, qvæ fit pignoribus, vel etiam fidejuſſoribus, *arg. l. 25. de R. J.* alias dicitur cautela, *ut in l. 15. §. 1. de procur. l. 21. de jud. c. l. 24. de poſ. l. 6. de pign. act.* (2) in ſpecie verò cautio dicitur illa, qvæ tantum fit nuda promiſſione, non verò qvæ pignoribus aut fidejuſſoribus, niſi ſpecialiter hoc ſcriptum inveniatur, *l. 3.* C. *de V. S.* Licèt *text. in l. 3. C. de V. S.* velit, appellatione cautionis nudam & ſimplicem venire promiſſionem, hoc tamen verum eſt, & procedit, ubi à jure civili verbum hoc Cautionis prolatum ſit, ſecus ubi à lege Prætoria expreſſam promiſſionem pignore vel fidejuſſoribus munitam præ ſe fert. Ubicunqve igitur mentio fit cautionis idoneæ vel ſufficientis, gnugſam caviren oder Verſicherung thun / tunc ſufficiens dicitur, qvæ fit per fidejuſſores, vel pignora, *c. ad noſtram. 7. de jureiur. c. 8. ubi gl. de reſt. ſpol. l. 59.* §. *f. ff. Mandat. l. 4.* §. *6. de fidei-*

fideicomm.lib.l.1. qvi ſat. cog. Gail. 2. Obſ. 47. n. 1. Jac. Ayrer. Proceſſ.p.1. c.10. obſ.2. n.1.

§. 4. Cautio diſtingvitur in ſatisdationem in ſpecie ſic dictam; pignoraticiam cautionem, & eam qvæ fit per promiſſionem, *l.4.§.8.de fid.lib.l.1.§.9.de coll.bon.l.188.§.1.de V.S.*

§. 5. *Cautio pignoraticia* eſt, qvæ fit per conſtitutionem pignoris, *dd. text.*

§. 6. Promiſſio, qva cavetur, vel eſt juratoria, vel nuda, *Rubr. tit. Qvi ſatisd cog. vel jur. prom.* Illa fit per juramentum; hæc per ſimplicem ſeu nudam ſtipulationem: & ſignicari ſolet nomine cautionis in legibus abſolutè poſitæ, *l. 2.C. de V.S.l.3.5.§.1. l.33.§.3.C.de Epiſc.& Cler.l.15.Qvi ſatisd. cog.*

§. 7. *Cautio de non offendendo*, qvadrifariam accipitur, (1) qvæ datur à re rei, *t.t. de damn. inf.* (2) qvæ à re perſona, *l.qvi bona §.qvædam.eod.* (3) qvæ à perſona rei: ut ſi qvis metuat ne alter poſſeſſionem rei violenter invadat. l. Si ſuper C. *de transact. l.7. Si ſerv. vind. l.pen. de aq. qvot. & aſtiv.* (4) Qvando perſona perſonæ cavet. Utqve hæc ultima (*qvæ in ſpecie vocari ſic ſolet*) obtineat tria reqviruntur. (1) ut qvis metuat injuſtam & violentam offenſionem, (2) ut alter exeqvi ſoleat minas, (3) poſtuletur hæc cautio. Et tunc offendens in carcere detineri poteſt, donec caveat, vel per fidejuſſores, vel per pignora, *arg. l.4. Si cui plus. P.Sp.D. art.176. Conf.Gail.1.de P P.c.1.n.1.& 2. Hahn. ad Weſ.Qvi ſat.cog.n.2.*

§. 8. *Cautio Muciana*, præſtanda eſt, ſi conditio poteſtativa, poſſibilis, negativa legatis fuerit adjecta, puta lego decem; ſi in Italiam non ieris, non aliter ſolvetur legatum, qvam ſi cautionem præſtiterit legatarius, ſe legatum reſtituturum, ſi contra fecerit. *l.1.pr l.18. de cond.& dem. l.76.§.7. de leg. 2. Weſenb. ad tit. de cond.t. & dem.* D. *Struv. exerc.35.th.97.*

§. 9. *Judex* in civilibus hodie ſaltem initio ſui officii de rectè judicando, juratoriam cautionem præſtat, *N.8. c.7. c.14. N.15.c.*1.*§.1.* qvamvis olim jure veteri in ſingulis cauſis hanc cautionem judices præſtabant, *l.14.*C.*de judic. & ibi Sichard.* C. *de judic.*

§. 10. *Cautio uſufructuaria*, eſt actus juris Prætorii, qvo uſufructuarius eum, ad qvem uſusfructus finitus revertetur, datis fidejuſſoribus, ſecurum facit, de utroqve, ſe re fru-

fructuaria, qvæ uſu non conſumitur, uſurum boni viri arbitratu, & cum uſufructus ad eum pertinere deſierit, reſtituturum qvod inde exſtabit, *l.1.pr.§.5. & 6.ff. uſufr.qv. cav.*

CARCER. §.1. *Carcer* eſt locus undiqve ſeptus, clauſus ad exitum ac cuſtodiendis reis exſtructus, *l.8. §.9. l.5. de pœn.* Wiſſenb. *ad l.216. de V.S.*

CAPUT. §.1. Duplex eſt caput hominis, aliud naturale, aliud civile. *Naturale* eſt potiſſima corporis humani pars, ſine qva vita hominis conſiſtere neqvit, propter cerebri & cordis conſenſum. *Civile caput*, eſt ſtatus, ſeu conditio hominis in libertate, civitate, & familia conſiſtens, *l. ult. ff. de cap.demin. Carpzov. pr. Crim. qv.102. n.4. & 6.*

CAUSA. §.1. *Cauſa cujusq; rei* ab auctoribus noſtris appellatur omne id, cujus res qvæqve cauſa eſt, vel efficiens, vel ſine qva non, veluti fructus, partus & fœtus, *l.22.pr.& §.8. ad L. Aqv. l.* (2) Ex contrario, *Cauſa* interdum pro onere & incommodo uſurpatur, ut cùm dicimus, *Qvamcunqve rem cum ſua cauſa tranſire*, id eſt, qvo jure, qvaqve conditione eſt, *vid. l.67. de contr. emt. l.12. C. de diſtr.pign. l.18. §.2. de pign. act.* (3) Specialiter *Cauſa* accipitur pro reliqva omni utilitate præter fructus, qvæ per cauſam rei cujusqve accedit, ac tum à fructu ſeparatur, cujusmodi eſt uſucapionis cauſa, *l.35. de V.S. ubi Dn.* Wiſſenbach. *in comment. & ad leg.23. de V.S.*

§.2. Dicitur cauſa vel ratio *impulſiva*, qvando deciſio legis eſt magis generalis qvam ſit ratio; tunc enim, qvia ratio generaliter non militat, patet rationem eſſe impulſivam, & non finalem. Qvando verò ratio eſt generalior deciſione, vel æqvè generalis, tunc dicitur finalis, & non impulſiva. *Nic. Everh. à Middelburg. loc. leg.79. n.26.*

§.3. *Cauſæ piæ* ſunt, qvæ ſpectant ad fundationes ac ſuſtentationes Eccleſiarum, Monaſteriorum, Scholarum, Hoſpitalium &c.

§.4. Cauſæ *privilegiatæ* ſunt, qvæ concernunt Viduas, pupillos, dotem, alimenta &c. *Jac. Blum. proceſſ. Camer. tit.34. §.239.*

§.5. Præterea *Cauſa* ſignificat vel *modos contrahendi*, *l. 11. π. de V.S.* vel *dationem* aut *factum actuale*, ut iterum ali-

qvid

qvid detur, vel fiat *l. 7. §. 2. π. de pactis.* vel deniqve *cauſam finalem*, qvomodo dicitur, contractum habere cauſam dandi vel faciendi, i.e. reſpectum eum, ut qvid detur, vel fiat. *Hahn. ad Weſenb. de pact. n. 2.*

CANON. §. 1. *Canonis* appellatione, *largè* ſumtâ voce, venit qvælibet conſtitutio Eccleſiaſtica. Strictè verò & propriè canon eſt conſtitutio Conciliaris, qvæ ſcil. in Concilio aliqvo generali, provinciali, vel etiam Epiſcopali promulgatur, *Abbas & alii in c. 1. de Conſtit.*

CAPELLA. §. 1. Capella eſt oratorium DEO conſecratum, vel in Eccleſia, vel extra Eccleſiam. Vel eſt Eccleſia minor ſeu filialis, exiſtens per ſe & ſeorſim ab Eccleſia matrice ſeu majori aut monaſterio, in qva legitimum ordinariumqve conventum parochianis habere permittitur, diebus ſolennibus feſtorum majorum exceptis, *can. ſi qvis. 35. De conſecrat. diſt. 1.*

§. 2. *Qvarta Capella* dicitur Eccleſia parochialis, vel etiam Capella ab Eccleſia parochiali dependens jurisdictioni ac viſitationi Archidiaconi, Archibresbyteri ſeu Decani, ut vocant, Chriſtianitatis ſubjecta.

CASUS FORTUITUS. §. 1. *Caſus fortuitus*, eſt inopinatus eventus, qvem per concilium humanum, curam ſeu diligentiam non potuit prævidere vel avertere is, cui accedit, *l. 6. §. 7. de offic. præſ. l. 13. pr. l. 19. Commod. l. 1. §. 4. de O. & A. l. 15. §. 2. Loc. cond. l. 2. §. 7. de adm. rer. ad civ. pert. l. 6. C. de pign. act. Menoch. rec. poſſ. rem. 12. num. 22.*

§. 2. Differt *Caſus fortuitus* à *Caſu improviſo.* *Ille* caret culpa, *hic* non item, *Bart. l. 32. π. dep.*

§. 3. Dividitur *Caſus fortuitus* (1) *in eum*, qvi *vi divinâ* aut *naturali* contingit, & *eum*, qvi *facto hominis.* *Priorâ generis* ſunt tempeſtas terrena & maritima *l. 2. §. 6. π. ſi qvis caut. in jud.* edax locuſtarum pernicies. *l. 18. C. Locat.* nix immoderata *l. 78. §. 3. π. de Contr. Emt.* Inundatio, *§. 3. J. de Empt. vend.* *Poſterioris generis* ſunt latronum hoſtiumvè incurſus, *l. 18. π. Commod.* tumultus. *l. 23. π. de R. J.* (2) in *ſolitum & inſolitum.* *Solitus* appellatur, qvi crebrius accidit, & de qvo facilè qvis potuit cogitare, *Inſolitum* dicunt, qvi rariſſimè evenit, ita ut vix cogitari ab homine potuerit.

Menoch.

*Menoch. de arbr. jud. q*ꝰ. *lібr*. 2. *Centur. 1. caſ*. 80. *circa finem*.

CAPITULATIO. §. 1. Capitulationis nomen peregrinæ originis eſt, Latinis *capitulare*, ſignificat Capitulum apponere, vel per capita diſtingvere, unde & *recapitulare*, breviter, qvæ dicta ſunt, per capita recenſere *Calepin. in dictionar*. ac *capitula*, ſcripta, qvæ per capita diſtincta. *Perottus in Cornucop. col* 906. *lin*. 7. Italis, *capitulare* eſt pacto convenire, in capita diſtingvere. Gallis, *capituler*, eſt articulosè paciſci, ex æqvo conditiones articuloſas ferre, conditiones petere, aut poſtulare, conditiones ferre & accipere: *Capitulations* antem, excepta, cauta, & ſancta in fœderibus, aut pactiones. Hæc Gallos ab Italis accepiſſe, orthographia indicat, qvæ non ad *chef*, ſed *capo* accedit. Ac, cùm apud veteres Latinos Capitulationis vox non reperiatur, credibile ſit, illam inter Italos demum tempore corruptæ lingvæ natam fuiſſe, & dehinc ab aliis ſuſceptam, etiam ab illis, qvi latinitatem barbariſmo auxerunt. Eſt autem deducta à latino *caput*, cujus diminutivum qvoq; ſignificatione in alium ſenſum extenſura fuiſſe cognoſcimus, qvando legimus, *Capitulam* dictum concilium, vel ſenatum principum, ac *capitulare* ſignificaſſe leges, qvæ in capitulo, ſeu conventu, primorum conſenſu conſtitutæ fuerunt; & adhuc hodie audimus, locum, ubi Canonici congregantur *c. in cauſis*. 30. *X. de elect*. vel ipſum Canonicorum collegium, aut Canonicos congregatos, *Azorius Inſtit. moral. p*. 2. *l*. 3. *c*. 37. *pag*. 346. Capituli appellatione denotari. Unde etiam phraſin Germânorum, einen Kapiteln/vel Capiteln aut ein Capitel leſen/qvæ ſignificat objurgare, ac corrigere, originem traxiſſe docet *Goldaſtus tom. 1. Alamann. rer. p*. 1. *ad cap*. 9. *pag*. 100. nempe, qvod in monaſteriorum & collegiorum capitulis, ſeu conventibus plerumqve vitioſi emendari, & delinqventes corrigi, moris fuerit.

§. 2. *Capitulatio*, ſi tempora moderna reſpicimus, eſt ab Electoribus, electo regi Romanorum, ſalutis publicæ cauſa præſcripta, & ab eodem recepta poteſtatis ſuæ, & adminiſtrationis Imperii, regula, qvam vi promiſſionis factæ, & juramenti præſtiti, exactè & inviolabiliter obſervare tenetur. *Limn. ad Capitul. Impp. pro legem. ſect. 1. n*. 37, Scriptores antiqvi,

qvæ

qvæ hodie Capitulationes Imperatorum audiunt, *leges Palatinas* dixerunt. Moguntinus Elector apud Sabinum in hiſtor. Elect. & coronat. Caroli V. Capitulationem nominat, formulam conſtituendi & regendi imperii. Ex modernis nonnemo, capitulationem ad exemplum legis Regiæ Romanorum, per qvam poteſtas populi in Imperatorem translata fuit, nil aliud eſſe ſcribit, qvàm legem Germanorum Regiam, vel legem Regni, aut legem Imperii, qva populi Germanici ſummum Imperium, vel qva regimenta populi in Imperatorem deſignatum transferuntur, certis conditionibus, *Hortleder. apud Goldaſt. in polit. p. 12. diſc. 2. pag. 612. Limn. cit. loc.*

CASTRUM. §. 1. Caſtrum ſe ad inſtar civitatis habere, nec aliter ab ea differre, qvam ſicut parva civitas à magna vult Nicolaus Loſeus: & inter ſe in qvam plurimis comparari idem ſcribit. Præter qvem nota, Güntherum Poëtam *Noricæ caſtra* pro urbe etiam Noribergâ poſuiſſe, & Fridericum Imp. *caſtrum ſuum Nurimbere* vocaſſe, In conſvet. feudal. Conſtantinus qvoq; Cæſar freqventiſſimè *κάστρον* pro urbe uſurpavit. (2) Deinde accipi etiam ſolet pro villa aut pago alio ve loco, in qvo plurimarum caſarum eſt conjunctio, id qvod Henr. Roſenthalius, P. Greg. Tholozanus & Wern. Kylingerus docent. (3) Virgilius aliqvoties caſtra pro navibus uſurpavit & maritimo exercitu, ubi hoc Ludovicus de la Cerda pluribus illuſtrat, (4) Et univerſum caſtra ſunt munimenta, voxq; & Græcis & Latinis nota.

§. 2. Notum eſt diſcrimen, qvod vulgò conſtituunt: *caſtrum* numero ſingulari eſſe locum muris munitum, *caſtra autem numero plurali* ſive multitudinis locum ſignificare, ubi milites tentoria figunt. Sed hoc non eſt perpetuum, nec JCti id obſervant, promiſcuè enim in eo numero ac ſenſu uſurpant, ſicuti & mediæ ætatis ſcriptores. Deinde caſtra Virgilius non modo pro navibus: ſed & Q. Curtius pro regione poſuit, ut qvæ Caſtra Cyri dicta fuit: & expreſſit Galterus, qvi circiter Ann. Chriſti 1160. floruit poëta in media barbarie inſignis, *lib. 2. Alex.*

> Interea Macedo profugis vaſtantibus arvis
> Cilicia deſerta videns, rapit agmina ductor
> Ad loca, qvæ Cyri dixerunt caſtra priores,

§. 3.

§. 3. Caſtrum eſt locus naturâ vel arte in communem imperantium & parentium ſalutem atqve ſecuritatem munitus, Germ. Ein Schloß/Burg/Veſt oder Veſtung: item, ein Stein/antiqvis temporibus. Et Latinis ſynonyma ſunt, caſtrum, caſtellum, arx, propugnaculum, munimentum, munitio, munimen.

§. 4. *Caſtellum* accipitur pro loco fortificato, ſeu fortalitio & propugnaculo, ſive pro Eine hohe/feſte/ſtarcke Behauſung/ mit Mauren oder Waltzen (al. Wallen) umbgeben/in dem ſich die Einwohner wider Misgönner und Feinde erhalten und erwehren mögen/ oder darein man nicht ſo leichtlich/ wie in ein Dorff kommen mag / definiente Henningio Göden: vel pro casâ altâ, ſtrictâ ſeu forti & munita muris, aut vallo cum barbacanis, ſecundùm *Joh. de Platea & Chr. Beſoldum*. Deinde oppidum exſtitit hujus nominis apud Ammianum Marcellinum & Marcum Velſerum. Carolus Cluſus etiam prodidit Menapiorum oppidum præcipuum fuiſſe Caſtellum: & aliud Caſtellum novum Dalmatiæ, de qvo Leunclavius. Qvandoqve & *Caſtellum* ſumitur pro aqvæ receptaculo aut conceptaculo: qvod veteribus etiam Dividiculum, teſte Feſto, nobis dictum eine Waſſer-Stube. De qvibus aqvarum caſtellis Boërium, Budæum, Cujacium, Donellum, Pighium, Roſinum & imprimis è veteribus M. Vitruvium ejusqve commentatores conſulere licet. Poſtremò Poëtam Juvenalem caſtra qvoqve poſuiſſe pro agmine ſervorum ac pediſſeqvarum immodico notat *Laur. Pignorius in comment. de Servis.* Ex his jam conſtat & vocem *Caſtella* pro hominum propugnaculis atqve aqvarum receptaculis uſurpari. Sed & Caſtella provincia eſt in Hiſpania.

CURIA. §. 1. *Curia* olim apud Romanos appellata pars populi, ex diviſione Romuli, qvi primus Romanum populum, in XXX. partes propterea diſtribuit, ut per eas commodè rogaret ſententias ſingulorum, ſicqve Reipubl. curam talibus ſententiis expediret. *l. 2. §. 2. ff. de orig. jur.* Unde patet, curam, qvam gerebant, vel gerere debebant, honeſtiſſimam appellationem *Curia* dediſſe. Poſtea cœpit & locus, ubi publicas curas gerebant, ſeu ſedes ac templum publici conſilii Curia dici, *Petr. Poncet. de jur. munic. num. 21. pag. 68.*

Curia

Curia hæc duplex erat, Sacrorum & Senatus. In Curiis enim vel Sacerdotes res divinas, vel magiſtratus humanas curabant. Curia, in qva habebantur Romæ Senatus, templum erat. Habebatur autem modò in æde Apollinis, modò in delubro Concordiæ, modò in hoc vel in illo templo. Apud noſtrates ambigua maximè Curiæ & Curtis ſignificata. (1) Significat aream muro circumdatam, aut alio modo clauſam, in qva vel ædificium inſulæ modo poſitum, aut adjacens eſt. Ein Hof oder Vorhof. (2.) Aulam, ſeu Principis domum, ac familiam cum adjacenti area, aliàs qvoqve Prætorium dictum, Gallis *la maiſon ſeigneuriale*. Italis *la corte*: Nobis der Churfürſtliche Hof oder Hoffſtatt. Hoc ſenſu etiam feudum in curte dicitur, & extra curtem, *l. 1. Feud. tit. 5.* §. 1. & pares curiæ vel curtis. 1. *Feud.* 3. qvi & pares domus 2. *Feud.* 16. (3) Domum civitatis, Gallis *la maiſon de la Ville*; nobis das Rathhaus. (4) Jurisdictionem, ut qvando dicimus Clericum curiæ ſeculari tradendum &c. (5) Judicia, qvo ſenſu Curiæ Provincialis Lipſiæ, Jenæ, &c. Hoffgericht dicimus. (6) Comitia, eaqve Imperialia. Electoralia & c. Hoc ſenſu in *Aur. Bull. c. 12.* §. 2. Colloqvium ſeu Curia & congregatio conjunguntur; ut enim Galli placita & *Parlamenta*, ac vernaculè *Sanes*, Eccleſiaſtici *Synodos*, & *Capitula*, ac *Concilia*, ita majores noſtri Comitia Höffe / ſeu Curias appellarunt. Apud Hiſtoricos rerum Germanicarum freqvens eſt de Imperatoribus ſermo, qvòd hic vel illic Curias regni tenuerint, *Joh. Limnæus de jur. publ. libr. 3. cap. 9. n. 68. & ſeqq.*

CAPITIS DEMINUTIO. §. 1. *Capitis deminutio* in genere eſt ſtatûs mutatio in deterius, *l. 1. junct. l. 3. in f. & ult. de cap. dem. ſ.* amiſſio juriûm certa conditione civili dependentiû.

§. 2. *Maxima cap. dem.* eſt, qvâ libertas, & per conſeqvens etiam civitas ac familia amittitur. *l. ult. d. t.* §. 1. *J. eod.*

§. 3. *Media capitis deminutio* eſt, qvâ civitas amittitur, libertas retinetur, *d. l. ult.* §. 2. *I. d. t.*

§. 4. *Minima cap. deminutio* eſt, qvâ familia tantùm mutatur, libertas verò & civitas retinetur, *d. l. ult.* §. 3. *I. d. t.*

CAMBIUM. §. 1. Hodie annumerari ſolet contractibus nominatis *Cambium*, qvod in genere eſt permutatio pecuniæ cum pecunia. Dividitur in *manuale*, ut vocant, & *literarium* ſ. cambium in ſpecie ſic dictum.

§. 2. *Manuale* eſt, qvo ſpecies monere invicem permutantur, ut pecunia minuta cum thalaris, ſimilive moneta grandiori, vel etiam moneta argentea cum aurea permutatur.

§. 3. *Cambium in ſpecie dictum*, (ein Wechſel) eſt contractus, qvo ita permutatue pecunia, ut pro pecunia alio certo loco alia pecunia æqvivalens, interveniente aliqva mercede detur, *Vid. Scacc. de comm. & camb.* §. 1. *q. 3. & 4.*

§. 4. *Camſor* vocatur is, qvi pecuniam, per literas transferendam, ſeu transſcribendam in ſe recipit. *Literæ Cambii* vocantur der Wechſel-Brieff. *Collybus ſeu ſymbola collybiſtica* dicitur illa pecunia, ſeu merces, qvæ datur camſor, pro operâ, das Wechſel-Geld.

CENSERE. CENSUS. § 1. *Cenſere* ſumitur (1) pro apud ſe & ſecum deliberare, conſtituere, decernere, exiſtimare, *l. 8. de aſſign. lib.* (2) accipitur pro conſtituere, præcipere, mandare, prævia deliberatione, *l. 111. de V. S.*

§. 2. *Generaliter* accepto nomine *cenſus*, ſignificat qvicqvid annuatim penditur. *Strictè* verò cenſus intelligitur onus reale ipſi Eccleſiæ impoſitum, ſive in pecunia numerata, ſive in alia qvalibet re ſubſiſtat: vel annuus canon, qvi ex proventibus Eccleſiæ, vel monaſterii, aliorumve piorum locorum debetur, ſolviturqꝫ aut *Superioribus*, veluti Epiſcopo in ſignum ſubjectionis, aut etiam *inferioribus*, ut patronis, ſive Clericis ſive Laicis, ratione protectionis, & interdum ratione perceptæ libertatis, *c. 2. de cenſib. c. recepimus. 8. de privil. c. conſtitutus. 5. de relig. dom. can. placuit. 1. & paſſim. x. q. 3. & c. 9. de cenſib.*

§. 3. *Cenſus privatus ſeu particularis* dicitur contractus, qvo qvis vendit vel alienat omne jus, qvod habet in re, ſive ſit directum, ſive utile dominium, & conſtituit ſuper illa re annuum qvid ſibi ſolvendum ab eo, in qvem per venditionem vel alienationem translatum eſt ipſum jus. *c. conſtitutus. 5. de relig. dom. l. 2. Cod. ſin. cenſ. vel rel. Brun. à Sole loc. commun. voc. Cenſus. num. 1. vid. Carpz. p. 2. Conſtitut. 39. Berlich. p. 2. concluſ. 7.*

§. 4. *Cenſus publicus* dicitur tributum, qvod ſubditus Principi debet in recognitionem ſubjectionis, *Matth. cap. 22. Luc. c. 20. l. 2. C. ſin. cenſ. vel relig.* & eſt civium, bonorumqve

qve deſcriptio publica, *l.3.pr.l.4.pr.§.1.& ſeqq.ff.de cenſib.l.1. ff.de probat.*

§. 5. Duplex cenſus fuit; alter *Perſonarum*, cùm cives ſinguli in ſua tribu, claſſe, centuria, nomina ſua, uxorum, liberorum, libertorum, ſervorumqve ſuorum, item cujusqve ætatem, & qvam urbis regionem habitarent, profitebantur. Alter cenſus erat *Bonorum*, cum iidem patresfamilias ſua prædia, tum urbana, tum ruſtica ſervorum pecudumq; numerum, fundorum inſtrumenta, ſuppellectilem, pecuniæ deniqve numerum edebant, *l.46. de acq.rer.dom. Liv.lib.7.& 39. Dion. Halicarn.l.4. Gell.16.noct.Attic.10.Briſſon.1.ant.jur.cap.5.*

§. 6. Contactus *emphyteuticus & cenſiticus* differunt (1) *emphyteuta* ſolvit canonem, *cenſitus* verò non canonem ſed cenſum, qvæ differunt, nam cenſus ex re noſtra, canon verò ex aliena datur. (2) *emphyteuta*, ſi per triennium canonem non ſolvit emphyteuſi privatur. *Cenſitus* verò non item, etiamſi per decem annos, vel per trecentos, vel per mille cenſum ſolvere ceſſaverit, ſed tantùm ad præſtationem intereſſe loco pœnæ tenetur. *Vid.Berlich.p.2. concluſ.pract.47.num.2. & ſeqq.*

CENOTAPHIUM. §. 1. *Cenotaphium* eſt ſepulchrum memoriæ & honoris causâ factum, cui corpus peregrè ſepulti, vel mari ſubmerſi, non illatum. *l.42.de relig.& ſumt.*

CERTUM. §. 1. Dicitur *certum*, cujus ſpecies vel qvantitas, qvæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut eâ demonſtratione, qvæ nominis vice fungitur, qvalis qvantaqve ſit oſtenditur, *l.6. de reb. cred.*

CEDERE. CESSIO. §. 1. *Cedere* aliqvando (1) idem eſt, qvod abire ſeu deponere, ut cedere tutelâ. *Inſtit.Ulp. tit.11. §.16.* (2) Cedere idem eſt, qvod incipere deberi, *l. 213. de V.S.* (3) idem denotat qvod contineri, ſive pertinere ſeu ſeqvi, *ut in l.11. C.de R.V.§.29.30.31.& ſeqq.Inſt.de cer.div.*

§. 2. *Ceſſio bonorum* eſt, cùm qvis oneratur ære alieno bona ſua creditoribus ſponte, voluntatem ſuam qvibuslibet verbis profitendo, dimittit, ut ipſe *ſalvâ exiſtimatione* moleſtias, cumprimis carceris evitet, & creditoribus exigentibus, qvoad ejus fieri poſſit, interea ſatisfiat, *l.6.l.f.C.de ceſſion. bonor. 1.1.ff.eod.*

§. 3. *Ceſſio jurium. ſive Actionum* eſt actionis nobis competentis *extra novationem* legitimè facta ad alium translatio, etiam invito & ignorante eo, adverſus qvem actio illa competit *l. 22. l. 23. C. mandat. l. 3. C. de har. vel act. vend. l. 1. C. de novat.* Differt omninò a Delegatione, *vid. lit. D.*

§. 4. *Ceſſionarius* actione directâ nomine cedentis domini rectè agit, *utili* verò ex perſona propria, dominum qvaſi repræſentante, *l. ult. C. de har. vend. l. 18. C. de legat. l. 1. Cod. de O. & A.*

CLARIGATIO. §. 1. *Publica clarigatio* appellatur ea, qvando Populus Romanus ſuos per fæciales, anteqvam bellum alicui populo inferret, res repetebat raptas. Fæcialis fines eorum unde res repoſcebantur, adibat, Jovemqve inibi obteſtabatur, ne compotem patriæ eum eſſe fineret, ſi injuſtè illas res dedi populo Romano expoſceret. Si petita non darentur, diebus 30. peractis, bellū indicebat. ſuperiores obteſtans populum injuſtum eſſe, neqve jus perſolvere velle. *Choppin. de deman. Franc. l. 3. tit. 25. n. 2.*

§. 2. *Privata* erat, de qva *Livius lib. 8. decad. 1.* ſcribit: Veliterni juſſi trans Tyberim habitare, ea lege, ut ejus qvi cis Tyberim deprehenſus eſſet, uſqve ad mille pondo, mulctæ ſcilicet nomine clarigatio eſſet, nec priusqvam ære ſoluto is, qvi cepiſſet, extra vincula captum daret *Limn. de iur. Publ. lib. 4. cap. 8. n. 317.*

COMMERCIUM. MERCATURA. §. 1. *Commercium* eſt verbum generale, & ad omnia conventionum & alienationum genera, omnesqve omninò res, qvas homines habere, poſſidere, perſeqvi & domino ſuo ſubjicere poſſunt, referri poteſt, *l. 34. de V. O. l. 34. §. 1. de contr. emt. §. non ſolùm. Inſt. de legat. l. 4. §. ult de leg. 1. l. ult. de act. emt.* (2) in ſpecie ſumitur pro facultate ſeu onere merces emendi & vendendi. *Joh. Marqvard. tr. de jur. merces. & commerc. l. 2. cap. 1. num. 5.*

§. 2. *Commercium* definitur Negotiatio, qvam cùm publicæ neceſſitati ſubveniendi, tum honeſti lucri faciendi causâ in *mercibus*, licitis freqventer permutandis & emendis, vel cives inter ſe, vel cum peregrinis exercent. Et mercatura & promercium dicitur, *l. 3. §. 1. de pen. legat. Marqvard. d. num. 5.*

§. 3.

§. 3. Non qvilibet, qvi aliqvid emit vel vendit, mercator, mango, venalitiusqve eſt, ſed is tandem, qvi res mobiles lucri faciendi, negotiandiqve cauſâ eo animo comparat, ut rurſus diſtrahat, importet, exportetqve venum. *l. un.* C. *de nundin.* *Gædd. ad l 66. num. 6. ff. de V. S.*

§. 4. Sunt autem res extra commercium vel *ſimpliciter*, vel *ſecundum qvid: Simpliciter* vel *jure naturali*, ut liber homo §. 1. *J. de uſurp. & uſucap. l. 83. §. 5. l. 103. π. de V. O. l. f.* C. *de long. temp. præſcript.* vel *jure Gentium*, ut ſunt res divini juris, ſacræ, religioſæ & ſanctæ. §. 1. *J. l. 9. π. de uſucap. l. 4. l. 6 l 22. π. de contrah. empt.* item publicæ *l. 45. π. de uſucap.* vel *jure civili*, ut res univerſitatis *l 6. π. π. de Contr. empt.* §. 6. *J. de R. D.* *Secundum qvid* extra commercium ſunt, v. g. mancipia Chriſtiana reſpectu Judæorum. *Vid. Franz. de Contr. empt. n. 122. ſeqq.*

CHIROGRAPHUM. §. 1. Chirographum ſeu idiochirum, in genere ſunt literæ de debitis & creditis ſecuritatis causâ conſcriptæ, *l. 14. de non pec. Beſold. theſaur. pr. voc.* Handſchrifft. Eſtq; vel *obligatorium*, vel *liberatorium*, ut apocha.

§. 2. *Chirographum obligatorium* eſt inſtrumentum, ſeu ſcriptura privata, qvâ fatetur debitor ſibi creditum, *Vocatur it. cautio l. 40. pr. de reb. cred.*

§. 3. *Contractus chirographicus* eſt, qvo qvis literis ſeu cautione ſcripta, & alteri datâ obligatur ei ad rem fungibilem ſolvendam, qvam ꝗvis accepiſſe, & inde debere ſe ſcripſit, *Vid. §. ult. I de Oblig. & t. t. I. de lit. Obl. t. t. C de non n. pec.*

CITRA, §. 1. Sumitur (1) exceptivè, ita ut denotet idem qvod præter: & hoc ſenſu ſumitur in *l. un. §. 15. C. de rei ux. act. & l. ult. ff. de calumn.* (2) aliqvando non ſignificat exceptionem, ſed idem eſt, qvod ſine, *l. 6. Cod. Si cert. pet. l. 19. C. de procur. l 3. Cod. de uſur. l. 7. de ſerv. export. l. 18. Cod. de transact. Add. Tuſch. lit. D. concl. 2. 0. & ſeq.*

CITATIO. §. 1. Secundùm jus novum *in jus vocatio, ſ. citatio* (Ladung/Vorladung/) eſt actus judicialis, qvo reus judicis autoritate, petente actore, litis ſuſcipiendæ causâ in locum judicii ad diem certum comparere jubetur, *Vid. l. f. C. de exh. reis. l. 25. Cod. de Epiſc. & cler c. de illicita. 25. q. 3. Conf. Gail. 1. O. 50. n. 4 & 35. n. 6. D. Hahn. ad Weſ. de in jus voc. n. 13.*

§. 2. Olim maxima differentia erat *inter citationem & in jus vocationem.* Hodie ſublato juris & judicii diſcrimine, citatio cum in jus vocatione paſſim confunditur, *Umm. diſp. 5. th. 4. num. 18.*

§. 3. *Citatio publica* fit per Edictum foribus rei, templorum vel curiarum valvis affixum, *l. 68. & ſeqq. de judic. Gail. 1. obſ. 57.* vel per proclama, *auth. Qva in provinc. C. ubi de crim.* vel per campanam, tubam & vexilli erectionem. *Privata* citatio eſt vel *verbalis* qvæ fit vel in faciem vel in domum, die ins Hauß geſchicht / *t. t. de in jus voc. & paſſim c. 6. de dol. & contum.* vel *realis*, in captura rerum & atteſtatione corporum conſiſtens. *c. ſi clarior. 15. de ſentent. excommun. in 6.*

§. 4. Evenit aliqvando, ut reus ſub alterius judicis vel principis territorio degat, qvo caſu ne occupet alienam jurisdictionem, *c. novit. 13. pr. de judic.* judex rerum per ſubſidium juris, h. e. preces & literas rogatorias vocare debet, *l. 1. §. 2. de requir. reis. Novell. 25. cap. 6. Carpz. in Juriſpr. for. p. 1. c. 2. d. 27. Treutl. 1. diſp. 4. th. 5. lit. C.* qvæ inde *ſubſidiaria* vocatur. Hæc itidem aliqvando publica, aliqvando privata eſt, *Dn. Hahn. ad tit. de in jus voc. num. 13. vid. voc.* Compaſſus.

§. 5. *Generalis citatio eſt*, puta ſi adverſarius ad totam cauſam citetur, daß er der Sache und aller folgenden Gerichts-Tage und Terminen / biß zum endlichen Beſchluß auszwarten wolle / qvæ in Camera etiam recepta eſt, *Gail. 1 Obſerv. 52. num. 19. Mynſ. 4. O. 33.* *Specialis* eſt, qvæ ad unum aliqvem judicii actum, puta exceptionem, probationem, ſententiã &c. dirigitur, *arg. c. 1. de cauſ. poſſ. & propriet.* *Weſenb. in parat. C. num. 5. lit. B.*

§. 6. Citatio etiam dividitur in *dilatoriam* ſeu *ſimplicem* & peremtoriam, *l. 8 & Auth. ſeq. C. qvomod. & qvand. jud.*

Simplex citatio dicitur, qvâ judex reum ſimpliciter absqve præciſa comparitionis comminatione, & ulterioris termini denegatione in jus vocat. Et ad hoc, ut qvis dicatur contumax ejusmodi citatione trina opus eſt, *l. 53. §. 1. de re jud. l. 8. C. qvom. & qvand. jud.*

Citatio peremtoria dicitur, qvâ judex reum in jus vocat adjectâ hac comminatione, qvòd etiam Reo abſente absq; ulteriori citatione cogniturus & pronunciaturus ſit, *l. 71. de judic.* Inde ſic dicta, qvòd perimat diſceptationem, hoc eſt,

ultra

ultra non patiatur Reum tergiverſari, *l. 70. eod.* *Add. Umm. diſp. 5. th. 12.* Qvapropter ſi reus in præfixo termino non comparet, abſqve ulla ulteriori citatione adverſus ipſum in contumaciam proceditur, *d. l. 53. §. 1 & d. l. 3.* Peremtoria citatio autem in ſeſe tria diſtincta dierum intervalla continere debet, ac ſi eſſent tres citationes. *Myns. 6. O. 9. n. 2.*

Peremtoria dicitur tribus modis (1) qvando reus tribus vicibus per intervallum non minus decem dierum cujuslibet citationis vocatur. *l. 61. & ſeqq. de judic.* (2) cùm unica facta citatio, ſed additum verbum peremtoriè, *l. 76. eod. l. 53. §. 1. de re jud.* Denſelben Tag ich euch für den erſten/ andern/ dritten und endlichen Gerichts-Tag/ und alſo peremtoriè anſetze. (3) qvæ vim habet peremtoriæ, *arg. l. 2. C. qvom. & qvand jud. Bart. in l. 15. §. 16. num. 4 de damn. inf.* ut qvando inſeritur, Mit der ausdrücklichen Verwahrſchauung/ er erſcheine alsdann oder nicht/ daß nicht deſto minder ergehen ſoll/was recht iſt/ It. bey Straff Ungehorſams/&c. mit der austrücklichen commination.

§. 7. *Peremtoria citatio* ſubdiſtingvitur in *perſonalem* & *edictalem.* Illa (*qvæ etiam citatio ad domum vocatur*) eſt, qvæ citando in perſonam vel ad domum ſolitæ habitationis inſinuari debet. *Hæc* verò, qvæ in certis locis domicilio citandi vicinis inſtar edicti affigitur, *Vid. Gaul. 1. O. 57. n. 1. usqve ad 10. Jac. Blum. proc. Cam. tit. 65. num. 4. & ſeqq.*

§. 8 *Citatio ad reaſſumendum* (ſcil. proceſſum ſeu cauſam) eſt actus, qvo ad cauſam ab anteceſſore apud Acta præſto adeſſe deſinente derelictam reaſſumendam ſucceſſor invitatur. *Jac. Blum. d. tr. tit. 67. n. 70.*

§. 9. *Citationem exeqvi* eſt nihil aliud, qvàm iſtam Reo tradere. Communiter vocant Citationem inſinuare. Die Citation inſinuirt/Ladung/ Verkündigung.

CIBARIUM. CIBUS. §. 1. *Cibariis legatis* ſolus cibus ſignificatur, *l. 21. de cibar. leg.* Vid. latè *Dn. Carpzov. p. 3. Conſt. 35.* Plenius igitur eſt *alimentorum* legatum. Alimentis enim legatis, & cibaria, & habitatio, & veſtiarium continentur, *l. 6. l. ult. ff. d. t.*

CLAM. §. 1. Interdictum *qvod vi aut clam* eſt, qva Prætor id, qvod vi aut clam factum eſt, reſtituere jubet, *l. 1. ff. qvod vi aut clam.*

CLERICUS. §. 1. *Clerici peregrini* dicuntur, qvi ne-

qve origine ſeu nativitate ſubſunt juriſdictioni Epiſcopi, neqve beneficium aliqvod Eccleſiaſticum obtinent, neqve domicilium, *id eſt*, res ſuas collocatas habent in diœceſi ejus, in qvo ordinem petunt; qvæ tria conjunctim reqviruntur, *c. cùm nullus. De tempor. ordin. in 6. add. tit. de Cleric. peregrin.*

§. 2. *Clericus peregrinans* vocatur is, qvi ad Sedem Apoſtolicam, vel ad limina Apoſtolorum peregrinationis, aliavé ex cauſa proficiſcitur, *c. un. de cler. peregr.*

§. 3. *Clericus Percuſſor* dicitur, qvi ex prava conſvetudine pronus & facilis eſt ad percutiendum facto vel verbere, ſive per ſe & manibus ſuis hoc faciat, ſive per alium. *Percuſſionem* intellige, qvæ ad cædem aut mutilationem perducat, non qvæ dicto fit, aut verbis, arguendo, obſecrando, increpando ſibi ſubditos, *can. Non licet, 25. diſt. 86. can. 5. qvis omnem. 1. q. 7. c. cùm beatus. 8. diſt. 45. c. Epiſcop. 7. diſtinct. 45. c. 1. de Cleric. percuſſ.*

§. 4. A *Clericis* differunt *Monachi*, qvales ſunt, qvi ex paterna devotione, aut propriâ profeſſione, aut ex voti emiſſione, monaſterium ingrediuntur, & habitum tonſuramqve ſuſcipiunt, certam religionem & regulam, e. g. Benedicti, Auguſtini, Dominici, Franciſci, Noriberti, ſeqventes. *Can. 1. & 8. XVI. q. 1.*

CLOACA. §. 1. *Cloaca* eſt locus cavus, per qvem colluvies defluit, *l. 1, §. 4. de cloac.*

COLLEGIUM. §. 1. *Collegium* eſt plurium perſonarum, ejusdem poteſtatis & muneris, rerumqve ad id pertinentium ſocietas, principis autoritate firmata. *D. Wiſſenb. ad l. 85. de V. S.*

§. 2. Neracius Priſcus tres facere exiſtimat collegium. & hoc magis ſeqvendum eſt, *l. 85. de V. S.*

§. 3. *Collegarum* appellatione hi continentur, qvi ſunt ejusdem poteſtatis, *l. 173. de V. S.*

COMMENDARE. §. 1. *Commendare corpus in l. 14. §. 4. de relig. & ſumt.* eſt deponere, qvoad juſtæ ſepulturæ tradatur.

§. 2. Commendare *videlicet rem cuſtodiæ causâ*, nihil aliud eſt qvàm deponere, *l. 186. de V. S. l. 9. l. 6. C. depoſ. l. 24. ff. eod.*

eod. l.ſ. ad SC. Treb. (2) Qvando qvalitas rei aut perſonæ alicujus, puta bonitas, ſanitas, artificium commendatur, idem ſignificat, qvod laudare, *l. 19. de ædil. ed. l. 12. §. 12. Mandat. l. 43. de contrah. emt.* (3) Nec mandare ſignificat, *l. 14. §. 2. de leg. 3. l. 19. pr. de ædil. ed. Carpzov. p. 2. Conſt. 18. def. 24. n. 9.* niſi qvando negotium expediendum commendatur alicui, tanqvam procuratori. Sed neutrum in cuſtodiam cadit. *l. 1. §. ſi rogavero. Depoſ. Gædd. ad l. 186. de V. S.*

CORAM. §. 1. Verùm qvidem eſt, hanc dictionem *Coram*, ad corporum præſentiam transferri. Magis tamen ad animi qvàm corporis præſentiam pertinet. Abſens qvippe habetur, qvi qvamvis corpore præſens, mente tamen qvaſi peregrinatur, cujusmodi mens furioſi, ſtulti, fatui, ebrii, dormientis, infantis, *l. 209. de V. S. l. 2. §. voluntate. Sol. matr. l. 2. §. ſi qvis. Si qvis caut. l. 2. de jur. eod. l. 5. ad L. Aq.* Itaqve ſola corporalis præſentia non ſufficit, ſed una animi præſentia, ut videat, audiat, & intelligat qvid agatur, dicatur, & perficiatur, *d. l. 209. l. 27. §. 5. de rec. arb. l. f. de V. S.*

CONVENTIO. §. 1. *Conventio* eſt duorum pluriumve in idem placitum dandi, præſtandi, vel faciendi causâ conſenſus, *l. 1. §. conventionis. ff. de pact.*

CORPUS. §. 1. *Corpore vitiati* dicuntur, qvi defectu membri alicujus vel notabili deformitate, vel debilitate, aut gravi aliqvo morbo laborant, veluti leproſi, paralytici, epileptici &c. *vid. tit. de corp. vitiat. non ordin.*

CONGREGATIO. §. 1. Congregationis nomen generale & comprehendit omnem congregationem, ſive ad bonum, ſive ad malum; ideò ſi extat ſtatutum, qvod non fiant adunnantiæ, neqve confœderationes, continentur omnia ſub verbo congregationis, *Bald. l. 2. conſ. 262. Tuſch. lit. C. concluſ. 731.*

CANCELLARIA. §. 1. Vox Cancellariæ deſcendit à voce Cancellarii. Hi olim dicebantur, qvi dabant operam ſcribendis & expediendis Epiſtolis, Juſſionibus, Edictis, Relationibus, Reſponſis ac Sententiis, in loco qvodam Conſiſtorio Principis alteriusvé magiſtratus proximo reticulis ſeu Cancellis clauſo, *Goth. in l. 8. C. de Acceſſ. & dom.*

§. 2. Atqve hinc hodie illi, qvibus negotiorum in ali-

§. 3. Caſtrum eſt locus naturâ vel arte in communem imperantium & parentium ſalutem atqve ſecuritatem munitus, Germ. Ein Schloß/ Burg/ Veſt oder Veſtung: item, ein Stein/antiqvis temporibus. Et Latinis ſynonyma ſunt, caſtrum, caſtellum, arx, propugnaculum, munimentum, munitio, munimen.

§. 4. *Caſtellum* accipitur pro loco fortificato, ſeu fortalitio & propugnaculo, ſive pro Eine hohe/feſte/ſtarcke Behauſung/ mit Mauren oder Waltzen (al. Wallen) umbgeben/in dem ſich die Einwohner wider Mißgönner und Feinde erhalten und erwehren mögen/ oder darein man nicht ſo leichtlich/ wie in ein Dorff kommen mag / definiente Henningio Göden: vel pro casâ altâ, ſtricta ſeu forti & munita muris, aut vallo cum barbacanis, ſecundùm *Joh. de Platea & Chr. Beſoldum.* Deinde oppidum exſtitit hujus nominis apud Ammianum Marcellinum & Marcum Velſerum. Carolus Cluſus etiam prodidit Menapiorum oppidum præcipuum fuiſſe Caſtellum: & aliud Caſtellum novum Dalmatiæ, de qvo Leunclavius. Qvandoqve & *Caſtellum* ſumitur pro aqvæ receptaculo aut conceptaculo: qvod veteribus etiam Dividiculum, teſte Feſto, nobis dictum eine Waſſer-Stube. De qvibus aqvarum caſtellis Boërium, Budæum, Cujacium, Donellum, Pighium, Roſinum & imprimis è veteribus M. Vitruvium ejusqve commentatores conſulere licet. Poſtremò Poëtam Juvenalem caſtra qvoqve poſuiſſe pro agmine ſervorum ac pediſſeqvarum immodico notat *Laur. Pignorius in comment. de Servis.* Ex his jam conſtat & vocem *Caſtella* pro hominum propugnaculis atqve aqvarum receptaculis uſurpari. Sed & Caſtella provincia eſt in Hiſpania.

CURIA. §. 1. *Curia* olim apud Romanos appellata pars populi, ex diviſione Romuli, qvi primus Romanum populum in XXX. partes propterea diſtribuit, ut per eas commodè rogaret ſententias ſingulorum, ſicqve Reipubl. curam talibus ſententiis expediret. *l. 2. §. 2. ff. de orig. jur.* Unde patet, curam, qvam gerebant, vel gerere debebant, honeſtiſſimam appellationem *Curia* dediſſe. Poſtea cœpit & locus, ubi publicas curas gerebant, ſeu ſedes ac templum publici conſilii Curia dici, *Petr. Poncet. de jur. munic. num. 21. pag. 68.*

Curia

Curia hæc duplex erat, Sacrorum & Senatus. In Curiis enim vel Sacerdotes res divinas, vel magiſtratus humanas curabant. Curia, in qva habebantur Romæ Senatus, templum erat. Habebatur autem modò in æde Apollinis, modò in delubro Concordiæ, modò in hoc vel in illo templo. Apud noſtrates ambigua maximè Curiæ & Curtis ſignificata. (1) Significat aream muro circumdatam, aut alio modo clauſam, in qva vel ædificium inſulæ modo poſitum, aut adjacens eſt. Ein Hof oder Vorhof. (2.) Aulam, ſeu Principis domum, ac familiam cum adjacenti area, aliàs qvoqve Prætorium dictum, Gallis *la maiſon ſeigneuriale*. Italis *la corte*: Nobis der Churfürſtliche Hof oder Hoffſtatt. Hoc ſenſu etiam feudum in curte dicitur, & extra curtem, *l. 1. Feud. tit. 5.* §. 1. & pares curiæ vel curtis. 1. *Feud. 3.* qvi & pares domus 2. *Feud.* 16. (3) Domum civitatis, Gallis *la maiſon de la Ville*; nobis das Rathhaus. (4) Juriſdictionem, ut qvando dicimus Clericum curiæ ſeculari tradendum &c. (5) Judicia, qvo ſenſu Curiæ Provincialis Lipſiæ, Jenæ, &c. Hoffgericht dicimus. (6) Comitia, eaqve Imperialia, Electoralia &c. Hoc ſenſu in *Aur. Bull. c. 12.* §. 2. Colloqvium ſeu Curia & congregatio conjunguntur; ut enim Galli placita & *Parlamenta*, ac vernaculè *Sanes*, Eccleſiaſtici *Synodos*, & *Capitula*, ac *Concilia*, ita majores noſtri Comitia Höffe / ſeu Curias appellarunt. Apud Hiſtoricos rerum Germanicarum freqvens eſt de Imperatoribus ſermo, qvòd hic vel illic Curias regni tenuerint. *Joh. Limnæus de jur. publ. libr. 3. cap. 9. n. 68. & ſeqq.*

CAPITIS DEMINUTIO. §. 1. *Capitis deminutio* in genere eſt ſtatûs mutatio in deterius, *l. 1. junct. l. 3. in f. & ult. de cap. dem. ſ.* amiſſio juriū à certa conditione civili dependentiū.

§. 2. *Maxima cap. dem.* eſt, qvâ libertas, & per conſeqvens etiam civitas ac familia amittitur. *l. ult. d. t.* §. 1. *J. eod.*

§. 3. *Media capitis deminutio* eſt, qvâ civitas amittitur, libertas retinetur, *d. l. ult.* §. 2. *I. d. t.*

§. 4. *Minima cap. deminutio* eſt, qvâ familia tantùm mutatur, libertas verò & civitas retinetur, *d. l. ult.* §. 3. *I. d. t.*

CAMBIUM. §. 1. Hodie annumerari ſolet contractibus nominatis *Cambium*, qvod in genere eſt permutatio pecuniæ cum pecunia. Dividitur in *manuale*, ut vocant, & *literarium* ſ. cambium in ſpecie ſic dictum.

§. 2. *Manuale* eſt, qvo ſpecies monere invicem permutantur, ut pecunia minuta cum thalaris, ſimilive moneta grandiori, vel etiam moneta argentea cum aurea permutatur.

§. 3. *Cambium in ſpecie dictum*, (ein Wechſel) eſt contractus, qvo ita permutatur pecunia, ut pro pecunia alio certo loco alia pecunia æqvivalens, interveniente aliqva mercede detur. *Vid. Scacc. de comm. & camb.* §. 1. *q. 3. & 4.*

§. 4. *Camſor* vocatur is, qvi pecuniam, per literas transferendam, ſeu transſcribendam in ſe recipit. *Literæ Cambii* vocantur der Wechſel-Brieff. *Collybus ſeu ſymbola collybiſtica* dicitur illa pecunia, ſeu merces, qvæ datur camſor, pro operâ, das Wechſel-Geld.

CENSERE. CENSUS. § 1. *Cenſere* ſumitur (1) pro apud ſe & ſecum deliberare, conſtituere, decernere, exiſtimare. *l. 8. de aſſign. lib.* (2) accipitur pro conſtituere, præcipere, mandare, prævia deliberatione, *l. 111. de V. S.*

§. 2. *Generaliter* accepto nomine *cenſus*, ſignificat qvicqvid annuatim penditur. *Strictè* verò cenſus intelligitur onus reale ipſi Eccleſiæ impoſitum, ſive in pecunia numerata, ſive in alia qvalibet re ſubſiſtat: vel annuus canon, qvi ex proventibus Eccleſiæ, vel monaſterii, aliorumve piorum locorum debetur, ſolviturqꝫ aut *Superioribus*, veluti Epiſcopo in ſignum ſubjectionis, aut etiam *inferioribus*, ut patronis, ſive Clericis ſive Laicis, ratione protectionis, & interdum ratione perceptæ libertatis, *c. 2. de cenſib. x. recepimus. 8. de privil. c. conſtitutus. 5. de relig. dom. can. placuit. 1. & paſſim. x. q. 3. & c. 9. de cenſib.*

§. 3. *Cenſus privatus ſeu particularis* dicitur contractus, qvo qvis vendit vel alienat omne jus, qvod habet in re, ſive ſit directum, ſive utile dominium, & conſtituit ſuper illa re annuum qvid ſibi ſolvendum ab eo, in qvem per venditionem vel alienationem translatum eſt ipſum jus. *c. conſtitutus. 5. de relig. dom. l. 2. Cod. fin. cenſ. vel rel. Brun. à Sole loc. commun. voc. Cenſus num.* 1. *vid. Carpz. p. 2. Conſtitut. 39. Berlich. p. 2. concluſ. 7.*

§. 4. *Cenſus publicus* dicitur tributum, qvod ſubditus Principi debet in recognitionem ſubjectionis, *Matth. cap. 22. Luc. c. 20. l. 2. C. ſin. cenſ. vel relig.* & eſt civium, bonorumqve

qve deſcriptio publica, *l.3.pr.l.4.pr.§.1.& ſeqq.ff.de cenſib.l.1. ff.de probat.*

§. 5. Duplex cenſus fuit: alter *Perſonarum*, cum cives ſinguli in ſua tribu, claſſe, centuria, nomina ſua, uxorum, liberorum, libertorum, ſervorumqve ſuorum, item cujusqve ætatem, & qvam urbis regionem habitarent, profitebantur. Alter cenſus erat *Bonorum*, cum iidem patresfamilias ſua prædia, tum urbana, tum ruſtica ſervorum pecudumqꝫ numerum, fundorum inſtrumenta, ſuppellectilem, pecuniæ deniqve numerum edebant, *l.46.de acq.rer.dom.Liv.lib.7.& 39. Dion. Halicarn.l.4.Gell.16.noct.Attic.10.Briſſon.1.ant.jur.cap.5.*

§. 6. Contactus *emphyteuticus & cenſiticus* differunt (1) *emphyteuta* ſolvit canonem, *cenſitus* verò non canonem ſed cenſum, qvæ differunt, nam cenſus ex re noſtra, canon verò ex aliena datur. (2) *emphyteuta*, ſi per triennium canonem non ſolvit emphyteuſii privatur. *Cenſitus* verò non item, etiamſi per decem annos, vel per trecentos, vel per mille centum ſolvere ceſſaverit, ſed tantùm ad præſtationem intereſſe loco pœnæ tenetur. *Vid.Berlich.p.2. concluſ.pract.47.num.2. & ſeqq.*

CENOTAPHIUM. §. 1. *Cenotaphium* eſt ſepulchrum memoriæ & honoris causâ factum, cui corpus peregrè ſepulti, vel mari ſubmerſi, non illatum, *l.42.de relig.& ſumt.*

CERTUM. §. 1. Dicitur *certum*, cujus ſpecies vel qvantitas, qvæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut eâ demonſtratione, qvæ nominis vice fungitur, qvalis qvantaqve ſit oſtenditur, *l.6. de reb. cred.*

CEDERE. CESSIO. §. 1. *Cedere* aliqvando (1) idem eſt, qvod abire ſeu deponere, ut cedere tutelâ, *Inſtit.Ulp. tit.11. §.16.* (2) Cedere idem eſt, qvod incipere deberi, *l.213.de V.S.* (3) idem denotat qvod contineri, ſive pertinere ſeu ſeqvi, *ut in l.11. C.de R.V.§.29.30.31.& ſeqq.Inſt.de cer.div.*

§. 2. *Ceſſio bonorum* eſt, cùm qvis oneratur ære alieno bona ſua creditoribus ſponte, voluntatem ſuam qvibuslibet verbis profitendo, dimittit, ut ipſe *ſalvâ exiſtimatione* moleſtias, cumprimis carceris evitet, & creditoribus exigentibus, qvoad ejus fieri poſſit, interea ſatisfiat, *l.6.l.f.C.de ceſſion. bonor. t.t.ff. eod.*

§. 3. *Ceſſio jurium. ſive Actionum* eſt actionis nobis competentis *extra novationem* legitimè facta ad alium translatio, etiam invito & ignorante eo, adverſus qvem actio illa competit *l. 22 l. 23 C. mandat. l. 3. C. de har. Vel act. Vend. l. 1. C. de novat.* Differt omninò a Delegatione, *Vid. lit. D.*

§. 4. *Ceſſionarius* actione directâ nomine cedentis domini rectè agit, *utili* verò ex perſona propria, dominum qvaſi repræſentante, *l. ult. C. de har. Vend. l. 18. C. de legat. l. 1. Cod. de O. & A.*

CLARIGATIO. §. 1. *Publica clarigatio* appellatur ea, qvando Populus Romanus ſuos per fæciales, anteqvam bellum alicui populo inferret, res repetebat raptas. Fæcialis fines eorum unde res repoſcebantur, adibat, Jovemqve inibi obteſtabatur, ne compotem patriæ eum eſſe ſineret, ſi injuſtè illas res dedi populo Romano expoſceret. Si petita non darentur, diebus 30. peractis, bellū indicebat, ſuperiores obteſtans populum injuſtum eſſe, neqve jus perſolvere velle *Choppin. de deman. Franc. l. 3. tit. 25. n. 2.*

§. 2. *Privata* erat, de qva *Livius lib. 8. decad. 1.* ſcribit: Veliterni juſſi trans Tyberim habitare, ea lege, ut ejus qvi cis Tyberim deprehenſus eſſet, uſqve ad mille pondo, mulctæ ſcilicet nomine clarigatio eſſet, nec priusqvam ære ſoluto is, qvi cepiſſet, extra vincula captum daret *Limn. de jur. Publ. lib. 4. cap. 8. n. 317.*

COMMERCIUM. MERCATURA. §. 1. *Commercium* eſt verbum generale, & ad omnia conventionum & alienationum genera, omnesqve omninò res, qvas homines habere, poſſidere, perſeqvi & domino ſuo ſubjicere poſſunt, referri poteſt, *l. 34. de V. O. l. 34. §. 1. de contr. emt. §. non ſolùm. Inſt. de legat. l. 4. §. ult. de leg. 1. l. ult. de act. emt.* (2) in ſpecie ſumitur pro facultate ſeu onere merces emendi & vendendi. *Joh. Marqvard. tr. de jur. merces. & commerc. l. 2. cap. 1. num. 5.*

§. 2. *Commercium* definitur Negotiatio, qvam cūm publicæ neceſſitati ſubveniendi, tum honeſti lucri faciendi causâ in *mercibus*, licitis freqventer permutandis & emendis, vel cives inter ſe, vel cum peregrinis exercent. Et mercatura & promercium dicitur, *l. 3. §. 1. de pen. legat. Marqvard. d. num. 5.*

§. 3.

§. 3. Non qvilibet, qvi aliqvid emit vel vendit, mercator, mango, venalitiusqve eſt, ſed is tandem, qvi res mobiles lucri faciendi, negotiandiqve causâ eo animo comparat, ut rurſus diſtrahat, importet, exportetqve venum. *l. un.* C. *de nundin. Gædd. ad l 66. num. 6. ff. de V.S.*

§. 4. Sunt autem res extra commercium vel *ſimpliciter*, vel *ſecundum qvid: Simpliciter* vel *jure naturali*, ut liber homo §. 1. *J. de uſurp. & uſucap. l. 83. §. 5. l. 103. π. de V. O. l. f.* C. *de long. temp. praſcript.* vel *jure Gentium*, ut ſunt res divini juris, ſacræ, religioſæ & ſanctæ. §. *1. J. l. 9. π. de uſucap. l. 4. l. 6 l 22. π. de contrah. empt.* item publicæ *l. 45. π. de uſucap.* vel *jure civili*, ut res univerſitatis *l 6. n. π. de Contr. empt. §. 6. J. de R. D.* *Secundum qvid* extra commercium ſunt. v. g. mancipia Chriſtiana reſpectu Judæorum. *Vid. Franz. de Contr. empt. n. 122. ſeqq.*

CHIROGRAPHUM. §. 1. Chirographum ſeu idiochirum, in genere ſunt literæ de debitis & creditis ſecuritatis causâ conſcriptæ, *l. 14. de non pec. Beſold. theſaur. pr. voc.* Handſchrifft. Eſtq; vel *obligatorium*, vel *liberatorium*, ut apocha.

§. 2. *Chirographum obligatorium* eſt inſtrumentum, ſeu ſcriptura privata, qvâ fatetur debitor ſibi creditum, *Vocatur it. cautio l. 40. pr. de reb. cred.*

§. 3. *Contractus chirographicus* eſt, qvo qvis literis ſeu cautione ſcripta, & alteri datâ obligatur ei ad rem fungibilem ſolvendam, qvam qvis accepiſſe, & inde debere ſe ſcripſit, *Vid. §. ult. I de Oblig. & t. t. I. de lit. Obl. t. t. C de non n. pec.*

CITRA, §. 1. Sumitur (1) exceptivè, ita ut denotet idem qvod præter: & hoc ſenſu ſumitur in *l. un. §. 15. C. de rei ux. act. & l. ult. ff. de calumn.* (2) aliqvando non ſignificat exceptionem, ſed idem eſt, qvod ſine, *l. 6. Cod. Si cert. pet. l. 19. C. de procur. l 3. Cod. de uſur. l. 7. de ſerv. export. l. 18. Cod. de transact. Add. Tuſch. lit. D. concl. 2 . o. & ſeq.*

CITATIO. §. 1. Secundùm jus novum *in jus vocatio, ſ. citatio* (Ladung/Vorladung/) eſt actus judicialis, qvo reus judicis autoritate, petente actore, litis ſuſcipiendæ causâ in locum judicii ad diem certum comparere jubetur, *Vid. l. f. C. de exh. reu. l. 25. Cod. de Epiſc. & cler c. de illicita. 25. q. 3. Conf. Gail. 1. O. 50. n. 4. & 35. n. 6. D. Hahn. ad Weſ. de in jus voc. n. 13.*

§. 2. Olim maxima differentia erat *inter citationem & in jus vocationem*. Hodie ſublato juris & judicii diſcrimine, citatio cum in jus vocatione paſſim confunditur, *Umm. diſp. 5. th. 4. num. 18.*

§. 3. *Citatio publica* fit per Edictum foribus rei, templorum vel curiarum valvis affixum, *l. 68. & ſeqq. de judic. Gail. 1. obſ. 57.* vel per proclama, *auth. Qva in provinc. C. ubi de crim.* vel per campanam, tubam & vexilli erectionem. *Privata* citatio eſt vel *verbalis* qvæ fit vel in faciem vel in domum, die ins Hauß geſchicht / *t. t. de in jus voc. & paſſim c. 6. de dol. & contum.* vel *realis*. in captura rerum & atteſtatione corporum conſiſtens. *c. ſi clarior. 15. de ſentent. excommun. in 6.*

§. 4. Evenit aliqvando, ut reus ſub alterius judicis vel principis territorio degat, qvo caſu ne occupet alienam jurisdictionem, *c. novit. 13. pr. de judic.* judex rerum per ſubſidium juris, h. e. preces & literas rogatorias vocare debet, *l. 1. §. 2. de req. vir. reis. Novell. 25. cap. 6. Carpz. in Jurispr. for. p. 1. c. 2. d. 27. Treutl. 1. diſp. 4. th. 5. lit. C.* qvæ inde *ſubſidiaria* vocatur. Hæc itidem aliqvando publica, aliqvando privata eſt, *Dn. Hahn. ad tit. de in jus voc. num. 13. vid. voc.* Compaſſus.

§. 5. *Generalis citatio eſt*, puta ſi adverſarius ad totam cauſam citetur, daß er der Sache und aller folgenden Gerichts-Tage und Terminen / biß zum endlichen Beſchluß außwarten wolle / qvæ in Camera etiam recepta eſt, *Gail. 1 Obſerv. 52. num. 19. Mynſ. 4. O. 33.* *Specialis* eſt, qvæ ad unum aliqvem judicii actum, puta exceptionem, probationem, ſententiā &c. dirigitur, *arg. c. 1. de cauſ. poſſ. & propriet.* Weſenb. *in parat. C. num. 5. lit. B.*

§. 6. Citatio etiam dividitur in *dilatoriam* ſeu *ſimplicem* & peremtoriam, *l. 8 & Auth. ſeq. C. qvomod. & qvand. jud.*

Simplex citatio dicitur, qvâ judex reum ſimpliciter absqve præciſa comparitionis comminatione, & ulterioris termini denegatione in jus vocat. Et ad hoc, ut qvis dicatur contumax ejusmodi citatione trina opus eſt, *l. 53. §. 1. de re jud. l. 8. C. qvom. & qvand. jud.*

Citatio peremtoria dicitur, qvâ judex reum in jus vocat adjectâ hac comminatione, qvòd etiam Reo abſente absq; ulteriori citatione cogniturus & pronunciaturus ſit, *l. 71. de judic.* Inde ſic dicta, qvòd perimat diſceptationem, hoc eſt, ultra

ultra non patiatur Reum tergiverſari, *l. 70. eod. Add. Umm. diſp. 5. th. 12.* Qvapropter ſi reus in præfixo termino non comparet, absqve ulla ulteriori citatione adverſus ipſum in contumaciam proceditur, *d. l. 53. §. 1 & d. l. 3.* Peremtoria citatio autem in ſeſe tria diſtincta dierum intervalla continere debet, ac ſi eſſent tres citationes. *Myn. ſ. 6. O. 9. n. 2.*

Peremtoria dicitur tribus modis (1) qvando reus tribus vicibus per intervallum non minus decem dierum cujuslibet citationis vocatur. *l. 61. & ſeqq. de judic.* (2) cùm unica facta citatio, ſed additum verbum peremtoriè, *l. 70. eod. l. 53. §. 1. de re jud.* Denſelben Tag ich euch für den erſten/ andern/ dritten und endlichen Gerichts-Tag/ und alſo peremtoriè anſetze. (3) qvæ vim habet peremtoriæ, *arg. l. 2. C. qvom. & qvand. jud. Bart. in l. 15. §. 16. num. 4 de damn. inf.* ut qvando inſeritur, Mit der ausdrücklichen Verwahrſchauung/ er erſcheine alsdann oder nicht/ daß nicht deſto minder ergehen ſoll/ was recht iſt / It. bey Straff Ungehorſams/ &c. mit der ausdrücklichen commination.

§. 7. *Peremtoria citatio* ſubdiſtingvitur in *perſonalem* & *edictalem.* Illa (*qvæ etiam citatio ad domum vocatur*) eſt, qvæ citando in perſonam vel ad domum ſolitæ habitationis inſinuari debet. *Hæc* verò. qvæ in certis locis domicilio citandi vicinis inſtar edicti affigitur, *vid. Gail. 1. O. 57. n. 1. usqve ad 10. Jac. Blum. proc. Cam. tit. 65. num. 4. & ſeqq.*

§. 8 *Citatio ad reaſſumendum* (ſcil. proceſſum ſeu cauſam) eſt actus, qvo ad cauſam ab anteceſſore apud Acta præſto adeſſe deſinente derelictam reaſſumendum ſucceſſor invitatur. *Jac. Blum. d. tr. tit. 67. n. 70.*

§. 9. *Citationem exeqvi* eſt nihil aliud, qvàm iſtam Reo tradere. Communiter vocant Citationem inſinuare, Die Citation inſinuirtn/ Ladung/ Verkündigung.

CIBARIUM. CIBUS. §. 1. *Cibariis legatis* ſolus cibus ſignificatur, *l. 21. de cibar. leg.* Vid. latè *Dn. Carpzov. p. 3. Conſt. 35.* Plenius igitur eſt *alimentorum* legatum. Alimentis enim legatis, & cibaria, & habitatio, & veſtiarium continentur, *l. 6. l. ult. ff. d. t.*

CLAM. §. 1. Interdictum *qvod vi aut clam* eſt, qva Prætor id, qvod vi aut clam factum eſt, reſtituere jubet, *l. 1. ff. qvod vi aut clam.*

CLERICUS. §. 1. *Clerici peregrini* dicuntur, qvi ne-

qve origine ſeu nativitate ſubſunt jurisdictioni Epiſcopi, neqve beneficium aliqvod Eccleſiaſticum obtinent, neqve domicilium, *id eſt*, res ſuas collocatas habent in diœceſi ejus, in qvo ordinem petunt; qvæ tria conjunctim reqviruntur, *c. cùm nullus. De tempor. ordin. in 6. add. tit. de Cleric. peregrin.*

§. 2. *Clericus peregrinans* vocatur is, qvi ad Sedem Apoſtolicam, vel ad limina Apoſtolorum peregrinationis, aliavè ex cauſa proficiſcitur, *c. un. de cler. peregr.*

§. 3. *Clericus Percuſſor* dicitur, qvi ex prava conſvetudine pronus & facilis eſt ad percutiendum facto vel verbere, ſive per ſe & manibus ſuis hoc faciat, ſive per alium. *Percuſſionem* intellige, qvæ ad cædem aut mutilationem perducat, non qvæ dicto fit, aut verbis, arguendo, obſecrando, increpando ſibi ſubditos, *can. Non licet, 25. diſt. 86. can. 5. qvis omnem. 1. q. 7. c. cùm beatus, 8. diſt. 45. c. Epiſcop. 7. diſtinct. 45. c. 1. de Cleric. percuſſ.*

§. 4. A *Clericis* differunt *Monachi*, qvales ſunt, qvi ex paterna devotione, aut propriâ profeſſione, aut ex voti emiſſione, monaſterium ingrediuntur, & habitum tonſuramqve ſuſcipiunt, certam religionem & regulam, e. g. Benedicti, Auguſtini, Dominici, Franciſci, Noriberti, ſeqventes. *Can. 1. & 8. XVI. q. 1.*

CLOACA. §. 1. *Cloaca* eſt locus cavus, per qvem colluvies defluit. *l. 1, §. 4. de cloac.*

COLLEGIUM. §. 1. *Collegium* eſt plurium perſonarum, ejusdem poteſtatis & muneris, rerumqve ad id pertinentium ſocietas, principis autoritate firmata. *D. Wiſſenb. ad l. 85. de V. S.*

§. 2. Neracius Priſcus tres facere exiſtimat collegium, & hoc magis ſeqvendum eſt, *l. 85. de V. S.*

§. 3. *Collegarum* appellatione hi continentur, qvi ſunt ejusdem poteſtatis. *l. 173. de V. S.*

COMMENDARE. §. 1. *Commendare corpus in l. 14. §. 4. de relig. & ſumt.* eſt deponere, qvoad juſtæ ſepulturæ tradatur.

§. 2. Commendare *videlicet rem cuſtodiæ causâ*, nihil aliud eſt qvàm deponere, *l. 186. de V. S. l. 9. l. 6. C. depoſ. l. 24. ff. eod.*

eod. l.ſ.ad SC.Treb. (2) Qvando qvalitas rei aut perſonæ alicujus, puta bonitas, ſanitas, artificium commendatur, idem ſignificat, qvod laudare, *l.19.de ædil. ed.l.12.§.12. Mandat. l. 43.de contrah.emt.* (3) Nec mandare ſignificat, *l.14.§.2. de leg.3. l.19. pr.de ædil. ed. Carpzov. p.2. Conſt. 18. def. 24. n.9.* niſi qvando negotium expediendum commendatur alicui, tanqvam procuratori. Sed neutrum in cuſtodiam cadit *l.1.§. ſi rogavero. Depoſ. Gædd.ad l.186.de V.S.*

CORAM. §.1. Verùm qvidem eſt, hanc dictionem *Coram*, ad corporum præſentiam transferri. Magis tamen ad animi qvàm corporis præſentiam pertinet. Abſens qvippe habetur, qvi qvamvis corpore præſens, mente tamen qvaſi peregrinatur, cujusmodi mens furioſi, ſtulti, fatui, ebrii, dormientis, intantis, *l.209. de V.S. l.2.§. voluntate. Sol. matr. l.2. §. ſi qvis. Si qvis caut. l.2. de jur. eod. l.5. ad L. Aq.* Itaqve ſola corporalis præſentia non ſufficit, ſed una animi præſentia, ut videat, audiat, & intelligat qvid agatur, dicatur, & perficiatur, *d.l.209.l.27.§.5.de rec.arb.l.f. de V.S.*

CONVENTIO. §.1. *Conventio* eſt duorum pluriumve in idem placitum dandi, præſtandi, vel faciendi causâ conſenſus, *l.1.§. conventionis. ff. de pact.*

CORPUS. §.1. *Corpore vitiati* dicuntur, qvi defectu membri alicujus vel notabili deformitate, vel debilitate, aut gravi aliqvo morbo laborant, veluti leproſi, paralytici, epileptici &c. *vid.tit. de corp.vitiat. non ordin.*

CONGREGATIO. §. 1. Congregationis nomen generale & comprehendit omnem congregationem, ſive ad bonum, ſive ad malum; ideò ſi extat ſtatutum, qvod non fiant adunnantiæ, neqve confœderationes, continentur omnia ſub verbo congregationis, *Bald. l. 2. conſ. 262. Tuſch. lit. C. concluſ. 731.*

CANCELLARIA. §.1. Vox Cancellariæ deſcendit à voce Cancellarii. Hi olim dicebantur, qvi dabant operam ſcribendis & expediendis Epiſtolis, Juſſionibus, Edictis, Relationibus, Reſponſis ac Sententiis, in loco qvodam Conſiſtorio Principis alteriusvè magiſtratus proximo reticulis ſeu Cancellis clauſo, *Goth. in l.8.C. de Acceſſ.& dom.*

§. 2. Atqve hinc hodie illi, qvibus negotiorum in ali-

cujus Principis Dicaſterio expediendorum gubernatio commiſſa eſt, appellantur, *Cancellarii*, Canßler. Et locus Dicaſterii, in qvo iidem circa d. negotiorum expeditionem imprimis verſantur, nominari conſvevit Cancellaria, die Cantzeley. Ad cujus ſimilitudinem etiam qvidam locus Judicii Cameralis Dicaſterii in toto Imperio ſummi vocatur *Cancellaria Judicii Cameralis*, Kammer-Gerichts Cantzley/ Kammer-Cantzley.

§. 3. Nomen *Cancellaria Judicii Cameralis* verò accipitur (1) *Latè* qvatenus etiam Lectoriam (die Leſerey/) comprehendit, *Ord. Cam. p. 1. tit. 26. Rubr. & paſſ. t. tot. tit.* (2) *Strictè* qvatenus Lectori opponitur, ac vulgò ab hac contradiſtingvitur.

§. 4. Cancellaria Judicii Cameralis (*strictè dicta*) eſt Conclave, in qvo perſonæ ejusdem Cancellariæ circa Proceſſum aliarumvé literarum conceptionem, ſcriptionem, ſigillationem, inſinuationemqve, item Actorum completionem ac deſcriptionem occupantur.

§. 5. *Lectoria* Judicii Cameralis eſt Conclave, in qvo Acta judicialia reconduntur & cuſtodiuntur. *Vid. Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 11.*

§. 6. Præfectus Cancellariæ, Cantzley-Verwalter/ appellatur, qvi negotiorum in Cancellaria Judicii Cameralis expediendorum adminiſtrationi præeſt.

CONDITIO. §. 1. Inter illam conditionem, *Cum fari potuerit*, multum intereſt. Nam poſteriorem Scripturam uberiorem eſſe conſtat: at, *cùm fari potuerit*, arctiorem, & id tantummodo tempus ſignificari, qvo primùm fari poſſit, *l. 217. pr. de V. S.*

§. 2. Hæc verba *cùm volueris*, æqvè conditionem continent atqve *ſi volueris*, *l. 45. §. pen. de V. O. l. 18. qvand. dies leg.* Sed hoc intereſt: illis conditio tegitur, his exprimitur, *l. 46. §. pen. de V. O. junct. § fin. de l. 46.* Hæc oratio, *cùm volueris*, non exprimit conditionem, ſed tempus, *d. l. 121. l. 48. de V. O.*

§. 3. Hæc conditio, *Si illud feceris in diebus*, intra biduum eſt implenda, niſi res ipſa longiorem depoſcat dilationem. *l. 217. § 1. de V. S. l. 17. § f. de man. teſtib. arg. l. 12. de teſtib. cap. 40. de R. J. in 6.*

§. 4.

§. 4. Vocabulum *conditionis* freqventer accipitur pro pacto ſeu lege contractus, *l. 7. C. de paſt. l. 18. de ſponſ. l. 36. de rit. nupt. l. 11. §. 15. de act. emt.* (2) Nonnunqvam ſumitur pro ſtatu hominum, *§. ult. Inſt. de jur. perſ. l. 5. pr. l. 21. de ſtat. hom.* (3) Hoc vocabulum uſurpatur in materia nuptiarum & matrimonii, *l. 65. de jud. l. 19. l. 36. de rit. nupt.* (4) Sæpè etiam pro optione & electione accipitur, *l. 8. §. 12. de inoff. teſt.* (5) Maximè tandem celebris vocabuli conditionis in uſu juris ſignificatio eſt, qvando accipitur pro adjectione, qvæ actum in futurum & in certum eventum ſuſpendit.

§. 5. *Conditio* in genere eſt adjectio ejusmodi, qvâ actum, *ſive teſtamentariam inſtitutionem ſcil. aut relictionem legati ſive obligatorium,* differimus in aliqvem futurum eventum ſeu caſum, *l. 41. de V. O. l. 10. §. 1. de condit. inſtit. l. 69. de her. inſtit. §. 6. l. de V. O.*

§. 6. *Poſſibilis conditio* eſt, qvæ actum obligationemvé in futurum & incertum caſum, qvi contingere (*licitè*) poteſt, & non contingere, ſuſpendit, ita, ut eo impleto ſeu exiſtente, actus ſive promiſſio valeat, deficiente reddatur inutilis, *l. 37. 39. de reb. cred. l. 34. §. 1. de cond. & dem. §. 6. I. de V. O. l. 120. ff. eod. l. 69. de her. Inſt. l. 22. §. 1. de cond. indeb.*

§. 7. *Conditio poſſibilis alia eſt poteſtativa,* alia caſualis, alia mixta. *l. un. §. 7. C. de Cad. tollend.* Poteſtativa, *qvæ & arbitraria appellari ſolet, & promiſcua l. 11. §. 1. ff. de condit. & dem.* eſt, cujus eventus dependet ab ejus voluntate & facultate implendi, cui ſub ea qvid relictum aut promiſſum, *d. l. un. §. 7. l. 59. verb. ipſorum, qvibus qvid relinqvitur. l. 60. de condit. & dem. add. l. 4. §. 1 de her. Inſt.*

§. 8. *Conditio caſualis* eſt, qvæ ex alieno arbitrio vel ex ſolo eventu, fortuna & caſu dependet, *l. 60. de cond. & dem.*

§. 9. *Conditio mixta* dicitur, cujus impletio *partim* à voluntate & arbitrio ejus, in qvam confertur, *partim* à caſu dependet, *l. 4. de inſtitut. & ſubſtit. l. f. C. de neceſſ. ſerv. her. inſtitut.*

§. 10. *Conditio impoſſibilis* eſt, qvæ, prout deſcribitur, planè impleri neqvit, qvæqve eo ipſo, dum impoſſibilis eſt, ſui exiſtentiam impedit. Et vel *ſimpliciter* talis eſt, vel *ſecundùm* qvid. Simpliciter impoſſibiles ab interpp. diſtingvi ſolent,

lent, qvòd aliæ ſint impoſſibiles *naturâ*, qvibus ſcil. naturâ impedimento eſt, qvò exiſtere non poſſint: aliæ *lege ſeu jure*, qvæ in ſpecie, utpote contra bonos mores, pietatem, jus, *turpes* vocantur. *l.15.d.condit Inſt.* ad has qvoqve pertinent, qvas nominant deriſorias, *l.14.l.27. eod l.10.l 13. §. ult. de leg.1.* Item qvæ neceſſitatem jurandi heredi imponunt, *l. 1. de cond. inſt.* *Secundùm* qvid tantùm impoſſibiles ſunt, qvæ qvidem in ſe poſſibiles, ſed reſpectu circumſtantiæ additæ impoſſibiles, & qvidem aut propter circumſtantiam temporis, ut *Si monumentum intra triduum*, *l.6. de condit. inſt. l. 12. §. 5. de leg. 1.* aut propter qvalitatem perſonæ, *ut ſi millies centena millia aureorum tua pecunia mihi dederis.*

§. 11. Conditio alia eſt *ſuſpenſiva*, alia *reſolutiva*. *Suſpenſiva* ita ſuſpendit, ut ab ipſo principio ante ejus exiſtentiam nulla ſit obligatio contracta, ſed ſolùm ſpes ſit debitum iri, *l.213. de V.S. l.41. de cond. & dem.* Eſtqve *duplex*; alia ſuſpendit actum in ſubſtantia, qvem facit conditionalem, alia ſuſpendit executionem actûs tantum, ideoqve verba neceſſariò inſpicienda ſunt, *Bald.conſ.185.* Qvandoqve eſt conditio ſuſpenſiva executionis contractus, & non ſuſpendit contractum & ejus nativitatem, qvæ multum differt à conditione, qvæ ſuſpendit contractum; multùm enim intereſt, an conditio apponatur ſubſtantiæ legati, an verò ſolutioni ſicqve executioni: priori modo conditionale legatum eſt, nec transmittitur, poſteriori modo purum eſt & transmiſſibile, de qvo loqvitur, *l.99. l.107. de condit. & dem. Boër. deciſion. 38. num. 28.*

§. 12. *Reſolutiva* conditio præſuponit jus purum exiſtere ſed reſolubile, qvia non factâ reſolutione manet à principio purum, *Alex. conſ.19.* & dicitur reſolutiva, ſi fiat legatum: *qvamdiu non nupſerit, vel donec nupſerit*, qvæ conditio non poteſt reſpicere legatum, ſi vivens non nubet, etiamſi moriatur, qvia mortuus dicitur perſeverare in ſtatu, in qvo decedit. Dicitur etiam reſolutiva, qvando id qvod ſimpliciter legatum eſt, admittitur ſub certa conditione, prout *de legato alimentorum*, qvod teſtator adimit, *ſi legatarius vitam deteſtabilem gerat.* Simili modo venditio purè facta, licet conditio apponatur, qvod *ſi impediatur, fiat reſtitutio pretii vel qvid ſimi-*

mile, non eſt conditionalis, ſed pura, et amſi reſolvatur in caſu impedimenti, qvia interim emtor fructus facit ſuos, qvos non faceret, ſi eſſet conditionalis, *Soc conſ. 170 num. 2. l. 2.* Multum intereſſe notandum eſt, utrum actus conditionalis ita concipiatur, *obligationem habere effectum, niſi ſalus impugnet*, ſic pura eſt conditio a principio, refert enim an debeat eſſe voluntas aſſiſtens, vel qvod non appareat voluntas reſiſtens, *Old. conſ. 285. n. 7. Alex. conſ 91. n. 5.* Dupliciter autem ponitur reſolutiva conditio: Legatum enim factum *qvamdiu vidua vixerit*, reſolvitur ſimplici conditione *ſi nubat vivens*, vel *etiam ſi moriatur vidua*. Qvodſi autem conditio adjiciatur *qvamdiu non nupſerit*, non reſolvitur niſi uno modo: *Si nubat vivens*, & ſi moriatur vidua, dicitur ſemper manere in viduitate, nec ſit amplius reſolutio, ſed legatum perpetuo tranſit ad heredes. *Caſtr. conſ. 452. l. 1. Joh. Henr. Ebeling. diſp. inaug. de condit. theſ. 68.*

§. 13. *Conditio & Modus* differunt. Conditio legatum & actionem ſuſpendit; modus non ſuſpendit, *l. 80. 40. §. ult. de condit. & dem. l. 20. §. ult. de man. teſt. l. 41. de contr. emt. l. 19. de leg. 3.* contrahit tamen atqve coarctat; adeò ut ſi tibi velis ſtatim dari, qvod *ſub modo* relictum eſt, cavere te oportet, de reſtituendo eo, qvod acceperis, niſi *modum* impleveris *d. l. 30 d. l. 10.* Porrò modus facit fideicommiſſum hodie, *l. 2. C. de his qvæ ſub mod.* conditionem non facit. *Weſenb. ad ff. p. 2. diſp. 8. th. 1. D. Struv. exercit. 35. th. 103.* Legatum itaqve ſub modo qvoad actionis nativitatem purum eſt, & actionem non ſuſpendit. Ordinatio enim conditionalis ex mente conſtituentis hoc infert, ut præcedat conditio; modalis verò, ut ſeqvatur modus. *Weſenb. de Cond. & demonſtr. num. 10. ibiqve Hahn.*

§. 14. Conditioni æqviparatur *dies incertus*, qvi tam in Inſtitutionibus, qvam legatis obligationem differt. *l. 75. n. de condit. & demonſtr.*

CONSTITUTUM. §. 1. *Conſtitutum* eſt pactum, qvo qvis ex qvacunqve cauſa debitum vel alienum ſuſcipit, vel proprium firmat & renovat, à prætore, ut obligationem & actionem producat, confirmatum, *l. 1. pr. §. 45. ult. de conſtit. pec.*

§. 2. Con-

§. 2. Conſtituti vocabulum in jure potiſſimum duplicem ſortitur ſignificationem. (1) Namqve dicitur Conſtitutum contrahi, qvando qvis creditori pecuniam vel à ſe vel ab illo debitam certo die ſoluturum, nudo pacto promittit, & inde datur actio Conſtitutoria. Vocaturqve vulgo *Conſtitutum promiſſorium* vel *obligatorium*, qvo ſpectant *tituli ff. & C. de conſt.* *§. 9. I. de action.* (2) Conſtitutum etiam vocamus, cùm v. c. vendens, donans aut aliter concedens, rem qvam in alium transferre vult, ſe nomine illius poſſidere conſtituit (da einer bekennet/ er wolle das erkaufft / oder von ihm verſchenckt oder auch verpfendet Gut/ nomine emtoris, Donatatii, & creditoris, &c. beſitzen) qvem certo reſpectu conſtituarium appellant, & conſtitutum vocant Dd. *poſſeſſorium*.

§. 3. *Actio de conſtituta pecunia* eſt, qva convenitur is, qvi rem, qvam antè alius vel etiam ipſe debuit (*aut alium ejus loco*) ſe ſoluturum pacto denuò promiſit, ut debito tempore non offerens judicio condemnetur rem promiſſam præſtare, *l. 1. §. 5. l. 3. §. 2. de conſtit. pec. l. 2. C. eod. §. 10. I. de action.*

§. 4. *Conſtitutum poſſeſſorium*, deſcribitur, qvod ſit, qvo nomine & jure alterius præſentis & approbantis poſſidere volumus, vel ab alio vel pro alio, ex cauſa ſeu juſto & vero titulo, rem qvam tempore conſtituti conſtituentes poſſidebamus civiliter animo Domini, *Joh. Alth. libr. 1. Dicaeologia c. XIX. n. 15.* Reqviſita hujus conſtituti poſſeſſorii vide apud *D. Hahn. ad Weſenb. in ff. de acq. vel am. poſſ. in fin.*

§. 5. Conſtitutum *ab aliis obligationibus* in hoc differt, qvod ſemper ad diem factum intelligitur, *l. 21. §. 1. de pecun. conſtit. Matth. ad l. 14. de R. I.*

§. 6. Conveniunt *fidejuſſio & conſtitutum* ſaltim in genere anteceſſoriæ ſc. conventionis: alias formaliter differunt. Nam illa fit non niſi per ſtipulationem, adeoqve producit actionem nominatam, hoc autem eſt pactum legitimum, unde actio de pecunia conſtituta: & nudo conſenſu, ab abſente etiam aliud pro alio conſtitui poteſt, qvod fidejuſſio non admittit. *Dn. Hahn. ad Weſenbec. ff. de pec. conſtit. num. 4.*

CONFRATERNITAS. §. 1. Pactum confraternitatis (Erbverbrüderung) eſt conventio inter principes & illuſtres perſonas, imperatoris autoritate accedente inita, ut heredibus maſculis unius familiæ deficientibus, in altera familia paciſcente ſuperſtites maſculi in bona & principatus exſtinctæ ſuccedant. *Vid. Gail. 2. O. 127. Joh. Caſp.* Guttich *de confratern. Nicol. Betſ. de ſtatut. pact. & conſuet. illuſtr. perſ. Limn. de jur. publ. libr. 4. c. 8.*

§. 2. Pacta hæc ſucceſſoria pro varietate conventionis etiam efficiuntur varia & multiplicia. Nos autem jam illa in *univerſalia*, in qvibus de omnibus Principatibus univerſoqve patrimonio ab utraqve parte fit diſpoſitio. Et in *particularia*, qvæ non ad univerſa bona, ſed ad certum principatum certamqve ditionem diriguntur, dividimus. *D. Joh. Caſp.* Gütteig. *d. tr.*

§. 3. Magna eſt differentia *inter pacta confraternitatis & confœderationis.* (1) illa fiunt de bonis principum, hæc de certo modo belli tempore ſervando. (2) Illa opus habent Imperatoris confirmatione, hæc verò non. (3) illorum finis eſt ſucceſſio, horum defenſio. *D. Hahn. tr. de jur. rerum. th. 15.*

§. 4. Differt à *pacto Ganeclinatus*, de qvo infra ſub *Vocab. Ganeclitatus.*

CONSTITUTIO. §. 1. Jus illud, qvod à Principe, ſive Imperatore conditur, generali nomine vocatur *conſtitutio.* §. *6. I. de Jur. nat. g. & civ.*

§. 2. Dividuntur Conſtitutiones Principum in *generales & ſingulares. Generales* ratione modi diſtingvuntur ita, ut alia dicatur *Reſcriptum*, alia *Decretum*, alia *Edictum. Singulares* Conſtitutiones ſunt, qvæ pertinentes ad cauſas & perſonas certas contra vel præter jus commune aliqvid ex ſingulari cauſa diſponunt. Huc pertinent privilegia. Sic dividuntur a *fine*. A *Forma* verò dividi poſſunt in *Definitas* & *Indefinitas*. *Definita* ſunt *Decretum* vel *Reſcriptum*. *Decretum* eſt ſententia, qvâ princeps inter duas partes controverſas, cauſâ cognitâ pronunciat. *Reſcriptũ* eſt reſponſũ principis ad *Conſultationẽ* vel *Relationẽ Conſretatio* ſ *Relatio* illa fit vel à *privatis*, & vocatur in ſpecie *Subſcriptio* vel *Annotatio*, *l. 1. C. de prec.*

prec. Imp. offerend. vel *à magiſtratu l. judice*, & huic aut *inſertis precibus rectâ*, aut *ſine inſertione precum*, ex Concilii ſententia de negotio publico alicujus univerſitatis diligentius aliqvantò, reſpondet Princeps; Prius Reſcriptum *Epiſtola, l. 1. §. 1. π. de Conſtit. Princ. §. 6. J. d. J. N. G. & C.* Poſteriùs, *Pragmatica Sanctio* dicitur *l. ult. C. de diverſ. Reſcript. Reſcriptis* ſimilia ſunt *Mandata principis*, qvibus præſides vel judices monentur, qvid eos facere oporteat, *l. 1. C. mand. Franz. ad π. de conſt. princ. n. 20. ſeqq.*

§. 3. *Conſtitutio*, generaliter accepto vocabulo, eſt qvælibet pars juris Pontificii ſcripti, ſive à Summo Pontifice, ſive ab aliis inferioribus, qvi tamen poteſtatem habeant condendi juris, ſit profectum. *Specialiter* verò & propriè eſt ea pars juris ſcripti, cujus auctor eſt S. Pontif. vel in jure civili Princeps, *add. c. 5. 6. 8. 11. de Conſtit.*

§. 4. Conſtitutio alia eſt *civilis* alia *Eccleſiaſtica. Civilis* eſt, qvam Princeps, aut qvi eſt loco principis, conſtituit. Cujus generis conſtitutiones corpori juris Canonici aut etiam aliis ſummorum Pontif. Conſtitutionibus inſertæ legis ac juris obtinent auctoritatem.

§. 5. *Conſtitutiones Eccleſiaſtica* vel ſunt *generales*, qvæ ad omnes Chriſtianos ſpectant; vel *particulares*, qvæ certa tantum loca reſpiciunt; vel *perſonales*, qvæ perſonam & cauſam non egrediuntur, cujuſmodi ſunt privilegia & Reſcripta, perſonas ſingulares concernentia.

§. 6. Conſtitutio dicitur eſſe *de corpore juris*, vel *in corpore juris clauſa*. Qvæ ipſius Imp. juſſu in corpus juris eſt relata, & ut ita dicam, incorporata; veluti illa nova & ſatis vulgata Conſtitutio Friderici I. Imp. qvæ dicitur *Auth. Habita C. Ne fil. pro patr.* Secus, ſi alicujus privati induſtria tantum hoc accidiſſet. Sic & Conſtitutiones Principum in corpus juris Canonici relatæ vim habent etiam obligandi illo jure, & dicuntur canonizatæ, *Vid. Mol. ad conſ. Pariſ. Rubr. 1. n. 50. pr. Deſſel. erot. jur can. lib. 1. tit. 2.*

§. 7. *Species Conſtitutionis Eccleſiaſtica* ſunt Canon, Decretalis Epiſtola, Decretum, Dogma, Mandatum, Interdictum, Sanctio. Hæc omnia Conſtitutionum nomine cenſentur.

COMPROMISSUM. §. 1. *Compromiſſum* eſt nihil aliud

liud qvàm utriusqve ligatoris promiſſum, *l.3.§.1. de rec. arb.* & ſtipulatio *l.32.§.18 eod.* qva litigatores ſibi invicem ſub pœna promiſſa cavent, ſe arbitri ſententia ſtare velle. *l.11.§.2.d t.* Hæc tamen eſt ſec. Logicos perfecta compromiſſi definitio, nam aliqvando etiam ſine mutua pœnæ ſtipulatione conſtituitur.

§. 2. Compromiſſum conſiſtit in eo, ut litigaturi aliqvem eligant, & mutuò promittant, ſe ſtaturos iſti, qvod ipſe pronunciaverit *l.27 §.ult. l.19.pr.de rec.arb.* (2) ejus, qvi eligitur, conſenſus reqviritur, *l.13.§.1.d.t.* Compromittitur autem à litigantibus (1) adjectâ pœnâ *l.28.ff.eod. l.5 C.eod.* (2) vel accedente jurejurando *l.4.C.eod.Vid.N.82.c.11.n.6.q̃va conſ.c.2.de arbitr.* (3) vel ſimpliciter & qvidem aut per pactum nudum, aut per ſtipulationem, *l.27.§. ult.l. 5. C. de rec. arb. D. Struv.exerc.8.th.101.*

CONSVETUDO. §. 1. Jus non ſcriptum ſ. *conſvetudo* (Gewonheit/Gebrauch/alt Herkommen/) eſt jus ſubditorum uſu introductum, tacitoq; ſummæ poteſtatis conſenſu approbatum, *§.9.l. de jur nat. g. & civ.l.32.par.1.de Legib.l. 35.eod. D. Struv.exerc.2.theſ.18.*

§. 2. *Vox conſvetudinis* accipitur (1) latè & generaliter pro aſſvefactione. *Ariſtot.Rhet.10. l.50.§.ult.de leg.1. §.15.Inſt. de Rer.Div.* (2) pro facto plurium perſonarum, qvod appellatur uſus ſ. mos, *arg.l.32.pr.ibi.q̃vod moribus. ff.de Legib.* qvomodo conſvetudo eſt facti & probanda. *c.1.de conſtit.in 6.* (3) propriè, pro jure qvod ex uſu & moribus reſultat. *l.31.& rubr. ff.de legib.t.t. q̃va ſit long. conſ.* Alias ſignificationes vide *apud Roch. de Curte in enarrat. c.cum tanto. de conſvet. In præfat.* In ultima acceptione conſvetudo dicitur iterum dupliciter (1) ſtrictè & freqventer pro eo jure, qvod ex uſu & moribus in ſtatu populari, *arg.l.32.§.2.l.35.de Legib.* (2) latè, pro jure ex uſu in qvocunqve reipubl. ſtatu, etiam univerſitate & civitate, ſeu perfecta communitate, *arg.l.1 & l 5.C.q̃va ſit long. conſ.l.3.C.de ædif priv. D. Hahn.ad Weſ.n. de LL. n.9.*

§. 3. (1) Conſvetudo alia eſt *univerſalis* ein allgemein durchgehende Gewonheit: Alia *particularis ſ. localis*, ländiſche oder localiſche Gewonheit. (2) *Præter, ſecundum, vel contra jus. Juxta legem* naturalem eſt, qvæ ab alia procedit, & per qvam ea obſervatur, *Contra*, per qvam violatur. *Præter*, qvæ

vel

vel de actibus honeſtis derivatis tamen ex lege naturali, vel de aliis differentibus. (3) *Bona* vel *mala* eſt, intrinſecè ſc. & ratione objecti de qvo eſt, boni vel mali (4) *Rationabilis*, vel *irrationabilis*. (5) Conſvetudo *in ſpecie, Stylus & obſervantia*, concernens uſum unius judicii vel tribunalis, vel interpretationem ſermonum, citra actum ſcribendi. (6) *Facti* (*ipſe mos ſeu uſus hominum*) *& juris*, qvatenus provenit ex ipſis moribus & uſibus hominum mediatè *c. 1. de conſtit. in 6.* (7) *Poſitiva* (ex poſitivo uſu freqventiaqve actuum ducens originem) & *privativa* ſeu negativa, qvæ in non agendo conſiſtit, & eſt ex non uſu, qvi qvatenus freqvens eſt, ſeu continuatus habet modum conſvetudinis, qvæ veluti in facto conſiſtit, & ſi jus aliqvod inducit, ad non agendum tantùm inclinat, vel obligat. Negativa hæc poteſt dici tripliciter 1) contraria conſvetudo 2) qvandoqve conſvetudo. 3) aliqvando non uſus (8) in jure *reprobata* vel *permiſſa*. Illa eſt, qvam lex abrogat vel revocat, non qvidem ſimpliciter, ſeu per *ſolam abrogationem*, v. c. per clauſulam: non obſtante qvacunqve conſvetudine: nec per *ſolam abrogationem & prohibitionem*, ſed inſuper *per declarationem pro irrationabili*, aut *ſpecialiter* propter hanc cauſam factam *prohibitionem ut c. cum inter. c. ad noſtram. c. cum venerabilis. de Legib. c. un. de cler. non reſ. in 6.* (9.) *Præſcripta & non præſcripta*. Illa dicitur latiori modo, vel in ordine ad certum & legitimum tempus, vel qvod per tempus ſit obtenta & jus factum. *Non præſcripta* itaqve eſt, qvæ adhuc in fieri & nondum introducta plenè, qvæ ferè mos & uſus appellatur, & vim conſvetudinis nondum nacta eſt. *Dn. Hahn. ad Weſ. parat. tit. de Legib. num. 9.*

CODICILLI. §. 1. *Codicilli* ſunt ultima voluntas, qvinqve teſtibus adhibitis, absqve ſolennitate ordinationis declarata, qvâ hæres, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato rogatur, ut alteri hæreditatem, ejusve partem reſtituat, aut rem particularem præſtet, *l. 2. l. f. C. de jur. codic. §. ult. I. eod.*

§. 2. *Codicilli* dividuntur in *publicos* & *privatos*. *l. fin. §. fin. C. de jure Codicill.* in *Teſtamentarios* & in *Non-teſtamentarios* *§. 1. J. eod.* in *veros* & in *ſubſidiarios*, qvi annecti ſolent in teſtamento, ut ſi id jure teſtamenti non valeat, valeat jure Codicillorum, vel alterius cujusqve ultimæ voluntatis *l. 29. in Q. ſi teſt. fac. poſſ. l. fin. pr. C. eod.* §. 3.

§. 3. *Clauſula codicillaris* eſt, per qvam ultima voluntas, qvæ ob aliqvem defectum in iis, qvæ ad formam teſtamenti pertinent, non poteſt ſubſiſtere ut teſtamentum, valet ut codicilli ab inteſtato, vel tanqvam fideicommiſſum: Ita ſcil. ut hæres rogatus cenſeatur hæreditatem reſtituere hæredi in iſta ultima voluntate nominato, vel etiam rem particularem præſtare iis, qvibus relicta eſt, *l. pen. §. 17. de leg. 2. Fab. Turret. tr. de effect. clauſ. cod. q. 1. & 3.* Clauſula hæc ita concipi ſolet, *ſi illud teſtamentum non valeat*, ut teſtamentum, *valeat tamen ut codicilli*. Eſtqve vel *Expreſſa*, qvæ fit verbis expreſſis, vel *tacita*, qvæ ſubintelligitur, *l. 77. §. 23. π. de leg. 2. l. 38. π. de fideic. lib.*

COGNATIO. §. 1. *Cognatio* eſt, qvâ per *fœminini* ſexus perſonas, homines conjunguntur. §. 1. *I. de leg. agn. tut.*

§. 2. *Cognatio ſpiritualis* eſt vinculum ac conjunctio naſcens inter aliqvos ratione Sacramentorum, qvæ ſpiritualia ſunt, & qvidem ſpecialiter ex Baptiſmi & Confirmationis collatione, *vid. c. ult. de cognat. ſpir. in 6.*

§. 3. *Cognatio ſpiritualis* eſt duplex, Paternitas & Compaternitas. *Paternitas* contrahitur inter baptizantem & baptizatum, inter ſuſcipientem ſeu patrinum patrinamvé & ſuſceptum. *Tuſch. lit. C. concl. 411. Compaternitas* oritur inter ſuſcipientem ex baptiſmo & parentem baptizati. Qvod ipſum & de cognatione orta ex Confirmatione eſt dicendum, *vid. tit. de cog. ſpirit.*

§. 4. *Cognatio legalis* eſt proximitas qvædam, qvæ per adoptionem vel adrogationem alicujus contrahitur, *add. tit. de cognat. legal.*

COLLATIO. §. 1. *Collatio* interdum (1) ſignificat comparationem *Rubr. Nov. 49.* (2) interdum dilationem alicujus negotii in aliud tempus, *l. 9. de ſponſal. l. 12. pr. de jur. dot.* (3) ſæpiſſimè accipitur pro præſtatione ſ. contributione pecuniæ, in uſus publicos & communes adhibendæ *l. 8. §. 5. de vac. & exc. mun. l. 6. C. de praſcr. 30. ann. l. 5. C. de exact. trib. t. t. C. de collat. fund. patr. t. t. C. de collat. fund. fiſc.* Accipitur etiã hac ſignificatione pro *Symbolo ſeu contributione*, qvam ſimul convivantes vel bibentes præſtare ſolent. *Vinn. tr. de coll. c. 1. n. 1.* (4) Rhetores per collationem intelligunt *oratione͂*, qvâ res cum re

re ob ſimilitudinem confertur. *Cic. 1. de inVent.* (5) Diſtinctiones qvoqve Novellarum in novem capita ſ. libros vocantur collationes de cujus appellationis ratione vid. *Rittershuſ. in proæm. Expoſ. NoV. n. 19.* (6.) Jure canonico collatio ſumitur pro aſſignatione ſeu conceſſione beneficii vacantis, ſive omni modo per qvem providetur alicui de beneficio, *Clem. un. ibiq́; gl. Verb. conferantur, in fin. de rer. perm. c. 3. & 5. & t. t. de conceſſ. præb. in 6.*

§. 2. *Collatio bonorum* eſt, qvâ rem ab aſcendentibus vel occaſione horum, vivis ipſis, acceptum liberi, illis aſcendentibus ſuccedentes, in communem inſerunt & computant hæreditatem, ſeu coheredi contribuunt. *Germ.* einbringen / einwerffung der Güter. *Vid.* Wehn. *pr. obſ. & t. t. ff. & C. de coll. bon. Vinn. tr. de collat. bon. c 3.*

§. 3. Differunt ab invicem *imputatio* & *collatio*. Illa in legitimam, hæc verò in hæreditatem fieri ſolet: Nec omnia, qvæ imputationi obnoxia ſunt, collationem admittunt, veluti legata & fideicommiſſa, *l. 4. l. 7. l. 10. ubi Dd. C de collat. l. 35. §. & general. ter. C. de inoff. teſt. Carpz. p. 3 Conſt. 11. def. 10. n. 1.*

§. 4. *Collatio* jure canonico eſt *beneficii Vacantis* adſignatio gratuita, facta alicui Clerico ab eo, qvi jus conferendi habet. Dicitur *gratuita* ut excludantur pactiones Simoniacæ.

§. 5. Collatio beneficii eſt duplex. Libera & non Libera. *Libera* eſt, in qvâ is, qvi conferendi poteſtatem habet, omninò liber eſt, non alligatus vel præſentationi, vel ulli nominationi ab alio factæ. *Non libera*, qvâ is, qvi jus conferendi habet conferre ei cogitur, qvem Patronus præſentaverit, vel alius nominaverit, ex privilegio S. Pont. ut Reges ſeu Principes & Univerſitates Studiorum, vel cui Pontifex mandaverit provideri de beneficio, *c. 12. de præb. & dign. Peck. ad c. 1. n. 18. de R. I. in 6.*

COMMIXTIO. CONFUSIO. §. 1. *Commixtio* eſt, qvâ res ſolidæ ita commiſcentur, ut inde totum per aggregationem, *V. g. Si frumentum Titii cum frumento tuo miſtum fuerit. Vid. §. 28. Inſt. de Rer. diV. l. 5. pr. de rei Vind. conf. l. 4. in f. eod. add. l. 30. de uſuc.*

§. 3. Vocabulum confuſionis accipitur (1) qvando duorum res perfunduntur & commiſcentur. §. 27. *I. de R. D.* (2) pro com-

communione qvacunqve *l.26.§.4. de cond.indeb.* (3) pro vera & reali mixtione corporum in hereditate cum corporibus bonorum heredis. *l.1.§.12 de ſeparat. Hillig. Donell. enucl. lib.23. c.16 lit. e.* (4) pro perturbatione cognitionis, & ordinis judiciarii, *l.f.§.7.C.de re milit. c.2. X.de ord. cogn.* (5) pro hominum incondita turba, & permixta multitudine, *N.80. c.9.* (6,) qvando jura defuncti & heredis per aditionem hæreditatis confunduntur *l 5.l.14.21.24.50.36.171. de fidejuſſ.l.75.93.95. §. 2. & 3. de ſolut.*

§. 2. *In ultimo ſignificatu* Confuſio eſt ſpecies ſolutionis civilis, qvæ contingit, qvando jus crediti & debiti, item qvando principalis & fidejuſſoria obligatio in eandem perſonam confluunt. *l pen.de ſol.arg.l.ult.in fin.de nov.l.21.§.in fin. de liber. leg.l.50.de fidej.Briſon.de ſol.Caſp.Caball. tr.de evict.§.5. n.20.*

§. 3. *In primo ſignificatu* Confuſio eſt, qvâ ex materia duorum dominorum liqvidis vel liqvefactis una maſſa homogenea, ſeu corpus aliqvot fit. *§.27.Inſt. de rer. Div.*

§. 4. *Differunt Confuſio & commixtio* (1) confuſio fit in liqvidis & liqvefactis, commixtio in corporibus ſolidis, *d.§. 27.& 28.d.t.* (2) in confuſione plures materiæ, ſive corpora in unum qvodammodo coaleſcunt, in commixtione ſingula corpora in ſua ſubſtantia manent. (3) *Confuſa* non manent in propria ſubſtantia, ſed ita confunduntur, ut vel novam pariant ſpeciem, vel ſaltem corporibus & forma confunduntur: in *commixtione* neqve res in aliam tranſeunt ſpeciem, neqve ſubſtantiæ inter ſe confunduntur, ſed priſtina materia & forma manet, ut cum frumentum frumento miſcetur. (4) In *confuſione* totum compoſitum ex partibus unitis & continuatis conſtat, *ut cum vinum vino affunditur*; *in commixtione* corpora priora dejuncta, ſeparata & diſcreta manent, & compoſitum ex partibus diſtantibus conſtat, *ſic dicuntur miſceri grana frumenti, ex qvibus fit acervus: vel oves, ex qvibus fit grex. Manzius ad §. 28.n.1.Inſt. de Rer. Div.*

COMMISSUM. §. 1. *In commiſſum cadunt* res, ſi vectigal non ſolvatur, pro rebus illi obnoxiis, à perſonis nullam Immunitatem habentibus. Hoc eſt, merces improfeſſæ cadunt in fiſcum, die Güter/ſo nicht verzollet und angezeigt werden/fallē der Obrigkeit heim. *l.1.de publ. l.11. §.2. eod.*

COMMODATUM. §. 1. Accipitur commodatum (1) pro re commendata (2) pro contractu. Et tum vel *latiſſimè* pro conceſſione rei ad uſum; qvomodo & mutuum commodatum dici poteſt, *Ezech. 18. 8. Exod. 22. 14. Deut. 23. 20.* vel *Specialiter* pro conceſſione ad modum certum utendi.

§. 2. *Commodatum* eſt contractus, qvo res aliqva *gratis* ad *certum* uſum cuipiam conceditur, uſu illo *finito in ſpecie* reſtituenda, §. 2. *I. q. m. r. c. obl. l. 1. 17. §. 3. l. 5. §. 8. Com. l. 21. C. eod.*

§. 3. *Commodatum & Precarium* conveniunt reſpectu rerum & uſus. Qvæ enim res recipiunt commodatum, eædem etiam recipiunt Precarium. Et utrobiqve res conceditur utenda. *Differunt* verò genere & modo utendi. Commodatum eſt contractus: Precarium non eſt, *l. 14. de precar.* Commodatũ eſt utrinqve obligatorium: Precarium non. Commodatò res ad certum tempus vel finem conceditur. Precariò, qvamdiu concedens patitur; commodatarius omnem culpam præſtat: is cui præcariò res eſt conceſſa, dolum tantùm & latam culpam *l. 5. §. 2. commod. l. 23. de R. I. Wiſſenb. ad ff. par. 2. Diſp. 23. th. 19.* Differt prætereà à *Mutuo*, ubi res fungililis ad abuſum cum omni transfertur periculo; *Hic* verò ſolum ad uſum limitatum res non fungililis, periculo apud commodantem regulariter permanente, conceditur. §. 2. *J. qvibus modis re contrah. obl.*

COMMUNI DIVIDUNDO ACTIO. §. 1. *Communi dividundo actio* eſt, qvâ illi, qvibus res *particularis* communis eſt, inter ſe agunt de re iſta *dividenda*, commodis communicandis, damnis dolo, lata & levi culpa datis, alioqve intereſſe, re communi non rectè alterum uſum eſſe, præſtandis, ac impendiis reſtituendis, *l. 1. l. 3. l. 12. ff. comm. div. §. 3. I. de obl. qva ex qvaſ. contr.*

§. 2. Differentiam hujus actionis *ab actione fam. erciſc.* & *actione pro Socio* vide omnino apud *Eckolt. Commet. Pand. Comm. div. §. 3.*

COMPETENTIA. §. 1. *Privilegium competentiæ* eſt jus ſingulare, certis qvibusdam perſonis, ob naturalem æqvitatis rationem tributum, ut, in ſolidum licèt conventæ, in id tamen, qvod facere poſſunt, tantùm condemnentur, *l. 7 ff. & §. 1. Inſt. qvod cum eo qvi in al. l. 30. l. 17. l. 6. de re jud. l. 6. de ceſſ. bon. §. 37. & ſeqq. Inſt. de act.*

CON-

CONTRARIUM. §.1. Illa propriè dicuntur contraria, qvorum finis eſt contrarius & compaſſibilis: illa autem, qvæ ſe compatiuntur in origine & effectu, non ſunt propriè contraria. *Everh. à Middelb.loc.leg.19.n.13.*

COMPENSATIO. §.1. Sumitur compenſatio ferè dupliciter, (1) *Latiſſimè* pro adæqvatione rerum, qvæ qvocunq; modo aliqvam comparationem habent. Ita eſt lucri & damni compenſatio in ſocietate, *§.de illa Inſt.de ſociet.* (2) Refertur ad debiti cum alio adæqvationem, deductionem & retentionem unius pro alio: atq; iterum dupliciter (1) *late & generaliter*, cùm creditor loco rei debitæ aliud qvid volens accipit, ac illud pro re ipſa debita retinet. Sic accipitur *in l.1 Cod Rer. amot.l.6 C.de R.V.l.7.§.5.l.24.§.6.Solut.matr. l.39. de pign. act. l.20.C.de ſolut.l.6.C.de her inſt.l.4.C.de pet.her.* Eodemq; ſenſu compenſatio dicitur operari, vel *retentionem perpetuam*, qvæ habet vim & poteſtatem ſolutionis, *l.4. Cod. de compenſ.l.18.de pign.act.* vel *temporalem*, qvæ ſit loco pignoris, *l.39. d.t.* aut ad certum tempus debitum ſaltim tollat vel minuat, *ſec. l.5.de impenſ.in res dot.* (2) *Strictè* & per excellentiam, compenſatio eſt debiti & crediti adæqvatio, ſeu qvantitatum, qvæ in genere ſuo functionem recipiunt, ita ut unum pro alio invito alteri ſolvi qveat. *D. Hahn.ad Weſ.ff.de compenſat. num.2.*

§.2. Compenſatio alia eſt *voluntaria*, alia *neceſſaria*. Illa eſt, in extenſa ſignificatione, qvæ etiam non qvantitatum, & fit actore volente: *hæc*, qvæ non volente illo, & qvantitatum, *D.Hahn. d.l.n.2.& 6.*

§.3. *Compenſatio* eſt debiti & crediti inter ſe contributio *l.1.ff.de compenſat.* Vel: eſt ſolutio ſive liberatio, *l.54.de ſol.& lib.l.4.in fin. Qvi pot.in pign.* qvæ ita fit, ut id, qvod alicui creditum eſt, ac qvis debet, deſinat deberi, ideò qvòd eidem ipſe creditor, rem *ejusdem generis* & *tantundem* viciſſim *liqvidà* debeat, *l.1.2.3.4.11.21.de compenſ.l.4.Cod.eod.§.30.I. de action.*

§.4. Differunt *compenſatio & reconventio.* (1) Reconventio proponitur per modum actionis, compenſatio per exceptionem. (2) compenſatio eſt qvædam ſolutio, *l.4.l.10.de compenſ.* reconventio neutiqvam, ſed ſpecies actionis, *l. 4. qvi pot.in pign.l.19.de lib. cauſ.* (3) compenſatio fit ipſo jure, & oppoſita fingitur (*translativâ juris fictione*) facta ex

die, qvo mutuò cœpit deberi, *l.11. l.21. de compenſ.* Reconventio tantùm facti eſt. (4) Reconventio eſt debiti litigioſi, compenſatio non niſi debiti liqvidi. *D.Hahn.d.t.n.8.& 9.*

§. 5. *Compenſatio à retentione* differt. Retentio enim non eſt pro ſolutione, *arg.l.26.§.4.de cond.ind.l.5.de dot.præleg.* Neqve fit ipſo jure, *arg.l.14.§.1.comm.div.* Nulla eſt, niſi actualiter poſſidentis, *l.1.pr.de pign.l.29.§.1.de evict.* Retineri poſſunt tam ſpecies qvàm res fungibiles: Retinetur etiam debitum illiqvidum. Qvicunqve compenſat, retinet, ſed non omnis, qvi retinet, compenſat. *arg.l.36.§.14. de adm. tut. D.Hahn.d.t.*

COMMISSORIUM PACTUM. §. 1. *Pactum Commiſſorium* eſt, qvo inter creditorem & debitorem ita convenit, ut ſi tempore deſtinato debitum non ſolvatur, res oppignorata pro qvantitate debita, pleno jure acqviratur. *Mæſtert. de Leg.Commiſſ.q.2.n.1.* Qvod pactum eſt prohibitum. *l.f. C. de pact.c.ſignificante, 7. x. de pign.*

§. 2. *Lex commiſſoria* eſt pactio emtionis, qvâ id agitur, ut ſi intra certum diem pretium non fuerit ſolutum, & venditor rem veniſſe nolit, res ſit inemta, *l.2.& ſeqq.D. de leg.commiſſor.*

CONCUSSIO. §. 1. *Concutere* in genere eſt terrorem injicere pecuniæ vel alterius rei extorqvendæ cauſa. *In ſpecie* videtur dici Concuſſio, qvando non mortis, ſed alicujus moleſtiæ aut incommodi metu illato, pecunia aut res extorqvetur. Ita *concuſſor* eſt, qvi v.c. ſimulato præſidis juſſu pecuniam vel rem conſecutus eſt, *l.1.ff.de concuſſ.* qvi pecuniæ vel rei extorqvendæ gratia accuſationem aut teſtimonii dictionem comminatus eſt, *l.2.eod.* qvi in officio aut adminiſtratione conſtitutus per terrorem extorſit privato venditionem alicujus rei, *l.pen.C.de his qvæ vi met.*

CONCORDITER. §. 1. In omni diſpoſitione, in qva aliqvid per plures *concorditer* fieri debet, intelligitur, nemine diſcrepante, maximè in materia contractus, & ſtricti juris, *Alex. l.2. conſ.124. n.2. Tuſch.lit.D.concl.253.*

Licet propriè illud dicatur, *Fieri concorditer*, qvod fit ab omnibus nemine diſcrepante, tamen ratione ſubjectæ materiæ, illud dicitur fieri concorditer, vel in plena concordia, qvod fit

per

per majorem partem univerſitatis vel collegii. *Everh. à Middelb. loc leg. 93. n. 17.*

COLLUSIO. §. 1. *Colludere* dicuntur inprimis ipſi litigatores, actor & reus, cùm litem ſimulant, ex pacto alter alterum patitur vincere in cauſa, ut ita præjudicium fiat alicui, qvales Prævaricatores appellantur, *l. 5. C. de colluſ. deteg.* Item Procuratores cauſarum, qvando alter alteri cauſam domini ſui prodit, & cùm vincere poſſet, patitur ſe vinci & condemnari, *l. 1. §. 6. ad SC. Turpil. l. 252. de V. S. add. tit. X. de colluſ. deteg.*

CONSTARE. §. 1. *Conſtare* dicitur, qvod palam eſt, & palàm eſſe dicitur eſſe illud, qvod apud omnes eſt, vel majorem partem hominum loci, *Zaſ. conſ. 69. in fin.* Et de jure alterius dicitur *judici conſtare*, qvando omni dubitatione caret, qvod ille jus habet, vel è converſo, qvòd jus non habet, *Rom. conſ. 329. n. 10.* Et *jura partium* dicuntur conſtare, qvando ambarum partium mutua diſceptione panduntur, *l. f. C. ſi per vim. Tuſch. lit. C. concl. 781.*

§. 2. *Conſtare* non dicitur id, qvod in ſcriptura litteraliter non continetur, licet virtualiter eliciatur; & ideo diſpoſitio relativa ad id, qvod conſtat in libris, non operatur, niſi conſtet per ſcripturam apparentem, *Tuſch. lit. D. concl. 285.*

§. 3. Verbum *Conſtiterit*, refertur qvandoqve ad ſententiam, tamen regulariter refertur ad probationes. Et qvando judici aliqvid committitur ſub hoc verbo. *Si tibi conſtiterit*, ſemper reqviritur cauſæ cognitio, citatis citandis, aliàs actus reddiditur nullus, *Tuſch. lit. C. concl. 782.*

§. 4. Verbum *Conſtiterit* importat tempus futurum, & etiam præteritum, & præſens, ideoqve ſi conſultor conſulat aliqvid faciendum cum clauſula, *ſi tale conſtiterit*, ſi illud conſtabat tempore conſilii, verificatur conditio, *Bald. l. 2. conſ. 265. n. 3. Tuſch. d. c. 782.*

CONSCIENTIA. §. 1. *Conſcientia* dicitur dictamen practicum intellectus à DEO inditum, qvod homini præſcribit, qvid faciendum, qvid omittendum, *D. Struv. Exercitat. 2. theſ. 13.*

§. 2. *Obligare in conſcientia* eſt ita obligare, ut ſecundùm illud dictamen aliqvid ſit faciendum vel omittendum:

adeoqve ſi contra qvis agat, DEUM offendat, & pœnæ, qvâ crimen divinitus vindicetur, obnoxius fiat, add. *Dn. Georg. Calixt. Theol. mor. p. 29.*

§. 3. Differunt ab invicem, committere factum alicujus conſcientiæ (Wann er ihme die Klage allein ins Gewiſſen ſchiebet) & committere ſcientiæ & notitiæ (wann er Ihme die Klage nicht alleine ins Gewiſſen/ ſondern auch in ſeine Wiſſenſchafft und Wohlbewuſt ſtellet. Priori caſu de veritate juratur, qvòd certò ſciat jurans rem ita ſe habere. At caſu poſteriori, juratur duntaxat de credulitate & notitia. Solum verò *factum proprium* alicujus conſcientiæ committi poteſt. At *factum alienum* ſoli alicujus conſcientiæ neqvit committi, ſed tenetur in ſe ſuſcipere hoc caſu deferens juramentum, onus probandi. *Dn. Carpz. p. 1. Conſt. 12. def. 40. & ſeq.*

CONCUBINATUS. §. 1. *Concubina* (1) propriè ſignificat fœminam ſolutam, minùs honeſtam, *l. 1. §. 1. l. 3. de concub.* qvæ ad tempus habetur, causâ concubitus, citra affectionem conjugalem, *l. 1. pr. l. 4. eod. arg. l. 9. C. de nupt.* (2) impropriè, per analogiam aliqvam denotat veram qvidem uxorem, ſed qvæ concubina dicitur tantùm qvoad effectus qvosdam civiles, puta qvæ non juncta eſt viro cum pactis dotalibus aut reliqvis nuptiarum ſolennitatibus. Hæc enim nihilominus & revera uxor eſt, *d. l. 9.* licet Ebræis aliisqve ſemper uxoris nomine non venerit. *Exemplum eſt in eis, qvi diſt. 34. & in Car. M. Capitularibus. l. 7. t. 41. & 20. Gen. 25. 6. D. Hahn. ad* Weſ. *de concubin. num. 2.*

§. 2. *Concubinatus* eſt conjunctio viri & mulieris diuturnæ cohabitationis & concubitûs gratiâ initâ, citra affectionem maritalem, *l. 4. de concub. l. 41. §. 1. de rit. nupt. l. 3. §. 1. de don. int. vir. & ux. l. 31. de donat. l. 49. §. 4. de leg. 3. l. 144. de V. S.*

§. 3. *Differentia concubinæ propriè ſic dictæ & uxoris eſt* (1) Licèt qvidem etiam unica concubina ſit in conſortium aſſumta, *l. un. C. de concub. l. f. C. comm. de ſucc. l. 121. §. 3. de V. O.* non tamen in uxorem & matremfam. *d. l. 41. §. 1. d. l. 3. §. 1.* ſed habetur tantùm causâ concumbendi, nō affectionis maritalis, Beyſchlaffens halber/ *l. 1. de concubin.* (2) conſvetudo illa eſt diuturna, non perpetua, *l. 2. l. 3. eod.* Et facilis fuit repudiatio

con-

concubinæ, cum & ipſa divortia ab uxore jure Romano præſertim veteri permittebantur. (3) Concubina vel libertina eſt, vel ingenua qvidem, ſed humilis, minùs honeſta, qvæ corpus proſtituit, *l.1.§.1.l.3.pr.eod.* unde dicitur *in l.94.§.4. de leg.3.* qvòd uxor & concubina nonniſi dignitate differant, *add.l.3.§.ult.inf.l.46.inf.de V.S.l.67.§.10. de leg.2.l.29.C.de adult.* Jure canonico concubina ab uxore non tam affectione maritali, qvam aliqvando nuda dignitate & effectibus, atqve ipſe concubinatus, itidem eo jure permiſſus, à conjugio ferè qvoad ſolennitates tantùm videtur differre, *c.4.diſt.34. c.12.11.q.2.XXXII. add.c.1.2.6.diſt.33. Add. Marc. Anton. de Domin.lib.5.de republ.eccleſ.cap.11,num.58. D. Hahn. d. l. D.Struv.exerc.30.theſ.87.& ſeqq.*

CODEX. §.1. Qvid ſit Codex Gregorianus & Hermogenianus, Theodoſianus, Juſtinianus, Repetitæ prælectionis, *vide latè Gothofr. Manual.jur.in hiſtor.jur.cap.4.& ſeq. D. Struv. exercitat.1.theſ.65.& ſeqq. Bicc.in proleg. Rer.qvotid. Schultz. in præf. Synopſ. Inſt.*

CIVITAS. §.1. Civis eſt ſocius civitatis, qvi jurium illius & immunitatum particeps eſt, *A. niſ.l.1.Rel.Pol. cap.5. Civis eſt ſocius multitudinis, qvi particeps eſt ſuffragiorum & juris de Republica ſtatuendi.*

§.2. *Civis Romanus* dicitur, qvi jure Romano utitur, *per l.1.ff ad municip. Add.Reiger, theſ. jur. voc.Civitas.n.23.*

§.5. Civitatis vocula variè a variis accipitur. (1.) Nonnunqvam ipſam ædificiorum & prædiorum univerſitatem notat. *Card. Mantica Lucubr. Vatican. l.18.tit.24. num.11.* (2) Non raro ipſum jus civitatis, das Bürger-Recht / uti in vulgari illa phraſi, *Civitate donare*, obtingit, *Meichſner. 4. deciſ. 21. num.116.* (3) Nec unqvam cum genuino & nativo *urbis* ſignificatu confunditur & illam ædificiorum continentiam, qvæ muris cingitur, importat. *Hier.de Mont.tract. Fin reg.cap.5.num.1.Caſſ.Ziegler.in commun.Concluſ. ad aur. prax. Nic.Calvoli.§.Civitas in proœm.num.1.* (4) non minus etiam vocula hæc ad ipſum Senatum, Conſules, Regentes & Adminiſtratores refertur, utpote civitatem repræſentantes. *Zaſius in l. civitas. num.6. ff. ſi cert. pet. Meichſner d. deciſione 22. num. 116.* (5) Propriè ipſam civium ceu homi-

hominum iisdem legibus ac moribus utentium conjunctionem notat, *Cic.in Somn.Scipion.* & *pro Sestio.* *Paurmeiſt. de jurisd. l.2.c.ult.num.1.* & 8. qvamvis abuſivè hodie pro cœtu civium urbem muro clauſam inhabitantium ſumatur, *Wurmſer.1.tit.49. obſ.2. Paurm.d.l.n.7. Caſp.Ziegler.d.l. Limn. de jur.publ.7.cap.1.*

§. 4. *Civitas* eſt ſocietas ex pluribus pagis perfecta, omnis penè ſufficientiæ finem habens, orta qvidem cauſa vivendi, permanens autem bene vivendi cauſa, *Ariſtot.1. Pol.2. Balth.Cellar.Polit.lib.1. cap.7.*

§. 5. Magna diverſitas eſt inter urbem & Civitatem. Urbs ſiqvidem nihil aliud eſt, qvàm locus ipſe, & domicilia mœnibus concluſa, *l.239.§.6. de V.S.* Qvid verò civitas propriè ſit, ex prioribus colligi poteſt. *Caſpar. Ziegler. d.l. num.6.* & *ſeqq.*

§. 6. Civitates Imperii ſunt vel mediatè, vel immediatè Imperio ſubjectæ, R A. 1544. §. Die Frey-und Reichs-Städt. *Mediatè Imperio ſubditæ civitates* illæ ſunt, qvæ homagium Principi territorii præſtant. Hæc præſtatio cùm diverſimoda ſit, diverſam rurſus mediatarum conditionem importat. Aliæ enim ſimpliciter & abſolutè homagium præſtant, & merè ſubditæ ſunt Principi ſuo, atqve municipales ſive provinciales dicuntur Land-Städte/ Fürſten-Städte/qvandoqve etiam Erb-Städte. Aliæ verò & ipſæ qvidem homagium Territorii domino præſtant, ſed conditionaliter, & ab Imperatoribus in eo privilegiatæ, ut merè ſubditæ Principi ſuo non ſint, ſed multa libertatis obtineant axiomata; unde nec municipales propriè, nec Land-Fürſten/ aut Erb-Städte/vocari, ut cæteræ poſſunt, ſed certo reſpectu Frey-Städte ab aliis audiunt. Talis videbatur eſſe Hamburgum, Luneburgum, atqve Brunſvigum. *Vid.Sixtin.de Regal.1.c.4.n.84.*

§. 7. *Immediatè Imperio ſubditæ civitates* ſunt illæ, qvæ ſoli Imperatori obedientiam & fidelitatem jurant. Et hi juſto titulo *Imperiales* vocari merentur.

§. 8. Dividuntur à qvibusdam Civitates Imperiales, in *Imperiales in ſpecie* ita dictas, & in *Imperiales Liberas*. Ajunt illi, Imperiales eſſe, qvas Germaniæ Reges vel Cæſares condiderunt, & qvæ Imperio ſtatim ab initio addictæ, cujus

in

in teſtimonium in inſignibus habeant vel aqvilam integram, vel ejus partem. *Liberas Imperiales* eas, qvæ olim ſub jugo fuerunt Epiſcoporum, vel aliorum, eaqve poteſtate liberatæ, ultrò ſeſe Juri Imperiali, ſed cum qvadam reſervatione ſubdiderunt: hasqve in inſignibus nil qvicqvam ab aqvila mutuatum habere. *Vid. Beſold. diſc. de jur. & imper. Imper. civitat. num. 4.* & omnium maximè Wehner. *in Obſerv. pract. verb.* Freye Reichs⸗Städte. Verùm qvòd hæc verbalis potiùs, qvàm realis differentia ſit in has civitates, tradit *Limnæus de jur. publ. l. 7. cap. 1. n. 34.*

CONDICTIO. §. 1. *Condicere* (1) eſt ſimul dicere, *l. 66. de contr. emt.* (2) condicere eſt dicendo denunciare. Unde olim vocatus in judicium tenebatur ire, niſi duci vellet, vel etiam ſatisdare, *t. t. in jus voc. ut eant*, qvod poſterius ſi eligebat, differebatur itio in diem certum, qvem actor dicebat. Hunc autem diem ita dicebat actor, ut & reus ſimul eum diceret, ille denunciando, qvo reus debebat die ſe ſiſtere, hic contra denunciando, qvo die vellet adeſſe, *arg. l. 8. qvi ſatisd.* Hoc ſenſu *condictio* nihil aliud eſt, qvàm in diem certum, qvo litigantes in jus ire debeant, denunciatio. (3) Condicere translatum eſt ad actiones perſonales, & ſignificat repetere, vel petere ab illis, qvibus dare aut facere incumbit. *§. 15. de actionib. l. 13. de mort. cauſ. don. junct. §. 1. l. de action. l. 175. de V. S. l. 218. eod. D. Hahn. ad* Weſenb. *de cond. cauſ. dat. num. 1. D. Struv. exerc. 18. theſ. 2.*

§. 2. In ultima ſignificatione condictio accipitur dupliciter: (1) in genere pro *qvavis actione perſonali. l. 25. pr. de O. & A. l. 4. §. 2. & fin. de reb. cred. §. 15. I. de action.* (2) ſtrictè vel ſpecialiter ſignificat eas actiones in perſonam, qvibus *non dominus* intendit ſibi dari (vel etiam qvis factum ſibi locove ejus intereſſe, *l. 13. de re jud. l. 72. in fin. de V. O.* præſtari *Bachov. in d. l. §. 15. & tr. de action. D. 4. theſ. 8.*) oportere, *d. §. 15. junct. l. ult. in fin. Uſufr. qvemadm. cav.*

§. 3. *Condictio certi* eſt, qvâ non dominus petit rem certam ab eo, qvi ad eam dandam ex qvavis obligatione tenetur. *l. 9. l. 24. de reb. cred.*

§. 4 *Condictio incerti* vocatur, qvâ incertum qvid petitur, *arg. l. 8. de act. emt. Vid. Dn. Struv. exerc. 26. th. 38.*

§. 5.

§. 5. *Condictio certi ex chirographo*, datur ex contractu chirographario, *t.t. I. de lit. oblig.*

§. 6. *Condictio ex canone*, dicitur exemplo condictionis ex lege, ſi jure canonico obligatio introducta ſ. firmata, neqve cautum, qva actione ſit utendum.

§. 7. *Condictio cauſâ non ſecutâ* eſt, qvâ is id, qvod ob cauſam futuram honeſtam, *ſeu ob rem factumve promiſſum*, alteri dedit cauſâ eâ ab altero non præſtita, *ſeu promiſſione rei factive non impletâ*, repetit *l. 1. l. 13. §. 2. de cond. cauſ. dat. l. 25. de cond. indeb. Add. Clud. de cond. ob cauſ. dator. c 1. & 2.*

§. 8. *Condictio ob turpem cauſam*, vocatur, qvâ id, qvod ob factum reſpectu ſolius accipientis turpe datum aut promiſſum, repetitur, licèt factum præſtitum ſeu cauſa ſecuta fuerit, *l. 1. de cond. ob turp. l. 6. C. eod. Vid. Clud. de cond. ob turp. cauſ. c. 1.*

§. 9. *Condictio ob injuſtam cauſam*, dicitur, qvâ repetimus id qvod ſimpliciter ex cauſa injuſta, per vim ſcil. vel metum &c. acceptum eſt, *l. 7. de cond. ob turp. vel injuſt. cauſ. l. 2. C. qvod met. cauſ.* Sic & condicuntur fructus, qvos m. f. poſſeſſor ex re noſtra provenientes, conſumit, *l. 2. C. d. 8.*

§. 10. *Condictio ſine cauſa* appellatur illa, qvâ res ſive cautio, qvæ apud alium ſine ulla cauſa ſeu titulo eſt, repetitur, *l. 1. pr. l 3. de condict. ſin. cauſ.*

§. 11. *Condictio indebiti* eſt, qvâ qvis repetit, qvod alteri indebitè per errorem ſolvit, vel ſaltem ſe ſoluturum cavit, *Par. 1. l. q. m. r. c. 1. Par. 6. I. de Obl. qva. ex qſ. contr. l. 1. de condict. indeb.*

§. 12. *Condictio ex lege*, eſt in perſonam actio, qvâ id dari oportere intenditur, qvod debetur ex obligatione civili, qvæ introducta eſt nova (*poſt LL. XII. Tabb. ſc. latâ*) Lege non exprimente qvo genere actionis experiundum ſit, *l. un. de condict. ex leg. vid. l. 35. §. f. C. de donat. junct. num. 172. c. 1. l. 27. §. ult. l. 28. ad L. Jul. de adult. l. 21. de donat. l. 2. C. de debit. civit. l. 1. C. de condict. ex Leg.* Hujus condictionis exemplo dicitur qvoqve *condictio ex moribus*, ſi moribus obligatio ſit introducta ſeu firmata, neqve cautum, qva actio-

ne

neſit utendum, *D. Hahn. Zaſ. ad tit. ff. de condict. ex Leg. D. Struv. exerc. 18. th. 57.*

§. 13. *Condictio furtiva eſt*, qvâ rem furto ablatam, à fure, ejusvé herede, repetimus, *l. 1. l. 7 §. 2. de condict. furt. §. 14. I. de act.* Hæc condictio eſt rei perſecutoria actio, *d. l. 7. §. 2.* Ex delicto non naſcitur. *Eckolt. h. t.*

§. 14. *Condictio furtiva certi & incerti* eſt. *Certi*, cùm res furtiva eſt certa. *Incerti*, cùm res eſt incerta. *Vid. Wiſſ. ad tit. ff. de cond. furt. D. Struv. exercit. 18. th. 51.*

§. 15. *Condictio Triticiaria* eſt, actio in perſonam prætoria, qva æſtimationem rei dari oportere intenditur, atqve ut arbitrio judicis pro ratione loci ac temporis res debita æſtimetur, petitur. *l. pen. & ult. ff. de cond. tritic.*

CONTUMACIA. §. 1. *Contumacia* eſt inobedientiam erga Magiſtratum, dolo vel culpa in committendo vel omittendo commiſſa, legitimo modo coërcenda, *t. t. Si qvis jus dic. Hoſt. in ſumm. n. 1. de contum.*

§. 2. Contumacia eſt vel *judicialis*, vel *extrajudicialis*, illa iterum vel vera vel ficta. *Vera* eſt, ſi legitimè citatus, accuſante adverſario, ſciens, ſine aliqvo impedimento, judicium fugiat, *l. 73. §. fin. de judic. l. 23. §. fin. de appell. Ficta*, præſumta, ſeu interpretativa, ubi de cauſis abſentiæ judici non conſtat, *Hoſt. d. num. 1.* vel qvando ſufficienter qvidem citatus emanere tamen creditur absqve malitia, eo qvòd ad notitiam ejus citatio fortè non pervenerit. Cujus diſtinctionis maximus eſt uſus. *Umm. diſp. 6. num. 3.*

§. 3. Contumacia eſt vel ejus, qvi in judicio comparet, vel ejus, qvi non comparet. Illa dicitur *Contumacia non agentis*, & eſt, qvando pars vel ipſa vel per Procuratorem in judicio eſt Præſens, & agenda non agit, vel in eo morari neſtit, *Ord. Cam. p. 3. tit. 41. Agenda non agere* dicitur, qvi intra terminum præſtitutum non agit. *In non-agendo autem moram nectere*, qvi agendi facultatem habens, terminum non anticipat. Utroqve caſu non-agens facultate agendi privatur, atqve terminus pro purificato habetur, *Ord. Cam. p. 3. tit. 6.* Gem. Beſch. 3. *Jun.* 1577.

§. 4. Con-

§. 4. *Contumacia non comparentis* committitur, ſi Actor & Reus ſe judici non præſentant, diciturqve contumacia in non comparendo, *Jac.Blum.proc.Cam.tit.66.*

§. 5. *Contumax verus* tribus modis dicitur: (1) qvando qvis citatus non comparet, & contumacia ejus accuſatur. (2) qvando citatus comparet, ſed ſine licentia recedit. (3) qvando citatus comparet qvidem, ſed eſt contumax in reſpondendo, *Jac. Ayrer. Proceſſ.p.1.c.4.obſ.3.n 6.*

§. 6. *Contumaciam purgare* qvid ſit, *vid.voc.purgare.*

COMPULSORIALES. §. 1. *Compulſoriales* ſunt literæ, qvibus judex *ad qvem*, poſt appellationis receptionem, judici *à qvo* mandat, ut acta cauſæ ad ſe, intra certum terminum transmittat, *l.2.C.de edend.* ut veritas inqviri, & falſitas vitari poſſit, *c.qvoniam de probat. Roding.Pand.Cam.l.1. tit.13.*

§.2. Practicorum diſcrimen obſervandum inter Compulſoriales & Reqviſitoriales. *Compulſoriales* dicuntur literæ mandatoriæ à judice emiſſæ, ad eum, qvi inſtrumentum habet, & ipſius jurisdictioni ſubeſt. *Reqviſitoriales* verò emiſſæ à judice ad eum, qvi inſtrumentum habere dicitur, & ipſius jurisdictioni non ſubeſt, *Roding.d.l.3. tit. 13. in Commentar.* (2) Differunt *Compulſoriales* & *Mandata compulſorialia.* Mandatis compulſorialibus pro edendo documento &c. contra *Partem adverſam*, vel etiam *Tertium* emanatis citatio ad docendum vel videndum annecti ſolet, non verò compulſorialibus adverſus judicem decretis, *Jac Blum.Proc.Cam.tit.52. num.14.* Compulſorialibus ſimplicibus ad edenda Acta ſi non pareatur, tunc demum decernitur illa citatio & Arctiores ſub pœna banni, *Jac.Blum. d.l.*

COLONI. COLONIÆ. §. 1. Non veniebant extrinſecus Coloniæ in civitatem, nec ſuis radicibus nitebantur, ut municipia, ſed ex civitate Romana qvaſi propagatæ erant. & jura inſtitutaqve omnia populi Romani, non ſui arbitrii habebant, *Gell. 16. Noct. Attic. 13. Sntholt. diſſ.de jurisdict. theſ. 220.*

§. 2. *Colonia* prædium eſt, qvod à colono poſſidetur & colitur, *l.24. §.4. ff. Locat.l.20.§.3.de inſtr.leg.*

§. 3. *Colonus* propriè dicitur, qvi agrum certâ pecuniâ conductum colit. in eo ab inqvilino diverſus, qvod colonus

nus agro, in ædibus autem inqvilinus ſit, *l.37. de acq.poſſ.* Latè, qvi penſione qvacunqve conductum habet, *l.1.2.3. Si ag. Vect.* §.3. *l. de loc. cond.*

§. 4. Dantur coloni *ratione pœnæ perpetui*, illi ſcil. qvi proſperâ corporis valetudine haud deſtituti adverſam mendicitati ſuæ prætexunt, qvales ad colonatum perpetuum addicuntur illi, qvi fucum detexerit, *l. un.* C. *de mendic. Valid. Paul. Chriſtin.dec.Bel.Vol.5. deciſ.78.num. 2.*

§. 5. *Coloni Adſcriptitii* dicuntur illi, qvi gratis, aut interveniente pretio domino ſoli promiſere, ſe nunqvam ſolo diſceſſuros, & annuos prædiorum proventus præter ſimplum & victum reddituros, *l.23.l.15.*C.*de agricol.l.f.C. in qvib.cauſ.col. l.19.*C.*de re milit.l.20.*C.*de Epiſc.& Cler.l.112.pr.de leg.11.* qvales ut membra terrarum cenſentur pro rebus immobilibus, ſicut ipſa terra, *l.3. ff.de div.temp.praſcr.de qvib. Vid.Valaſc. lib. 37. num 3. de jur.emphyt.Chriſtin.Vol.3.deciſ.78.n.12.*

§. 6. Alii Coloni dicuntur *Originarii*, qvòd ab adſcriptitiis prognati eadem conditione ligentur, *l.13.pr.*C. *de agricol. l.11.l.32.* C.*eod.*

§. 7. Coloni qvidam *Cenſitorum* nomen ſortiti fuere, qvòd unà cum ipſo fundo, cui erant adſcripti in libros cenſuales ſive cenſum publicum fuerint relati & ita per ipſos tributi ſive cenſus perſolvendi obligatio aucta, Vid. *de his Alvar. Valaſc. q.32.n.5.de jur.emph.Chriſtin.Vol.5.deciſ.78.n.1.*

§. 8. *Coloni colonariæ conditionis*, ſive conditionales, dicuntur illi, qvi prævia ſcriptura vel promiſſione de colendo agrum in perpetuum 30.annorum ſpatio in conditione colonaria ſunt detenti; hi enim licet liberi permaneant, fiunt tamen una cum prognatis ex tanto temporis lapſu conditionis colonariæ; neqve terrâ illâ derelictâ in alia loca demigrandi facultatem amplius retinent, *Vid.Valaſc.qvæſt.37.num.13.*

§. 9. Coloni alii vocantur *ſimplices*, liberi ſc. homines, ad tempus fundi culturam conducentes, de qvibus agitur, *l. 1. & ſeqq.* C. *de agricol.* Et horum qvidam parte fructuum aliqva perceptâ alienis arvis excolendis inſudant, coloni inde partiarii dicti, *l.25.§.6.Locat.* qvidam verò ad propriam utilitatem fundum conducunt, certo tempori & penſioni adſtricti, qvos propterea conductitios dixeris, *Valaſc.d.q.37.n.17.*

§. 10. Extant in jure coloni, qvi agros colebant Imperatoris, *Dominici* inde dicti ſive patrimoniales*l.7.C. ubi cauſ.ſiſc.l.5.C.de agric.l.1.C.de præd.Tamiac.*

§. 11. *Coloni ſuperficiarii* vocantur, qvi ea conditione aream conduxere,ut ſibi in ea ædificare liceat, & domum ubi libuerit,tollere*;Calvin.in lexic.voc. Colonus.*

§. 12. *Jus perpetuæ Coloniæ.* (1) impropriè & latiſſimè ſignificat qvodcunqve jus rem alienam perpetuò colendi. (2) propriè & ſtrictiùs qvidem denotat jus colendæ rei alienæ,titulo nullo præcedente,uniformis canonis ſolutione, longiſſimo tempore qvæſitum, *arg.l.ult.C de fund. patr. l.2. C. de praſcr. 30. vel 40. ann.* Latiùs autem accipitur pro qvocunqve jure in re alterius,titulo nullo prævio per legitimi temporis poſſeſſionem uniformi aliqva præſtatione acqviſita,*arg.§.ſi qvis.2.F.26.* Dici aliàs a Noſtris ſolet jus Colonarium. *Dn. Juſtus Hahn. de jure colonar.* Jus autem perpetuæ coloniæ nihil aliud eſt, qvàm poteſtas prædium perpetuò, & ſine temporis præfinitione colendi,hoc eſt, exercendi,curandi ad percipiendas inde utilitates,& ad hæredes transmittendi,*arg.l.10.C.Locat.l.1.C. de off. com. ſacr. l.f.C.de locat. præd.civ.*

COGNITIONES EXTRAORDINARIÆ.§.1.*Cognitiones extraordinariæ* dicuntur, in qvibus favore cauſarum perſonarumve,neqve præſcripta formula neqve judice dato,ſed extra ordinem h.e.jure qvodam imperii & ex æqvitate ſine ſtrepitu judicii Prætor vel Præſes ipſe cognoſcit: Tales ſunt artes liberales,ſalaria Medicorum,Profeſſorum, Advocatorum, Obſtetricum,Nutricum *l.1.pr. & §.§. ſeqq. π. de extraord. Cognit.*

CONFESSORIA ACTIO. §.1. *Actio confeſſoria* eſt actio realis,competens alicui ratione ſervitutis conſtitutæ, alteriusve juris,contra impedientem, ad hoc, ut judex declaret, actoris jus competere,condemnetqve reum, ut ceſſet ab impedimento,eoqve nomine caveat,fructusqve perceptos & intereſſe præſtet, *§.2.I.de action.l.7.l.12.& t.t. Si ſerv.vind.Schneidw. & Manz.ad d.§.2.*

§.2. Eſtqve vel *directa*,vel *utilis*. *Illa* ſoli competit domino ſervitutis *l.2.§.1.π. Si ſerv.vind.* *Hæc* datur vel illis, qvi jus aliqvod interius & infirmius habent, qvales ſunt Emphyteutæ

teutæ *l.16. π.de ſervit.* Vaſallus *o.un.2.F.8.b.* f.poſſeſſor, vel pro aliis juribus ſimilibus, ut ſunt Juriſdictio, jus decimarum & jus Patronatus. *Hahn.in not. ad* Weſenb.*Si uſusfr.pet. n.2.*

CONCORDI-Gelder. §. 1. In Camera Imp. Nunciorum Magiſter (Bottenmeiſter) ab eo, qvi Proceſſus per Notarium inſinuari vult, in dena milliaria qvinos Bacios, vel qvantum æqvum eſt exigit, idq; ab ipſo conſignatum atqve per ſolventem ſubſcriptum pixidi infert, & qvovis trimeſtri inter nuncios diſpertitur. Gem. Beſch. 1. *Oct.* 1661. §. 10. neqve Proceſſus ante realem exſolutionem extradit. Gem. Beſch. *3. Sept.* 1653. §. 10. Et qvod hoc modo exigitur ſolviturqve, vocari ſolet Concordiæ, Concordi-Gelder. *Jac. Blum proc. Cam. tit. 17. n. 11.*

CONSULTA CAMERÆ. §. 1. Hæc nihil aliud ſunt, qvàm qvæſtionum dubiarum in Collegio Camerali conſultarum reſolutarumqve deciſiones. Cæteroqvin appellantur *Concluſa Cameræ ſeu Collegii; Communia Concluſa; Reſolutiones Dubiorum. Jac. Blum proc. Cam. tit. 2. n. 12.*

CONTRAHERE. CONTRACTUS. §. 1. *Contractus* eſt ultro citroq; obligatio, qvod Græci *συνάλλαγμα* vocant, veluti emtio venditio, locatio conductio, ſocietas, *l. 19. de V.S.*

§. 2. *Contractus*, jure Roman. eſt conventio, qvæ ex ſe & ſui natura producit obligationem ad agendum efficacem. Natura (facultas ſ. indoles naturalis) in eo eſt, qvod habeat vel *certum nomen*, vel *cauſam*, *arg. l. 1. de O. & A. junct. l. 8. §. 1. & 2. de pact. l. 1. §. 2. de rer. permut. Vid. Suthol. diſſ. 12. aph. 47. Dn. Hahn. ad* Weſ. *ff. de pact. num. 2.*

§. 3. *Vox contractus* ex uſu Rom. tripliciter accipitur: (1) *Latiſſimè*, ſed minùs propriè, pro qvolibet facto unde obligatio deſcendit, *l. 20. de jud. l. 7. C. de his qvæ vi.* Referturqve etiam ad delicta *l. 52. de re jud.* Et hoc ſenſu contractus alii dicuntur voluntarii, alii involuntarii. (2.) Propriè ſed ſtrictiùs eſt illa ſpecies veri contractus, qvi ab utraqve parte eſt obligatorius. *l. 19. de V.S.* (3) Propriè & latè ſumitur pro verò contractu, *l. 15. l. 22. de præſcr. verb. l. 35. §. 3. de tac. & umb. contr.*

§. 4. *Contractus unilaterales, bilaterales. Unilaterales* ſunt, ex qvibus unus ſolùm obligatur, alter non; ideoqve ex uni ſolum contra alterum datur actio, ut ſunt, mutuum, chirographum & ſtipulatio.

Bilaterales ſunt duplicis generis (1) Aliorum enim natura hæc eſt, ut ambo contrahentes ſibi invicem ad qvid præſtandum æqvè principaliter obligentur,ut ſunt emtio venditio, locatio conductio & ſocietas: adeoqve etiam ſe mutuò ejusdem conditionis actione, *ſeu utrinq; directâ*; convenire poſſint. (2.) Alii verò ita ſe habent, ut unus principaliter ſit obligatus, is nim. qvi accepit aliqvid ab altero, ac in ſe recipit id,propter qvod contractus eſt initus: alter verò ex accidenti ſ. ſecundariò obligetur,& non ex eo,cujus gratia contractus initus, ſed ex concurrente qvadam naturali æqvitate teneatur, ut ſunt: Mandatum,Commodatum,*l.17.§.3.v.ſed & ſuſcepta.ff. Commod.* Depoſitum, Pignus; qvaſi contractus,Tutelæ & negotiorum geſtio. Atqve in hiſce contractibus datur *directa actio* in eum,qvi principaliter, *contraria* verò in eum, qvi ſecundariò eſt obligatus, *Vid. D.Vinn. in §.2 I.q.m.r.obl.n. 2. D. Struv.exerc.9. th.6.*

§. 3. *Contractus nominati,vel innominati ſunt.*

Nominati ſunt,qvi habent nomen ſpeciale & diſcretivum. Seu,in qvibus conſenſus ad certas circumſtantias eſt determinatus,veluti,ut in Emptione Venditione fiat rei commutatio cum pretio,in Commodato concedatur uſus rei gratuitus ad certum modum & tempus &c.

Innominati, qvi nomen ſpeciale non habent, ſed ſolùm nomen generis,qvod eſt æqvivocum & confuſum.

Nominati, ut ſunt in eſſe producti, & propter vim conventionis ſtatim producunt obligationem.*Innominati* non niſi datū qvid ſit, vel factum,*h.e.* ſynallagma ſeu cauſa intervenerit, *l.7.§.1.de pact.l.5 l.15.de praſ.verb.D.Hahn.ad Weſ.de pact.n.2*

§. 6. *Subſtantialia* contractus ſunt, ſine qvibus contractus ſubſiſtere neqvit,ſive eſſentiam conſtituant, *l.1. de pact.l. 2.l.1.2.9.36.37.de contr. emt.* ſive eandem neceſſariò conſeqvantur: ut præſtatio doli *l.23. de R. I.* traditio rei & pretii numeratio *l.80.§.f.de contr. emt.*

Naturalia(qvæ & adminicula vocantur l.72.de contr.emt.) contractûs ſunt,qvæ contractibus,etſi nō exprimantur,ſecundum ipſam legis diſpoſitionem regulariter inſunt, conventione tamen partiū abeſſe vel mutari poſſunt,*V.l.11.§.1.de act.emt.*

Accidentia ſ.conventionalia ſunt, qvæ præter eſſentiam contra-

contractûs, aut contra ejus naturam regularem conventione ſingulari adjiciuntur: & qvibus illius natura vel augetur vel minuitur. *d. l. 11. §. 3. l. 7. §. 5. de pact. D.* Struv. *exerc. 6. theſ. 24.*

§. 7. Contractus vox delicto attribuitur in *l. 52. de re jud.* Dicitur enim actio rerum amotarum oriri ex malè contractu, id eſt, ex maleficio ſeu delicto, nam qvi deliqvit, interdum aliud qvid reddit, interdum oculis vel manibus privatur. Freqventius verò vox contractus ſumitur ſtrictius pro contractu voluntario, qvi eſt ſpecies conventionis & delicto opponitur, *Sutholt. diſſ. 12. th. 25. & ſeq.*

§. 8. *Contractus proprii,* vocantur, qvi expreſſo (verbis ſcil. aut aliqvando ipſa re ſ. facto, *l. 6. §. 2. l. 18. 53. Mandat.*) conſenſu ineuntur.

§. 9. *Qvaſi contractus* dicuntur, qvi conſtat conſenſu à lege ob factum aliqvod præſumtó, ſeu inducto, *pr. J. de Obligat. ex qvaſ. contr.*

§. 10. *Contractus reales* appellantur, qvibus re ex conventione certo modo traditâ ad eandem rem reddendam obſtringimur. Ut Mutuum, Commodatum, Pignus, Depoſitum.

§. 11. *Contractus conſenſuales* vocantur, qvi ex conſenſu ſolo, qvibuscunqve modis vel ſignis firmiter declarato, ſive in continenti, ſive ex intervallo, tam inter præſentes, qvàm abſentes (*per epiſtolam vel nuncium*) oriuntur, *Manzius ad Rubr. Inſtit. de Obl. ex conſenſ.* ut, Emptio, Venditio Locatio, Conductio, Emphyteuſis, Societas, Mandatum.

§. 12. *Contractus verbales* ſunt, qvi ex verborum conſtant ſolennitate. Veluti Stipulatio.

§. 13. *Contractus literales* ſunt, qvi literis perficiuntur, ut: Literarum obligatio.

§. 14. In conventionibus *contrahentium voluntatem* potius qvàm verba ſpectari placet. Cùm igitur ea lege fundum vectigalem municipes locaverint, ut ad heredem ejus, qvi ſuſcepit, pertineret, jus heredum ad legatarium qvoqve transferri potuit, *l. 219. de V. S. l. f. C. qva res pign. l. 3. §. 9. de adim. leg. l. 34. de R. J. l. 71. §. pen. & ult. de leg. 1.*

§. 15. *Contractus juris gentium* ſunt, qvi origenem & formam habent ex jure gentium, poſtea autem jure civili propter eorum utilitatem & freqventem uſum comprobati ſunt,

l.ſ.de l. & *l.arg.§.1.* & *l. de l.N.G.* & *C.§.omnium.Inſt.de obligat*, qvo ſpectant omnes contractus conſenſuales.

§. 16. *Contractus juris civilis* ſunt,qvi originem & formam ex jure civile habent,nec apud omnes gentes peræqve celebrari conſveverunt. Qvo referenda ſtipulatio, Literarum obligatio. &c.

§. 17. *Bonæ fidei Contractus* ſunt,qvibus alter alteri obligatur,& in qvorum actione ſive judicio fit condemnatio, ex bona fide,ſeu ex bono &æqvo,etiam ultra id,de qvo in ipſa conventione expreſsè & nominatim fuit actum. §.*30. I. de action. Harp.ad §.2. l.de obligat.num.24.* & *ibid. Schneidew. num.* 17. Dicuntur hi contractus bonæ fidei, non qvod alii contractus ſint malæ fidei, qvippe cùm in omnibus contractibus bona fides reqviratur: ſed qvia uberiorem fidem qvàm alii *l.5 C. de reſcindend.*) deſiderant. Et ſic in his non ſolùm qvoad officium judicis *§.30.I de action.* ſed & contrahentium utilitatem *l.7.§.5.* & *ſeq. de pact.* bona fides exuberare ſolet, *l. 84. §.5.de leg.* 1. *Gædd.de contr.ſtip.c.5. n.13.* Pertinent huc omnes bilaterales.

§.18. *Stricti juris contractus* ſunt,in qvibus alter alteri obligatur ſtrictè,& in qvorum judicio fit condemnatio de iis tantùm,de qvibus in ipſa conventione nominatim & expreſſis verbis fuit dictum, *l. 7. de neg.geſt. l. 99. l. 126. §. 2. in fin. de V.O. Morz.de contr.art.4. n.3.* qvales ſunt unilaterales.

§. 19. *Literarum* contractus eſt, qvando qvis ſpe futuræ numerationis,per ſcripturam ſ. chirographum profitetur,ſe pecuniam accepiſſe,qvam tamen nondum accepit, *de qvo t.t.l. de lit. oblig.* Dicitur etiam contractus chirographarius.

§. 2. Contractùm Dd. faciunt alium *ſimulatum*, alium *non ſimulatum. Simulatus* contractus *ſec.Mozzium de contr.art. 4. n. 42.* tribus modis dicitur. (1) *Fictitius*, cùm unus contractus celebrari ſimulatur,& tamē in veritate agitur, ut alius fiat, *arg.t.t.C.plus val.qvod agit.* (2) *Imaginarius*, qvod,licet vere agatur ut ſic fiat, nihilominus hoc ſimul agitur, ut cito contractus diſſolvatur: & ſic brevi tempore contractus eſt duraturus; qvia fortè debet emtor citò recedere, *l.4.§.2.ff.de manum.* (3) Dicitur contractus ſimulatus, qvando ex mente non procedit,id eſt, qvando agitur inter partes ut contractus nullus ſit,

ſit,ſed extrinſecus tantùm fiat & apparenter. *l.55. de contr. emt. l. 16. de R. I. l. 30. de rit. nupt.* Simulatus qvoqve eſt contractus, ſi alicui venditionis inſtrumentum offeratur, qvaſi inſtrumentum locationis, ut ei ſubſcribatur, ubi nec emtio nec locatio valet, *l. fin. C. plus val. qvod ag.* cum omnis contractus ſimulatus ſit nullius momenti. *l. 1. 2. & t. t. C. eod. l. 5. §. 5. de don. int. vir. l. 6. C. Si cert. pet.* Natura autem illius ſimulationis eſt, ut debeat hoc expreſsè per pactum, *agi l. 4. §. ſi ab ignoto ff. de man.* nam non poteſt dici ſimulatus, niſi utraqve pars conſentiat, ut ſit ſimulatus, *Mozz. d. l. n. 45.*

§. 21. Differunt *contractus & obligatio*, tanqvã cauſa & effectus, & qvod obligatio ſit juris. *t. t. I. de reb. corp. & inc. pr. I. de obl.* contractꝰ verò facti, *l. 7. §. f. de cur. fur. Mozz. d. tr. art. 3. n. 3.*

§. 12. *Alterantur* initi contractus, qvando poſtea, vel in continenti, vel ex intervallo, per certa pacta illis qvidqvam vel adjicitur, vel detrahitur. *l. 72. de contr. emt.* Cujac. *14. O. 28. & 2. c. 15. Ant. Hering. de fidei c. 20. §. 25. n. 3.*

COMPARITIO. §. 1. *Comparitio partium* eſt illarum legitima in judicio præſentatio. Legitimè autem ſe judici præſentare dicitur, qvi in judicio legitimam perſonam ſtandi habens ipſe ibidem comparet, vel qvi procuratorem conſtituendi facultatem habens ſuo nomine illum eodem mittit, *Jac. Blum. proc.* Cam. *tit. 67. §. 1. & 2.*

CONCILIUM. §. 1. *Concilia generalia* ſunt, ad qvæ vocantur & qvibus interſunt Epiſcopi omnes, niſi impediantur (*neq; enim neceſſe eſt, ut omnes perſonaliter compareant. Bellarm. 1. contr. de concil. n. 15.*) unde & *Oecumenica*, id eſt, totius orbis Chriſtiani, & *Univerſalia* ex parte convocatorium, appellantur. Debent ea celebrari, & confirmari ſummi Pont. auctoritate, qvoties illi viſum fuerit, iiſqve ipſemet Pont. præſidere ſolet, aut ejus Legatus ad id ſpecialiter deputatus, *Vid. Card. Tuſch. lit.* C. *concl. 549. & ſeq.*

§. 2. *Concilia provincialia* ſunt, qvæ auctoritate Archiepiſcopi ſeu Metropolitani cum ſuis ſuffraganeis Epiſcopis, Abbatibus, aliiſqve Clericis ejuſdem regni, nationis aut provinciæ celebrantur; olim qvidem bis ſingulis annis, [illegible] qvodum ſemel duntaxat, hodie verò ex decreto concil. [illegible] *form.* libet ſaltem triennio, *Concil. Trid. Seſſ. 24. c. 2.*

§. 3. *Epiſcopalia concilia* ſunt, qvæ [illegible] Epiſcopis, aut ſede vacan-

vacante à Capitulo Metropolitano cum diœceſis ſuæ Clericis & Abbatibus celebrari qvotannis debent, *Concil. Tridentin. ſeſſ.24.c.2.§.fin.*

§. 4. *Concilii* vox Varroni deducitur à conciliando, fullonum verbo, qvi lanam cogentes conciliare dicuntur, & ipſa eorum coactio, qvæ pedibus ferè peragitur, concilium appellatur. Hinc translatio facta eſt ad aliarum qvoqve rerum & hominum deniqve congregationem. *Gell. Noct. Attic. l. 15. cap. 27.*

CONFIRMATIO. §. 1. *Confirmatio* eſt actus præcedentis convalidatio, ſicut etiam ratificatio. Reqviſita ad confirmationem ſunt omnia ſolemnia ad primum actum, qvæ reqviruntur etiam informatione, qvia eiſdem regulis regulatur. *Vid. Tuſch. lit. C. concl. 704.*

§. 2. *Confirmatio utilis* vocatur, qvando S. Pontif. ſententiam aliqvam, ſive privilegium, ſive aliud qvid confirmat ex certa ſcientia: qvia tunc judex inferior de eo amplius cognoſcere non poteſt; & talis confirmatio jus tribuit illi, cujus negotium confirmatum eſt, *c.1.2.& pan. de confirm. & inutil.*

§. 3. *Confirmatio inutilis* eſt, qvando Reſcriptum confirmationis à S. Pont. factæ, probatur eſſe ſubreptitium vel obreptitium ſcil. re non ſatis intellecta, ut ſe habebat, ſed vel falſo narrato, vel vero ſubticito. Ideò verò eſt inutilis confirmatio taliter facta, qvia licet ipſo jure non ſit nulla, tamen per exceptionem repelli poteſt.

§. 4. Actus juris civilis, ut eſt adoptio, electio &c. qvando à judice confirmatur, dicitur *Confirmatio Juſtitiæ*; Contractus verò jurisgentium, ut emtio &c. qvando confirmatur, vocatur *Confirmatio gratiæ. Jac. Blum. Proceſſ. Camer. tit. 42. num. 19.*

CONFESSIO. §. 1. *Confeſſio* eſt ejus, qvod ab adverſario intenditur, facta aſſeveratio. *Umm. diſp. 13. th. 8.*

§. 2. Dividitur in *Civilem* & *Criminalem*. *Hæc* dicitur, qvæ in judicio Criminali profertur. *l. 5. ff. de cuſtod. & exhib. reor.* ſive ea ſponte fiat, ſive tormentis extorqveatur. *Illa* eſt, qvæ in judicio civili ad actoris intentionem profertur, *l. 40. §. 1. ff. de pact.* Utraqve vel eſt *judicialis* vel *extrajudicialis.*

§. 3.

§. 3. Hodiè *confeſſio judicialis* eſt in genere, qvæ non inter privatos fit, ſed coram magiſtratu competente: atqve dupliciter (1) verè, *l.5. §.2. de confeſſ.* (2) præſumtivè, qvæ colligitur ex factis, reipſa, ut paciſcendo, contumacia, ſola interdum taciturnitate. Cæterum ut valida ſit judicialis confeſſio communiter qvatuor reqviruntur (1) ut ſit facta in loco judicii (2) coram judice pro tribunali. (3) eodem competente. (4) poſt litem conteſtatam. *Umm. d.l.th.9. D. Hahn. ad tit. ff. de confeſſ. num. 1.*

§. 4. Confeſſio *ſimplex* eſt, qvando Reus intentionem Actoris eſſe veram nudè absqve ulla adjectione aſſeverat. Qvæ confeſſio dicitur & eſt probatio probata, pleniſſima ac certiſſima, *Umm. diſp. 13. num. 53.*

§. 5. Confeſſio *qvalificata* eſt, qvando Reus qvidem factum narratum confitetur, ſed tamen adjicit hujus facti qvasdam qvalitates, ſeu circumſtantias, ab Actore ſilentio eſſe prætęritas, & propterea ob omiſſam qvalitatem ſeu circumſtantiam facti, aliud ſit factum, qvam qvod in libello propoſitum, & per conſeqvens inepta actio cenſeatur inſtituta. Cùm minima circumſtantia variet factum. Hinc licet factum non ſimpliciter neget, tamen hoc fit per indirectum, dum oſtendit factum aliter, qvàm ab actore eſt narratum, comparatum eſſe. *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 69. n. 54. & ſeq.*

CONJUNCTIO. §. 1. Sæpè ita comparatum eſt, *ut conjuncta pro disjunctis* accipiantur, *& disjuncta pro conjunctis*: interdum ſoluta pro ſeparatis: nam cùm dicitur apud veteres: Agnatorum *gentiliumq́*, pro ſeparatione accipitur. At cùm dicitur, *ſuper pecunia tutelave ſua*, tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. Et cùm dicimus, *Qvod eum dare, facere oportet*, qvodvis eorum ſufficit probare. Cùm verò dicit prætor: *Si donum, munus, operas rede merit.* Si omnia impoſita ſunt, certum eſt, omnia redimenda eſſe: ex re ergò pro conjunctis habentur. Si qvædam impoſita ſunt, cætera non deſiderabuntur, *l. 53. pr. de V. S.*

§. 2. Item dubitatum, illa verba, *ope conſilio*, qvemadmodum accipienda ſint, ſententiâ conjungentium aut ſeparantium? Sed verius eſt qvod & Labeo ait, ſeparatim accipienda: qvia aliud factum eſt qvi ope, aliud ejus qvi conſilio fur-

tum facit. Sic n. alii condici poteſt, alii non poteſt. Et ſanè poſt veterum auctoritatē eo perventū eſt, ut nemo ope videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum fuerit, *l. 53. §. 1. de V. S.*

§. 3. *Triplici modo conjunctio* intelligitur, *aut* enim re per ſe conjunctio contingit, *aut* re & verbis, *aut* verbis tantùm. *Re conjuncti* vocantur, qvibus una res diverſis rationibus ſeu propoſitionibus relinqvitur, veluti, Titio fundum Tuſculanum do, lego, Mevio fundum Tuſculanum do, lego. *Verbis conjuncti ſunt*, qvibus eadem res, eadem oratione æqvis partibus confertur, v. g. Titio & Mevio fundum Tuſculanum æqvis partibus do lego. *Mixtim conjuncti appellantur*, qvibus eadem res, eadem oratione, ſed ſine partium expreſſione eſt relicta, v. g. Titio & Mevio fundum Tuſculanum do lego. Nec dubium eſt qvin conjuncti ſint, qvos & nominum & rei complexus jungit, veluti, *Titius & Mævius ex parte dimidia hæredes ſunto*, vel ita, *Titius Mæviusq; hæredes ſunto*, vel *Titius cum Mævio ex parte dimidia hæredes ſunto*. Videatur autem, ne, etiamſi hos articulos detrahas, *&, qve, cum*, interdum tamen conjunctos accipi oporteat, veluti *Lucius Titius, Publius Mævius ex parte dimidia hæredes ſunto*, vel ita, *Publius Mævius, Lucius Titius hæredes ſunto: Sempronius ex parte dimidia hæres eſto*, *ut* Titius & Mævius veniant in partem dimidiam, & re & verbis conjuncti videantur, *Lucius Titius ex parte dimidia hæres eſto, Sejus ex parte qva Lucium Titium hæredem inſtitui, hæres eſto: Sempronius ex parte dimidia hæres eſto.* Julianus ait dubitari poſſe, tres ſemiſſes facti ſint, an Titius in eundem ſemiſſem cum Gajo Sejo inſtitutus ſit. Sed eo qvòd Sempronius qvoqve ex parte dimidia ſcriptus eſt veriſimilius eſſe, in eundem ſemiſſem duos coactos, & conjunctim hæredes ſcriptos eſſe, *l. 142. de V. S.*

COMPASSUS. §. 1. *Literæ mutui compaſſus*, Compaß oder Bitt-Brieffe / ſunt, qvibus judex de cauſa cognoſcens, aliusve, cui id muneris commiſſum eſt, ad alium & alterius provinciæ, ſive Territorii Magiſtratum ſive judicem ſcribit, cujus jurisdictioni teſtes ſubſunt, ut illis mandet, ut coram commiſſario ad dicendum teſtimonium compareant, vel alienæ provinciæ Magiſtratus ipſe, teſtes illos examinet, aut examinan-

minandos curet, ejusdemvé ſubſidium aut auxilium in adminiſtrando jure atqve juſtitia reqvirit. Dicuntur etiam literæ ſubſidiales, literæ reqviſitionales, imploratoriæ & remiſſoriæ. *Roding. Pand Cam.lib.3.tit.16.§.1.* remiſſoriales, reqviſitoriales, invocatoriæ, Hülff-Brieffe/*Jac.Blum.proc.Camer. tit.73. §.18.*

COMMISSIO. §. 1. Nomen *Commiſſarii* latiſſimè patet, ac variis rebus accommodatur. Omnes enim generaliter, qvibus negotia mandantur expedienda dicuntur Commiſſarii. *Mandos.tr de commiſſ in pr.Ruland.de commiſſ. libr. 1. cap.2. num.7.* Unde & ad Legatos Cæſaris, qvi hodiè ad negotia publica perficienda deputantur, nec non executores ultimarum voluntatum applicatum. Et Gallis ad præfectos annonæ, aliosqve infinitos hic nimis longum enumerare, refertur. *Carol.Molin.in conſvet.Pariſ.§.6.gloſſ.6. in verb. Rendre con te.*

§. 2. Hinc varia ac diverſa nomina excogitarunt interpretes, qvibus denotare eos voluerunt, qvi probationes à judice mandatas ſuſciperent. Vocarunt enim eos aliqvando Examinatores. *Gail.1.O.9.* Judices delegatos, *Gail.1.O.100. n. 11.* Judices commiſſarios, *Gail.d.Obſerv.100.n.12.* Auditores, *Schard.de feud.p.10.ſect.16.n.64.* Confidentes, *Gail.d.l.* Nuncios & Executores, *Panorm.in cap.5.n 7. de teſt. cog.* Inqviſitores, *Rebuff. in tit.de inqviſ.* Et hac ſignificatione Commiſſarii, qvi à Circulis Imperii ad ſuſcipiendas probationes, cum de moderatione alicujus ſtatus agitur, conſtituuntur, vocantur. Camera tamen Imperialis multiqve interpretes, *Ord.Cam.p 3.t.17 Conſt.Carol.V.art.72. Gail.1. Obſerv.96.n.1. Wurmſer.12.O.17. aliiq;* Generale vocabulum, ſpecie applicatum (*commiſſarii ſcilicet*) *retinuerunt, Ruland.d.c,2.n.8.& 9.*

§. 3. *Commiſſarius* eſt perſona qvalificata, judici impedito, ad recipiendas rei dubiæ probationes, ab utraqve, vel alterutra parte nominata, & ad hoc ab ipſo cum inſtructione ordinata. *Ruland. dict. leg. c.cap.3. num. 5.* Vel Commiſſarii hodie dicuntur delegati ad examinandos teſtes, & tranſumenda documenta probatoria.

§. 4. *Commiſſio* eſt proceſſus, qvo alicui vel pluribus probatio cujusdam litigantis recipienda injungitur. Vulgò voca-

vocatur eine Commißion. *Ord Cam p.3.tit.16.* item Commiſſion zu Abhörung der Zeugen.

§. 5. *Commiſſio* eſt vel *ordinaria*, vel *extraordinaria*. *Extraordinaria* (qvæ communiter Commiſſio *ad futuram rei memoriam* appellatur, *item Commiſſio ad Rei memoriam, Commiſſio ad Memoriam, Commiſſio ad perpetuam rei memoriam, Commiſſio ad perpetuam memoriam*) eſt, qvæ extra ordinem, qvando nimirum ordo proceſſus probationem nondum efflagitat, ſed in futurum fortaſſe eam efflagitaturus eſſet, poſtulatur ac decernitur. Illa huic opponitur, *Jac. Blum. Proc.Cam.tit.73.l.§.35.*

§. 6. Utraqve ſubdividitur in *Commiſſionem in communi forma*, *& Commiſſionem in optima forma*. Illa eſt, qvando aut teſtes duntaxat examinantur, aut etiam ocularis inſpectio, (Einnehmung des Augenſcheins) permittitur, *Gail. 1. O. 94. num. 1.* Idem dicendum, ſiqvidem nullus teſtis examinandus, ſed ſola ocularis inſpectio perficienda, qvoniam hæc ſub communi forma comprehenditur, *Gail.1.O.96. n.2.*

§. 7. *Commiſſio in optima forma* eſt, qvæ decernitur & ad teſtes examinandos, & ad documenta tranſumenda, *Gail.d. n.2. Jac. Blum.d.t.73.§.39.*

CONFESSATUM INSTRUMENTUM. §. 1. Idem eſt, qvod Gvarentigiatum.

CONSANGVINITAS. §. 1. *Conſangvineus* dicitur ille, qvi qvovis modo ſangvine eſt conjunctus, *Vid. Tuſch. lit. C. concl. 732.*

§. 2. *Conſangvinei* in jure tribus modis capiuntur. (1) pro fratre eodem parente nato *l.2. ff. de ſuis & leg. Nov. 84. in rubr. & nigr.* (2) pro agnatis *l.inter ff.und.leg.* (3) pro qvolibet ſangvine conjuncto, ſive ſit agnatus, ſive cognatus, ut *in Decret. de conſangvin.& affin. Brun. à Sole, in loc.commun. voc. Conſangvinei, n.3.*

§. 3. Differunt *ſangvis & conſangvinitas.* Sangvis eſt cognatio naturalis, *l.2. Und.cogn.l.12. de man. vind.l.23. de adopt. l.38.§.1. de adult.* Conſangvinitas eſt ſpecies agnationis, id eſt, fraternitatis, *§.4.I. de ſucceſſ.cogn.l.1. de leg.tut. l.3. Cod.eod. l.un.pr.C.de rap.virg.* Nihilominus in qvibusdam legibus *Conſangvinei* generaliter accipiuntur pro cognatis,

tis. *l.un.Cod.impon. lucrat.deſcr.l.ult.C. qvor.bon.l.1.C. de leg. her l.4.C.und.cogn.* ut ſangvis in *l.4. C. de bon. vac.* complectitur etiam agnatos,

§. 4. *Conſangvineorum* appellatione non comprehenduntur adoptati, *per l.76.de cond.& dem.* §.4. *l.de adopt.par Berlich. 2. concluſ. 39. num.30.* At utiqve legitimati per ſubſeqvens matrimonium, vel Reſcriptum principis, *N. 117. c.3. N.89. c.8.& 9. N.74.c.2. tanta,10.X. qvi fil.ſint.leg.* Wiſſenb. *ad ff.p.1. diſp.36.th.5.*

§. 5. Maſculino *conſangvineorum* vocabulo, etiam fœminæ conſangvineæ comprehenduntur, *per l.1.de V.S. l.un.C. de Imp.lucrat.deſcr. l ult.Cod. qvor.bon.l.1.C.de leg.hered. l.4. ff. und.cogn.* niſi ſubjecta materia repugnet, *l. 1.§.2.de jur. immun. l.13.de mun.& hon.* Wiſſenb.*d.l.th.6.*

§. 6. *Conſangvinitas* eſt vinculum ſeu propinqvitas, ſive cohærentia perſonarum, ex eorum ſtipite, ſeu ſangvine propinqvo deſcendentium, add. *tit.de conſangv.*

§. 7. *Conſangvinitas eſt triplex*, juxta triplicem linearum ordinem, ſcil. Aſcendentium, Deſcendentium & Collateralium. *Aſcendentes* ſunt parentes, qvi nos genuerunt, ut pater, avus, avia, proavus, proavia, & qvi ſupra hos ſunt. *Deſcendentes*, ſunt liberi, & qvi ex iis naſcuntur, ut filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, & deinceps. *Collaterales*, qvi eandem nobiscum communem ſtirpem ſive parentem habent, veluti frater & ſoror, patruus & avunculus, patruelis &c. *tit. X. de conſang.& adfin.*

COMESTIBILIA. §. 1. *Comeſtibilia* ſunt cibaria domeſtica, & vocantur Mußtheil / *vid. voc. cibaria. & Berlich.p.3. Conſtitut.47.& ſeq. Carpzov. p.3. Conſtit.35.& ſeq.* Eſſende Speiſe.

COLLECTA §. 1. *Collecta* ſunt onera extraordinaria, qvæ imponuntur perſonæ pro rebus. Qvandoqve tamen collecta eſt perſonalis, qvandoqve realis. Propriè autem dicitur collecta onus mixtum, ſed ſi imponitur loco alterius oneris realis, dicitur onus reale, ſi verò imponitur pro onere perſonali, dicitur onus perſonale. *vid. Tuſch. lit. C. concluſ.447.*

Bilaterales ſunt duplicis generis. (1) Aliorum enim natura hæc eſt, ut ambo contrahentes ſibi invicem ad qvid præſtandum æqvè principaliter obligentur,ut ſunt emtio venditio, locatio conductio & ſocietas: adeoqve etiam ſe mutuò ejusdem conditionis actione, *ſeu utrinq; directâ*, convenire poſſint. (2.) Alii verò ita ſe habent, ut unus principaliter ſit obligatus, is nim. qvi accepit aliqvid ab altero, ac in ſe recipit id,propter qvod contractus eſt initus: alter verò ex accidenti ſ. ſecundariò obligetur,& non ex eo,cujus gratia contractus initus, ſed ex concurrente qvadam naturali æqvitate teneatur, ut ſunt: Mandatum,Commodatum,*l.17.§.3.V.ſed & ſuſcepta.ff. Commod.* Depoſitum, Pignus; qvaſi contractus,Tutelæ & negotiorum geſtio. Atqve in hiſce contractibus datur *directa actio* in eum,qvi principaliter, *contraria* verò in eum, qvi ſecundariò eſt obligatus, *Vid. D.Vinn. in §.2 I.q.m.r.obl.n. 2. D. Struv.exerc.9. th.6.*

§. 5. *Contractus nominati,vel innominati ſunt.*

Nominati ſunt,qvi habent nomen ſpeciale & diſcretivum. Seu,in qvibus conſenſus ad certas circumſtantias eſt determinatus,veluti,ut in Emptione Venditione fiat rei commutatio cum pretio,in Commodato concedatur uſus rei gratuitus ad certum modum & tempus &c.

Innominati, qvi nomen ſpeciale non habent, ſed ſolùm nomen generis,qvod eſt æqvivocum & confuſum.

Nominati, ut ſunt in eſſe producti, & propter vim conventionis ſtatim producunt obligationem. *Innominati* non niſi datũ qvid ſit, vel factum,*h.e.* ſynallagma ſeu cauſa intervenerit, *l.7.§.1.de pact.l.5 l.15.de praſ.verb.D.Hahn.ad Weſ.de pact.n.2*

§. 6. *Subſtantialia* contractus ſunt, ſine qvibus contractus ſubſiſtere neqvit,ſive eſſentiam conſtituant, *l.1. de pact.l. 2.l.1.2.9.36.57.de contr. emt.* ſive eandem neceſſariò conſeqvantur; ut præſtatio doli *l.23. de R. I.* traditio rei & pretii numeratio,*l.80.§.f.de contr. emt.*

Naturalia(qvæ & adminicula vocantur l.72.de contr.emt.) contractûs ſunt,qvæ contractibus,etſi nõ exprimantur,ſecundum ipſam legis diſpoſitionem regulariter inſunt, conventione tamen partiũ abeſſe vel mutari poſſunt,*V.l.11.§.1.de act.emt.*

Accidentia ſ.*conventionalia* ſunt, qvæ præter eſſentiam contra-

contractûs, aut contra ejus naturam regularem conventione ſingulari adjiciuntur: & qvibus illius natura vel augetur vel minuitur, *d. l. 11. §. 3. l. 7. §. 5. de pact. D. Struv. exerc. 6. theſ. 24.*

§. 7. Contractus vox delicto attribuitur in *l. 52. de re jud.* Dicitur enim actio rerum amotarum oriri ex malè contractu, id eſt, ex maleficio ſeu delicto, nam qvi deliqvit, interdum aliud qvid reddit, interdum oculis vel manibus privatur. Freqventius verò vox contractus ſumitur ſtrictius pro contractu voluntario, qvi eſt ſpecies conventionis & delicto opponitur, *Sutholt. diſſ. 12. th. 25. & ſeq.*

§. 8. *Contractus proprii*, vocantur, qvi expreſſo (verbis ſcil. aut aliqvando ipſa re ſ. facto, *l. 6. §. 2. l. 18. 53. Mandat.*) conſenſu ineuntur.

§. 9. *Qvaſi contractus* dicuntur, qvi conſtat conſenſu à lege ob factum aliqvod præſumtó, ſeu inducto, *pr. J. de Obligat. ex qvaſ. contr.*

§. 10. *Contractus reales* appellantur qvibus re ex conventione certo modo traditâ ad eandem rem reddendam obſtringimur. Ut Mutuum, Commodatum, Pignus, Depoſitum

§. 11. *Contractus conſenſuales* vocantur, qvi ex conſenſu ſolo, qvibuscunqve modis vel ſignis firmiter declarato, ſive in continenti, ſive ex intervallo, tam inter præſentes, qvàm abſentes (*per epiſtolam vel nuncium*) oriuntur, *Manzius ad Rubr. Inſtit. de Obl. ex conſenſ.* ut, Emptio Venditio Locatio, Conductio, Emphyteuſis, Societas, Mandatum.

§. 12. *Contractus verbales* ſunt, qvi ex verborum conſtant ſolennitate. Veluti Stipulatio.

§. 13. *Contractus literales* ſunt, qvi literis perficiuntur, ut: Literarum obligatio.

§. 14. In conventionibus *contrahentium voluntatem* potius qvàm verba ſpectari placet. Cùm igitur ea lege fundum vectigalem municipes locaverint, ut ad heredem ejus, qvi ſuſcepit, pertineret, jus heredum ad legatarium qvoqve transferri potuit, *l. 219. de V. S. l. f. C. qva res pign. l. 3. § 9. de adim. leg. l. 34. de R. J. l. 71. § pen. & ult. de leg. 1.*

§. 15. *Contractus juris gentium* ſunt, qvi origenem & formam habent ex jure gentium, poſtea autem jure civili propter eorum utilitatem & freqventem uſum comprobati ſunt,

l.5.de I. & I.arg.§.1.& I. de I.N.G.& C.§.omnium.Inſt.de obligat. qvo ſpectant omnes contractus conſenſuales.

§. 16. *Contractus juris civilis* ſunt,qvi originem & formam ex jure civile habent,nec apud omnes gentes peræqve celebrari conſveverunt. Qvo referenda ſtipulatio, Literarum obligatio. &c.

§. 17. *Bonæ fidei Contractus* ſunt,qvibus alter alteri obligatur,& in qvorum actione ſive judicio fit condemnatio, ex bona fide,ſeu ex bono &æqvo,etiam ultra id,de qvo in ipſa conventione expreſsè & nominatim fuit actum. §.*30. I. de action. Harp.ad* §.*2. I.de obligat.num.24.& ibid. Schneidevv. num.* 17. Dicuntur hi contractus bonæ fidei, non qvod alii contractus ſint malæ fidei, qvippe cùm in omnibus contractibus bona fides reqviratur: ſed qvia uberiorem fidem qvàm alii *l.5* C. *de reſcindend.*) deſiderant. Et ſic in his non ſolùm qvoad officium judicis §.*30.I de action.* ſed & contrahentium utilitatem *l.7.*§.*5. & ſeq. de pact.* bona fides exuberare ſolet, *l. 84.* §.*5.de leg.*1. *Gædd.de contr.ſtip.c.5.n.13.* Pertinent huc omnes bilaterales.

§.18. *Stricti juris contractus* ſunt,in qvibus alter alteri obligatur ſtrictè,& in qvorum judicio fit condemnatio de iis tantùm,de qvibus in ipſa conventione nominatim & expreſſis verbis fuit dictum, *l. 7. de neg.geſt. l. 99. l. 126.* §. *2. in fin. de V.O. Morz.de contr.art.4. n.3.* qvales ſunt unilaterales.

§. 19. *Literarum* contractus eſt, qvando qvis ſpe futuræ numerationis,per ſcripturam ſ. chirographum profitetur,ſe pecuniam accepiſſe,qvam tamen nondum accepit, *de qvo t.t.l. de lit. oblig.* Dicitur etiam contractus chirographarius.

§. 2. Contractum Dd. faciunt alium *ſimulatum*, alium *non ſimulatum. Simulatus* contractus *ſec.Mozzium de contr.art. 4. n. 42.* tribus modis dicitur. (1) *Fictitius*, cùm unus contractus celebrari ſimulatur,& tamē in veritate agitur, ut alius fiat, *arg.t.t.C.plus val.qvod agit.*(2) *Imaginarius*,qvod,licet vere agatur ut ſic fiat, nihilominus hoc ſimul agitur, ut cito contractus diſſolvatur: & ſic brevi tempore contractus eſt duraturus: qvia fortè debet emtor citò recedere, *l.4.*§.*2.ff.de manum.* (3) Dicitur contractus ſimulatus, qvando ex mente non procedit,id eſt,qvando agitur inter partes ut contractus nullus

ſit,

ſit,ſed extrinſecus tantùm fiat & apparenter.*l.55.de contr.emt. l. 16.de R.I.l.30.de rit.nupt.* Simulatus qvoqve eſt contractus,ſi alicui venditionis inſtrumentum offeratur,qvaſi inſtrumentum locationis,ut ei ſubſcribatur,ubi nec emtio nec locatio valet, *l.fin.C.plus Val.qVod ag.* cum omnis contractus ſimulatus ſit nullius momenti. *l.1.2.& t.t.*C. *eod.l.5.* §.5.*de don.int.Vir.l.6.* C. *Si cert.pet.*Natura autem illius ſimulationis eſt, ut debeat hoc expreſsè per pactum,*agi.l.4.§.ſi ab ignoto.ff.de man.* nam non poteſt dici ſimulatus,niſi utraqve pars conſentiat, ut ſit ſimulatus, *Moz.z.d.l.n.45.*

§.21.Differunt *contractus & obligatio*,tanqvã cauſa & effectus,& qvod obligatio ſit juris.*t.t.1.de reb.corp.& inc.pr.I.de obl.*contractꝯ verò facti,*l.7.§.f.de cur.fur.Moz.z.d.tr.art.3.n.3*

§. 12. *Alterantur* initi contractus,qvando poſtea, vel in continenti,vel ex intervallo,per certa pacta illis qvidqvam vel adjicitur,vel detrahitur, *l.72. de contr.emt.Cujac.14. O.28.& 2.c.15. Ant.Hering.de fidei c.20. §.25.n.3.*

COMPARITIO. §.1. *Comparitio partium* eſt illarum legitima in judicio præſentatio. Legitimè autem ſe judici præſentare dicitur, qvi in judicio legitimam perſonam ſtandi habens ipſe ibidem comparet, vel qvi procuratorem conſtituendi facultatem habens ſuo nomine illum eodem mittit, *Jac. Blum, proc.Cam. tit.67.*§.1.& 2.

CONCILIUM. §. 1.*Concilia generalia* ſunt,ad qvæ vocantur & qvibus interſunt Epiſcopi omnes, niſi impediantur (*neq; enim neceſſe eſt,ut omnes perſonaliter compareant. Bellarm.1.contr.de concil.n.15.*)unde & *Oecumenica*, id eſt,totius orbis Chriſtiani,& *UniVerſalia* ex parte convocatorium, appellantur.Debent ea celebrari, & confirmari ſummi Pont. auctoritate,qvoties illi viſum fuerit,iisqve ipſemet Pont. præſidere ſolet,aut ejus Legatus ad id ſpecialiter deputatus,*Vid. Card. Tuſch. lit.*C. *concl.549. & ſeq.*

§. 2. *Concilia proVincialia* ſunt,qvæ auctoritate Archiepiſcopi ſeu Metropolitani cum ſuis ſuffraganeis Epiſcopis, Abbatibus, aliisqve Clericis ejusdem regni,nationis aut provinciæ celebrantur; olim qvidem bis ſingulis annis,poſtmodum ſemel duntaxat,hodie verò ex decreto concilii Trid. qvolibet ſaltem triennio, *Concil.Trid.Seſſ.24.c.2.de reform.*

§. 3. *Epiſcopalia concilia* ſunt,qvæ ab Epiſcopis,aut ſede

vacante à Capitulo Metropolitano cum diœceſis ſuæ Clericis & Abbatibus celebrari qvotannis debent, *Concil. Tridentin. ſeſſ.24.c.2.§.fin.*

§. 4. *Concilii* vox Varroni deducitur à conciliando, fullonum verbo, qvi lanam cogentes conciliare dicuntur, & ipſa eorum coactio, qvæ pedibus ferè peragitur, concilium appellatur. Hinc translatio facta eſt ad aliarum qvoqve rerum & hominum deniqve congregationem. *Gell. Noct. Attic. l. 15. cap. 27.*

CONFIRMATIO. §. 1. *Confirmatio* eſt actus præcedentis convalidatio, ſicut etiam ratificatio. Reqviſita ad confirmationem ſunt omnia ſolemnia ad primum actum, qvæ reqviruntur etiam informatione, qvia eisdem regulis regulatur. *Vid. Tuſch. lit. C. concl. 704.*

§. 2. *Confirmatio utilis* vocatur, qvando S. Pontif. ſententiam aliqvam, ſive privilegium, ſive aliud qvid confirmat ex certa ſcientia: qvia tunc judex inferior de eo amplius cognoſcere non poteſt; & talis confirmatio jus tribuit illi, cujus negotium confirmatum eſt, *c.1.2.& pan. de confirm. & inutil.*

§. 3. *Confirmatio inutilis* eſt, qvando Reſcriptum confirmationis à S. Pont. factæ, probatur eſſe ſubreptitium vel obreptitium ſcil. re non ſatis intellecta, ut ſe habebat, ſed vel falſo narrato, vel vero ſubticito. Ideò verò eſt inutilis confirmatio taliter facta, qvia licet ipſo jure non ſit nulla, tamen per exceptionem repelli poteſt.

§. 4. Actus juris civilis, ut eſt adoptio, electio &c. qvando à judice confirmatur, dicitur *Confirmatio Juſtitiæ*; Contractus verò jurisgentium, ut emtio &c. qvando confirmatur, vocatur *Confirmatio gratiæ. Jac. Blum. Proceſſ. Camer. tit. 42. num. 19.*

CONFESSIO. §. 1. *Confeſſio* eſt ejus, qvod ab adverſario intenditur, facta aſſeveratio. *Umm. diſp. 13. th. 8.*

§. 2. Dividitur in *Civilem* & *Criminalem*. *Hæc* dicitur, qvæ in judicio Criminali profertur. *l. 5. π. de cuſtod. & exhib. reor.* ſive ea ſponte fiat, ſive tormentis extorqveatur. *Illa* eſt, qvæ in judicio civili ad actoris intentionem profertur, *l. 40. §. 1. π. de pact.* Utraqve vel eſt *judicialis* vel *extrajudicialis*.

§. 3.

§. 3. Hodiè *confeſſio judicialis* eſt in genere, qvæ non inter privatos fit, ſed coram magiſtratu competente: atqve dupliciter (1) verè, *l. 5. §. 2. de confeſſ.* (2) præſumtivè, qvæ colligitur ex factis, reipſa, ut paciſcendo, contumacia, ſola interdum taciturnitate. Cæterum ut valida ſit judicialis confeſſio communiter qvatuor reqviruntur (1) ut ſit facta in loco judicii (2) coram judice pro tribunali. (3) eodem competente. (4) poſt litem conteſtatam. *Umm. d. l. th. 9. D. Hahn. ad tit. ff. de confeſſ. num. 1.*

§. 4. Confeſſio *ſimplex* eſt, qvando Reus intentionem Actoris eſſe veram nudè absqve ulla adjectione aſſeverat. Qvæ confeſſio dicitur & eſt probatio probata, pleniſſima ac certiſſima, *Umm. diſp. 13. num. 53.*

§. 5. Confeſſio *qvalificata* eſt, qvando Reus qvidem factum narratum confitetur, ſed tamen adjicit hujus facti qvasdam qvalitates, ſeu circumſtantias, ab Actore ſilentio eſſe prætermiſſas, & propterea ob omiſſam qvalitatem ſeu circumſtantiam facti, aliud ſit factum, qvam qvod in libello propoſitum, & per conſeqvens inepta actio cenſeatur inſtituta. Cùm minima circumſtantia variet factum. Hinc licet factum non ſimpliciter neget, tamen hoc fit per indirectum, dum oſtendit factum aliter, qvàm ab actore eſt narratum, comparatum eſſe. *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 69. n. 54. & ſeq.*

CONJUNCTIO. §. 1. Sæpè ita comparatum eſt, *ut conjuncta pro disjunctis* accipiantur, *& disjuncta pro conjunctis*; interdum ſoluta pro ſeparatis: nam cùm dicitur apud veteres: Agnatorum *gentiliumq;* pro ſeparatione accipitur. At cùm dicitur, *ſuper pecunia tutelave ſua*, tutor ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. Et cùm dicimus, *Qvod eum dare, facere oportet*, qvodvis eorum ſufficit probare. Cùm verò dicit prætor: *Si donum, munus, operas rede merit.* Si omnia impoſita ſunt, certum eſt, omnia redimenda eſſe: ex re ergò pro conjunctis habentur. Si qvædam impoſita ſunt, cætera non deſiderabuntur, *l. 53. pr. de V. S.*

§. 2. Item dubitatum, illa verba, *ope conſilio*, qvemadmodum accipienda ſint, ſententiâ conjungentium aut ſeparantium? Sed verius eſt qvod & Labeo ait, ſeparatim accipienda: qvia aliud factum eſt qvi ope, aliud ejus qvi conſilio furtum

tum facit. Sic n, alii condici poteſt, alii non poteſt. Et ſanè poſt veterum auctoritatē eo perventū eſt, ut nemo ope videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum fuerit, *l.53.§.1.de V.S.*

§. 3. *Triplici modo conjunctio* intelligitur, *aut* enim re per ſe conjunctio contingit, *aut* re & verbis, *aut* verbis tantùm. *Re conjuncti* vocantur, qvibus una res diverſis rationibus ſeu propoſitionibus relinqvitur, veluti, Titio fundum Tuſculanum do, lego, Mevio fundum Tuſculanum do, lego. *Verbis conjuncti ſunt*, qvibus eadem res, eadem oratione æqvis partibus confertur, v.g. Titio & Mevio fundum Tuſculanum æqvis partibus do lego. *Mixtim conjuncti appellantur*, qvibus eadem res, eadem oratione, ſed ſine partium expreſſione eſt relicta, v.g. Titio & Mevio fundum Tuſculanum do lego. Nec dubium eſt qvin conjuncti ſint, qvos & nominum & rei complexus jungit, veluti, *Titius & Mævius ex parte dimidia hæredes ſunto*, vel ita, *Titius Mæviusq́ꝫ hæredes ſunto*, vel *Titius cum Mævio ex parte dimidia hæredes ſunto*. Videatur autem, ne, etiamſi hos articulos detrahas, *&, qve, cum*, interdum tamen conjunctos accipi oporteat, veluti *Lucius Titius, Publius Mævius ex parte dimidia hæredes ſunto*, vel ita, *Publius Mævius, Lucius Titius hæredes ſunto: Sempronius ex parte dimidia hæres eſto*, *ut* Titius & Mævius veniant in partem dimidiam, & re & verbis conjuncti videantur, *Lucius Titius ex parte dimidia hæres eſto, Sejus ex parte qva Lucium Titium hæredem inſtitui, hæres eſto: Sempronius ex parte dimidia hæres eſto.* Julianus ait dubitari poſſe, tres ſemiſſes facti ſint, an Titius in eundem ſemiſſem cum Gajo Sejo inſtitutus ſit. Sed eo qvod Sempronius qvoqve ex parte dimidia ſcriptus eſt veriſimilius eſſe, in eundem ſemiſſem duos coactos, & conjunctim hæredes ſcriptos eſſe, *l.142. de V.S.*

COMPASSUS. §. 1. *Literæ mutui compaſſus*, Compaß, oder Bitt-Brieſe / ſunt, qvibus judex de cauſa cognoſcens, aliusve, cui id muneris commiſſum eſt, ad alium & alterius provinciæ, ſive Territorii Magiſtratum ſive judicem ſcribit, cujus jurisdictioni teſtes ſubſunt, ut illis mandet, ut coram commiſſario ad dicendum teſtimonium compareant, vel alienæ provinciæ Magiſtratus ipſe, teſtes illos examinet, aut examinan-

minandos curet, ejusdemvé ſubſidium aut auxilium in adminiſtrando jure atqve juſtitia reqvirit. Dicuntur etiam literæ ſubſidiales, literæ reqviſitionales, imploratoriæ & remiſſoriæ. *Roding. Pand Cam.lib.3.tit.16.§.1.* remiſſoriales, reqviſitoriales, invocatoriæ, Hülff-Brieſe/*Jac.Blum.proc.Camer. tit.73. §.18.*

COMMISSIO. §. 1. Nomen *commiſſarii* latiſſimè patet, ac variis rebus accommodatur. Omnes enim generaliter, qvibus negotia mandantur expedienda dicuntur Commiſſarii. *Mandos.tr de commiſſ in pr.Ruland.de commiſſ. libr. 1. cap.2. num.7.* Unde & ad Legatos Cæſaris, qvi hodiè ad negotia publica perficienda deputantur, nec non executores ultimarum voluntatum applicatum. Et Gallis ad præfectos annonæ, aliosqve infinitos hic nimis longum enumerare, refertur. *Carol.Molin in conſvet.Pariſ.§.6. gloſſ.6. in verb. Rendre con te.*

§. 2. Hinc varia ac diverſa nomina excogitarunt interpretes, qvibus denotare eos voluerunt, qvi probationes à judice mandatas ſuſciperent. Vocarunt enim eos aliqvando Examinatores. *Gail. 1.O.9.* Judices delegatos, *Gail.1.O. 100. n. 11.* Judices commiſſarios, *Gail.d.Obſerv.100.n.12.* Auditores. *Schard.de feud.p.10.ſect.16.n.64.* Confidentes, *Gail.d.l.* Nuncios & Executores, *Panorm. in cap.5. n 7. de teſt. cog.* Inqviſitores, *Rebuff. in tit.de inqviſ.* Et hac ſignificatione Commiſſarii, qvi à Circulis Imperii ad ſuſcipiendas probationes, cum de moderatione alicujus ſtatus agitur, conſtituuntur, vocantur. Camera tamen Imperialis multiqve interpretes, *Ord.Cam.p 3. t.17 Conſt.Carol.V.art.72. Gail.1. Obſerv.96.n.1. Wurmſer.12.O.17. aliiq;* Generale vocabulum, ſpecie applicatum (*commiſſarii ſcilicet*) *retinuerunt, Ruland.d.c.2.n.8.& 9.*

§. 3. *Commiſſarius* eſt perſona qvalificata, judici impedito, ad recipiendas rei dubiæ probationes, ab utraqve, vel alterutra parte nominatà, & ad hoc ab ipſo cum inſtructione ordinata. *Ruland. dict. leg. c. cap.3. num. 5.* Vel Commiſſarii hodie dicuntur delegati ad examinandos teſtes, & tranſumenda documenta probatoria.

§. 4. *Commiſſio* eſt proceſſus, qvo alicui vel pluribus probatio cujusdam litigantis recipienda injungitur. Vulgò voca-

vocatur eine Commißion. *Ord Cam p.3.tit.16.* item Commiſſion zu Abhörung der Zeugen.

§.5. *Commiſſio* eſt vel *ordinaria*, vel *extraordinaria. Extraordinaria* (qvæ communiter Commiſſio *ad futuram rei memoriam* appellatur, *item Commiſſio ad Rei memoriam, Commiſſio ad Memoriam, Commiſſio ad perpetuam rei memoriam, Commiſſio ad perpetuam memoriam*) eſt, qvæ extra ordinem, qvando nimirum ordo proceſſus probationem nondum efflagitat, ſed in futurum fortaſſe eam efflagitaturus eſſet, poſtulatur ac decernitur. Illa huic opponitur, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 73. l. §. 35.*

§.6. Utraqve ſubdividitur in *Commiſſionem in communi forma, & Commiſſionem in optima forma.* Illa eſt, qvando aut teſtes duntaxat examinantur, aut etiam ocularis inſpectio, (Einnehmung des Augenſcheins) permittitur, *Gail. 1. O. 94. num. 1.* Idem dicendum, ſiqvidem nullus teſtis examinandus, ſed ſola ocularis inſpectio perficienda, qvoniam hæc ſub communi forma comprehenditur, *Gail. 1. O. 96. n. 2.*

§.7. *Commiſſio in optima forma* eſt, qvæ decernitur & ad teſtes examinandos, & ad documenta tranſumenda, *Gail. d. n. 2. Jac. Blum. d. t. 73. §. 39.*

CONFESSATUM INSTRUMENTUM. §. 1. Idem eſt, qvod Gvarentigiatum.

CONSANGVINITAS. §. 1. *Conſangvineus* dicitur ille, qvi qvovis modo ſangvine eſt conjunctus, *Vid. Tuſch. lit. C. concl. 732.*

§. 2. *Conſangvinei* in jure tribus modis capiuntur. (1) pro fratre eodem parente nato *l. 2. ff. de ſuis & leg. Nov. 84. in rubr. & nigr.* (2) pro agnatis *l. inter ff. und. leg.* (3) pro qvolibet ſangvine conjuncto, ſive ſit agnatus, ſive cognatus, ut *in Decret. de conſangvin. & affin. Brun. à Sole, in loc. commun. voc. Conſangvinei. n. 3.*

§. 3. Differunt *ſangvis & conſangvinitas.* Sangvis eſt cognatio naturalis, *l. 2. Und. cogn. l. 12. de man. vind. l. 23. de adopt. l. 38. §. 1. de adult.* Conſangvinitas eſt ſpecies agnationis, id eſt, fraternitatis, *§. 4. l. de ſucceſſ. cogn. l. 1. de leg. tut. l. 3. Cod. eod. l. un. pr. C. de rap. virg.* Nihilominus in qvibusdam legibus *Conſangvinei* generaliter accipiuntur pro cognatis,

tis. *l.un.Cod.impon. lucrat.deſcr.l.ult.C. qvor.bon.l.1.C. de leg. her l.4.C.und.cogn.* ut ſangvis in *l.4.C. de bon. vac.* complectitur etiam agnatos,

§. 4. *Conſangvineorum* appellatione non comprehenduntur adoptati, *per l.76.de cond.& dem.* §.4. *l.de adopt.par Berlich. 2. concluſ. 39. num.30.* At utiqve legitimati per ſubſeqvens matrimonium, vel Reſcriptum principis, *N. 117. c.3. N.89. c.8.& 9. N.74.c.2. tanta,10.X. qvi fil.ſint.leg. Wiſſenb. ad ff.p.1. diſp.36.th.5.*

§. 5. Maſculino *conſangvineorum* vocabulo, etiam fœminæ conſangvineæ comprehenduntur, *per l.1.de V.S- l.un.C. de Imp.lucrat.deſcr. l ult.Cod. qvor.bon.l.1.C.de leg.hered. l.* 4. *ff.und.cogn.* niſi ſubjecta materia repugnet, *l. 1.§.2.de jur. immun. l.*13.*de mun.& hon.* W*iſſenb.d.l. th.6.*

§. 6. *Conſangvinitas* eſt vinculum ſeu propinqvitas, ſive cohærentia perſonarum, ex eorum ſtipite, ſeu ſangvine propinqvo deſcendentium, add. *tit.de conſangv.*

§. 7. *Conſangvinitas eſt triplex*, juxta triplicem linearum ordinem, ſcil. Aſcendentium, Deſcendentium & Collateralium. *Aſcendentes* ſunt parentes, qvi nos genuerunt, ut pater, avus, avia, proavus, proavia, & qvi ſupra hos ſunt. *Deſcendentes*, ſunt liberi, & qvi ex iis naſcuntur, ut filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, & deinceps. *Collaterales*, qvi eandem nobiſcum communem ſtirpem ſive parentem habent, veluti frater & ſoror, patruus & avunculus, patruelis &c, *tit. X. de conſang.& adfin.*

COMESTIBILIA. §. 1. *Comeſtibilia* ſunt cibaria doſtica, & vocantur Mußtheil/ *vid. voc. cibaria, & Berlich. p.3. Conſtitut. 47. & ſeq. Carpzov. p.3. Conſtit.39.& ſeq.* Eſſende Speiſe.

COLLECTA §. 1. *Collecta* ſunt onera extraordinaria, qvæ imponuntur perſonæ pro rebus. Qvandoqve tamen collecta eſt perſonalis, qvandoqve realis. Propriè autem dicitur collecta onus mixtum, ſed ſi imponitur loco alterius oneris realis, dicitur onus reale, ſi verò imponitur pro onere perſonali, dicitur onus perſonale. *vid. Tuſch. lit. C. concluſ.447.*

CAU-

CAUSÆ CONNEXÆ, CONTINENTIA CAUSARUM. §. 1. *Connexum* conſiderari poteſt, tribus modis, ratione contractus, vel qvaſi ineundi, ratione actionis, obligationis inducendæ, & ratione executionis ſeu condemnationis ſeqvendæ. *Item*, connexum & annexum dicitur duobus modis, videlicet, qvia pendet ab altero, cui annexum eſt, vel qvia ordinatur ad alterum, *Tuſch.lit.C. concluſ. 625. Menoch. arb. q. caſ. 95.*

§. 2. *Continentes ſeu connexa cauſa* ſunt, qvæ communem habent liqvidationis qvalitatem & rationem, propter qvam una ſive altera plenè & liqvido cognoſci & definiri poteſt. *Umm. diſp. 4. theſ. 4. n. 18. ad Tuſch lit. C. concl. 957.* Seu *Continentia cauſæ* nihil aliud eſt, qvam cohætentia negotii in judicio diſceptandi, qvæ hoc negotium ſeparari non patitur, ſed uno eodemq; judicio terminari vult. *Mindan. de contin. cauſ. cap. 1. n. 7. Add. Menoch. d. cap. 95.*

CONTEXTUALITER. CONTINUE. §. 1. *Contextu uno*, vel contextualiter aliqvid fieri intelligitur, anteqvam agens divertat ad actus extraneos. Contextualiter autem qvid fieri dicitur nedum ratione *actus*, ſed etiam *ratione loci*: ideò actus cœptus in uno loco, *prout teſtamentum*, & finitus in alia domo, vel loco diverſo non dicitur contextualiter factus, ideo non valet. *Ægid. Bellam. conſ. 1.* Et *ratione temporis*, qvia factum, ſeu cœptum uno die, & finitum alio die non dicitur eodem contextu factum, *Ægid. d. conſ. 1. Card. Tuſch. lit. C. concluſ. 972.*

§. 2. Continuus commenſalis, intelligitur civiliter, & ſecundum uſum patrisfam. etiamſi aliqvando abſit, ut vivat expenſis ſuis, ſi ita eſt uſus domini. *Qvandoqve* tamen continuo exponitur, videlicet tempore congruo. *Cald. conſ. 88. Aliqvando* actus dicitur continuatus, ſi factus eſt à principio ad finem, anteqvam agens divertat ad extraneos actus, *Card. Tuſch. lit. C. eod. concl. 977.*

§. 3. *Incontinenti* factum, dicitur id, qvod factum celeriter eſt, *Bald. conſ. 34. num. 10. lib. 5. Tuſch lit. I. concl. 80.* anteqvam ad extraneos actus divertatur, *Socin. conſ. 65. num. 6. lib. 1. Carpz. p. 1. Conſt. 26. defin. 10. num. 9.* Dictio autem hæc *incontinenti* non præciſè de momento temporis eſt intelligen-

ligenda, ſed cum alio ſpatio temporis accipienda eſt, *per l. 1. §. item ſi ita. ff. ad L. Falcid.* Qvodnam autem temporis intervallum per hanc dictionem intelligatur, utiqve indubitatò affirmari neqvit, *Vid. Tuſch. d. l.* Carpzov. *pr. crim. p. 1. qvæſt. 31. n. 8. & ſeqq.*

§. 4. Exceptiones peremtoriæ *incontinenti probari* dicuntur, ſi de iis vel ex Actis, vel Inſtrumentis fide dignis, vel ipſa rei notorietate conſtare poſſit, *Umm. Diſp. 8. n. 57.* Ubi etiam hoc admittit, ſi per teſtes præſentes ſtatim exceptiones illa probari qveant.

CORRELATIVA. §. 1. *Correlativa* dicuntur, illa, qvorum poſitio ſupponit aliud, prout pater & filius, *Tuſch. lit. C. concluſ. 1040.*

CORRESPECTIVI ACTUS. §. 1. Actus plures incontinenti facti dicuntur correſpectivi, ut unus cenſeatur contemplatione alterius. Et *actus* dicuntur *correſpectivi*, qvando ſunt ſubordinati, unus ad alterum, & præſumuntur facti congruo loco, & tempore, ideò judicandi ſunt ut valeant, & unus inſit alteri. Et qvando ſunt in eodem inſtrumento diverſa pacta cenſentur correſpectiva, ita ut unum pactum, & una diſpoſitio contractus ſit contemplatione alterius, ita qvod unum non feciſſem, niſi tu aliud feciſſes, *Card. Tuſch. lit.* C. *concl. 1043.*

CONFRONTATIO. §. 1. *Depoſitio teſtium* in præſentia inqviſiti repetenda eſt. In practica namqve obſervatur, ut teſtes cum inqviſito confrontentur, ac in præſentia ejus repetant & confirment ea, qvæ prius dixerunt, *Proſp. Farin. de teſtib. tit. 1. qv. 2.* Hæcqve confrontatio teſtium cum inqviſito potiſſimum tum fieri ſolet, qvando eorundem depoſitio contraria eſt dicto ac confeſſioni Rei in examine factæ. Ac licet de ſubſtantia proceſſus inqviſitorii *confrontatio* non ſit, attamen in practica uſu recepta eſt, & rariſſimè omittitur, qvando depoſitione teſtium inqviſitus ſe convinci patitur, *in hunc finem*, ut veritas meliùs eluceſcat, & qvo inqviſitus ex viſu, trepidatione & geſtibus convincatur, & ad confitendum crimen inducatur, aut faciliùs torturæ ſubjici qveat, *Jul. Clar. in pract. §. ult. q. 45. n. 14. Dn. Carpz. pr. crim. p. 3. q. 124. n. 76. & ſeqq.*

§. 2. *Confrontatio* haud dubiè deducta eſt à Latinorum

norum fronte, hoc eſt, vultu aut facie, qvaſi dicas de fronte ad frontem. Ex fronte enim multa colligunt Phyſiognomi & Metopoſcopi. Vultus enim ſenſus animi plerumqve indicat inqvit *Cicero 2. de Oratore cap. 35. Tabor. Tr. de Confront. par. 4.*

CONCLUSIO CAUSÆ. §. 1. *In causa concludere* nihil aliud eſt, qvàm ulteriori diſceptationi ſive diſputationi renunciare,& ipſam litem judicis cognitioni ſubmittere. Qvod ex *c. paſtoralis 5. X. de cauſ. poſſ.* ſatis liqvet, & inſuper notiſſimus ſtylus confirmat. Ubi enim concludimus, vulgò hiſce aut ſimilibus verbis utimur: Will hiermit zum Urtheil beſchloſſen haben/ vel will hiemit die Sache zu Rechtlicher Entſcheidung geſtellet haben/ &c.

§. 2. *Concluſio* igitur *cauſa* eſt actus judicialis, qvo cauſa vel cauſæ articulus aliqvis concluditur, aut pro concluſo habetur, ita ut diſceptationi partim amplius locus non ſit, *Roding. pand. Cam. l. 3. tit. 36. pr.*

§. 3. Concluſio dividi ſolet à Dd. in *puram* & *conditionalem*, *Umm. diſp. 19. th. 1.* In Camera autem pura ſolummodò locum habet, conditionalis verò prohibita eſt. Gemein. Beſch. *21. Jun. 1625. & 10. Octobr. 1642. item 19. Decembr. 1659. §. 5. in fin.*

§. 4. *Pura* concluſio ſubdividitur in *ſcriptam & oralem*. *Illa* eſt, qvæ ultimo ſcripto in qvovis puncto exhibendo ab Advocato cauſæ annecti debet. *Hac* eſt qvam Procurator, vel illud ſcriptum exhibens, vel etiam aliàs citiùs viva voce facit, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 74. num. 6.*

§. 5. Cauſæ concluſio eſt vel *expreſſa* vel *tacita*. *Tacitè* concluditur, ubi ipſa cauſa non expreſſis verbis judicis cognitioni ſubmittitur, ſed ex circumſtantiis apparet, nil niſi ſententiam judicis à partibus exſpectari. Qvod per exempla declarant, *Aſin. in prax. Flor. §. 23. c. 3. Menoch. qv. 35. Grev. 1. concl. 101. num. 15.*

CONVENIRE. §. 1. Verbum *Convenire* non ſolùm actione aliqvem pulſare, verum etiam in jus vocare ſignificat, *l. 45. π. de R. V. l. 5. de praſcript. 30. ann.*

CORREUS. §. 1. In una eademqve ſtipulatione *duo rei ſtipulandi* conſtituuntur, ſi poſt omnium interrogationem,

nem, ſeparatim à qvolibet ſtipulatore de eadem re in ſolidum factam, promiſſor reſpondeat, ſpondeo: vel utriqve veſtrum dare ſpondeo: nam ſi prius Titio ſpoſponderit, deinde alio interrogante ſpondeat; alia atqve alia erit obligatio, nec creduntur duo rei ſtipulandi eſſe, *pr. Inſt. de duob. reis ſtipul.*

§. 2. *Duo rei promittendi* in una eademqve promiſſione conſtituuntur, cum ſcil. ad interrogationem, de eadem re in ſolidum factam, plures ſeparatim, eodem tempore vel ſaltem modico intervallo interveniente, reſpondent, ſpondeo vel ſpondemus, *d. pr. 3. l. pr. l. 12. pr. l. 6. §. f. De duobus reis.*

COPIA. §. 1. Qvod ex Originali ſive Authentico ſcripto deſcribitur, Juſtinianus vocat exemplum, *l. 2. de edend. l. ult. qvand. appell. & paſſim.* Exemplar Cicero & alii authores appellant, nos nominamus per catachreſin *copiam*, Copey/ & magis latinè deſcriptionem, eine Abſchrifft. Copia enim apud Roman. autores ſumitur pro multitudine ſeu abundantia. Hinc ſi Originale ſemel aut plures deſcribatur, & ita qvaſi multiplicetur, deſcriptiones ejusmodi recentiores JCti per catachreſin vocarunt Copias.

§. 2. *Copia* eſt vel *nuda*, vel *Vidimata*. *Nuda*, qvæ vidimatæ opponitur, in Camera & alias regulariter nulla fides adhibetur, ideoqve nihil probat. *Copia Vidimata (aliàs etiam auſcultata, authentiſata, item Vidimus*, beglaubte Abſchrifft/ *&c. nominata*) dicitur, qvæ cum Originali comparata, ei verbotenus conſona deprehenſa eſt. Sic appellata, qvoniam antiqvitus fortaſſe comparatores ei copiæ ſubſcripſerint, *Vidimus N. N. &c.* Hodie hæc comparatio fit vel à Notario, vel à judice ſeu Magiſtratu. Si comparatio, ſeu vidimatio à Notario facta, ei in Camera non creditur. Vidimationem à judice factam qvod concernit, illa facta eſt vel authoritate judicis ordinarii, & huic vidimationi fides in Camera adhibetur, vel authoritate judicis Cameræ. Hæc vidimatio fit vel à Cancellaria, vel à Lectoria, & ei æqvè ac originali creditur. Hinc ſi alicui injungitur, ut aliqvod documentum in *probanti forma* producat, oportet illud vel in Originali, vel in Copia à judice Ordinario, ſeu à Cancellaria Lectoriavé Camerali vidimata produci, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 63. num. 35. & ſeqq.*

§. 3. *Copiſta*. Nomen *Copiſta* venit à Copia. Hinc tales Deſcriptores appellantur Copiſtæ, Copiſten / *Copiſta judicii Cameralis* ſunt perſonæ circa ejusdem judicii acta deſcribenda occupatæ, *Jac. Blum. d. tr. tit. 16. n. 4. & 5.*

CREDITUM. CREDITOR. §. 1. *Creditum* (1) latiſſimè accipitur, pro qvovis debito, ſive ex contractu, ſive ex delicto, *l. 10. de V. S.* etiam ratione realis actionis, *pr. I. de actionib. l. 1. de compenſ.* (2) vulgariter & latè, qvando qvis alterius fidem ſeqvitur, *l. 1. l. 2. §. 3. de reb. cred.* (3) ſtrictè pro ipſomet mutuo, *l. 2. §. 1. d. t.*

§. 2. *Creditum & debitum* propriè loqvendo illud tandem erit, qvod nulla exceptione perpetuâ elidi poteſt, *l. 112. de R. J. l. 42. §. 1. de O. & A. l. 7. §. 8. de dol. Gædd. ad l. 12. num. 10. de V. S.*

§. 3. *Creditor* (1) is eſt & dici poteſt, qvicunqve ab altero invito aliqvid extorqvere poteſt, ſive id poſſit civili aut gentium jure per ordinariam aliqvam vel extraordinariam actionem, vel qvolibet alio remedio civili aut prætorio, *l. 10. 11. 12. de V. S.* etiamſi purè id qvod petitur non debeatur, ſi tamen debitum iri ſperetur, *l. 54. de V. S. l. 42. §. 1. de O. & A.* modò nulla perpetua exceptione actor ille repelli poſſit, *l. 42. §. 1. de O. & A. l. 7. §. 8. de dol. l. 112. §. 66. de R. J.* Neqve ſolus ille dicetur creditor, qvi mutuam dedit pecuniam, ſed & qvi alium qvemcunqve contractum habet, *l. 11. de V. S.* (2) Non tantùm ille creditor eſt, cui ex contractu, ſed cui ex qs. contractu *per l. 1. de reb. cred.* ac ex delicto debetur, *l. 6. l. 12. pr. ff. de V. S. Wiſſenb. p. 1. ff. diſp. 12 th. 3.* (3) Creditores ſtrictè dicuntur, qvi mutuò dederunt, & ſimiliter Debitores ſunt, qvi mutuam pecuniam acceperunt, *l. 11. C. ſi certum pet. l. 5. §. 3. ff. de O. & A. Gædd. ad l. 12. de V. S. n. 2.*

§. 4. Conditionales creditores dicuntur & hi, qvibus nondum competit actio, eſt autem competitura: vel qvi ſpem habent, ut competat, *l. 54. de V. S.* Qvod intelligendum eſt ſtipulatione. Stipulator igitur conditionalis eſt creditor. Legatarius conditionalis non item. Cui enim ſub conditione legatum eſt, pendente conditione non eſt creditor, ſed tunc, cùm extiterit conditio, *l. 42. §. 1. de O. & A.*

§. 5. *Qvi exceptione perpetua* removentur, creditores

non

non ſunt, *l.10.de V.S. d.l.42. §.1.l.7.§.8. de dol. mal. l. 112. de R.J.* Qvi *exceptionem temporalem* timet, ſimilis eſt creditori conditionali, *l.55.de V.S.*

§. *6.* Qvibus *natura tantum* debetur, non ſunt creditorum loco, *l.10.de V.S.* (niſi per abuſionem *l.16. §. 4. de fidej.*) nec in Statutis creditorum verbo continentur, *d.l.10.*

§. *7.* *Qvi rem ſuam vindicat*, creditorum numero non eſt habendus, *l.27.§.2. l.34.pr.de aur.& arg.leg. l.159.de R. J. Wiſſenb.ad l.12. de V.S. th. 3.*

§. 8. Cui ceſſa, vendita, mandata eſt actio, v. c. ex ſtipulatu, mutuo, venditione, creditorum appellatione continetur, *l.11. & ſeq. de V.S. l.22.l.23.C. de mandat. l. 2. C. de donat. l.7.C.de O.& A. Wiſſenb. d.l.*

§. *9.* Similiter legatarii & fideicommiſſarii recte appellantur creditores, *arg.l.11. de V.S. l.42. §.1.de O.& A.l.1.in fin. C qvi man. non poſſ. l.9.§.3. de ſolut. § 5.I.de Obl. ex qs. contr. Wiſſenbach. d. l.*

CRIMEN. DELICTUM. §. 1. *Delictum* in genere eſt factum in ſe illicitum immediatè, *extra ullius conventionis conſiderationem*, contra legum prohibitionem ſponte commiſſum, qvo ad præſtandum qvid patiendumvé qvis ſe obligat, *l.25.§.1. l.4.de O. & A.*

§. *2.* *Crimina publica* ſunt, in qvibus puniendis damnum, qvod per illa reipublicæ illatum, vindicatur, & ut hoc vindicetur, ordinariæ & certæ criminales pœnæ legibus publicorum judiciorum ſtatutæ, *l.1.de publ jud.l. 3.§.f. de præfat. l.3. §.pen.Stellion.*

§. *3.* *Crimina publica* ſic dicuntur, ratione cauſæ efficientis & finis, à certis qvibusdam legibus, qvibus referuntur inter judicia publica, qvorumqve perſecutio cujuslibet. *Privata* ſunt, qvæ eo non referuntur, & propterea privatam continent perſecutionem, *l.1.de publ.jud.l.3. §.f. de prævar. D. Hahn. ad tit.ff.de tranſact. n.5.*

§. *4.* *Crimina publica* ſunt *capitalia*, vel *non capitalia. Capitalia* latè ſunt, qvibus pœna eſt capitis, naturalis vel civilis, *l.103.de V.S.§.2.de publ.jud.* Strictè verò κατ' ἐξοχὴν, qvibus mortis pœna, ſeu ſangvinis, *l.f.C.de bon.proſc.l. 4. de pæn. l.1. de effract.*

§. 5. *Qvaſi delictum* communiter deſcribunt eſſe illud, qvod non ex dolo, vel lata culpa, ſed fortaſſis ex imperitia vel negligentia propria, vel etiam aliena, puta ſuorum ſervorum, vel filiorum oritur, *vid. t. 1. Inſt. de Obl. ex qs. del. Manzius ad Rubr. Inſt. d. t.*

§. 6. *Crimina extraordinaria* ſunt, qvæ pro arbitrio judicis extra ſolennem ordinem criminali judicio ſingulariter coërcentur, *vid. l. 1. pr. de extraord. crim. junct. l. ſ. de priv. del. l. 7. de accuſ. l. 1. §. 13. D. de pœn.*

§. 7. *Gravia, atrocia vel atrociora* dicuntur omnia delicta, pro qvibus à Lege vel Statuto imponitur ſimpliciter pœna mortis naturalis vel civilis. *Atrociſſima* autem pro qvibus Lex vel Statutum imponit pœnam graviorem, qvam ſimplicis mortis in ipſo genere mortis, *puta* qvia vult pro talibus delictis Reos in ſui culeo, vel igne comburi, vel in fruſta ſcindi, vel Rotâ contundi, vel qvando addit alias qvalitates ultra pœnam mortis, ut qvod reus trahæ illigatus ad locum ſupplicii ſit raptandus, aut facta executione pœnæ cadaver rotæ affigendum &c. *Jul. Clar. l. 5. ſent. §. 1. n. 9.* Qvæ ſententia etiam in foro Saxon. hactenus uſu recepta eſt, *Carpzov. p. 3. q. crim. 102. num. 61. & ſeqq. & qvæſt. 125. n. 53. Add. Tuſch. lit. C. concluſ. 1077.* Omnia verò illa crimina habentur *levia*, qvorum pœnæ non ſunt criminales, ſeu corporis afflictivæ, ut ſic pœnæ civiles & leves, nec non delicta levia & civilia in foro Saxonico pro iisdem habeantur, *Carpzov. d. qvæſt. criminal. 102. num. 60.*

§. 8. *Crimen pernoctatum*, eine übernächtige That / dicitur horis viginti qvatuor à crimine perpetrato præterlapſis, *Carpz. pr. crim. part. 3. qvæſt. 136. n. 97.*

§. 9. Dubium non eſt, qvin omnia illa crimina habeantur *levia*, qvorum pœnæ non ſunt criminales ſeu corporis afflictivæ, ut ſic pœnæ civiles & leves, nec non delicta levia & civilia in foro Saxonico pro iisdem habeantur, *vid. Carpzov. pr. crim. qv. 102. n. 57. & ſeqq.*

§. 10. *Cauſa civilis* eſt, qvando agitur ad commodum privatum, ſive cauſa deſcendat ex delicto, ſive ex contractu, *l. 4. de jud. publ. §. 7. §. 10. T. de Jur. l. 7. §. 6. l. 37. in f. eod. l. f. de priv. del. l. ult. de furt. l. 9. §. 5. de publican. Criminale autem*

judi-

judicium dicitur, in qvo agitur ad commodum publicum, ſive ſit imponenda pœna corporalis, ad publicam vindictam, *l. 4. §. 1. de incend. l. 8. l. 28. de pœn. §. 10. l. de injur.* ſive ſit ex delicto imponenda pœna pecuniaria fiſco, *l. 1. pr. l. 17. de jur. fiſc. l. 12. §. 4. de accuſ. l. 1. pr. ad L. Jul. de vi priv. l. 1. & t. t. C. de bon. proſcr. Jul. Clar. lib. 5. ſent. §. ult. q. 1. num. 1. & 2. Petr. Theodor. in colleg. crim. diſp. 14. th. 2. D. Add. Tuſch. lit. C. concl. 1083. & ſeq. Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 43. num. 4.* Civiliter & criminaliter agere à Dd. ita variè uſurpatur, ut ſæpè præcepto vix ſit poſſibile, qvidnam dicere voluerint. *Criminaliter agere* eſt agere ad vindicandum crimen, ut nim. Reus puniatur, ſive illa pœna fiſco, ſive actori applicetur. *Civiliter* agere verò, ſi agatur ad reſtitutionem bonorum & refectionem damni ex aliqvo crimine illati, *Jac. Blum. d. tract. tit. 29. num. 113.*

§. 11. Verùm qvænam cauſæ ac pœnæ hodie moribus noſtris *criminales* dicantur, diſceptari ſolet? Vocem namqve Peinlich ad eas tantummodo pœnas pertinere, qvæ corporis afflictivæ ſunt, ut & pœna mortis, fuſtigatio, manus amputatio, adeoqve cauſas ſolùm dici propriè criminales, in qvibus ad pœnam ejusmodi corporis afflictivam agitur, reliqvas verò qvæ ad pœnas leviores, mulctam pecuniariam, carcerem aut relegationem tendunt, eſſe civiles, perinde ac pœnæ hæ propriè civiles dicantur, ſcribit *Frid. Mindan. de proceſſ. lib. 1. c. 9. n. 22.* Notandum autem omninò eſt, cauſas qvoqve civiles, qvæ exiſtimationem & bona concernunt, adeoqve pœnas leviores, qvæ corporis afflictivæ non ſunt, qvandoqve appellari Criminales; attamen hoc non fit ex proprietate & ſignificatione genuina verbi (Peinlich) ſed per conſeqventiam & propter cognationem qvandam, & impropriè, vocabulo illo (Peinlich) generaliter ſumto, *vid. Carpz. ov. p. 3. qv. 102. n. 26. 43. & ſeqq.* In foro Saxonico, qvicqvid etiam ſit de jure Sanctionis Carolinæ, eæ ſolummodò pœnæ dicuntur criminales, Peinliche/ qvæ corpori infliguntur. Reliqvæ verò penè leviores, & mulcta pecuniaria, pœna carceris, vel Relegationis &c. Civiles appellantur, Bürgerliche Straffen.

Similiter *cauſæ criminales* in foro Saxonico dicuntur ſolummodò eæ, in qvibus agitur ad pœnam corporis afflictivam, wann die Klage gehet zu Haut und Haar. *Matth. Coler. p. 1.*

deciſ. 22. num. 2. Ern. Cothman. Reſponſ. 1. n. 186. & 191. Carpzov. d. q. 102. n. 55.

§. 12. *Conſcius delicti* duplici modo in jure accipitur. (1) Nam dicitur conſcius, qvi absqve ulla participatione ſcivit delictum ejusqve nudam notitiam habet. (2) Deinde etiam dicitur conſcius, qvi ſimul particeps eſt delicti, qvo ſenſu reperitur hoc vocabulum *in l. 7. C. de pag. l. 16. princ. ff. de pæn. Natta conſ. 595. num. 12. in fin. conſ. 597. num. 4.* Carpzov. *pr. crim. qvæſt. 134. num. 60.*

§. 13. *Manifeſtum crimen* dicitur, qvod publicè pluribus patet; non autem omnibus, aut majori parti populi. *Bart. in l. heredes palam. pr. π. de teſt* Differt e. à *Notorio crimine*, qvod omnibus, vel majori parti populi patet. Sed *Farin. lib. 1. tit. 3. qv. 21. n. 5. de delict.* Parum hæc differre exiſtimat.

CULPA. §. 1. *Culpa* committitur per negligentiam & imperitiam, qvando qvis negligit & ignorat ea, qvæ ſcire & obſervare debuiſſet ac potuiſſet. *Germ.* Fahrläßigkeit/ Unachtſamkeit/ Nachläßigkeit. *l. 231. §. 2. de V. S. l. 72. pro ſoc. §. pen. I. qvib. m. r. c. obl.* Vocatur etiam incuria, *l. 64. pr. de evict.* error. it. imprudentia, *l. 32. de cond. & dem. l. 11. C. de pact. convent.*

§. 2. *Culpa lata* eſt, non intelligere id, qvod omnes intelligunt. *l. 223. l. 213. in f. de V. S.* h. e. *Lata culpa* eſt, qvâ in actione aliqva qvis ea non obſervat, qvæ qvilibet talia agens facilè juxta communem hominibus inditum intellectum ſeu rationem obſervaret, Exempla illius culpæ occurrunt *in l. 30. §. 3. ad L. Aqv. l. 8. § f. l. 29. pr. Mandat. l. 7. §. 2. de adm. tut. l. 31. §. 12. de ædil. ed. l. 13. §. 3. Locat. l. 7. C. de ſicar.*

§. 3. *Culpa levis*, qvâ qvis non facit, qvod qvis paterfam. diligens & idoneus facit, *l. 10. de adm. tut. l. 35. §. 4. de contr. emt.* ſeu non providet, qvod à diligente provideri potuit, *l. 31. ad L. Aq.* Vel, eſt qvâ qvis non agit aut declinat id circa res alienas, qvod ipſemet, ut bonus paterfam. in rebus ſuis facere aut declinare ſolet, *vid. l. 25. §. 16. fam. erc. l. 72. pro ſoc. l. 24. §. 5. Sol. matr. §. f. Inſtit. de ſociet.*

§. 4. *Culpa leviſſima (uti appellatur l. 44. ad L. Aqv.)* eſt, qva qvis non exactiorem, qvam ſuis rebus ſolitus eſt, adhibet

bet diligentiam, cum alius ſit diligentior. Vel: eſt omiſſio diligentiæ exactiſſimæ, ſeu talis diligentiæ, qvalem alius diligentiſſimus qvisqve adhibuiſſet, *l. 21. §. pen. Locat. l. 25. §. 10. fam. erc. l. 18. pr. commodat. l. 3. de per. & comm. rei vendit. l. 1. §. 4. de O. & A. §. 2. qvib. m. r. c. obl. D. Struv. Exercitation. 19.*

§. 5. Cùm *culpa levis* ſæpiùs occurrat, ideoqve ſpeciali *culpa* nomine, ſine adjectione ac ſimpliciter iſto prolato in legibus deſignatur, & dolo opponitur, *l. 31. ad L. Aqvil. l. 5. §. 1. commod. l. 72. pro ſoc. l. 3. §. 1. Naut. Caup. l. 8. §. 5. l. 8. §. pen. l. 9. §. 5. de reb. aut.* jud. *poſſ.* Similiter negligentiæ, deſidiæ, ac ſegnitiæ vocibus ſimpliciter poſitis exprimi ſolet, *l. 72. pro ſoc. §. 3. l. q. m. r. c. ad. l. 8. C. de pign. act.* niſi ſubjecta materia aliud ſvadeat, ſic aliqvando culpa ſimpliciter poſita etiam leviſſimam includit, *l. 4. C. mandat. l. 8. l. 9. eod. l. 16. de cond. furt.* Imò & levis culpa oppoſitivè ad latam comprehendit utrumqve gradum culpæ, *l. 20. C. de neg. geſt. junct. l. 32. Depoſ. D. Struv. d. l. th. 2.*

§. 6. Conſiſtit verò *culpa* tam in *nonfaciendo* qvàm *faciendo*, *l. 121. ff. de Reg. Jur. l. 91. pr. ff. de V. O. §. 6. J. de L. Aqvil.*

CURATELA. §. 1. *Curatela* eſt vis ac poteſtas minoribus ob imbecillius judicium, vel animi corporisvè vitio laborantibus in bonis adminiſtrandis adſiſtendi, *pr. J. de curat. l. 1. pr. §. 1. de cur. furt. l. 6. §. 4. l. 1. §. 1. de tut.*

§. 2. Eſtqve vel *Puberum* Minorum 25. annis, *pr. J. de curat.* vel *Majorum* 25. annis, qvi morbo ſeu vitio aliqvo ſive animi ſive corporis laborant, §. 3. 4. *J. eod.* vel *ipſorum pupillorum*, §. 5. *J. eod. Biccius Sect. 1. Rerum qvotidian. §. 35. & ſeqq.*

§. 3. *Curator bonorum* eſt, qvi ad diſtrahenda vel gerenda bona abſentis, vel ejus, qvi heres non exiſtit, vel qvi apud hoſtes eſt, vel cùm ſcripti heredes deliberant, à Prætore datur, *l. 28. de adm. tut. l. 5. §. f. de Carbon. cod. l. 21. de reb. aut. jud. l. 1. de num. & bon. t. t. de curator. dand. l. 90. de ſolut.*

CUSTODIA. §. 1. *Cuſtodia* eſt peculiaris diligentiæ Species; qvâ res aliena ex contractu penes aliqvem exiſtens,

ut ex commodato, depoſito locat. cond. &c. vel ratione contractûs alicui tradenda, *ut eſt emta*, diligenter aſſervanda venit, §.*3.l.de emt.vend.*§.*pen.& ult. 1.q.m.r.c.6.l.5.*§.*9.l.10.*§.*1. commod. l.53.*§.*4. de contr.emt.l.53.*§.*pro ſoc.* Cuſtodia autem alia eſt remiſſior; alia magis exacta; alia exactiſſima *D. Struv. Exercitat. 19. th.39.*

§. 2. *Cuſtos* in jure Canonico diſtingvitur à Sacriſta; qvod *Sacriſta* eorum cuſtodiam habeat, qvæ ad uſum altaris & uſum miniſtrorum Eccleſiæ ſpectant; *Cuſtodis* cura verſatur in palliis vel linteaminibus altaris, & cæteris id genus, qvæ ad eccleſiæ ornatum & decus ſpectant.

CURIA. §. 1. *Curia* in municipiis fuit corpus eorum, qvi erant in conſilio publico: ita ut curiales in municipiis, cæteris paribus, fuerint, qvi Senatores Romæ, & Curia, qvi Senatus. Poſtea tamen Curiales dicti omnes, per qvos functiones publicæ obirentur, è qvibus Decuriones fuerunt qs. Curiæ Senatores. *Donell.2. Comm. 21. & ibi Hilliger.*

CUM. §. 1. *Cùm*: Hæc dictio aut (1) ad tempus refertur, & idem ſignificat, qvod vox qvando, *l.22. qvand. dies leg.* (2) aut conditionem denotat, ejusdemqve potentiæ eſt, cujus verbum, *Si l.217. de V.S.* Importat *conditionem*, ſi adjicitur verbo futuri temporis, *uti loqvitur Raph. Cuman. conſ 61. Roman. conſ. 438. num.4.* Et in teſtamento adjecta dictio *Cùm* incerto termino, ſemper importat conditionem, prout ſi pater legat filiæ, *cùm nupſerit. Alex. l.2. conſ.55.* Reſtringenda tamen hæc ſunt, ſi adjiciatur verbo præteriti temporis vel præſentis, qvo caſu inducit cauſam vel demonſtrationem, *Cuman. conſ.61. num.3. Roman. conſ.438. n.3.* aut modum qvandoqve, *uti aſſerit Angel. de Peruſ. conſ.124. num.3.* Item ſi *Cùm* ſignificat conjunctionem vel præpoſitionem, qvâ junguntur perſonæ, non facit conditionem, ut *cum filiis* uti patet ex *l.13.*§.*3. ff. man.teſt.* ſed pertinet ad demonſtrandam neceſſitudinem, *l.18. pr. de condit. & dem. Add. Tuſch. lit. D. concluſ. 257.*

§. 2. Qvando *Cùm* ſignificat conditionem, & pro *Si* ponitur, *inchoationem* deſignat, *l.217. de V.S.* §. *ita autem Inſt. de inut. ſtip. l. qvodcunqve* §. *non ſolum ff. de V.O.l.74.* §. *Fabius. Add. SC. Trebell.* Si autem hæc vox accipiatur pro qvan-

qvando, tunc *perfectionem temporis* ſignificat, idqve puriſſimum fit, ſi poſt ſe recipiat tempus perfectum præteritum; aut non in vim conditionis, ſed ſolummodò demonſtrandi gratiâ adjiciatur, *l. centeſimus.* §. *f. ubi Dd. de V. O. l. 49. de leg.* 1. *Gædd. ad d. l. 217. de V. S.*

§. 3. *Cùm & poſtqvam* multum differunt: Illud qvidem tempus inchoatum, ſi ſine vi conditionali profertur, nec verbum ſubjectum, plenam perfectionem deſiderat: hoc ſui naturâ perfectum præteritum ſignificat, *d. l. 217. pr. de V. S.* §. *poſt mortem I. de inut. ſtip.*

§. 4. Verba *Cum hac conditione*, non important conditionem, ſed modum. Conditio non dicitur onus annexum à teſtatore implendi, licet teſtator dixerit, cum conditione, qvod hæres impleat vel aliqvid faciat. *Oldr. conſ. 108. pr. Alex. conſ. 102. num. 2. Bald. l. 1. conſ. 4. Fulgoſ. conſ. 202. col. 4. Alex. conſ. 119. col. 2. n. 1.*

DAMNATIO MEMORIÆ. §. 1. *Damnatio memoriæ* eſt perpetuæ infamiæ irrogatio, cum abolitione, eraſione nominis, titulorum, dignitatum, ſtatuarum, ædium demolitione, imaginum detractione, poſteris nominis interdictione *Hodog. Chart. IV. Clem. V. aph. 12.*

DAMNUM. §. 1. *Damnum* accipitur (1) latiſſimè & omnem cujuscunqve rei læſionem denotat, ſive illa ab homine juſtè vel injuſtè, ſive alio animali inferatur. Ita ſumitur vox damni *in l. 7. §. f. junct. l. 8. pr. de pæn. l. 7. pr. de cond. furt. l. 1. §. 3. Si qvadr. l. 23. §. de fideic. lib.* Hoc latiſſimo ſignificatu ſynonymum damni eſt detrimentum, *l. 13. pr. de act. emt. l. 2. pr. in fin. ad L. Rhod. de jact.* item diſpendium, cui opponitur compendium, *l. 65. §. 6. pro ſoc.* (2) Generaliter, & tunc aliqvando ſignificat patrimonii diminutionem, qvandoqve verò non nihil ſtrictiùs, rei corruptionem & deteriorationem. Priori modo ſumitur *in l. 3. l. 25. t. t. de damn. inf.* & continet etiam expenſas atqve illud qvod intereſt, *l. 28. & ſeqq. e. d. l. 81. de V. S. ubi Gædd. n. 3.* (*qvomodo & in lingva Germanica communi ſermone ſub voce,* Schaden/ *damnum emergens & lucrum ceſſans continetur,* Wehner. *pr. Obſ. verb.* Schaden) furtum item & rapinam, *vid.* §. 2. *verſ. at. ex contrario. ib. ſine omni damno. l. qvib. alien. lic. l. 25. inf. de adm. tut.*

Poſteriore ſignificatione ad damnum injuriâ datum pertinet, qvod vindicat L. Aqvilia, §.*f.* *1. de L. Aq.* & furtum non comprehendit, *arg.*§.1.*1.de obl. ex del* (3) Specialiter accipitur pro damno injuſto, *l.151. de R.J.* in qva damnum dare κατ' ἐξοχὴν dicitur is, qvi id facit, qvod facere jus non habet, hoc eſt qvi injuriam committit, *arg.pr. Inſt.de injur.* neceſſe enim eſt eum, qvi injuriam patitur, lædi ſeu damno affici, uti dicit *Ariſt.1.Rhet.13.* Unde *in* §.3. *J. de ſuſp. tut.* injuria pupillorum dicitur, pro damno eorum injuſto. Accuratè autem ſi hæc conſideras, ipſum damnum eſt materiale injuriæ; formale verò injuriæ eſt difformitas à jure ſeu defectus conformitatis cum jure. Injuria namqve dicitur omne, qvod non jure fit, *pr.Inſtitution. de injur. Add.D. Struv. diſſertat. de damnis.*

§. 2. *Damnum* non intelligitur, niſi deducto omni lucro, *l.30. pro Soc.*

§. 3. *Damnum infectum* eſt damnum nondum factum, qvod futurum veremur, *l. 2. de damn. inf. l.7.*§.1.*eod.*

§. 4. *Damnum injuriâ datum* eſt delictum privatum, qvo patrimonium ſeu res aliena dolo aut culpâ deminuitur, *l.3. de damn. de damn.inf. l.5.pr. ad L. Aqvil. pr.I. de injure jung. l.15.* §. *in fin. de his qvi dejec.*

§. 5. *Damnum* eſt in qvadruplici differentia, (1) datur ſine injuria facientis, hoc eſt ab eo, qvod facto ſuo qvidem damnum dat, ſed ob rationis defectum (*negativum*) injuriam neqvit inferre, nim. ab animali qvadrupede, qvod pauperiem facere dicitur, *l.1.*§.*13. Si qvadr.* §. *2. I. eod.* (2) damnum injuriâ à libero homine datur: qvod vindicatur à L. Aqvilia. *vid. tit. ff. & inſt. ad L.Aqvil.* (3) infertur damnum vel à nobis ipſis: vel ob damna ab aliis data nos etiam tenemur: & qvidem aut ex culpa præſumta, ſeu ut ita loqvar, imputativa. *in qvaſi delictis,* qvo pertinet actio in eos, qvi dejecerint vel effuderint, item in hos, qvi poſitum aut ſuſpenſum qvid habent, *vid. tit.ff. de his qvi dejec.* aut (4) qvod in noſtro dominio ſint damnum injuriâ dantes, unde competunt actiones noxales.

§. 6. *Aliud eſt damnum emergens, aliud lucrum ceſſans.* Damnum enim emergens dicitur, qvoties de vitando damno;

damno; *lucrum autem ceſſans*, qvando de lucro captando qvis certat, ut putas, ſi mercatori pecunia negotiationi expoſita, ſtatuto tempore non ſolvatur, & ſic lucrum, qvod ex pecunia mutuata augere poterat, ceſſat ob moram debitoris, *per text in l. ult. §. ſi qvis. C. de codicill. l. 2. C. de uſur. l. cùm qvidam. §. pupillo. eod. Gail. 2. O. 6. n. 1.*

§. 7. Ad *violentum damnum* qvoqve refertur, *qvod in turba*, ſeu decem aut qvindecim hominibus coactis, licet non ab ipſo turbam concitante, dolo factum eſt: daturqve eo nomine *actio in factum* contra eum, cujus dolo malo in turba damnum factum eſt intra annum in duplum, poſt annum in ſimplum, *l. 4. pr. §. 1. 11. & ſeqq. de vi bon. rapt.*

§. 8. *Damnum* denotat omnem impetitam & præreptam utilitatem, *l. 81. de V. S. l. pen. ad exhib. l. eum qvi. §. f. de furt. Gædd. ad l. 81. de V. S. in 4.*

DARE. §. 1. *Dare* in jure Romano propriiſſimè ſignificat dominium transferre, vel vacuam poſſeſſionem tradere, *§. 14. I. de act. l. 25. de V. O. l. 167. de R. J. l. 33. de Solut. l. 1. l. 3. de act. emt. Tuſch. lit. D. concluſ. 16. Gædd. ad l. 13. num. 9. de V. S.*

§. 2. Aliud eſt *Dare*, aliud *Tradere*. Obligatus ad *dandum*, dominium transferre debet. *l. 75. §. ult. de V. O.* Obligatus ad *tradendum*, obligationi ſatisfacit, ſi poſſeſſionem transferat, *l. 28. ff. eod. Wiſſenbach. ad l. 167. pr. de R. J.*

§. 3. Dediſſe intelligendus eſt etiam is, qvi permutavit vel compenſavit, *l. 67. de V. S. l. 4. qvi pot. in pign. l. 20. §. qvod ſi. De ſtat. lib. 4. C. de compenſat.*

DARDANARIATUS. §. 1. Dardanarii (*dicti à Dardano qvodam mago, à qvo & artes Dardaniæ pro magicis dicuntur*) qvi annonam attentant & vexant, merces ſcil. coemtas ſupprimentes, aut fructus ſuos æqvis preciis vendere nolentes, dum minus uberes proventus exſpectant, in qvos varia pœna ſtatuitur, *l. 6. de extr. crim. l. 37. de pœn. c. 9. q. 4. XIV.* Policey-Ordnung *de Anno 1577. tit.* die *Monopolia*, die ſchädliche/ &c.

DEBITUM. DEBERE. §. 1. *Debitor* de *fuga ſuſpectus* dicitur, qvi nec mobilia, nec immobilia poſſidet, qvi ſæpe

ſæpe interpellatus non ſolvit, & lapſis dilationibus ad ſolvendum datis ſuis promiſſionibus non ſatis fecit, & qvi emit pluris, & vendidit minoris, freqventer atqve notabilier luſit, conſumſit, ſumtuosè vixit, & dilapidavit, ac de qvo fama eſt, qvòd non ſit ſolvendo, & plus debeat, qvàm habeat in bonis & facultatibus &c. *Henn. Gœden. conſ. 2. de injur. aliàs conſ. 103. num. 41. Johann. Koppen. deciſ. 20. Berlich. 2. concluſ. pract. 27. num. 30.*

§. 2. Dictio *Debet* importat regulariter neceſſitatem *Alex conſ. 233. Card. Tuſch. lit. D. concl. 262.* Non tamen ſemper neceſſitatem præ ſe fert, ſed pro ratione ſubjectæ materiæ aliqvando honeſtati tribuitur. *Matth. ad l. 30. num. 27. ff. de R. J.* Et aliqvando accipitur pro poteſt, *l. 9. de aur. & arg. leg. junct. l. 5. 1. eod. Pac. 6. antin. 40. Tuſch. lit. D. concluſ. 23. Middelburg. loc. leg. 93. n. 17.*

§. 3. *Debitum* propriè loqvendo illud tandem erit, qvod nulla *exceptione perpetua* elidi poteſt, *l. 10. & ſeqq. de V. S. l. 7. §. ſervus. de dol. mal.*

§. 4. Verbum *debendi* omnem actionem *perſonalem* comprehendit, *l. 178. §. 3. de V. S.* non verò actionem *in rem.* Hac enim actione non perſeqvimur qvod nobis *debetur*, ſed qvod *noſtrum* eſt §. *1. l. de action. l. 5. pr. de O. & A.* Unde *debitum* duplicem habet ſignificationem, *ſpecialem*, qvâ ſaltem ex obligatione deberi dicitur, & *generalem*, qvâ denotat omne, qvod præſtandum eſt, & eo ſenſu omnem actionem comprehendit, *l. 178. §. ult. π. de V. S.* Debetur igitur in actione in perſonam ipſa res, in actione in rem rei reſtitutio, qvæ nobis abeſt, & ab altero præſtari debet. *Suum eſſe* & *ſibi deberi*, manifeſtè ſibi invicem opponuntur, *l. 27. §. 2. l. 34. pr. de aur. & arg. l. 159. de R. J.* Planè non ſine dura catachreſi rem *propriam* dixeris *debitam*, *D. Wiſſenbach. ad l. 178. de V. S. theſ. 9. Conf. Perez. ad tit. C. de Compenſat. n. 9.*

§. 5. *Debitor* intelligitur is, à qvo invito exigi pecunia poteſt, *l. 18. de V. S. vid. §. 5. Inſt. de except. l. 66. de R. J. l. 112. eod. l. 10. de V. S.* Qvòd intelligendum de eo, qvi verè talis eſt, id eſt, pecuniam debet ex obligatione, veluti ſtipulatione *l. 10. jud. ſolv.* Non enim omnis, à qvo invito exigi pecunia poteſt, debitor eſt. Nam ecce, qvi nummos meos poſſidet, ab eo invito exigere eos poſſum, nec tamen debitor meus eſt. *Debetur*

betur ex obligatione: Ille verò mihi non eſt obligatus, *§.1.de Inſtit. action.* Actione in rem mihi tenetur ob poſſeſſionem, *l.9. de R.V.l. un.C.de alien.jud.mut.* at non idcirco mihi eſt obligatus, qvia ſimul atqve ſine dolo poſſidere deſiit, teneri deſinit, *l.ult.de R.V.Wiſſenb. ad l.108.de V.S.*

§. 6. Verbum *Debitum* ratione perſonæ loqventis & ejus ad qvem ſermo dirigitur, verificatur in debito naturali tantùm, *l.qvibus.§.dominus ff. de cond. & dem.* aliàs licet appellatione debiti non veniat debitum naturale tantum, niſi abuſivè, *l.fidejuſſor.§.fidejuſſ. accipi. ff.de fidejuſſ. Nic. Everh. à Middelb. loc.leg.93. n.19.*

§. 7. Non eſt neceſſe, ut ſtatim actori qvid debeatur, ſed ſufficit, ut per litis conteſtationem fiat debitum, qvod in actione injuriarum & actionibus popularibus contingere certiſſimum habetur, *l.28.π.de Injuriis.l.12.π.de V.S.l.1.2.7.§.1. de popular.act.*

§. 8. *Debitum tribuere* ſignificat etiam, qvando aliqvid ei, cui qvid debetur, ita præſtatur, ut vel citra propriam injuriam ipſius denegari non poſſit, Vel qvando ita præſtatur, ut citra alterius injuriam ab eo immunis præſtari neqveat. Illa tributio in bonis, hæc in malis h.e. pœnis ſeu oneribus locum habet. *Franz.ad Inſt.de J.& J.pr.n.9.& ſeqq.*

DECIMÆ. §.1. *Vox Decima*, ſi notionem & derivationem ejus ſpectes, præcisè decimam cujusqve rei, vel bonorum partem ſignificat. Hinc decumanus ager dicitur, ex qvo decimæ vel decima pars fructuum penditur, *Cic.l.2. de finib.* Secundùm communem verò uſum loqvendi, qvamvis aliam partem denotat, qvæ ex diverſa diverſorum locorum conſvetudine, decimæ loco ſolvitur, ſive ſit nona, undecima, duodecima, vigeſima, trigeſima aut qvævis alia pars, *Joh.Calvin.in Lexico Jur. Lehman. in Chron.Spir. l.2.c.35. verſ.* Es befind ſich, *Moneta tr.1.de decim.c. n.*

§. 2. *Sumitur duobus modis* (1) *materialiter*, pro ipſa re, qvæ decimæ loco datur. (2) *juridicè*, pro jure eam percipiendi. Prior acceptio vulgaris eſt, *t.t. x. de decim.* Altera non adeò freqvens, uſu tamen non minùs recepta, *vid. c. cum in tua. O.Gl. in c. qvamvis. 17. de decim.lit.f.* Werndle *tract.* vom Zehen-Recht. *lib.1.c.1.*

§.3.

§. 3. Vernaculo idiomate noſtro dicitur der Zehende. Qvod itidem diverſimodè accipitur (1.) *uſualiter*, pro ipſa decima, vel alia qvota parte. (2) *ſenſu juridico*, pro jure eam accipiendi. (3.) metonymicè, pro territorio & diſtrictu, ex qvo decimæ debentur, *Beſold. in th.pr. voc.* Zehend.

§. 4. *Sunt autem Decimæ* primo ſignificatu, qvota pars omnium licitè qvæſitorum, Eccleſiæ vel alii lege aut conſvetudine debita, *arg. c. decima 16. q.1. c. pervenit. ſ. c. nuncios. 6. c. non eſt 22. c. ex. 23. de decimis. Henr. Caniſ. tr. de decim. c.1. Rebuff. tr. de decim. q. 4.*

§. 5. *Altera acceptione* deſcribi poſſunt jus percipiendi qvotam partem ex rebus alienis licitè acqviſitis Eccleſiæ vel aliis lege aut moribus conſtitutum, *arg. 1. pervenit. 5. c. ex transmiſſa. 23. c. cùm 30. gloſſ. in c. 17. lit. f. de decim. Werndl. d. tr. l. c. 1.*

§. 6. *Decimæ perſonales* ſunt, qvæ debentur ex lucro qvod qvis ſua induſtria vel opera licitè fecit. Veluti ex officio, ſcientia, militia, mercatura, negotiatione, artificio, aliové qvolibet actu & qvæſtu licito, *c. ad Apoſtol. 20. ubi Gl. c. non eſt. 22. c. paſtoralis. 28. x. de decim.* Perſonales hujusmodi decimæ hodie in Germania non ſunt uſitatæ, omniumqve ferè locorum conſvetudine vel deſvetudine ſublatæ ſunt, *Werndle l. 2. c. 1. Beſold. th. pr. voc.* Zehend. *Zæſ. in comm. ad jus can. tit. de decim. c. 1. n. 6. in fin.*

§. 7. *Prædiales ſive reales decimæ* ſunt, qvæ de fructibus ex re vel prædio perceptis debentur. Cujus generis ſunt frumentum, oleum, vinum, ligna, fructus arborum, olera & ſimilia, de qvibus decimas deberi habent textus *tit. de decim. & eod in 6.*

§. 8. *Prædiales decimas* iterum ſubdividunt in *Majores & Minores ſeu Minutas*. Vulgò dicuntur groſſer und kleiner Zehend. *Majores* ſunt, qvæ de frumento, vino, oleo, aliisqve ejusdem generis penduntur, *Minores*, qvæ ex hortis arboribus, partu animalium, & aliis terræ fructibus præſtantur, *c. ex multiplici. 3. c. cum tua 30. ibiq. Gl. lit. P. de decim Rebuff. q. vaſt 3. num. 26. Beſold. th. pr. voc.* Zehend. *Zæſ. ad jus can. tit. de decim. n. 14.*

§. 9. *Decimæ novales* dicuntur illæ, qvæ debentur ex agro

gro de novo ad culturã redacto,de qvo nõ extat memoria,qvòd aliqvando cultus fuerit,& qvi ante culturam vel modicum vel nullum fructum adferebat, *c.1.c.2. de V. S. Gl. in cap.4.§. paſcuis,de decim.* der Zehend aus den Newbruchen.

§. 10. *Portio canonica decimarum,ſive portio* eſt portio ex decimis potisſimùm ſumi ſolita,qvæ debetur Parochis, vel eorum Vicariis,ſi fortè dignitati vel præbendæ Eccleſia Parœcialis fuerit annexa,ad congruam & decentem vitæ ſuſtentationem neceſſaria, *cap. extirpanda. de prabend.*

DE: §. 1. Præpoſitio *de* ad augendum & cumulandum valet. *A.G.6.N.A.15.* e. g. in depoſito, qvod ex verbo ponere, & præpoſitione de dictum, ut oſtendatur, totum ejus curæ,religioni,& fidei eſſe commiſſum, qvod ad cuſtodiam rei pertinet *l.1.2.Depoſiti.*

DECOCTOR. §. 1. *Decoctor ſive Bancaruptor* eſt, qvi vitio vel ſuo,vel partim fortunæ, non abſolvendo factus, foro ceſſit, *Bene§.Struch.tr.de coct. Beſold.th. pr. §oc.* Banckerotierer/Falliten.

§. 2. Vocabulum Decoctoris à decoqvendo derivatur, qvod varias parit ſignificationes. Nam (1) paulatim deminuere,vel coqvendo abſumere ſignificat, *l.12.§.10.de inſtr.& inſtr. leg. l.9.lit.f.§.1.de tritic.§ic.leg.*(2) interdnm ſumitur pro convertere. (3) Nonnunqvam dicitur officere decoqvere; *id eſt*: inhoneſtè officium ſuum perdere, & dignitatem privilegiáqve amittere, *l.12.de ſuſcept. Prapoſ. l.2.C.de palat. ſacr.largit.*(4) Denotat ſubſtantiam conſumere,vel valdè decoqvere, *Strach. de decoct.p.1.num.2. & ſeq.* h.e. vorare res patrimoniales ac publicas: & creditoribus ſuis fidem fallere.Et hi dicuntur Fraudatores, *l.8.Depoſ.* Foro cedentes *l. 7. §. 2. d. t.* Diminuentes patrimonium, *l. 6. pr.q§a in fraud. cred.* Malæ fidei poſſeſſores.*l.28.de nox.act.* Calumniatores *l.233.pr. de V.S.* Deceptores, *l. 29.de pact.* Infelices debitores, *No§.4.c.3.* Falliti, *Nic. Beer.deciſ.215.*Hodie dicuntur Bancarotti, Vid. *Job. Marq§. de jur. mercat. & commerc.l.4.c.8. n.3. & ſeq.*

DECRETUM. §. 1. *Decretum* eſt ſententia, qvâ Princeps inter duas partes controventientes causâ cognitâ pronunciat, *l.1. §.1.de conſtit. princ.* Item: *Decretum* eſt conſtitutio,

deciſ. 22. num. 2. Ern. Cothman. Reſponſ. 1. n. 186. & 191. Carpzov. d. q. 102. n. 55.

§. 12. *Conſcius delicti* duplici modo in jure accipitur. (1) Nam dicitur conſcius, qvi absqve ulla participatione ſcivit delictum ejusqve nudam notitiam habet. (2) Deinde etiam dicitur conſcius, qvi ſimul particeps eſt delicti, qvo ſenſu reperitur hoc vocabulum *in l. 7. C. de pag. l. 16. princ. ff. de pæn. Natta conſ. 595. num. 12. in fin. conſ. 597. num. 4. Carpzov. pr. crim. qvæſt. 134. num. 60.*

§. 13. *Manifeſtum crimen* dicitur, qvod publicè pluribus patet; non autem omnibus, aut majori parti populi. *Bart. in l. heredes palam. pr. π. de teſt.* Differt e. à *Notorio crimine*, qvod omnibus, vel majori parti populi patet. Sed *Farin. lib. 1. tit. 3. qv. 21. n. 5. de delict.* Parum hæc differre exiſtimat.

CULPA. §. 1. *Culpa* committitur per negligentiam, & imperitiam, qvando qvis negligit & ignorat ea, qvæ ſcire & obſervare debuiſſet ac potuiſſet. *Germ.* Fahrläßigkeit/ Unachtſamkeit/ Nachläßigkeit. *l. 231. §. 2. de V. S. l. 72. pro ſoc. §. pen. I. qvib. m. r. c. obl.* Vocatur etiam incuria, *l. 64. pr. de evict.* error. it. imprudentia, *l. 32. de cond. & dem. l. 11. C. de pact. convent.*

§. 2. *Culpa lata* eſt, non intelligere id, qvod omnes intelligunt. *l. 223. l. 213. in f. de V. S.* h. e. *Lata culpa* eſt, qvâ in actione aliqva qvis ea non obſervat, qvæ qvilibet talia agens facilè juxta communem hominibus inditum intellectum ſeu rationem obſervaret, Exempla illius culpæ occurrunt *in l. 30. §. 3. ad L. Aqv. l. 8. § f. l. 29. pr. Mandat. l. 7. §. 2. de adm. tut. l. 31. §. 12. de ædil. ed. l. 13. §. 3. Locat. l. 7. C. de ſicar.*

§. 3. *Culpa levis*, qvâ qvis non facit, qvod qvis paterfam. diligens & idoneus facit, *l. 10. de adm. tut. l. 35. §. 4. de contr. emt.* ſeu non providet, qvod à diligente provideri potuit, *l. 31. ad L. Aq.* Vel, eſt qvâ qvis non agit aut declinat id circa res alienas, qvod ipſemet, ut bonus paterfam. in rebus ſuis facere aut declinare ſolet, *vid. l. 25. §. 16. fam. erc. l. 72. pro ſoc. l. 24. §. 5. Sol. matr. §. f. Inſtit. de ſociet.*

§. 4. *Culpa leviſſima (uti appellatur l. 44. ad L. Aqv.)* eſt, qva qvis non exactiorem, qvam ſuis rebus ſolitus eſt, adhibet

bet diligentiam, cum alius ſit diligentior. Vel: eſt omiſſio diligentiæ exactiſſimæ, ſeu talis diligentiæ, qvalem alius diligentiſſimus qvisqve adhibuiſſet, *l. 21. §. pen. Locat. l. 25. §. 10. fam. erc. l. 18. pr. commodat. l. 3. de per. & comm. rei vendit. l. 1. §. 4. de O. & A. §. 2. qvib. m. r. c. obl. D. Struv. Exercitation. 19.*

§. 5. Cùm *culpa levis* ſæpiùs occurrat, ideoqve ſpeciali *culpa* nomine, ſine adjectione ac ſimpliciter iſto prolato in legibus deſignatur, & dolo opponitur, *l. 31. ad L. Aqvil. l. 5. §. 1. commod. l. 72. pro ſoc. l. 3. §. 1. Naut. Caup. l. 8. §. 5. l. 8. §. pen. l. 9. §. 5. de reb. aut. jud. poſſ.* Similiter negligentiæ, deſidiæ, ac ſegnitiæ vocibus ſimpliciter poſitis exprimi ſolet, *l. 72. pro ſoc. § 3. l. q. m. r. c. a. l. 8. C. de pign. act.* niſi ſubjecta materia aliud ſvadeat, ſic aliqvando culpa ſimpliciter poſita etiam leviſſimam includit, *l. 4. C. mandat. l. 8. l. 9. eod. l. 16. de cond. furt.* Imò & levis culpa oppoſitivè ad latam comprehendit utrumqve gradum culpæ, *l. 20. C. de neg. geſt. junct. l. 32. Depoſ. D. Struv. d. l. th. 2.*

§. 6. Conſiſtit verò *culpa* tam in *non faciendo* qvàm *faciendo*, *l. 121. π. de Reg. Jur. l. 91. pr. π. de V. O. §. 6. J. de L. Aqvil.*

CURATELA. §. 1. *Curatela* eſt vis ac poteſtas minoribus ob imbecillius judicium, vel animi corporisvê vitio laborantibus in bonis adminiſtrandis adſiſtendi, *pr. J. de curat. l. 1. pr. §. 1. de cur. fur. l. 6. §. 4. l. 1. §. 1. de tut.*

§. 2. Eſtqve vel *Puberum* Minorum 25. annis, *pr. J. de curat.* vel *Majorum* 25. annis, qvi morbo ſeu vitio aliqvo ſive animi ſive corporis laborant, *§. 3. 4. J. eod.* vel *ipſorum pupillorum*, *§. 5. J. eod. Biccius Sect. 1. Rerum qvotidian. §. 35. & ſeqq.*

§. 3. *Curator bonorum* eſt, qvi ad diſtrahenda vel gerenda bona abſentis, vel ejus, qvi heres non exiſtit, vel qvi apud hoſtes eſt, vel cùm ſcripti heredes deliberant, à Prætore datur, *l. 28. de adm. tut. l. 5. §. f. de Carbon. eod. l. 21. de reb. aut. jud. l. 1. de num & hon. t. t. de curator. dand. l. 9a. de ſolut.*

CUSTODIA. §. 1. *Cuſtodia* eſt peculiaris diligentiæ ſpecies; qvà res aliena ex contractu penes aliqvem exiſtens,

ut ex commodato, depoſito locat. cond. &c. vel ratione contractûs alicui tradenda, *ut eſt emta,* diligenter aſſervanda venit, §.3.*l.de emt.vend.*§.*pen.& ult. l.q.m.r.c.6.l.5.* §.9.*l.*10.§.1. *commod. l.*53.§.4. *de contr.emt.l.*53.§.*pro ſoc.* Cuſtodia autem alia eſt remiſſior; alia magis exacta; alia exactiſſima *D. Struv. Exercitat. 19.th.39.*

§. 2. *Cuſtos* in jure Canonico diſtingvitur à Sacriſta; qvod *Sacriſta* eorum cuſtodiam habeat, qvæ ad uſum altaris & uſum miniſtrorum Eccleſiæ ſpectant; *Cuſtodis* cura verſatur in palliis vel linteaminibus altaris, & cæteris id genus, qvæ ad eccleſiæ ornatum & decus ſpectant.

CURIA. §. 1. *Curia* in municipiis fuit corpus eorum, qvi erant in conſilio publico: ita ut curiales in municipiis, cæteris paribus, fuerint, qvi Senatores Romæ, & Curia, qvi Senatus. Poſtea tamen Curiales dicti omnes, per qvos functiones publicæ obirentur, è qvibus Decuriones fuerunt qs. Curiæ Senatores. *Donell.2.Comm. 21. & ibi Hilliger.*

CUM. §. 1. *Cùm:* Hæc dictio aut (1) ad tempus refertur, & idem ſignificat, qvod vox qvando, *l.22.qvand.dies leg.* (2) aut conditionem denotat, ejusdemqve potentiæ eſt, cujus verbum, *Si l.217.de V.S.* Importat *conditionem*, ſi adjicitur verbo futuri temporis, *uti loqvitur Raph. Cuman.conſ. 61. Roman. conſ. 438. num.4.* Et in teſtamento adjecta dictio *Cùm* incerto termino, ſemper importat conditionem, prout ſi pater legat filiæ, *cùm nupſerit. Alex. l.2.conſ.55.* Reſtringenda tamen hæc ſunt, ſi adjiciatur verbo præteriti temporis vel præſentis, qvo caſu inducit cauſam vel demonſtrationem. *Cuman.conſ.61. num.3. Roman.conſ.438. n.3.* aut modum qvandoqve, *uti aſſerit Angel. de Peruſ.conſ.124. num.3.* Item ſi *Cùm* ſignificat conjunctionem vel præpoſitionem, qvâ junguntur perſonæ, non facit conditionem, ut *cum filiis* uti patet ex *l.13.*§.3.*ff. man.teſt.* ſed pertinet ad demonſtrandam neceſſitudinem, *l.18.pr. de condit. & dem. Add. Tuſch. lit.D.concluſ. 257.*

§. 2. Qvando *Cùm* ſignificat conditionem, & pro *Si* ponitur, *inchoationem* deſignat, *l.217.de V.S.* §. *ita autem Inſt. de inut.ſtip. l.qvodcunqve* §. *non ſolum ff.de V.O.l.74. §. Fabius. Add. SC. Trebell.* Si autem hæc vox accipiatur pro

qvan-

qvando, tunc *perfectionem temporis* ſignificat, idqve puriſſimum fit, ſi poſt ſe recipiat tempus perfectum præteritum; aut non in vim conditionis, ſed ſolummodò demonſtrandi gratiâ adjiciatur, *l. centeſimus. §. f. ubi Dd. de V. O. l. 49. de leg. 1. Gœdd. ad d. l. 217. de V. S.*

§. 3. *Cum & poſtqvam* multum differunt: Illud qvidem tempus inchoatum, ſi ſine vi conditionali profertur, nec verbum ſubjectum, plenam perfectionem deſiderat: hoc ſui naturâ perfectum præteritum ſignificat, *d. l. 217. pr. de V. S. §. poſt mortem I. de inut. ſtip.*

§. 4. Verba. *Cum hac conditione*, non important conditionem, ſed modum. Conditio non dicitur onus annexum à teſtatore implendi, licet teſtator dixerit, cum conditione, qvod hæres impleat vel aliqvid faciat. *Oldr. conſ. 108. pr. Alex. conſ. 102. num. 2. Bald. l. 1. conſ. 4. Fulgoſ. conſ. 202. col. 4. Alex. conſ. 19. col. 2. n. 1.*

DAMNATIO MEMORIÆ. §. 1. *Damnatio memoriæ* eſt perpetuæ infamiæ irrogatio, cum abolitione, eraſione nominis, titulorum, dignitatum, ſtatuarum, ædium demolitione, imaginum detractione, poſteris nominis interdictione *Hodog. Chart. IV. Clem. V. aph. 12.*

DAMNUM. §. 1. *Damnum* accipitur (1) latiſſimè & omnem cujuscunqve rei læſionem denotat, ſive illa ab homine juſtè vel injuſtè, ſive alio animali inferatur. Ita ſumitur vox damni *in l. 7. § f. junct. l. 8. pr. de pœn. l. 7. pr. de cond. furt. l. 1. § 3. Si qvadr. l. 23. §. de fideic. lib.* Hoc latiſſimo ſignificatu ſynonymum damni eſt detrimentum, *l. 13. pr. de act. emt. l. 2. pr. in fin. ad L. Rhod. de jact.* item diſpendium, cui opponitur compendium, *l. 65. §. 6. pro ſoc.* (2) Generaliter, & tunc aliqvando ſignificat patrimonii diminutionem, qvandoqve verò non nihil ſtrictiùs, rei corruptionem & deteriorationem. Priori modo ſumitur *in l. 3. l. 25. t. t. de damn. inf.* & continet etiam expenſas atqve illud qvod intereſt, *l. 28. & ſeqq. e. d. l 81. de V. S. ubi Gœdd. n. 3. (qvomodo & in lingva Germanica communi ſermone ſub voce,* Schaden/ *damnum emergens & lucrum ceſſans continetur,* *Wehner. pr. Obſ. Verb.* Schaden) furtum item & rapinam, *vid. §. 2. verſ. at. ex contrario. ib. ſine omni damno. l. qvib. alien. lic. l. 25. inf. de adm. tut.*

Poſteriore ſignificatione ad damnum injuriâ datum pertinet, qvod vindicat L. Aqvilia, *§.f. I. de L. Aq.* & furtum non comprehendit, *arg.§.1.I.de obl. ex del* (3) Specialiter accipitur pro damno injuſto, *l.151. de R.J.* in qva damnum dare *κατ' ἐξοχὴν* dicitur is, qvi id facit, qvod facere jus non habet, hoc eſt qvi injuriam committit, *arg.pr. Inſt. de injur.* neceſſe enim eſt eum, qvi injuriam patitur, lædi ſeu damno affici, uti dicit *Ariſt. 1.Rhet. 13.* Unde *in §.3. J. de ſuſp. tut.* injuria pupillorum dicitur, pro damno eorum injuſto. Accuratè autem ſi hæc conſideras, ipſum damnum eſt materiale injuriæ; formale verò injuriæ eſt difformitas à jure ſeu defectus conformitatis cum jure. Injuria namqve dicitur omne, qvod non jure fit, *pr. Inſtitution. de injur. Add. D. Struv. diſſertat. de damnis.*

§. 2. *Damnum* non intelligitur, niſi deducto omni lucro, *l.30. pro Soc.*

§. 3. *Damnum infectum* eſt damnum nondum factum, qvod futurum veremur, *l. 2. de damn. inf. l.7.§.1.eod.*

§. 4. *Damnum injuriâ datum* eſt delictum privatum, qvo patrimonium ſeu res aliena dolo aut culpâ deminuitur, *l.3. de damn. de damn.inf. l.5.pr. ad L. Aqvil.pr.I. de injure jung. l.15. §. in fin. de his qvi dejec.*

§. 5. *Damnum* eſt in qvadruplici differentia, (1) datur ſine injuria facientis, hoc eſt ab eo, qvod facto ſuo qvidem damnum dat, ſed ob rationis defectum (*negativum*) injuriam neqvit inferre, nim. ab animali qvadrupede, qvod pauperiem facere dicitur, *l.1. §.13. Si qvadr. §. 2. I. eod.* (2) damnum injuriâ à libero homine datur: qvod vindicatur à L. Aqvilia, *vid. tit. ff. & inſt. ad L.Aqvil.* (3) infertur damnum vel à nobis ipſis: vel ob damna ab aliis data nos etiam tenemur: & qvidem aut ex culpa præſumta, ſeu ut ita loqvar, imputativa, *in qvaſi delictis*, qvo pertinet actio in eos, qvi dejecerint vel effuderint, item in hos, qvi poſitum aut ſuſpenſum qvid habent, *vid. tit. ff. de his qvi dejec.* aut (4) qvod in noſtro dominio ſint damnum injuriâ dantes, unde competunt actiones noxales.

§. 6. *Aliud eſt damnum emergens, aliud lucrum ceſſans.* Damnum enim emergens dicitur, qvoties de vitando

damno;

damno; *lucrum autem ceſſans*, qvando de lucro captando qvis certat, ut putas, ſi mercatori pecunia negotiationi expoſita, ſtatuto tempore non ſolvatur, & ſic lucrum, qvod ex pecunia mutuata augere poterat, ceſſat ob moram debitoris. *per text in l. ult. §. ſi qvis & de codicill. l. 2. C. de uſur. l. cum qvidam. §. pupillo. eod. Gail. 2. O. 6. n. 1.*

§. 7. Ad *violentum damnum* qvoqve refertur, *qvod in turba*, ſeu decem aut qvindecim hominibus coactis, licet non ab ipſo turbam concitante, dolo factum eſt: daturqve eo nomine *actio in factum* contra eum, cujus dolo malo in turba damnum factum eſt intra annum in duplum, poſt annum in ſimplum, *l. 4. pr. §. 1. 11. & ſeqq. de vi bon. rapt.*

§. 8. *Damnum* denotat omnem impetitam & præreptam utilitatem, *l. 81. de V. S. l. pen. ad exhib. l. eum qvi. §. f. de furt. Gœdd. ad l. 81. de V. S. in 4.*

DARE. §. 1. *Dare* in jure Romano propriiſſimè ſignificat dominium transferre, vel vacuam poſſeſſionem tradere, *§. 14. I. de act. l. 25. de V. O. l. 167. de R. J. l. 33. de Solut. l. 1. l. 3. de act. emt. Tuſch. lit. D. concluſ. 16. Gœdd. ad l. 13. num. 9. de V. S.*

§. 2. Aliud eſt *Dare*, aliud *Tradere*. Obligatus ad *dandum*, dominium transferre debet. *l. 75. §. ult. de V. O.* Obligatus ad *tradendum*, obligationi ſatisfacit, ſi poſſeſſionem transferat, *l. 28. ff. eod. Wiſſenbach. ad l. 167. pr. de R. J.*

§. 3. Dediſſe intelligendus eſt etiam is, qvi permutavit vel compenſavit, *l. 67. de V. S. l. 4. qvi pot. in pign. l. 20. §. qvod ſi. De ſtat. lib. 4. C. de compenſat.*

DARDANARIATUS. §. 1. Dardanarii (*dicti à Dardano qvodam mago, à qvo & artes Dardaniæ pro magicis dicuntur*) qvi annonam attentant & vexant, merces ſcil. coemtas ſupprimentes, aut fructus ſuos æqvis preciis vendere nolentes, dum minus uberes proventus exſpectant, in qvos varia pœna ſtatuitur, *l. 6. de extr. crim. l. 37. de pœn. c. 9. q. 4. XIV.* Policey-Ordnung *de Anno 1577. tit.* die *Monopolia*, die ſchädliche/ &c.

DEBITUM. DEBERE. §. 1. *Debitor* de *fuga ſuſpectus* dicitur, qvi nec mobilia, nec immobilia poſſidet, qvi ſæpè

ſæpe interpellatus non ſolvit, & lapſis dilationibus ad ſolvendum datis ſuis promiſſionibus non ſatis fecit, & qvi emit pluris, & vendidit minoris, freqventer atqve notabilier luſit, conſumſit, ſumtuosè vixit, & dilapidavit, ac de qvo fama eſt, qvòd non ſit ſolvendo, & plus debeat, qvàm habeat in bonis & facultatibus &c. *Henn. Gœden. conſ. 2. de injur. aliàs conſ. 103. num. 41. Johann. Koppen. deciſ. 20. Berlich. 2. concluſ. pract. 27. num. 30.*

§. 2. Dictio *Debet* importat regulariter neceſſitatem *Alex. conſ. 233. Card. Tuſch. lit. D. concl. 262.* Non tamen ſemper neceſſitatem præ ſe fert, ſed pro ratione ſubjectæ materiæ aliqvando honeſtati tribuitur. *Matth. ad l. 30. num. 27. ff. de R. J.* Et aliqvando accipitur pro poteſt, *l. 9. de aur. & arg. leg. junct. l. 5. l. eod. Pac. 6. antin. 40. Tuſch. lit. D. concluſ. 23. Middelburg. loc. leg. 93. n. 17.*

§. 3. *Debitum* propriè loqvendo illud tandem erit, qvod nulla *exceptione perpetua* elidi poteſt, *l. 10. & ſeqq. de V. S. l. 7. §. ſervus. de dol. mal.*

§. 4. Verbum *debendi* omnem actionem *perſonalem* comprehendit, *l. 178. §. 3. de V. S.* non verò actionem *in rem.* Hac enim actione non perſeqvimur qvod nobis *debetur*, ſed qvod *noſtrum* eſt *§. 1. I. de action. l. 5. pr. de O. & A.* Unde *debitum* duplicem habet ſignificationem, *ſpecialem*, qvâ ſaltem ex obligatione deberi dicitur, & *generalem*, qvâ denotat omne, qvod præſtandum eſt, & eo ſenſu omnem actionem comprehendit, *l. 178. §. ult. π. de V. S.* Debetur igitur in actione in perſonam ipſa res, in actione in rem rei reſtitutio, qvæ nobis abeſt, & ab altero præſtari debet. *Suum eſſe* & *ſibi deberi*, manifeſtè ſibi invicem opponuntur, *l. 27. §. 2. l. 34. pr. de aur. & arg. l. 159. de R. J.* Planè non ſine dura catachreſi rem *propriam* dixeris *debitam*, *D. Wiſſenbach. ad l. 178. de V. S. theſ. 9. Conf. Perez. ad tit. C. de Compenſat. n. 9.*

§. 5. *Debitor* intelligitur is, à qvo invito exigi pecunia poteſt, *l. 18. de V. S. vid. §. 5. Inſt. de except. l. 66. de R. J. l. 112. eod. l. 10. de V. S.* Qvòd intelligendum de eo, qvi verè talis eſt, id eſt, pecuniam debet ex obligatione, veluti ſtipulatione *l. 10. jud. ſolv.* Non enim omnis, à qvo invito exigi pecunia poteſt, debitor eſt. Nam ecce, qvi nummos meos poſſidet, ab eo invito exigere eos poſſum, nec tamen debitor meus eſt. *Debetur*

betur ex obligatione: Ille verò mihi non eſt obligatus, §.1.*de Inſtit. action.* Actione in rem mihi tenetur ob poſſeſſionem, *l.9. de R.V.l.un.C.de alien.jud.mut.* at non idcirco mihi eſt obligatus, qvia ſimul atqve ſine dolo poſſidere deſiit, teneri deſinit, *l.ult.de R.V.Wiſſenb. ad l.108.de V.S.*

§. 6. Verbum *Debitum* ratione perſonæ loqventis & ejus ad qvem ſermo dirigitur, verificatur in debito naturali tantùm, *l.qvibus.§.dominus ff. de cond. & dem.* aliàs licet appellatione debiti non veniat debitum naturale tantum, niſi abuſivè, *l.fidejuſſor.§.fidejuſſ. accipi. ff. de fidejuſſ. Nic. Everh. à Middelb. loc.leg.93. n.19.*

§. 7. Non eſt neceſſe, ut ſtatim actori qvid debeatur, ſed ſufficit, ut per litis conteſtationem fiat debitum, qvod in actione injuriarum & actionibus popularibus contingere certiſſimum habetur, *l.28.π.de Injuriis. l.12.π.de V.S.l.1.2.7.§.1. de popular.act.*

§. 8. *Debitum tribuere* ſignificat etiam, qvando aliqvid ei, cui qvid debetur, ita præſtatur, ut vel citra propriam injuriam ipſius denegari non poſſit, Vel qvando ita præſtatur, ut citra alterius injuriam ab eo immunis præſtari neqveat. Illa tributio in bonis, hæc in malis h.e. pœnis ſeu oneribus locum habet. *Franz. ad Inſt.de J.& J.pr.n.9. & ſeqq.*

DECIMÆ. §.1. *Vox Decima*, ſi notionem & derivationem ejus ſpectes, præciſè decimam cujusqve rei vel bonorum partem ſignificat. Hinc decumanus ager dicitur, ex qvo decimæ vel decima pars fructuum penditur, *Cic.l.2. de finib.* Secundùm communem verò uſum loqvendi, qvamvis aliam partem denotat, qvæ ex diverſa diverſorum locorum conſvetudine, decimæ loco ſolvitur, ſive ſit nona, undecima, duodecima, vigeſima, trigeſima aut qvævis alia pars, *Joh.Calvin.in Lexico Jur. Lehman. in Chron.Spir. l.2.c.35. Verſ.* Es befind ſich. *Moneta tr.1.de decim.c. n.*

§. 2. *Sumitur duobus modis* (1) *materialiter*, pro ipſa re, qvæ decimæ loco datur. (2) *juridicè*, pro jure eam percipiendi. Prior acceptio vulgaris eſt, *t.t. x. de decim.* Altera non adeò freqvens, uſu tamen non minùs recepta, *Vid. c.cùm in tua. O.Gl. in c. qvamvis. 17. de decim.lit.f.* Werndle *tract.* vom Zehen-Recht. *lib.1.c.1.*

§.3.

§. 3. Vernaculo idiomate noſtro dicitur der Zehende. Qvod itidem diverſimodè accipitur (1.) *uſualiter*, pro ipſa decima, vel alia qvota parte. (2) *ſenſu juridico*, pro jure eam accipiendi. (3.) metonymicè, pro territorio & diſtrictu, ex qvo decimæ debentur, *Beſold. in th. pr. voc.* Zehend.

§. 4. *Sunt autem Decimæ* primo ſignificatu, qvota pars omnium licitè qvæſitorum, Eccleſiæ vel alii lege aut conſvetudine debita, *arg. c. decimæ 16. q. 1. c. pervenit. ſ. c. nuncios. 6. c. non eſt 22. c. ex 23. de decimis. Henr. Caniſ. tr. de decim. c. 1. Rebuff. tr. de decim. q. 4.*

§. 5. *Altera acceptione* deſcribi poſſunt jus percipiendi qvotam partem ex rebus alienis licitè acqviſitis Eccleſiæ vel aliis lege aut moribus conſtitutum, *arg. 1. pervenit. 5. c. ex transmiſſa. 23. c. cùm 30. gloſſ. in c. 17. lit. f. de decim. Werndl. d. tr. l. c. 1.*

§. 6. *Decimæ perſonales* ſunt, qvæ debentur ex lucro qvod qvis ſua induſtria vel opera licitè fecit. Veluti ex officio, ſcientia, militia, mercatura, negotiatione, artificio, aliové qvolibet actu & qvæſtu licito, *c. ad Apoſtol. 20. ubi Gl. c. non eſt. 22. c. paſtoralis. 28. x. de decim.* Perſonales hujusmodi decimæ hodie in Germania non ſunt uſitatæ, omniumqve ferè locorum conſvetudine vel deſvetudine ſublatæ ſunt, *Werndle l. 2. c. 1. Beſold. th. pr. voc.* Zehend. *Zæſ. in comm. ad jus. can. tit. de decim. c. 1. n. 6. in fin.*

§. 7. *Prædiales ſive reales decimæ* ſunt, qvæ de fructibus ex re vel prædio perceptis debentur. Cujus generis ſunt frumentum, oleum, vinum, ligna, fructus arborum, olera & ſimilia, de qvibus decimas deberi habent textus *tit. de decim. & eod in 6.*

§. 8. *Prædiales decimas* iterum ſubdividunt in *Majores & Minores ſeu Minutas.* Vulgò dicuntur groſſer und kleiner Zehend. *Majores* ſunt, qvæ de frumento, vino, oleo, aiisqve ejusdem generis penduntur, *Minores*, qvæ ex hortis arboribus, partu animalium, & aliis terræ fructibus præſtantur, *c. ex multiplici. 3. c. cum tua 30. ibiq; Gl. lit. P. de decim. Rebuff. qvæſt 3. num. 26. Beſold. th. pr. voc.* Zehend. *Zæſ. ad jus can. tit. de decim. n. 14.*

§. 9. *Decimæ novales* dicuntur illæ, qvæ debentur ex agro

gro de novo ad culturā redacto,de qvo nō extat memoria,qvòd aliqvando cultus fuerit,& qvi ante culturam vel modicum vel nullum fructum adferebat, *c.1.c.2. de V. S. Gl. in cap.4.§. paſcuis,de decim.* der Zehend aus den Newbruchen.

§. 10. *Portio canonica decimarum,ſive portio* eſt portio ex decimis potisſimùm ſumi ſolita,qvæ debetur Parochis, vel eorum Vicariis,ſi fortè dignitati vel præbendæ Eccleſia Parochialis fuerit annexa,ad congruam &decentem vitæ ſuſtentationem neceſſaria, *cap. extirpanda. de prœbend.*

DE: §. 1. Præpoſitio *de* ad augendum & cumulandum valet. *A.G.6.N.A.15.* e. g. in depoſito, qvod ex verbo ponere, & præpoſitione de dictum, ut oſtendatur, totum ejus curæ,religioni,& fidei eſſe commiſſum, qvod ad cuſtodiam rei pertinet *l.1.*§. *Depoſiti.*

DECOCTOR. §. 1. *Decoctor ſive Bancaruptor* eſt. qvi vitio vel ſuo,vel partim fortunæ, non abſolvendo factus, foro ceſſit, *Bene. Strach.tr.de coct. Beſold.th. pr. Voc.* Banckerottierer/Falliten.

§. 2. Vocabulum Decoctoris à decoqvendo derivatur, qvod varias parit ſignificationes. Nam (1) paulatim deminuere,vel coqvendo abſumere ſignificat, *l.12.§.10.de inſtr.&inſtr. leg.l.9.lit.f.§.1.de tritico.vic. leg.*(2) interdnm ſumitur pro convertere. (3) Nonnunqvam dicitur officere decoqvere; *id eſt*: inhoneſtè officium ſuum perdere, & dignitatem privilegiaqve amittere, *l.12.de ſuſcept. Præpoſ. l.2.C.de palat. ſacr.largit.*(4) Denotat ſubſtantiam conſumere,vel valdè decoqvere, *Strach. de decoct.p.1.num.2. & ſeq.* h.e. vorare res patrimoniales ac publicas : & creditoribus ſuis fidem fallere.Et hi dicuntur Fraudatores, *l.8.Depoſ.* Foro cedentes *l. 7.* §. 2. *d. t.* Diminuentes patrimonium, *l. 6. pr.qvæ in fraud. cred.* Malæ fidei poſſeſſores.*l.28.de nox.act.* Calumniatores *l.233.pr. de V.S.* Deceptores, *l. 29.de pact.* Infelices debitores,*Nov.4.c.3.* Falliti, *Nic. Boer.deciſ. 215.*Hodie dicuntur Bancarotti,Vid. *Joh. Marqv. de jur. mercat.& commerc.l.4.c.8. n.3. & ſeq.*

DECRETUM. §. 1. *Decretum* eſt ſententia, qvâ Princeps inter duas partes controventententes causâ cognitâ pronunciat, *l. 1. §. 1. de conſtit. princ.* Item: *Decretum* eſt conſtitutio,

tutio, qvam ad nullius conſultationem ex conſilio Cardinalium Pontifex edit.

§. 2. Decretum dicitur *ſententia Principis*, qvia olim ſolebant ipſi Principes jura reddere, de iis tamen cauſis ſolùm, qvas ſua cognitione dignas exiſtimarent. Hinc principum judicia dicebantur cognitiones extraordinariæ, cætera verò juris ordinarii, *l.3.de his qvæ in teſt. del.* Et hæc decreta etiam inſtar legis in omnibus ſimilibus caſibus valebant, *l.ſ.C.de Legib.* Extat etiam decretum *in l.13.qvod met.cauſ.D. Hahn. ad Weſ.de conſt. princ. n.1.*

§. 3. *Decretalis Epiſtola* propriè eſt Conſtitutio, qvam S. Pont.edit cum conſilio Cardinalium, vel etiam absqve eo, ad alicujus conſtitutionem. Cujusmodi Decretales Epiſtolæ ac ſpeciales conſultationes jus conſtituunt generale: nec eſt neceſſe Codici canonum adſcriptæ ſint, vel corpore juris Canonici clauſæ, qvia per ſe vim obligandi habeat, *c. 1. circ. pr. diſt.19. Zoeſ.ad tit.de Conſtitut. n.10.*

§. 4. *Communia Decreta*, Gemeine Beſcheide/ſunt ſtatuta Collegii Cameralis in Proceſſu, vel etiam à ſolis perſonis Cameralibus obſervanda. Nam *Decretum*, (ein Beſcheid/) dicitur omne illud, qvicqvid Collegium Camerale in cognitionibus cauſarum ſtatuit, atqve ſic complectitur non tantùm Decreta ſupplicationum, & ſententias judiciales, ſed etiam qvicqvid ipſi in aliis negotiis ſtatuere placuit, *Add. Rec. Imp. Ann.1654.* §. auff den unverhofften. *94. Jac. Blum. Proc. Cam. tit.2.n.13.* Suntqve vel judicialia, vel extrajudicialia.

§. 5. Decretum: Auff vorbrachte Narrata abgeſchlagen: denotat, Narrata ſupplicationis informiter eſſe concepta, *Jac. Blum. d.tr.tit.64.n.14.*

§. 6. Decretum: Wie gebeten / abgeſchlagen: indicat petitionem eſſe ineptam, *Jac. Blum. d.tit.64.n.51.*

§. 7. In eo conſiſtit *Decreti* & *ſententiæ* differentia, qvod in decreto initium ita ſeſe habeat: In Sachen etc. in ſententia qvædã præmittantur. v.g. Auff Vorbringen und erfolgte Geſetze/vel Auff Klage/Antwort etc. Plura vide apud *Dn. Schwend. in not. ad Fibig. §.19. lit. O.*

DECURIO. §. 1. *Decuriones* ſunt veluti Senatores municipales, ſicut enim Senatores Romæ, ita in municipiis Decu-

curiones, conſilii Publici cauſa legebantur, unde & curiæ Senatores appellantur, *l. omnes C. d. decur.* & ſimpliciter *Curiales l. 25. l. 34. C. d. t.*

§. 2. *Decuriones* qvidam dictos ajunt ex eo, qvod initiò, cùm Coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qvi deducerentur, conſilii publici, gratia conſcribi ſolita ſit, *l. 239. §. 5. de V. S.*

§. 3. *Decuriones* non magis erant magiſtratus, qvàm in urbe Senatus, *l. 6. pr. de mun. & hon. l. 1. C. d. de mag. mun.* adeoqve non rectè magiſtratibus municipalibus accenſentur. Deliberabant enim ſolùm de publicis municipii negotiis, & in curiam vocari per ſententiam rogabantur, & ſuffragia dabant, reliqvi diſceſſionem faciebant, & qvod majori parti placuiſſet, in tabulas referebatur, & *decretum ordinis* vocabatur. Jurisdictionem verò hos habuiſſe exinde non ſeqvitur, cum ſuffragia dare, & decreta facere non eſt jurisdictionis, *Sutholt. diſſert. de jurisdict. aph. 23.*

DEDITITII. §. 1. *Dedititii* dicebantur, & erant ii, qvi poſt admiſſa crimina & ob ea vincti, torti, ſuppliciis cæſi ac ſubditi, gratia Dominorum poſtmodum impetratâ manumiſſi erant. Conf. *Sveton. in Aug. c. 40. Paul. 5. ſent. 12. §. 3. & ſeqq. & ibi Cujac. Cajus, Ulpian. in fragm. Theoph. ad §. fin. J. de libert.*

DEFENSIO. DEFENSOR. §. 1. Præter *Duum Viros* pleræqve civitates creabant ſibi *Defenſores*, non ex corpore Decurionum, ſed ex aliis idoneis perſonis, *l. 2. C. de defenſ. civ.* qvi tribunorum plebis, ſicut Duumviri conſulum, imaginem qvandam in municipiis referebant. Hi tenuiorum & ruſticorum maximas cauſas pecuniarias dijudicabant, *l. 3. eod.* reliqvorum verò civium cauſas olim usqve ad qvinqvaginta, *l. 1. C. eod.* hodie usqve ad 100. aureos, *Nov. 15. cap. 3.* & ad hanc usqve ſummam etiam acta judicialia conficere poſſunt. Jurisdictionem ergò talem, qvalem defenſores habent, adeoqve etiam magiſtratus ſunt, *l. 23. ad municip. Sutholt. diſſertat. de jurisdict. aph. 25.*

§. 2. *Defenſor* in ſpecie dicitur, qvi *reum* ſine mandato in judicio defendit, *l. 45. §. f. l. 6. §. 2. l. 76. de procur. l. un. in fin. Cod. de ſatisd.* à qvo differt procurator, qvi litem ſuſcipit vice *actoris*.

DEJECTIO. §.1. Actio de *dejecto vel effuſo* dicitur ea, qvæ adverſus inhabitantem ædes, ex qvibus aliqvid dejectum vel effuſum in eum locum, qvo vulgò iter fit, vel in qvo conſiſtitur, datur illi, cui nocitum, in duplum damni dati factivè; ac ſi liber homo perierit. In qvinqvaginta aureos; ſin verò ei nocitum ſit, ad id, qvod æqvum judici videbitur, *l.1.pr.de his, qvi dejec.* §.1.*I.de oblig. ex qvaſ.contract.*

DEFICERE. §.1. Dicitur pars *deficere* triplici potiſſimum modo juxta *l.un.Cod.de cad.toll.* Vel (1) pro non ſcripta habetur, qvando ſcil. heres inſtituitur,aut legatur illi, qvi tempore teſtamenti conditi aut non eſt in rerum natura, *d.l. un.*§.2. aut incapax,*l.34.*§.*9.de leg.1. vid. l.3. De his qva pro non ſcript.* Vel (2) in cauſa caduci dicitur, qvando alter conjunctorum ante teſtatorem moritur, *d.l.un.*§. *2.* Vel (3) propriè caduca vocatur, qvando mortuo teſtatore deficit, *d.l. un.§.2.* Hoc verò rurſus variis contingit modis, *vid.l.9.Cod. de jur.del. l.penult. & ultimo. acqvir. hared. l. 4. de bon. poſſeſſ.*

DEINDE. §.1. Hæc dictio eſt ſignificativa, ordinis gradui,& ideo in materia ſucceſſionis hæc dictio,*deinde* importat ſucceſſivum ordinem, ut proximior præferatur remotiori, *Bald.l.2.conſ.293 Card. Tuſch.lit.D. concluſ.203.*

DELATIO. §.1. *Defert reum* qvi nunciat, *l.1. de jure fiſc.* & poſtulat, ut judex cognitionem criminis ſuſcipiat, *l.*18. *p.23. l.44.d.t.l. ea qvidem Cod. de accuſ. l. Divus ff.de cuſtod. reor.* Et *Delator* eſt, qvi crimen denunciat *præmii & lucri ſpe.* Qvi enim defert, non publicæ vindictæ ſtudio adducitur, ſed ſpe qvartæ, qvam ex bonis damnati Delatores conſeqvebantur, unde & *Qvadruplicatores* dicti, *Wiſſenbach. p. 2. ff. diſp.39. th.9.*

§. 2. *Index, Delator, & Accuſator differunt. Index* eſt, qvi criminis, cujus ipſe conſcius eſt, latebras indicat, impunitate propoſita. *Delator* eſt, qvi crimen denunciat præmii & lucri ſpe. *Accuſator*,qvi crimen & defert & exeqvitur, *Wiſſenbach.ad l.197. de V. S.*

§. 3. *Arguit*, qvi delati criminis cauſas & argumenta dicit, qvibus reum de crimine convinci poſſe putat,*arg.l.licet.* §.*poſſumus.ff.naut.caup.* Hoc olim fiebat per editionem accuſa-

cuſationis coram tribunali ante litis conteſtationem, *l.qvi accuſare C. de edend. Gædd.ad l.197.de V.S.num.3.*

DELEGATIO. §. 1. Delegatio (1) latè & impropriè accipitur pro delegatione qvacunqve debiti, qvæ propriè dicitur ceſſio, Ubergabe/ ceſſion, transport. (2) *propriè* pro illa novatione, qva alius debitor ſubſtituitur, Anweiſung/ Schulden überweiſen/ *l. 11. de novat.*

§. 2. *Delegatio* eſt, cùm debitor vice ſuâ alium debitorem creditori ſtipulandi, ſolutionem promittentem ſubſtituit, *l.11. de novat. l. 1. C. eod. l. 2. Sol. matr. Add.* Wiſſenbach. *th.5. d.t.*

§. 3. *Delegatio neceſſaria* fit per litis conteſtationem, ſi ſcil. creditor contra debitorem ſibi ceſſum litem conteſtatur, *l.11.§.1.ff. l.3.C. de novat.l.2 C.de O.& A.* qvo facto prior creditor contra debitorem ceſſum non poteſt amplius agere, *d. l. 3.*

§. 4. Verbum *exactæ pecuniæ*, hoc eſt, ſolutæ pecuniæ, non ſolùm ad ſolutionem referendum eſt, verùm etiam ad delegationem, *l.187.de V.S.* Nam qvi delegat, ſolvit, *l.6. de accept.* eſtqve numeratio, qvæ brevi qvaſi manu fit, *l.ſingularia de reb.cred.l.qvi negotia. Mandati.*

§. 5. Differt *delegatio à Ceſſione.* In *illa* enim conſenſus etiam alterius debitoris ſurrogati neceſſarius eſt, *l. 1. C. de novat.* In *hoc* verò non eſt conſenſus ejus debitoris neceſſarius, contra qvem cedo actionem. *d. l. 1.C. de novat. l. 3. C. de hered. vend.* Deinde ceditur actio etiam ei, qvi non eſt creditor, ſc. cauſa donationis, *l.11.C. de donat.* at delegatio fit tantum Creditori. *d.l.11.π. de novat.* In *delegatione* mutatur debitor, *hic* Creditor, qvoad exercitium actionis, *illic* nova obligatio conſtituitur, *hic* non, ſed aliùs tantùm procurator in rem ſuam. *Hahn.ad* Weſenb.*de novat. in fin.*

DELIBERANDI JUS. §. 1. Ne heredes, *ſive purè ſive ſub conditione*, inſtituti temerariè, aut feſtinatò ſuſcipiendo hereditatem, damnum incurrant, conceſſum eſt iis jus deliberandi, qvo ſicut *extranei heredes* an adire, an repudiare, ita *Sui* jure prætorio an immiſcere ſe, an abſtinere velint, an vires hereditatis inqvirendo conſultare poſſunt, *§.5. I.de her.qva.t. ff. de jur.delib.* Eſt ergò jus deliberandi nihil aliud, qvàm fa-

K 2 cul-

cultas hæredi conceſſa, ut intra *certum tempus* conſultare & perqvirere poſſit, an hæreditatem ſibi delatam adire, an repudiare velit, *Ant. Perez. ad tit. C. de jur. delib. n.* 1.

DEPORTATIO. §. 1. Deportati dicuntur iſti, qvi propter aliqvod grave & capitale delictum in exilium mittuntur, & ad *certum locum vel inſulam*, ut *perpetuò* ibi ſint, nec unqvam inde recedere poſſint, condemnantur, *vid.* §. 1. *qvib. mod. p. p. ſolv.*

DEPOSITUM. §. 1. Depoſitum eſt contractus, qvo res ita traditur, ac fidei alicujus committitur, ut eam *gratis* cuſtodiat & aſſervet, adeoqve qvandocunqve libuerit deponenti, eandem in ſpecie reddat, *l. 24. l. 1. Depoſ.* §. *3. l. qvib. mod. re contr. obl.*

§. 2. Vox depoſiti (1) aliqvandò ſignificat *rem ipſam*, qvæ deponitur, *l. 1. Depoſ.* (2) freqventiùs accipitur *pro contractu*, qvo res cuſtodienda deponitur. *Et latè ac generaliter* denotat etiam illam cuſtodiam, qvæ venit implicitè, v. c. nautæ, cauponis, ſtabularii, *l. 5. naut. caup. l.* 3. §. *1. eod. add. l. 3.* §. *9. 12. & ſeqq. Depoſ.* Sed *ſtrictiùs* & per excellentiam eſt contractus, qvo res alicui explicitè cuſtodienda conceditur, §. *3. I. qvib. m. r. c. obl. Exod. 22. v. 10.*

§. *3. Deponens* eſt, qvi committit rem cuſtodiendam; *Depoſitarius*, qvi recipit.

§. 4. *Deponitur* verò vel *res non litigioſa*; ac in ſpecie *depoſitum* dicitur: vel *res litigioſa: & ſeqveſtrum* ſeu ſeqveſtratio vocatur, *l. 6. l. 12.* §. *2. l. 17.* §. *1. π. Depoſiti. l. 110. π. de V. S. Struv. Syntagm. J. Civ. Exerc. 21. th. 45.*

DEMONSTRATIO. §. 1. *Demonſtratio* eſt deſcriptio, ſeu deſignatio peculiaris rei *legatæ*: ſive referatur ad præſens tempus, v. g. *Stichum ſervum vernam meum*, ſive ad præteritum: v. g. *Stichum, qvem à Sejo emi, do lego.*

§. 2. Fallunt omninò, qvi hæc duo *Demonſtrationem* (Beſcheinigung) vel *Oſtenſionem & probationem* confundere adeoqve *demonſtrationem* etiam ad terminum probatorium adſtringere conantur. *Demonſtratio* enim etiam poſt terminum probatorium actori vel reo injuncta admittitur. *Carpz. p. 1. C. 16. def. 16.*

DEMUM. §. 1. *Demum*, hæc dictio reſtrictiva eſt, & taxati-

xativam importat, *Bald. conſ. 208. l. 4. num. 2.* Card. *Tuſch. lit. D. concl. 264.*

DELICTUM. §. 1. *Delictum* ſumitur vel *latè*, vel *anguſte.* *Latè* acceptum etiam crimen complectitur. *l. 1. & 2. ff. de L. L. l. 1. l 5. § f. de pœn.* (2) *Anguſtè* ſumtum, opponitur crimini, *l. 2. §. 8 C. de Vet. jur. enucl. l. 17. §. 18. de adil. ed.*

§. 2. *Publicum Delictum* eſt, qvod lege aliqva publica nominatim vindicatur. *Privatum*, qvod provenit ex injuria privato illata, nec legibus publicorum judiciorum vindicatur.

§. 3. *Per corpus delicti* juris criminalis interpretes nihil aliud denotant, qvàm delicti ſubſtantiam, exiſtentiam, vel delicti facti veritatem. *Vid. Dn. Carpz. in pr. crim. p. 1. q. 16.* Adeoq; *arg. §. 41. de pœn.* deſcribi poteſt. *Corpus delicti eſt exiſtentia turpis facti contra leges Reipublicæ.* V. C. Si qvis inſimuletur homicidii, debet conſtare de homine mortuo & cadavere, nec non de vulneribus; ſi furti, debet conſtare de rebus ablatis, Peinliche Halß-Gerichts-Ordnung/ *art. 64. 55. ibiqve Steph. Zieritz. Mantz.*

§. 4. *Exiſtere aut adeſſe dicitur corpus delicti* dupliciter (1) ſi delictum aliqvo facto commiſſum ſit, (2) ſi animo ſolo fuerit perpetratum: Tot enim modis delictum committitur. *Illud* eſt *facti* vel *permanentis*, vel *tranſeuntis.* *Delictum facti permanentis* eſt, qvod veſtigia & ſigna poſt ſe relinqvit, qvalia ſunt homicidium, parricidium, &c. *Delictum facti tranſeuntis* eſt, qvod veſtigia poſt ſe relinqvit nulla, ut ſunt adulterium & alii coitus qvi ſine fractura committuntur, furtum ſine fractura &c. Ad delicta qvæ diximus etiam ſolo animo committi Dd. referunt, Hæreſin, Magiam, qvatenus ſc. nullum damnum intulerunt.

DERELICTUM. §. 1. *Pro derelicto habetur*, qvod dominus eâ mente abjecerit, ut id in numero rerũ ſuarum eſſe nolit: ideoqve ſtatim dominus ejus eſſe deſinit, *l. 1. l. 2. ff. pro derelict. §. 46. Inſt. de R. D.*

§. 2. *Pro derelicto is uſucapit*, qvi rem à *non domino* verè derelictam, tanqvam à vero domino pro derelicto habitam, poſſidet, *l. 47. Pro derelict.*

§. 3. *Derelictum* nonnunqvam etiam dicitur, qvod teſta-

mento relictum & legatum *l. 1. circa fin. ibi: ſi ab herede legatum fuerit derelictum*, & paulò pòſt, *à qvo derelictum C. comment. de legat. l. 5. §. 2. C. de neceſſ. ſervis. hered. inſtit.* nonnunqvam pro ſimpliciter omiſſo uſurpatur, *l. 39. §. 1. in fin. C. de Appellat.*

DENUNCIATIO LITIS. §. 1. (1) Qvandoqve *denunciare* eſt judici facinoroſum deferre, einem Mißhändler bey der Obrigkeit angeben/*tit. de accuſ. & denunc.* (2) Qvandoqve eſt prohibere, *l. 5. de nov. op. nunc. l. un. C. eod.* (3) Eſt etiam denunciatio, qvam vocant Evangelicam. (4) Alia hujus vocis eſt ſignificatio *in l. 49. de judic. & paſſim ſub tit. de evict.* Per eam enim auctorem noſtrum, ſeu a qvo rem a nobis petitam acqviſivimus, excitamus & admonemus, ut ad judicium veniat, & rei petitæ defenſionem ſubeat: Qvam eodem ſenſu dicimus, *Authoris laudationem, l. 63. §. 1. de evict. Umm. diſp. 11. th. 5. n. 14.*

§. 2. *Denunciatio in ultimo ſignificatu* nihil aliud eſt, qvàm litis motæ ſignificatio, auctori judicii ſuſcipiendi, cauſævé defendendæ gratia, facta. *Umm. Diſp. 14. th. 5. Vel Denunciatio* eſt remedium, qvo de re qvapiam conventus auctori ſuo controverſiam motam indicat, ut illi in judicio aſſiſtat, & cauſam defendendi in ſe recipiat, *l. 49. de judic. l. 53. l. 55. l. 56. §. 4. de Evict. l. 1. C. Ubi in rem l. 8. C. de evict.*

§. 3. Proceſſus hoc caſu impetrati ſolent vocari *Denunciatoriales*, item *Citatio ad aſſiſtendum litis. Jac. Blum. Proceſſ. Cam. tit. 40. num. 19. in fin.*

§. 4. *Differentia Nominationis domini & denunciationis* eſt hæc (1) *Nominatio* tantùm fieri poteſt ab eo, qvi nomine alieno poſſidet: *Denunciatio* verò ab eo regulariter, qvi conventus poſſidet nomine proprio, *l. 1. C. ubi in rem act. Marant. aur. ſpec. de nom. aut. n. 1.* (2) *Nominatio* debet fieri ante litem conteſtatam, *l. 2. C. ubi in rem act. c. qvoniam, 5. x. Ut lit. non cont.* *Denunciatio* autem in qvacunqve judicii parte, & ſic etiam poſt litem conteſtatam, dummodo fiat ante productionem & publicationem teſtium, *l. 1. C. ubi in rem l. 1. C. de peric. l. comm. l. 74. §. 2. de Evict.* Donell. 10. *Comm. jur. civ.* 2. (3) *Nominatio* ſtatim reum conventum à lite eximit, *l. 2. C. ubi in rem act. d. c. qvoniam.* Verùm *Denunciatio* non item; nam non

trans-

transfert litem in denunciatum, ſed Denuncians qvoqve in litem manere, & tanqvam principalis reus ad qvævis reſpondere tenetur, *l. 1. C. ubi in rem act. Carpzov. Jurispr. forenſ. p. 1. C. 3.* D. 38. *Berlich. p. 1. concluſ. 24. Roding. Pand. Cam. l. 3. tit. 4. in Comm.*

§. 4. *Denunciatio canonica (de qva agitur tit. de accuſat.)* eſt criminis alicujus apud competentem judicem citra inſcriptionem legitimè facta delatio. Fit autem hæc denunciatio ſuper crimine occulto qvidem, qvod tamen aliqvo modo probari poſſit: & fit potiſſimum ad pœnitentiam peragendam, vel aliam pœnam legitimam imponendam. Et hanc Canonicam denunciationem præcedere debet vel unica tantùm, vel eciam altera monitio charitativa: in qvo differt a denunciatione Evangelica, in qva triplex monitio reqviritur neceſſario, *c. 23. & ſeqq. de accuſ. inqviſ. & denunciat.*

§. 5. *Denunciatio Evangelica* eſt, qvæ tantùm fit ad pœnitentiam, & ſimiliter locum habet in qvolibet occultè peccante, modò aliqvo usqve de delicto conſtet. Ejusqve forma traditur, *Matth. 18. v. 15. Luc. 17. v. 3. can. Si peccaverit, 11. q. c. 3. de judic.*

§. 4. *Denunciatio judicialis* fit per miniſtros publicos, ad hoc conſtitutos, ut delicta & delinqventes denuncient magiſtratibus: idqve vel ad vindictam pubiitam, & dicitur publica, vel ad privatum intereſſe, & dicitur privata, *Vallen. §. 5. ad tit. de accuſat. Caniſ. in Summa. d. t.*

§. 7. *Denunciatio differt ab accuſatione* & modo inſtituendi & fine. Nam ad *accuſationem* neceſſaria eſt inſcriptio: *denunciatio* fit ſine inſcriptione. *Accuſatio* fit principaliter ad pœnam, i. e. ut pœnam luat reus: *denunciatio* non fit ad pœnam, ſed ad vitæ emendationem, ut reus corrigat ſuos malos mores. Ideoqve etiam denunciator eſt repellendus à judice, ſi prius amicè non admonuerit reum, qvàm crimen ad judicem deferret, *c. ſuper 13. c. 2. de accuſ.*

DESCENDENTES. §. 1. *Deſcendentium* appellatione continentur maſculi & fœminæ, *l. f. C. de ſuis & leg. Auth. 118. c. 1. Alex. vol. 2. conſ. 160. Natt. conſ. 37. 675. 676. ubi declarat. & 678. Brun. à Sole loc comm. voc.* Deſcend. *n. 4. Card. Tuſch. lit.* D. *concl. 320.* nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, cæteriqve in-

infinitum, qvi ex his deſcendunt, ita ut iidem ſint, qvi liberi. *l.220.π.de V.S.*

DEPUTATI. §.1. Si qvos ſubditi ad principem mittunt, ii non *legati*, ſed *ſelecti*, vel *Deputati*, Deputirte / appellantur. Et vice verſâ, qvos princeps ad ſubditos mittit, neqve ipſi *Legati*, ſed *Commiſſarii* ex uſu dicuntur. *Strauch. Diſſert. Exoter.7.th.5.*

DESISTERE. §.1. *Deſiſtere* propriè non dicitur, qvi differt facere, ſed qvi in totum ab inchoatione recedit, *Calder. conſ.561. Tuſch. d.l. concl.226.*

DETRACTIO. §.1. *Jus detractionis*, die Nachſteur/ Abfahrt/ und Abzug/ eſt, qvo certa portio defalcatur de bonis, qvæ è territorio alicujus Imperii Principis, aut Status, in aliud territorium transferuntur: qvod exigitur ab eo, & qvidem jure Superioritatis, qvi domicilium mutat, idvē alibi conſtituit, *tit.C. qvand.qvart.pars.l.un. C. non lic. hab. metr. R. A. de An.1594.* §. und ſo viel. *Pruckman.conſ.48. Wehn. & Beſold.th.pr.verb.* Nachſteur. *Berlich.3.concluſ.51.& 52.*

DETESTARI. ANTESTARI. §.1. *Deteſtari* priſcâ lingvâ eſt, *abſenti* denunciare teſtatò, teſtibus præſentibus, *l.39.§.2. de V.S. l.40.pr.l.2.8.§.1.eod.*

§.2. *Anteſtari* eſt ab ante & teſtari. Ante ſcil. qvàm manus injectio fiat. *Atteſtatur præſenti* qvis, qvia ad aliqvem, ſeu coram eo teſtatur: & teſtatò coram, ipſi reo denunciat, ac dicit. *Gædd. add. l.40.§.2. num.3.* An teſtatus dicitur, qvi præſens teſtatò convenitur, ſuperſtitibus ſive teſtibus adhibitis, *Wiſſenb.add.l.40.§.2.*

DIFFAMATIO. §. *Diffamare in l.diffamari.C.de ingen.& man.* accipitur pro fama, in alterius ſtatus, famæ, exiſtimationis, aut bonorum, atqve rerum ſuarum detrimentum ſpargere ac divulgare, qvod fit vel coram judicio, vel extra judicium, vel in cœtu, aut coram pluribus vel paucis, dum tamen diffamandi cauſa fiat, *l.15.§.ex his. l.lex.Corn.§.ſi qvis.ff. de injur. Gilhauſ. arb.crim.c.1.tit.34.n.95.*

§.2. Cauſa Legis Diffamari eſt, cum actor qveritur ſe à reo diffamari de ſuo ſtatu, vel de criminis aliqvo, vel debito, vel alio modo, videlicet ratione ejus qvod ſua intereſt, veluti ratione bonorum ſive poſſeſſionis, in qva diffamatus jus ſibi aſſe-

afferat, & plus juris prætendat, qvàm actor habeat, *Ord. Cam. p.2.t.25. Roding. Pand.Cam. l.1.tit.14.* §.1.

DISCEPTARE. §.1. *Diſceptare*, qvemadmodum verba agere, procedere, perſeqvi, proſeqvi, & ſimilia verba, notæ ſignificationis ſunt: ſed per Metaphoram & uſum *fori* qvaſi propria facta ſunt, & non ſolum partes litigantes diſceptare dicuntur, qvando coram judice litigant, meritaqee cauſæ diſputant, verum etiam judices diſceptare, id eſt, jura partium dijudicare, atqve de illis cognoſcere dicuntur, *l.25.pr.C.de Epiſc. & Cler.l.3.d.t. arbitriu.l.3.ff. ad exhib. c.forus.* §. *judex De V.S. Roding.pand.Cam. l.1. tit. 2.in fin.*

§.2.*Diſceptatio* partium eſt mutua litigatorum actio, qva omnia hinc inde Judici deducuntur, qvæ ad victoriã cauſæ obtinendã facere exiſtimantur, *Rod.pand.Cam.lib.3.tit.28.* §.3.

DIFFIDATIO. §.1. *Diffidatio* eſt minitatio hoſtilis, qva qvis per literas, ſignum aliudvé factum inimico ſuo perſecutionem extremam vitæ, ſangvinis, aut bonorum denunciat, unde pax publica violatur, & toti populo vel univerſitati periculum & damnum imminet. Germ. Bevehdung oder Abſagung/ *Wehn.pr. obſ.voc.* Bevehden. *Carpz.pr.cr. q. 37. n.16.*

§. 2. Ad veram *diffidationem*, qvæ crimen fractæ pacis publicè incurrit, & pœnam gladii promeretur, duo neceſſariò reqviruntur. (1) *Primum* eſt, ut ad minas *factum aliqvod* accedat, qvo perſecutio extrema vitæ, corporis, aut bonorum inimico denunciatur. Veluti ſunt literæ diffidatoriæ, ſigna hoſtilia & diffidatoria, Scopæ, titiones, carbones &c. (2) *alterum* eſt, ut per eam pax publica violetur, & inde hoſtilia toti populo ſeu communitati ſint exſpectanda. *Carpzov. d. q. 37. n.9. & ſeqq.*

DIVORTIUM. §.1. *Divortium* in ſpecie denotat ſeparationem conjugum, non animo redintegrandi conſortii factam, *l.3. l.7.de divort. & rep.*

§. 2. Vox *repudii* generalior eſt qvàm *divortii*. *Repudium* enim non ſolùm ſponſæ fit, *l.191. l.101.* §.*1.de V.S.* Sed & uxori, *d. l. 101.* §.1. *l.1.pr.de rit.nupt. l.un.* §. 15. C. *de rei ux. act.* *Divortium* autem propriè fit inter conjuges, *d.l.191.l.2. ff. de divort.* Aliqvando *divortium* ponitur pro repudio, *ut in l. Qvod Servius ff. de cond. cauſ.dat.* qvod durius videtur, *Gædd.ad l.101.*§.*1.de V.S.*

§. 3. *Divortium amicabile* eſt actus, qvo dulciter & gratioſè ſine ira animi atqve offenſa conjugium diſſolvitur, animo perpetuam conſtituendi diſſenſionem. Fiebat enim olim jure civili divortium etiam communi conſenſu, *l. 9. C. divort. Nov. 22. cap. 4.*

§. 3. *Divortium amicabile* multas paſſim in legibus ſortitur appellationes: ita (1) vocatur repudium miſſum utriusqve conſenſu & communi voluntate, *l. 9. C. de repud. & jud. mor. ſubl. N. 140.* (2.) Tranſactio de matrimonio. *l. 12. C. de repud.* (3) bonâ gratiâ facta diſſolutio, *l. 14. §. 4. qvi & à qvib. man. l. 1. § f. C. de rei ux. act. N. 140. praf.* (4) mitior nuptiarum ſolutio, *N. 22. c. 14.* (5) diſceſſio conjugum ab invicem ſine ira & animi offenſa, *l. 32. §. 10. de donat. int. vir.*

DEPUTATUS. §. *1. Receſſus Deputationum*, vulgò Deputations-Abſchiede/ſunt Conſtitutiones de Negotiis Romani Imperii in Conventu particulari, aliàs Reichs-Deputations-tag/ nominato, promulgatæ.

§. 2. Iſte autem conventus particularis nominatur Reichs-Deputations-Tag à certis illis Statibus, qvi ſpecialiter ad illum deputati, & appellantur Deputirte Fürſten und Stände/ *Rec. Imp. 1555.* §. und im Fall *66. & ſeq.* Item des Reichs-ordinari-Deputirte Stände *R. I. 1641.* §. über dieſes. *92.* Tales Deputati verò ſunt *primò* omnes Electores, deinde *ex Statibus Catholicis* Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Epiſcopus Wurtzburgenſis, Conſtantienſis & Monaſterienſis, Dux Bavariæ, Abbas Weingartenſis, Comes Furſtenbergenſis, Civitas Colonia, Aqvisgranum & Uberlinga. *Ex Evangelicis* Dux Saxo-Altenburgicus, Brandenburgico-Culmbacenſis, Brunſvvicenſis, Pomeraniæ, Mecklēburgenſis, Würtenburgenſis, Landgravius Haſſiæ, unus Comitū Wetteravienſium, civitas Ratisbona, Norimberga & Argentoratū R. A. *1654.* §. und dieweil nach. *194.* Hic Conventus primùm anno 1555. fuit inſtitutus, eam ob cauſam, ut ſi motus adeò graves in Imperio exorirentur, qvibus compeſcendis unus, vel plures Circuli non ſufficerent, hi illud indicarent Moguntino, qvi Deputatos Status ad conſultandum de iſtis motibus ſedandis nomine Cæſareo convocet. *R. I. 1555.* §. So ſich dann. *65. Ord. Cam. part. 2. tit. 17.* Iſte Conventus hodie etiam inſtituitur ob qvædam Puncta, qvæ in ha-

bitis

bitis Comitiis componi neqvivere. *R.I.1641.* §. Wiewohl wir dann. *90.* & *R.I.1654.* §. den zweyten. 191. Et qvamvis primò ad certas perſonas reſtrictus, tamen poſteà ad heredes & ſucceſſores extenſus fuit. *R. A.1559.* § Auff das dann. *50. Jac. Blum. proc. Cam. tit. 2. §. 6.* & *ſeq. Wilhelm. Becker ſynops jur. publ. lib. 4. c. 1. n. 19. Limn. de jur. publ. libr. 9. c. 1. n. 233.* & *ſeqq.*

DUCATUS. §. 1. *Ducatus* vocabulum æqvivocum eſt, (1.) Ducato Italis, nobis Germanis, ein Ducat / pro moneta ſumitur. (2) Ducatus qvandoqve pro ſalvo conductu olim poſitus, (3) Ducatus, id eſt, ein Hertzogthumb *Limn. jur. publ. l. 4. cap. 3. n. 32.*

DIGESTA. §. 1. *Digeſta* à *digerendo* dicuntur. Alio nomine vocantur *Pandecta*, à πᾶν & δέχομαι qvaſi omnia capientia diceres. *Hahn. ad Weſ. de J. & J. n. 1.*

§. 2. *Digeſta* ex veterum JCtorum libris ad ordinem Edicti perpetui intra triennium ſunt compoſita & XVII. Calend. Jan. Anno 533. promulgata. Juris authoritatam acceperunt ex III. Cal. Jan. ejusd. anni *Conſt. Tanta. §. 23.*

§. 3. Dividuntur à *Juſtiniano* in VII. partes *§. 1. in fin. d. Conſt.* à *Veteribus gloſſatoribus* in 3. Vetus, Infartiatum & Novum. Continent libros 50. titulos 433. leges 9132.

DIMISSORIÆ LITERÆ. §. 1. *Dimiſſoriæ literæ* dicuntur, qvæ vulgo *Apoſtoli* dicuntur. Dimiſſoriæ autem dictæ, qvòd cauſa ad eum, qvi appellatus eſt, dimittitur. *l. 106. de V. S.*

DISTRIBUTIO. §. 1. *Diſtributiones qvotidianæ* in jure canon. vocantur, qvæ diſtribuuntur qvotidie, aut ferè qvotidie clericis actualiter in divino officio præſentibus: & alio nomine *Manualia* & *Victualia* appellantur, qvòd communiter ad manum ſolvantur; qvemadmodum fieri videmus in plumbetis, vel etiam *Panes Diarii*, qvòd alibi hujusmodi portiones qvotidianæ in panum diſtributione conſiſtant: & qvia à præſentibus percipiuntur, etiam *Præſentiam* vocant.

DISJUNCTIVUM. §. 1. Oratio alia eſt *disjunctiva* alia *ſubdisjunctiva*. In oratione disjunctiva altera tantùm pars eſt vera, *ut aut dies eſt, aut non eſt*. Qvorum uno poſito tollitur alterum, & ſublato uno ponitur alterum, *l. 123. de V. S.*

Rem.

Rom. 11. *v.* 6. Orationis *ſubdisjunctiva* duo ſunt genera. *Unum*, cùm ex propoſitis terminis ita non poteſt uterqve eſſe, ut poſſit neuter eſſe. Veluti, *aut ſedet aut ambulat*. Nemo ſedere, nec ambulare ſimul eodemqve tempore poteſt, Poteſt verò qvis nec *ſedere*, nec *ambulare*, putà *accumbere ſtare*. Illa ergò propoſitio, aut *ſedet* aut *ambulat*, caret ſufficiente partium enumeratione. Alterum orationis *ſubdisjunctiva* genus eſt, cùm ex propoſitis terminis ita non poteſt neuter eſſe, ut poſſit uterqve eſſe: veluti, *omne animal aut facit aut patitur*. Nullum non animal aut facit aut patitur, at poteſt idem animal & facere & pati, alio atqve alio reſpectu, & diverſa ſubjecti attributione, *d.l.*123. Qvi amicam amat, *agit*, redamatus ab ea *patitur*. Hinc orationis generi aſſimulatur παραδιάζευξις, qvæ dicitur in *l.pen.C.de V.S.* qvoties qvid ita disjungitur, ut tamen conjunctum intelligatur. Veluti qvi dicit, *Titius aut Sejus mihi hæres eſto*, utrumqve Titium & Sejum inſtituiſſe intelligitur, *Wiſſenbach. ad dict. leg.* 124. *de V. S.*

§. 2. Articulus *Aut*, poſitus inter duas *perſonas*, ferè conjungit, *l.pen.C.de V.S.* inter *duas res* collocatus, disjungit, *ut decem aut togam dare ſpondes*. Non utraqve res debetur, ſed alterutra, *d.l.pen.in fin.l.*7.*de præt.ſtip. l.*34. *§.*6. *de contr. emt.* §.33. *I.de act.* Qvandoqve tamen conjungit, *d. l. pen. in fin. l.*10.*§.f.de jur.dot.l.*15.*de V.S.* *Wiſſenbach. ad l.* 12. *de S.S. in fin. Add.Tuſch. lit.D.concluſ.* 268 *& ſeq.*

DICTUS. PRÆDICTUS. §. 1. Dictio, *prædictos*, vel *prædicto modo*, relationem facit ſimpliciter non qvalificatè, ideò ſi teſtator inſtituit filium, & ſi deceſſerit ſine filiis maſculis ſubſtituit extraneum excluſis fœminis filiabus & ipſi poſiti in conditione non ſint vocati propriè, neqve ſubſtituti, tamen ſi dixit teſtator, *qvod excludebat fœminas vocando ſupradictos, ſubſtitutos modo prædicto*, includit etiam poſitos in conditione, ex qvo refert etiam eosdem, *Cornel. conſ.*140.*num.* 13. *l.*2. *Tuſch.lit.D.concl.*26.

DIMITTERE. §. 1. *Dimittere* importat dimiſſionem reſpectu acceſſus, ut dicatur dimittere, qvi retinet in dominio ſuo, non tamen ad illam accedendo corporaliter. Importat autem totalem & omnimodam abdicationem, qvando adjici-

tur

tur certa qvalitas, ut ſi dicatur realiter dimittere, *Tuſch. lit. D. c. 267.*

DIGNITAS. §. 1. *Dignitatis* ✓*ox* latiſſimè patet, & ſignificat *jure civili* omnem præſtantiam ac eminentiam perſonarum. Qvo ſenſu honorarii etiam, qvibus nec cingulum, nec privilegia, nec inſignia conferuntur, *l.9.C. de metat. & epidē.* dignitatis participes eſſe dicûtur, *d.l.9.* & *l.8.l.6.C.Theod. de honor. codicill.* & decurionatus dignitatibus accenſetur in *l.39. C. de decur. l. ſpurii pr. ff. eod.* qvi tamen paſſim alibi numeris & oneris nomine venit, *l.12. l.31. C. eod.* Vocabulo dignitatis tam latè accepto ſplendor tam generis, qvàm officii & poteſtatis continetur. (2) *Aliq*✓*ando* denotat præeminentiam qvidem, ſed cum adminiſtratione ſeu officio, *l.1. §.3. ff. ad SC. Maced. Card. Tuſch.* ✓*ol.2. concl. 115.* qvemadmodum & honoris vox accipitur *in l.14. pr. l.12. de mun. & hon. l. 1. de off. q*✓*aeſt.* Et in hoc ſignificatu opponitur muneri, *d. l. 14. pr.* & jus prætorium honoratium appellatur, §. *7. Inſtit. de J. N. G. & Ci*✓. (3) Jure civili & moribus noſtris dignitas ſumitur pro titulo, v. c. clariſſimatu, perfectiſſimatu, *t. t. de prefect. dignit. Cujac. & Perez. in tit. de dignit. & tit. Ut dign. ſer*✓. Eminentiâ, Excellentiâ, &c. *Chaſſan. de glor. mund. part. 1. Conſid. 66.* qvanqvam hi tituli vel officiis ſint connexi, vel generi ſplendido accedant, adeoqve ad primam vel ſecundam acceptionem referri fortaſſis poſſint. (4) aliqvando accipitur pro bona fama & illæſa exiſtimatione, *l. un. Beſold. theſaur. pr.* ✓*oc.* Advocaten.

Diverſimodè qvoqve *jure Pontificio* dignitas uſurpatur (1) qvidem latiſſimè, ita ut omnes Clerici dignitatem habere dicantur, *c. deniq*✓*e diſt. 3. c. reperiuntur. c. 1. q. 1. c. ſi q*✓*is diſt. c. 1.* (2) Preſſius, pro omni officio Clericorum, qvod conjunctam habet qvandam jurisdictionem, *Gl. in c. 11. de conſ*✓*et. in 6. & Panorm. in c. de multa X. de præb. & dignit.* Hoc ſenſu Epiſcopis vel maximè competit dignitas, adeò ut qvarta pars jurium Epiſcopalium dignitatis nomine veniat. (3) Strictiſſimè pro minoribus beneficiis, ut Epiſcopatus, aliæqve ſuperiores præbendæ non comprehendantur, *c. dilectus, de conceſſ. præb. Theod. Hæning. de dignit. Eccleſ. th. 8. Duar. de ſacr. Eccleſ. miniſt. lib. 1. cap. 6. Vult. de feud. cap. 9.* In materia ſtri-

cta

cta appellatione Beneficii non venit, dignitas, *c. f. de præb.* aliud obtinet in materia favorabili, *c. 1. ubi Gl. de R. S. in 6. E verb. à Middelburg. loc. leg. 98. n. 18.*

§. 2. *Dignitas eſt qvalitas* perſonæ à Majeſtate ob bene merita tributa, cultum ac auctoritatem concilians, eandemqve à plebe inhonoratâ per varias immunitates ac privilegia diſcernens, *M. Tullio* eſt auctoritas alicujus honeſta, cultu, verecundiâ & honore digna. *lib. 2. de invent.*

DIU. §. 1. *Diu*, Hæc dictio, vel *aliqvandiu* importat tempus qvadraginta dierum ſecundùm ſtylum curiæ, *Gemin. conſ. 78. n. 5. inf. Tuſch. lit. D. concl. 270.*

DIES. §. 1. *Dies juridici* Opponuntur *feriis*, qvæ ſunt dies judicialibus actibus vacui, *l. 6. C. de feriis. 9. ff eod. Juridica in Camera qvoad freqventationem Senatuū* (Raths-Tage) ſunt omnes præter dies feriatas, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit 59. num. 19. Juridica in Camera qvoad celebrandas Audientias* (Gerichts-tage) ſunt dies Lunæ, Mercurii, & Veneris, *Blum. d. tract. tit. 60. n. 54.*

§. 2. *Dies incertus* eſt tripliciter (1) de qvo, nec an, nec qvando ſit exſtitutus, conſtat, *l. 75. l. 53. pr. qvand. dies leg.* (2) De qvo non conſtat ſolùm, an ſit exſtiturus, *l. 49. §. 1. 2. 3. de leg. 1. Add. l. 46. ad SC. Treb.* (3) De qvo incertum eſt ſolùm qvando ſit exturus: *ut, cùm is moritur. l. 1. §. 2. de cond. & dem. l. 40. §. 2. eod.*

§. 3. *Dies ſeſſionum* (continuis adverſi, non tamen ſemper utiles) erant, qvibus prætor pro tribunali ſedebat *l. 2. §. 1. Qvis ordo in bon. poſſ.*

§. 4. *Naturalis* dies eſt ab exoriente ſole, ad ſolis occaſum; cujus contrarium tempus eſt Nox.

Civilis eſt tempus, qvod fit uno cœli circumactu, qvo dies verus & nox continetur, *Vid. l. 2. §. 2. de V. S. l. 8. de feriis Gædd. ad d. l. 2. §. 1. de V. S.*

Romanorum more dies à media nocte incipit, & ſeqventis noctis media parte finitur conſtans horis XXIV. *l. 8. de fer.* Deinde erat gallicinium, poſt diluculum, ſive aurora, deinde mane, meridies, occaſus, veſper, concubium, *Vid. D. Hahn. ad Weſ. de minor. n. 3.*

§. 5. Cujusqve *dies* (*ſcilicet naturalis*, *qvi eſt duodecim hora-*

horarum) major pars eſt horarum ſeptem primarum, non ſupremarum, *l.* 2. §. 1. *de V. S.* Septem priores cujusqve diei horæ ſunt majores, non numero, neqve qvantitate & commoditate laborandi & agendi, *Gœdd. ad d. l.* 2. §. 1. *n.* 31. *de V. S.*

§. 6. *Dies utiles* dicuntur qvibus experiundi, & judicis adeundi poteſtas eſt, *l.* 3. *in fin. de accuſ. l.* 6. *qvia in fraud. cred. l.* 10. *ad SC. Turpill. l.* 55. *de ædil. ed. Vid. Lexicon Calvin. Dies* dicuntur *utiles*, qvibus eſt experiundi poteſtas: tum ratione *Actoris*, qvòd ipſe vel per alium experiri non impediatur; *tum Rei*, ut ſecum experiundi poteſtatem faciat, ſ. experiendi poteſtas fuerit adverſus eum, *l.* 4. *de div. temp. præſcript.* tum ratione *Judicis*, ut ejus copiam qvis habeat, *Georg. Adam. Struv. exerc.* 46. *th.* 31.

§. 7. *Dies continui* Opponuntur *utilibus*, *l.* 1. §. 6. *de lib. agn. l.* 5. §. 19. *ut in poſſ. leg.*

§. 8. Cùm *biſextum* Calendis eſt nihil refert, utrum priore an poſteriore die qvis natus ſit, & deinceps ſextum Calendas ejus natalis dies eſt. Nam id biduum pro uno die habetur: ſed poſterior dies intercalatur non prior. Ideo qvo anno intercalatum non eſt, Sexto Calendas nàtus, cùm biſextum Calendis eſt, priorem diem natalem habèt, *l.* 8. *pr. de V. S. l.* 3. §. 3. *de minor.*

§. 9. Si qvis ſic dixerit, *ut intra diem* mortis ejus aliqvid fiat, ipſe qvoqve dies, qvo qvis mortuus eſt, numeratur, *l.* 1. 33. *de V. S. vid. l.* 1. §. 9. *de ſucceſſ. ed.*

§. 10. *Cedere diem* nihil aliud ſignificat, qvàm diem adeſſe, qvo incipit obligatio, vel jus ad aliqvem pertinet, *Venire diem* ſignificat, eum diem veniſſe, hoc eſt extitiſſe & adeſſe, qvo pecunia peti poſſit, hoc eſt qvo ex ea obligatione, vel de eo jure actione certare & judicium ſuſcipere liceat. Ubi *purè* qvis ſtipulatus fuerit, *& ceſſit & venit dies*: ubi *in diem*, *ceſſit dies ſed non venit.* Ubi *ſub conditione*, *neqve venit dies pendente adhuc conditione*, *l.* 213. *de V. S. l.* 41. §. 3. *de V. O.* §. 10. *l. de except.*

§. 11. Id qvod fit de mane in aurora, dicitur fieri de die. Sic etiam illud, qvod fit de ſero, dicitur fieri de die, & non de nocte: qvando agitur de pœna imponenda. *Everhard. à Middelburg. loc. leg.* 19. *num.* 11.

DILA-

DILATIO. §. 1. *Dilatio* eſt rei agendæ in judicio ad alium diem vel terminum rejectio, *l.7.l.f.de fer. & dilat. l. 21. §.5. l.27.pr.de rec.arb.*

§. 2. *Dilatio legalis* vocatur, qvæ ab ipſa lege conceditur, qvalis eſt v. c. dilatio decendii ad appellandum, item feriæ.

§. 3. *Dilatio judicialis* eſt, qvam judex ad petitionem partis, cauſâ cognitâ pro tribunali concedit, *l. 3. & 4. C. de dilat.*

§. 4. *Dilatio conventionalis*, dicitur qvam pars parti conſtituit.

§. 5. *Dilatio citatoria.* Eſt terminus citato ad comparendum præfixus.

§. 6. *Dilatio deliberatoria* ut plurimum datur reo, ad hoc, ut poſt exhibitum libellum ſecum deliberet, an cedere an contendere malit, *l.1.de edend.O.35.c.3.*

§. 7. *Dilatio præparatoria ſeu probatoria* eſt, qvæ propter probationem, ſive ante, ſive poſt litem conteſtatam, faciendam conceditur.

§. 8. *Dilatio definitoria* ſeu judicii inſtantiæ finitoria dilatio eſt terminus, intra qvem inſtantia finienda.

§. 9 *Dilatio judicatoria* eſt, qvæ datur condemnatis, ut interea ſe ad ſatisfactionem ſententiæ latè præparent, *Damhoud. in prax.civ. cap.117.pr.*

DILIGENTIA. §.1. (1) *diligentia communis omnium hominum*, qvæ hominibus omnibus innata, non acri ingenio vel induſtriâ excitata: ſed ex communi ſenſu deſcendens, *l.22. de V.S. l.6.l.9. §.de jur.& fact. ign.* Eſt (2) *diligentia hominis magis exculti*, & ultra iſtam communem, cuilibet in rebus ſuis propriis, *§.f.l.de ſociet.* vel qvam hominum natura, juxta cujusqve ſolertiam deſiderat, *dd.text.l.32. depoſ. l.25. §.16. in fin.fam.erc.* adeoqve hæc ſecundum variam hominum naturam & ſolertiam variat, *§.ult. in fin. I. de ſociet. conf.l.31.de ſolut.* (3) eſt *deniqve diligentia exactiſſima*, qvam alius & non qvilibet ſolertior in ſuis rebus, ſed nõniſi diligentiſſimus paterfam. in rebus ſuis adhibet, *dd.text. l.18. pr. commod. l.3. de per.& comm. res vend. l.1. §.4.de O.& A.§.2.l.q.m.r.c.o. Dn.Struv. exerc.19.th.17.*

DIRE

DIRECTORIUM. §. 1. Articulis probatorialibus inſeritur vel annectitur *directorium* & deſignatio teſtium, *hoc eſt*, ſchedula, in qva nomina teſtium ponuntur, & ſimul deſignatur, ſuper qvibus articulis teſtes examinari debeant, *Gail. 1. Obſ. 96. num. 6. Rosbach. Proc. civ. tit. 54. num. 15.*

DIRECTARIORUM CRIMEN. §. 1. *Directarii* dicuntur, qvi in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, *l. 7. de extraord. crim.*

DISPENSATIO. §. 1. *Diſpenſatio* eſt propria juris communis relaxatio utilitate ſive neceſſitate penſata, *arg. can. 5. 1. q. 7. niſi rigor. Add. Carpzov. in Jur. for. p. 4. c. 24. d. 14.*

DISPOSITIO. §. 1. *Diſpoſitio generalis* per nomen collectivum comprehendit etiam futurum augmentum, *l. 63. π. de legat. 2. Perez. ad C. de uſufr. n. 35.*

DIVINI JURIS RES. §. 1. *Res divini juris* ſunt, qvæ nullius in bonis ſunt, nec occupatione in bonis occupantis eſſe poſſunt. Qvo ipſo differunt, tum *à rebus communibus*, qvæ per partes acqviri poſſunt, tum *à publicis*, qvæ in ſolidum à populo jam occupatæ & appropriatæ ſunt.

§. 2. *Res divini juris* ſunt vel *vere tales*, ut ſacræ & religioſæ, vel *modo qvodam*, ut ſanctæ.

DIVIDUUM. §. 1. *Pars diviſa, ſeu pars pro diviſo*, in rebus corporalibus eſt pars naturaliter ſeparata, ita, ut poſt diviſionem ſeu ſeparationem non ſit pars, ſed potius aliqvod totum, *l. 6. §. 1. Comm. præd. l. 25. §. 1. de V. S. Pars indiviſa ſeu pro indiviſo eſt*, qvæ re ſive corpore ipſo integro manente, ſeu in partes realiter non diſcreto, intellectu ſolùm eſt pars · ſic ſocius in re communi habet partem; ſed ita cum alterius parte commixtam, ut neuter poſſit ſuam partem à parte ſocii diſtinctam oſtendere, *l. 5. de ſtipul. ſerv. l. 66. §. 2. de leg. 2.* Non ſolùm autem in jure dicitur dividuum, qvod in partes prioris generis ſeu realiter dividi poteſt, ſed & qvod recipit diviſionem in partes poſterioris generis ſeu intellectu & civiliter tales; *l. 11. §. 1. de ſolutionib. l. 43. de acqviſit. poſſeſſ.* & qvidem pro vel in parte diviſa uſufruct. aliavè ſervitus eodem modo conſtituitur, ut in alia re tota *l. 6. §. 1. Comm. præd.* Aſt poſterioris generis dividuitas in rebus incorporalibus, ac in ſpecie ſervitutibus, æſtimanda eſt ex emolumento, qvod inde percipitur: hoc ſi diviſionem recipiat, jus qvoqve

 per-

percipiendi pro parte indiviſa poteſt conſtitui, atqve ita dividuum eſt, *Dn. Struv. exercitat, 12. th. 14. Add. Gœdd. d. l. 25. de V. S. num. 14.*

DIVISIO. §. 1. *Dividi* qvod dicitur potiſſimum duobus modis, vel *naturaliter* vel *civiliter*. *Illo* qvando aliqvid in partes reales & numero diſtinctas dividitur, qvæ ſenſu externo percipiuntur, qvæqve per diviſionem à toto ſejunctæ partes amplius propriè non ſunt, ſed ſingulæ totum conſtituunt, *l. 6. §. 1. Comm. præd. l. 25. de V. S. Hoc* ſcil. civiliter, qvando partes non diviſione corporis, ſed intellectu & animo potiùs, qvàm oculis comprehenduntur, & hæc diviſio civiliter ita conſiderata locum habet tam in rebus corporalibus, qvàm incorporalibus.

§. 2. *Exceptio diviſionis* eſt jus pluribus ex conventione ſive principaliter ſive acceſſoriè obligatis æqvitate conceſſum ad minuendam creditoris adverſus qvemlibet ſtricto jure competentem actionem, ut ille ſingulos pro parte ſaltem convenire atqve ita actionem dividere cogatur.

DIVIDERE. §. 1. *Dividere* in actione fam. hereiſc. ſignificat id, qvod antea commune erat proprium efficere, *Franz. Comment. ad π. tit. fam. hereiſc. n. 18.*

DOGMA. §. 1. *Dogma* eſt conſtitutio Eccleſiaſtica ad fidem Chriſtianam pertinens.

DOLUS. §. 1. Dolus *ſtrictè* ſumitur pro fallacia, qva aliud agitur, aliud ſimulatur, & definitur, *in l. 7. §. 9. de pact. l. 43. §. f. de contr. emt.* (2) Latè & generaliter ſumitur pro qvavis calliditate alicui nocendi, & ſic definitur, *in l. 1. §. 2. in fin. de dol. mal.*

§. 2. *Dolus bonus* eſt ſolertia laudabilis, *l. 1. §. 3. dol. mal.* In legibus autem noſtris intelligitur doli verbo, dolus malus, *l. 23. de R. J. l. 1. l. 2. C. de dol. mal.*

§. 3. *Dolus malus* eſt, qvo ex proæreſi & propoſito, datâ operâ, ſeu ſciens & volens, qvis alterum fallit, aut damnum ei infert, *l. 3. §. 2. de dol. mal. l. 11. §. 2. de pœn.*

§. 4. *Dolus ex propoſito*, dicitur qvi ipſi tempore, qvo contractus initur, malo conſilio ſeu propoſito intervenit, *l. 36. verb. per machinationem. de V. O.*

§. 5. *Dolus eſt vel in re, vel ex re ipſa.* Hunc dicunt, qvando

qvando ipſi contractui dolus non intervenit, ſed poſtea ab uno ex contrahentibus aliqvid factum qvod dolum continet, *d.l.36. verſ. idem eſt junct. l. 2. §. 3. 4. 5. & 6. de dol. exc.* Præterea & dolum ex ipſa re appellant, enormem, citra fraudandi animum, occurrentem læſionem, *de qva l. 2. C. de reſc. vend.* Sed iſta impropriè dolus vocatur.

§. 6. *Dolus dans cauſam contractui vocatur*, ſi qvis cùm animum contrahendi non haberet, in hoc circumſcriptus eſt calliditate adverſarii, ut contraheret, *l. 7. pr. de dol. mal. l. 16. §. 1. de minor.*

§. 7. *Dolus incidens* eſt, qvando qvis omninò ſponte ſua, *ſeu alterius calliditate non inductus*, contrahit, ac in re, de qva initur conventio (*e. g. circa rei valorem aut qvalitatem &c.*) ſeu modo contrahendi fraudulenter decipitur.

§. 8. *Remedia contra dolum* ſunt hæc, (1) eſt *remedium nullitatis, arg. l. 7. de dol. mal.* (2) *Exceptio doli, t. t. de dol. mal. exc.* (3) *actio doli*, directa, famoſa, *l. f. C. de dol.* (4) *actio utilis in factum* ſeu *ſubſidiaria*, qvæ datur in id, qvantum qvis factus locupletior, *l. 29. in fin. de dol.* ratione ſcil. circumſtantiarum, *vid. D. Hahn. ad tit. de dol. mal. in fin.*

§. 9. Ut *actio doli* locum habeat, tria reqviruntur, (1) ut qvid ſit factum dolo malo, *l. 1. §. 1. de dol. mal.* (2) ut deficiat alia actio, *d. l.* 1. §. 3. (3) ut nihil inaerveniat, qvod juſtè hanc actionem excludit, *Dn. Frantzk. comm. ad tit. ff. de dol. mal. n. 17. & ſeqq.*

§. 10. *Doli differentia à lata culpa* eſt hæc. *Dolus* ſemper eſt ex proæreſi & voluntate nocendi, ſeu ex propoſito, *l. 11. §. 2. de pæn.* *Culpa* verò non niſi ex ignorantia & omiſſione diligentiæ *l. 223. l. 226. de V. S.* Pertinet huc diviſio *doli* in *verum & præſumptum. Franz. de comm. π. de dolo malo n. 11.*

§. 11. Hæc verba *cui rei dolus malus aberit, abſuerit*, generaliter comprehendunt omnem dolum, qvicunqve in hanc rem admiſſus eſt, de qva ſtipulatio eſt interpoſita, *l. 69. de V. S.* Clauſula igitur hæc, *dolum malum abeſſe, abfuturumq; eſſe*, tam qvoad tempus cùm præſens tum futurum, *l. 8. de V. S. l. 19. ff. jud. ſolv. l. inter ſtipulantem. ff. de V. O. l. 69. de V. S.* qvam qvoad rem ipſam generalis eſt. Comprehendit enim

omnem omninò doli ſpeciem & machinationem, *l.1.ff. de dol. mal. l.54.l.119.ff. de V.O. l.4.* §. *Labeo. ff. de dol.exc.d.l. inter.* At qvoad perſonas, diſtingvendum eſt inter verborum vim & jus. Si verba ſpectamus, omnis omninò, qvicunqve dolum circa eam rem committat, comprehendetur. At cùm factum alienum, fruſtra promittamus, hæc verba reſtringuntur ad ſolius promittentis, ejusq; heredis perſonam, *l.38.pr.l.inter ſtipulantem.ff. de V.O.* ut ipſe ejusqve heres curent dolum malum abeſſe, qvod ſi hoc dolo non curaverint, tandem tenebuntur; non qvidem ex alieno, ſed ſuo proprio dolo, qvod ritè non curaverunt, ne ſtipulator ab alio qvolibet dolum pateretur, *d.l.inter.* At ſi dolus promiſſoris ejusqve heredis abſit, ex clauſula non tenebuntur, niſi pœnam, certam vel incertam, *qvanti ea res ſit*, promiſerint, *d d. text. Gœdd. ad l.69. de V. S.*

§. 12. *Exceptio doli* eſt, qvæ opponitur actori, qvi dolum in negotio, ex qvo agit, vel poſtea admiſit, *l.2.* §. 1.*2. de dol. except.*

DONEC. §. 1. *Donec* non importat conditionem, ſed terminum temporis, *Bald. l.conſ. 415.* Et dictio, ſeu adverbium *donec, qvoad, & qvousqve*, ac ſimiles important limitationem diſpoſitionis, *l. fœmina. ff.de Senat. Dec. conſ. 484. num.* 11. *Vid. Tuſch. lit.* D. *concl. 271.*

DOMUS. ÆDES. §. 1. *Domus* aliqvando (1) pro *domicilio & habitatione* accipitur, ubi qvis larem, rerumq; ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, *l.203. de V.S.l.1.* §. *2. de aleat. l.1.* §. *2. ff. de agn. lib. l.5.*§.*2. de injur. l.7. C. de incol.* Differunt alioqvin *domus & domicilium*, qvia non ubi domus nobis, & domicilium qvoqve eſt ſemper, *l 17.* §.*13. ad munic.* contra, ubi domicilium & domus qvoqve, *Wiſſenbach. ad d.l. 203.* (2) *Qvandoqve ſumitur pro agnatione*, ut de domo mea videlicet de parentela mea, agnatione mea & ita ſumitur, ſi teſtator vocat proximiores de domo ſua, qvia finita linea deſcendentium, veniunt alii agnati ſi conſtat de mente teſtatoris. (3) *Domus appellatione verè & propriè loqvendo*, venit ædificium, domus materialis, *l.18.de in jus voc. l.1.*§.*demum . ff.de lib.agnoſc. l.68. de leg.3. Jac. Schult. ad Brun. à Sole voc.* Domus. (4) *Non omne ædificium dicitur domus*,

ſed

ſed domus dicitur ſecundùm communem loqvendi uſum ordinata ad habitandum, alia verò ædificia aſſumunt ſibi nomen ſpeciale, qvia appellantur villæ, ſi ſunt in rure, vel ſi in civitate aliqvæ ſunt tabernæ meritoriæ, apothecæ, ſtabularia, & ſimilia, qvæ non ſunt ad habitandum, *Vid. Card. Tuſch. lit.* D. *concluſ. 6. num.* 1.

§. 2. *Stratura ædium* eſt, ideoqve cedit ædibus venditis vel legatis, *l.242. §. f. de V. S.*

§. 3. *Statua affixa* baſibus ſtructilibus *tabula religata* catenis, aut erga parietem adfixæ, aut ſi ſimiliter cohærent *lychni*, non ſunt ædium, ideoqve non cedunt ædibus venditis, *l.245. pr. de V. S. l. 12. de fund. leg. l. 17. §. 13. & ſeqq. ff. de act. emt.*

§. 4. *Prothyrum* verò ædium eſt, *d.l.245. §. 1.*

§. 5. Ea qvæ qvaſi pars ædium, vel perpetui uſus cauſa in ædificiis ſunt, ædificii ſunt, & ædibus venditis cedunt: qvæ verò ad præſens, non ſunt ædificii, *l.17. §. 7. de act. emt.*

§. 6. Per *domum Religioſam* intelligitur propriè locus conſecratus aut dedicatus autoritate Epiſcopi, vel ejus, qvi in hoc habet autoritatem Epiſcopalem. Vel *latius* accipiendo Religioſam domum, ſignificat ea locum omnem deſtinatum religioni & divino cultui aut piæ cauſæ, etiamſi per Epiſcopum dedicatus non ſit; ut loca, ubi ſuſcipiuntur peregrini, ubi curantur ægroti, ſenes vel infantes, *cap. 14. & ibi Abbas de Religion. domin. canon. qvidam. XVIII. qvæſt. 2. Heſtienſ. in Heſtienſ. Summa.*

§. 7. *Domeſticus* qvis dicatur certa regula definiri neqvit. Nam non ſolùm illi, qvi de domo producentis ſunt, domeſtici dicuntur, ſed etiam qvi ad unum panem, unum potum vivunt, die über des Producenten Tiſche eſſen / und gebrodet erhalten &c. ſeynd. Item qvibus imperari poteſt. *Umm. diſput. 16. num. 19. Jac. Ayrer. Proceſſ. p. 1. c. 9. obſervat. 5. num. 2.*

§. 8. *Domeſtici* dicuntur tribus modis (1) *propter neceſſitudinem & conjunctionem arctiſſimam*, ut pater & filius, maritus & uxor, cognati &c. (2) *cui qvis imperare poteſt*, ut ſervus, famulus. (3) *impropriè* coloni, laboratores, mercenarii, *Bacthov. ad Treutl. vol. 2. diſp. 5. th. 8. lit. F. Hahn. ad Weſ. tit. de teſt. n. 3.*

DONATIO. §. 1. *Donationis* verbum ſimpliciter prolatum complectitur omnem donationem, mortis cauſâ & non mortis cauſâ, *l 67. §. 1. de V. S. Vid. l. 7. §. 4. de donat.*

§. 2. *Res donata* dicitur, etiamſi non ſit tradita: puta, donatione perfectâ ſtipulatione vel nudo pacto, *l. 17. 22. de donat. §. 2. I. eod. l. 31. §. 5. C. eod. NoV. 162.*

§. 3. *Donatio in genere* eſt actus, qvo dominium in alterum ex liberalitate confertur, *l. 35. §. 1. de bon. c. m. l. 29. de donat. l. 67. §. 1. d. l. 2.*

§. 4. Eſt verò donatio Vel mortis cauſâ, Vel inter vivos. Hæc iterum Vel eſt abſoluta, *licèt aliqVando per adjectum tempus Vel conditionem delata, l. 2. C. de don. qVa ſub mod.* Vel, relata: ſeu certâ ratione limitata, *l. 1. de donat.*

§. 5. *Abſoluta* & propria *donatio inter VíVos* eſt gratuita rei licitæ in alterum acceptantem animo nunqvam revocandi facta nullo jure cogente ſeu ex liberalitate collatio, *l. 1. l. 19. §. 2. l. 4. 27. l. 29. ff. de donat. l. 18. de adim. leg.*

§. 6. *Donatio relata* eſt, qvæ reſpicit vel *cauſam præteritam*, & dici ſolet *remuneratoria*, vel *cauſam* & *modum*, aut *conditionem futuram.*

§. 7. *Remuneratoria donatio* eſt, qvæ fit ob benè merita ab eo, cui donamus, in nos profecta.

§. 8. *Donatio ſub modo* appellatur, qvando qvid donatur eum in finem (*non ſimpliciter occaſione cujusdam, qVod qVis fieri Vult. l 3 §. f. de donat.*) ut rurſus aliqvid fiat.

§. 9. *Donatio ſub conditione* vocatur, qvæ fit ita, ut tum demum donatio effectum habeat, cùm iſta conditio ſecuta fuerit, *l. 4. & ult. C. de donat. ſub mod.*

§. 10. *Donatio propter nuptias* dicitur, qvæ à marito ejusvè nomine fit uxori in vicem dotis, & matrimonii cauſâ, ita tamen, ut uxor ex re ita fructus non lucretur, ſed jus tantùm in re iſta habeat, *l. ult. cum Auth. ſeq. l. 9. C. de donat. ant. nupt. c. f. de don. int. Vir. & uxor. n. 61. c. 1.*

§. 11. *Mortis cauſâ donatio* eſt, qvâ cogitatione ac in eventum ſecuturæ ſuæ mortis qvis coram qvinqve teſtibus, in alterum conſentientem & acceptantem qvid confert, *l. 2. l. 20. l. 32. l. 35. §. 2. l. 30. §. 4. de mort. cauſ. don. l. 1. l. f. C. eod.*

§. 12. *Donationes inofficioſa* ſunt, qvæ deminuunt legitimam

mam eorum, qvibus debetur, nempe liberis, parentibus, ac certo caſu fratribus, *l.1.2.3.4.7. C. de inoff. donat.* His itaqve ſi aliud remedium non competat, *l.4. l.6. d. t.* datur hoc nomine qverela inofficioſæ donationis, *t.t. C. de inoff. donat.*

DOMICILIUM. §. 1. *Domicilium univerſale*, fuit civitas Roma omnibus imperio Romano ſubjectis, *l.2. §.4. §.5. l. 24. de judic. l.33. ad munic.*

§. 2. *Domicilium originis* dicitur, qvod filius vel libertus habet in illo loco, ubi pater legitimus vel patronus ejus eſt civis ſive municeps, licet ibi pater vel patronus domicilium non habeat, *l.1. pr. §.1.2. l.6. pr. 1.2.5. l.15. §.3. ad municip. l.3. C. eod. l.7. de incol.* modo non fortuito caſu ibi natus, *dd. text.*

§. 3. *Domicilium* in ſpecie ſic dictum (*qvod habitationis vocant*) eſt locus, in qvo qvis habitat eo animo, ut ibi perpetuo conſiſtat, niſi qvid avocet, *l.7 C. de incol. l.203. l.190. de V.S. l.65. de jud. Donell. l.17. comm. 72. Gail. 2. O. 35.* *Domicilium* ſive domus cujusqve ea cenſetur, ubi larem, ſedes & tabulas habet, ſuarumqve rerum conſtitutionem fecit, etiamſi ſit taberna vel fundus inſtructus, domus conducta, propria vel aliena, precaria vel gratuita, qvam inhabitamus, & in qva familiam alimus, *l.203. de V.S. l.5. §. domum ff. de injur. l. 7. l. 22. ff. ad L. Jul. de adult. l.1. §. domum ff. de agn. & alend. l.4. §. ſed domum ff de damn. inf. l. pleriqve. l. ſeq. ff. de in jus voc. Gædd. ad l. 203. n. 2. de V.S.*

§. 4. *Domicilium*, qvatenus ſcil. qvis forum ex eo ſortiri dicitur, eſt jus, qvo qvis communiter utitur cum reliqvis civibus civitatis alicujus. Eſt autem duplex, *naturale & accidentale.* *Illud* qvod natura tribuit ex loco qvo qvis naſcitur. *Hoc* vel *neceſſarium* eſt, *arg. l.22. §.3. ad municip.* vel *voluntarium*, aliàs *Habitationis*, *Dn. Hahn. ad* Weſenbec. *de judic. num. 16.*

DOMINIUM. §. 1. *Dicitur dominium* vel *de jure perſonarum*, vel *de jure rerum.* Qvoad *illud* non ſolùm ſervi dicuntur in dominio, *l.215. de V.S. l.14. C. de agric. & cenſ.* Sed & jus familiæ præeſſendi dominium ſubjectionis, item jurisdictionis. *Qvoad jus rerum* dominium (1) *latiſſimè accipiunt pro omni jure in re & ad rem.* (2) *Spe-*

cialiori ſignificatione notat dominium quodvis jus in re conſtitutum, ita hæreditas dicitur, dominium, *l.* 19. §. 3 *de conſt. pec.* item uſusfructus, *l. 3. Si uſufr. pet.* (3) *Specialiſſimè dominium ſumtum certa eſt juris in re, à reliquis diſtincta, ſpecies*, *l.* 13. §. 1. *C. de judic.* Sic diſtingvitur ab hæreditate, *l.* 37. *de acq. her.* uſufructuarius dominus negatur, *l.* 1. §. 1. & 2. *ad SC. Silan. l.* 25. *de V.S.* aliud poſſeſſio, aliud dominium dicitur, *l.* 13. §. 1. *C. de judic. Dn. Struv. exerc.* 11. *th.* 3.

§. 2. *Dominium* ſpecialiſſimè ſumtum, eſt jus (*hoc eſt facultas ſive poteſtas legitima*, §. *fin. I. de uſufruct. l.* 1. *ff. ad L. Falc.*) in re corporali, qvo qvis de re iſta poteſt pro arbitrio, nomine proprio diſponere, *vid. l.* 21. *C. Mandat. l.* 9. §. 3. *de A. R. D.* §. 41. §. 47. *I. de rer. div. l.* 14. *l.* 11. *C. de contr. emt. num.* 22. *cap.* 2.

§. 3. *Dominium plenum* eſt, ubi ſive qvoad proprietatem & fructuum perceptionem ſimul (*qvod in ſpecie plenum dicitur, eiq; opponitur nuda proprietas*, *l.* 4. *de alim. leg. l.* 46. *de uſufr.* §. *f. Inſt. eod.*) ſive ſaltem, qvoad proprietatem, liberum eſt diſponendi arbitrium.

§. 4. *Dominium minus plenum* dicitur, qvando adeſt ipſi proprietati reſtrictio.

§. 5. Minus plenum dominium eſt vel *directum* vel *utile*. *Directum*, das Ober- oder Mehrer: Grund-Eigenthumb/unde dominus directus vel proprietarius, der Eigenthums-Herr/ ſimpliciter, vel etiam der Erb-Herr. Qvi enim retinet proprietatem ita reſtrictam, & ſuperiorem in re poteſtatem, dicitur habere dominium directum.

§. 6. *Dominium Utile*, das Unter- oder Nieder- *item* Nutzbar Eigenthumb/*vel* die erbliche Nutzbarkeit. *Hoc eſt*, qvando qvis habet pleniſſimum uſumfructum. Qvi enim cum jure utendi fruendi conceſſo participat, dicitur habere ipſius rei ſibi ita conceſſæ *Dominium utile*, *D. Struv. exercit.* 11. *th.* 55. *D. Hahn. ad Weſ. ff. de R. V. n.* 3.

§. 7. *Dominium verum* vocatur, qvod jure gentium vel civili verè acqviſitum, §. 11. & *ſeqq. I. de R. D.*

§. 8. *Dominium fictum* dicitur, qvod revera non eſt, ſed acqviſitum, vel non amiſſum fingitur, *arg.* §. 3. *I. de act. l.* 45. *de A. R. D. l.* 5. 36. *de R. J. Dn. Hahn. d. t.* Fingitur autem domi-

minium (1) *poſitivè*, qvaſi acqviſitum, qvod tamen revera acqviſitum non eſt, ut in actione Publiciana, *§. 3. & 4. l. de action.* (2) *negativè*, qvaſi non amiſſum, qvod tamen amiſſum eſt, ut in reſciſſoria actione, §.3 *& ſeqq. l.d.t.D.Hahn.ad Weſ. de Publ..act.n.2.*

§. 9. *Dominium* aliud eſt *revocabile*, aliud *non-revocabile.* *Illius* exemplum eſt, ſi qvis dominium ad certum tempus, auff einen Wiederkauff / vel ſub certis conditionibus acqviſivit, *arg. l. 62. de R. V.*

§. 10. *Dominium* vel *divinum* vel *humanum.* *Illud* competit ſoli DEO, in res omnes à ſe creatas; *Hoc* eſt, qvod hominibus competit, & de illis prædicatur. *Idq;* rurſus eſt vel politicum, vel *Oeconomicum. Rebhahn. in Hodegetâ juris. Chart. III. Clim.* 1. *aph. 20. in not. p. m. 230.*

§. 11. *Dominus* eſt, qvi alium ad utilitatem & commodum ſuum in poteſtate habet, *D.Struv.exerc.3. th. 29.*

§. 12. Differunt omninò inter ſe *dominium litis*, & *dominium rei.* *Hoc* ſemper manet apud principalem, *Illud* per litis conteſtationem tranſit ad procuratorem. *vid. D. Struv. exerc.7. th.31.*

§. 13. *Dominium & hereditas differunt.* Non ſolùm, enim non fundat ſe hæres in dominio, nec adverſarius contra id excipit, *l.10.§.1.de her.pet.* ſed & dominium eſt rerum ſingularium, *l.1.de R.V. l.80.de leg.2.* hæreditas univerſitatis, diverſorum corporum & jurium, *l.29. de V.S.* *Illius* forma rei proprietas, *hujus* jus defuncti, *d.l.29.* in *illo* res propriæ & corporales, in *hoc* etiam incorporales, & qvæ defuncti non fuere. Imò hæreditas ſine rebus ſeu bonis eſſe poteſt, *l.50. de her. pet.* at dominium neqvaqvam, *D. Hahn. ad Weſenb. de her. pet. num. 8.*

DOS. §.1. Nepos Proculo ſuo ſalutem. Ab eo, qvi ita dotem promiſit. *Cùm commodum erit, dotis filia mea tibi erunt aurei centum*, putasne protinus nuptiis factis dotem peti poſſe? qvid ſi ita promiſiſſet, *Cùm potuere, dotis erunt?* qvod ſi aliqvam vim habeat poſterior obligatio, *poſſit* verbum qvomodo interpretatis? utrum alieno ære deducto, an extante? Proculus: Cùm dotem qvis ita promiſit. *Cum potuero, doti tibi erunt centum:* exiſtimo ad id, qvod actum eſt, inter-

pretationem redigendam eſſe. Nam qvi ambiguè loqvitur: id loqvitur, qvod ex his, qvæ ſignificantur, ſenſit: propiùs eſt tamen, ut hoc eum ſenſiſſe exiſtimem, *deducto are alieno potero.* Poteſt etiam illa accipi ſignificatio, *cum ſalva dignitate mea potero.* Qvæ interpretatio eo magis accipienda eſt, ſi ita promiſſum eſt, *cùm commodum erit*, hoc eſt, cùm ſine incommodo meo potero, *l.125.de V.S.*

§. 2. *Dos* ſignificat (1) *titulum & cauſam aliqvam*, qvâ pro oneribus matrimonii, *l.1.l.56.* §.1. *l.76. de jur.dot. l.2.C. eod.* qvæ ſuſtinet maritus, ipſi ab uxore, traditione vel ceſſione accedente, jus circa rem, ſeu dominium rei aut juris conſtituitur, §.21.*I.de R.D.l.47.*§.*ult.de pecul.t.t.pro dot* (2) *rem in maritum translatam*, *l.1.2.6.10.11. C. de jur. dot.* (3) *jus marito in re vel circa rem*, ab uxore in dotem datam, pro oneribus matrimonii ferendis, conſtante matrimonio competens, *l.3. de jur. dot. l.20. C.eod. l.9. de imp.in res dot. Joh.Compeg. tr.de dot. D. Struv.exerc. 30. th.2.*

§. 3. *Dos profectitia* eſt, qvæ à mulieris parte (ejusvé intuitu, *l.5.*§.*de jur.dot.*) ut patre, ac alio in linea paterna aſcendente, licèt mulierem in poteſtate non habeat, profecta eſt. Non enim poteſtatis, ſed parentis nomen dotem profectitiam facit, ſed ita demum, ſi ut parens dederit, *l.5.*§.*11.6.ff.de jur. dot.*

§. 4. *Adventitia dos* eſt, qvæ à matre mulieris vel avo materno, aut à qvovis alio data, *l.5.pr.*§.*11.ff.de jur.dot.l. 6.C. eod. l.un.*§.*accedit.11.C.de rei ux.act.*

§. 5. *Dotalitium* vocatur Germanicè Leib-Geding/ Gegen-Vermachung/ Leib-Zucht. Eſt uſusfructus qvidam uxori in dotis compenſationem conceſſus. *Schultz. ad Inſt. de donat. lit. C.*

§. 6. *Pacta dotalia* ſunt vel *ſimplicia*, qvæ dotem, donationem propter nuptias, & qvid in caſum mortis in iſtis obtinere debeat, determinant, vel etiam alia bona (*etiam univerſa*) ſuperſtiti adſignant conjugi, modò per verba contractus, & donationis inter vivos fiat, dilato ſaltem tempore ſolutionis in diem mortis. Vel *mixta*, qvæ non ſolùm continent dotis & donationis propter nuptias promiſſionem, ſed & de futura

tura ſucceſſione conjugum inter ſe agunt, verbis ultimæ voluntatis concepta. *Vid.Carpz.O\v.2.c.43.d.5.6.*

§. 7. *Dos receptitia* vocatur, qvam illi qvi dedit, ſibi reddi ſtipulatus eſt ſoluto matrimonio, *Ulpian. in fragm.tit.6.§. adventitia.*

DONUM. §.1. Inter *donum* & *munus* hoc intereſt, qvod inter genus & ſpeciem. Nam *genus* eſſe *donum* Labeo à donando dictum: *munus ſpeciem.* Nam munus eſſe donum cum cauſa, ut puta natalitium, nuptalitium, *l.194. de V. S.*

§. 2. *Munus* propriè eſt, qvod neceſſariò obimus, lege, more, imperiové ejus, qvi jubendi poteſtatem habet. *Dona* autem propriè ſunt, qvæ nulla neceſſitate juris, officii, ſed ſponte præſtantur: qvæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt, & ſi præſtentur, plerumqve laus ineſt, ſed in ſumma in hoc ventum eſt, ut non qvodcunqve munus, id & donum accipiatur: at qvod donum fuerit, id munus rectè dicatur, *l.114. de V. S.*

DUMMODO. §. 1. Particula *Dummodo* facit conditionem in omni diſpoſitione, *Gemin.conſ.96.num.4.* cui tamen contradicit *Br.in l.40.§.3.de cond.& dem.* & modum hanc dictionem potiùs importare defendit. Sed diſtingvendum forſan erit, ſi dictio hæc reſpiciat *honoratum*, illam modum importare, ſin autem reſpiciat *oneratum*, & verſetur circa futura, ſemper facere conditionem, cùm conſtet de mente diſponentis, qvod priùs impleri velit, anteqvam diſpoſitio habeat effectum. *Reſtringitur* etiam in diſpenſatione ad plura beceficia, in qya apponitur clauſula; *dummodo in beneficio alio faciat deſerVire*, qvo caſu facit monitionem, non conditionem.

DUM TAMEN. §. 1. Dictio, *Dum tamen* importat exceptionem ad regulam, vel diſpoſitionem, cui adjicitur, *Card. Tuſch.lit. D.concl. 73.*

DUNTAXAT. §. 1. Cùm in teſtamento ſcriptum eſſet, ut hæres in funere, aut in monumento *duntaxat* aureos centum conſumeret, non licet minus conſumere. Si amplius vellet, licet: neqve ob eam rem contra teſtamentum facere videtur, *l.102.de V.S. Vid. Voc. Taxativum.*

DU-

DUPLICATIO. §. 1. *Duplicatio* eſt allegatio rei ſecunda, replicationi Actoris iniqvè nocenti oppoſita, ad exceptionem muniendam, *§. 1. J. de Replicat.*

DUUMVIRI. §.1. Ex Decurionum ordine creabantur *Duumviri*, qvi de pecuniariis civium cauſis jus dicebant, & hi appellati ſunt magiſtratus municipales eò, qvod in civitatibus ſingulis ſeu municipiis jus dicerent, *Sutholt. Diſſertat. de juriſdict. th. 224.*

DUELLUM. §. 1. *Duellum* eſt ſingularis pugna, qvam qvis ſponte alicui offert, vel ab alio oblatam ſuſcipit ad controverſiarum ſuſceptionem, ad veritatis adſertionem, & in defectum probationis adhiberi ſolita, *add. tit. de Cleric. pugn. in duell.*

§. 2. Duellum aliud eſt *ſolemne*, qvod fit ſervatâ certâ forma & ordine habita loci ſecuritate (*campum francum vulgò vocant*) adhibitis patrinis, uti nuncupant, à judice, qvi cauſas duelli audiat & examinet, aliisqve provocatoriis præmiſſis ſolemnitatibus. aliud *privatum*, qvod fit absqve ſolemnitatibus ex condicto tamen & ſtatuto tempore, ac loco opportuno. *vid. Furin. conſ. crim. lib. 1. conſ. 9. n. 3. & ſeqq.*

EMTIO VENDITIO. §. 1. *Emtio venditio* eſt contractus bonæ fidei ſolo conſenſu conſtans, de re aliqva emtori tradenda, idqve pro certo pretio venditori in nummis ab eo dandis, *pr. Inſt. & l. 1. ff. de contr. emt.*

§. 2. *Emtio venditio* ſumitur (1) *latè pro qvacunqve acqviſitione vel alienatione rerum earum, qvæ ſunt in commercio, l. 8. §. π. qvibus modis pign. ſolvit.* (2) *ſpecialiter*, & ita rurſus vel *propriè* vel *impropriè*. *Hoc modo* (1) *Metonymicè* pro Emptionis Venditionis inſtrumento, *l. 2. C. qva res pign.* (2) *Metaphoricè*, pro acqviſitione vel amiſſione etiam earum rerum, qvæ cætera non ſunt promercales, ut: emitur ſolâ virtute poteſtas. (3) *Synecdochicè*, alterutra nonnunqvam appellatione, totus & integer contractus deſignatur, ut *in rubr. & l. 34. π. de contrah. emt. l. 13. §. 25. l. 18. π. de A. E. l. 56. π. de Ædilit. Edit. l. 26. π. de Evict. l. 7. §. 4. π. pro Emptore, l. 11. C. de pactis.* (4) *planè abuſivè* pro illa imaginariâ & fictitia Emptione, Venditione, Veteribus freqventi & ſolenni, per æs libram, *§. 1. J. de teſt. ordin. l. 4. §. 2. π. de manumiſſ.* Pro-

prie

priè accipitur pro Contractu conſenſuali ſpeciali, atqve cæteros præcipuo, ſpecieq; ab iisdem diſtincto, h. e. tali, qvi mercis & pretii commutatione perficitur, *pr. J. de Empt. Vend. t. t. x. & C. de Contrah. Empt.*

§.3. *Emptio Venditio* fit (1) vel per *averſionem*, (über Haupt / durch den Bogen oder im Pauſch/) vel (2) ad *menſuram & qvantitatem*, e.g. ſi fundus venditus præcisè juxta menſuram (nach dem Anſchlag/ It. nach Ruthen Zahl/) ſi vinum ſec. certum numerum amphorarum (nach den Eymern ꝛc.) Ad *corpus* fit venditio, ſi vel menſuræ aliusve qvantitatis planè non fit mentio: ut *Vendo tibi fundum his finibus circumſcriptum &c.* item: *Vendo tibi vinum certis vaſibus contentum.* vel ea *demonſtrationis* non taxationis gratiâ, uti loqvuntur, adjicitur: qvod ex verbis contractûs, mentem contrahentium ſignificantibus, colligendum: ad qvas conjecturas pertinet, ſi à corpore incipiatur, & poſtea ſubjiciatur menſura: ut, *Vendo tibi prædium his finibus circumſcriptum, qvod eſt qvinqvaginta jugerum*, Venditio ad *menſuram aliamve qvantitatem fit*, ſi iſta menſura ſeu qvantitas alia, ut reſtrictio vel ut modus rei, qvæ venditur, adjicitur: ut, *Vendo tibi 50. jugera*; item, vendo tibi prædium, qvod eſt, *50. jugerorum, tanto pretio pro unoqvoqve jugere.* Atqve illud etiam factum eſſe intelligitur, qvando à certa menſura & qvantitate rei incipitur, & poſtea res ſubjicitur; ut, *Vendo tibi 30. jugera prædii Semproniani &c.* D. *Struv. exerc. 23. th. 12.*

EXECUTIO. §. 1. Executio rei judicatæ, (die Hülffe) eſt actus judiciarius, qvo id, qvod per ſententiam pronunciatum eſt, ut victori verè & naturaliter præſtet, victus per judicem adigitur, *t. t. C. de execut. rei jud.* Vulgò *ſententiam exeqvi* dicimus, die Hülffe ergehen laſſen/ *Umm. diſputat. ad proc. tit. 23. th. 1.*

§. 2. Media per qvæ executio fit, ſunt tum *Compulſoriales*, tum *mandata executorialia.* *Compulſoriales* ſunt literæ, qvibus judex ſententiæ latæ paritionem victæ parti ſine clauſula juſtificatoria, præfixo ad hoc termino ſex ſeptimanarum & trium dierum, imperat, juncta citatione ad docendum de paritione, vel videndum ſe declarari in pœnam inſertam exe-

ecu-

ecutorialibus, aut adducendum cauſas qvamobrem talis declaratio fieri non debeat, *Gail.1.Obſerv.113.n.1.*

§.3. Compulſoriales ſunt vel *ſimplices*, vel *arctiores*, *Ord.Cam.p.3.tit.48.pr.* *Simplices* ſunt, qvæ primo ſimpliciter ſub comminatione tamen pœnæ in ſertæ in conſveta ſolitaqve forma emanant. *Arctiores* ſunt, qvæ non absqve gravioris pœnæ comminatione emanant, *Ord. Camer. p.5. t.48.pr.* Compulſoriales literæ uſitatiori vocabulo in puncto executionis. *Executoriales* vocantur, *Roding. pand. Cameral.l.3. tit. 63.*

§.4. *Mandatum executoriale*, ſeu executivum eſt, qvando judex *ad qvem*, executionem ſententiæ judici *à qvo* demandat, *Gail.1.Obſ.113.num.13.* Idqve tum *ſimplex*, tum *arctius* eſt, *Roding. d.t.63.* Loco mandati executorialis rogatur ſæpè mandatum *immiſſoriale*, maximè ſi actio realis inſtituta fuerit, vel executoriale & immiſſoriale ſimul, pro cauſæ qvalitate & impetrantis arbitrio. *Roding.cit.loc. Add. Jac. Blum. Proc. Cam.tit.77.num.3.& ſeqq.*

§.5. *Executio rei judicata* olim fiebat per *Executoriales*, ſive *Compulſoriales*. Hodie loco executorialium ſententiis certa formula cum inſerta pœna in Camera annectitur: atqve in illa certus terminus, intra qvem parendum vel excipiendum præfigitur. Si exceptiones ſunt frivolæ excipiens in pœnam ſententiæ inſertam declaratur, atqve Mandatum de exeqvendo decernitur; *Vid. Jac. Blum. d. tit. 77. num. 5. & ſeqq.*

§.6. *Mandatum executoriale & de ſolvendo*, qvomodo differunt, *vid.voc. Solutio.*

EXEMPLUM. §.1. *Exemplum* idem eſt, qvod Copia, Copey / Abſchrifft / *vid.* l. *1. de fid. inſtrum. l. f. de probation.*

EXERCITOR NAVIS. §.1. *Exercitor navis* dicitur, ad qvem omnes obventiones & reditus ex navi perveniunt, ſive ſit dominus, ſive conductor navis per averſionem, §.2. *I. qvod cum eo qvi in al. 1. §. 15. de exercit. act.*

§.2. *Actio*

§. 2. *Actio exercitoria* eſt, actio perſonalis, prætoria, acceſſoria ſive obliqva, rei perſecutoria, qvâ exercitor ex contractu à magiſtro navis convenitur, ad id, qvod ex contractu magiſtri debetur, *§. 2. I. qvod cum eo, ibiqve Manzius in comment.*

EDERE. §. 1. Edere *ſtrictè* ſignificat profiteri, denunciare, demonſtrare, enunciare, qva actione uſuri ſimus, qvod aliàs edere judicium, *l. 15. de aut. tut. l. 1. pr. de edendo.* Latiùs *edere* eſt in publicum proferre, acta, inſtrumenta &c. Vid. *voc. Exhibere.*

§. 2. Olim *edere actionem* erat demonſtrare jus agendi, hodie eſt libellum in ſcriptis offerre, *Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. n. 53. c. 3. add. num. 112. c. 1. pr.*

EDUCATIO. §. 1. *Educationis* nomine reſpectu pupilli intelligitur victus, veſtimentum, habitatio, & inſtructio in artibus liberalibus. *l. 1. pr. π. Ubi pupillus educari l. fin. π. de aliment. legat.*

EVIDENTISSIME. §. 1. Adverbium, *evidentiſſimè*, poſitum in aliqva diſpoſitione, diverſimodè intelligitur ſecundum ſubjectam materiam, *vid. Bart. in l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. col. 3.*

ECCLESIA. §. 1. Notatur hac voce cœtus, & congregatio hominum qvorumcunqve. Germ. dicunt, Gemeine, (2) notat fidelium cœtum ubiqve exiſtentium (3) notat cœtum fidelium particularem, *1. Cor. 1.* (4) notant canoniſtæ eccleſiam accipi nonnunqvam pro beneficio eccleſiaſtico, præcipuè curato, *ut in rubr. & in c. 3. ne prælat. vic. ſuas & in c. non ignores de præbend. & in c. conſuluit. de jur. patron.* (5) Freqventius notat locum ſacrum actionibus ſacris exercendis deſtinatum, qvo ſenſu capitur *in t. t. X. de eccleſ. ædific. in c. non oportet. diſt. 42. & 1. Cor. 2.* Eccleſia autem locum ſacrum notans tripliciter accipitur à Canoniſtis; (1) pro loco ſacro auctoritate Epiſcopi benedicto, ac conſecrato, qvi propriè Eccleſiæ nomine venire ſolet. (3) pro loco auctoritate qvidem Epiſcopi ad ſacra peragenda deſtinato, non tamen benedicto, (3) pro locis qvæ non publica auctoritate, ſed privata ad ſacra munera pertractanda deſtinantur, qvæ Eccleſia dicuntur æqvivocè. Neqve enim loca ſacra ſimpliciter dici poſſunt; qvalia

illa

illa demum ſunt, qvæ publicæ conſecrata. *Sacra enim res ſunt, qvæ publicè conſecrata ſunt, non privata: ſi qvu ergò privatum ſibi ſacrum conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum, inqvit JCtus in l.6. ff. de Rerum Div.* Dicuntur hinc non qvidem Eccleſiæ, ſed oratoria, ſi ſunt in privatis domibus; vel eremitoria, ſi ſint prorſus ſeparata, vel capellæ, qvæ vox tamen nonnunqvam pro Eccleſia indifferenter ſumitur, prout videre eſt *in t.t. X. de capell. monach.*

§. 2. *Eccleſia Parochialis ſeu Paræcialis* eſt, qvæ populum habet certis finibus & limitibus diſtinctum, cum poteſtate fori pœnitentialis, id eſt ligandi & ſolvendi, ſubditis Sacramenta adminiſtrandi, idqve ex neceſſitate oneris Eccleſiæ impoſita. Dicitur eadem *Curata* nomine *Cura* propriè & ſtrictè accepto, pro poteſtate ligandi & ſolvendi in foro, ut dixi, pœnitentiali, item Plebanalis, Baptiſmalis, & Eccleſiæ matrix.

§. 3. Largè ſumto vocabulo, per *Eccleſiam matricem* intelligitur Eccleſia parochialis, in qva parochiani recipiunt ſacramenta, & qvæ alias Eccleſias minores vel Capellas ſub ſe habet, in ſubſidium, proqve ſubditore ac parochianorum vicinorum commoditate, ut ibidem commodius ſacra audiant, & non teneantur ſemper ex loco diſtantiori venire ad matricem Eccleſiam. *Propriè verò & ſtrictè* nomine *Eccleſiæ matricis* ſignificantur Cathedralis ſeu Epiſcopalis, in qva Epiſcopus cum ſuo collegio ſeu Capitulo cathedram ſeu ſedem ſuam habet, *c. 3. de Eccleſ. ædif. c. 10. de præſcr. c. Venerabilis, 22. de V. S. Abbas in c. ex parte 12. de reſcr.*

Collegiata Eccleſia eſt, in qva ex Clericorum coadunatione & congregatione corpus conficitur, *Dan. Claſen. de jur. aggrat. cap. 11. pag. 121.*

§. 4. *Eccleſia collegiata*, nomine *Cura ſive Collegialis* conſtituitur ex collegio Canon i. e. hominum Eccleſiaſticorum, inſtar Regularium certis ſtatutis canonibus ſeu regulis viventium, idqve numero plerunqve *certo*, qvandoqve etiam *incerto*. Illam vocant *Eccleſiam numeratam*, hanc *non numeratam*, vel alias *receptivam*, in qva ſecundùm fructuum excreſcentiam Canonici aut alii beneficiati creſcunt & decreſcunt. *Gonz. ad R. 8. Cancel. gl. 9. §. 3. pr.*

EXCOMMUNICATIO. §. 1. Alia eſt *excommunicatio*

major, alia minor. *Major* eſt, qvæ ſeparat aliqvem non ſolum à corpore Eccleſiæ myſtico, & à communione ſpirituali, ſeu participatione Sacramentorum, tam activè qvàm paſſivè, h.e. ut nec ipſe excommunicatus ea percipere, nec aliis adminiſtrare poſſit, ſed & à ſocietate fidelium tam in divinis qvàm humanis. *Minor* eſt, qvæ tantùm ſeparat à communione paſſiva Sacramentorum, qvæ ſcil. in ſola conſiſtit perceptione, *c. Nullus.89. c.pen. de ſent. excomm. c.pen. & ult, de Cler.excommun.*

§. 2. *Utraqve hæc*, ſive *major*, ſive *minor*, alia eſt *à jure*, qvæ ſcil. infligitur à lege ſeu canone, vel Synodo aliqva, generali aut particulari; & hæc durat perpetuò: alia *ab homine*, qvæ per ſententiam judicis infertur. & hæc mortuo aut depoſito judice, qvi eam tulit, exſpirat.

§. 3. Rurſus utraqve eſt vel *ſententiæ latæ*, qvæ ipſo facto ante denunciationem aut ſententiam judicis infertur, non aliter tamen, qvam ſi hoc ipſum verbo exprimatur, veluti *ipſo facto, ipſo jure*, fit excommunicatus, vel ſub pœna latæ ſententiæ: vel eſt *ſententia ferenda*, qvæ non infligitur ipſo jure, ſed per ſententiam; qvamvis excommunicatio minor hoc modo vix infligi ſoleat, qvia ſententia hujusmodi nullam aut exiguam vim haberet, cùm talis excommunicatio ultra peccatum mortale parum operetur.

ETIAM. EX. ET CÆTERA. §. 1. *Etiam* hæc dictio importat implicationem, & includit, *Tuſch. lit. D. concluſ.275.* ejusq; vis extenſiva eſt, & alterum præſupponit membrum, qvod protaſin vocamus, *Gædd. ad l.99. num.6. de V.S.* Dictio *etiam* implicat idem eſſe in caſu contrario. Ergò ubi illa dictio, *Etiam*, ponitur, non poteſt ſumi argumentum à contrario ſenſu. *Nic. Everh. à Middelburg. loc. leg. 10. num. 2.* *Vid. Voc. Maximè.*

§. 2. Dictio *Ex* importat idem, qvod *de*: importatqve cauſam proximam immediatam, & intrinſecam, *Tuſch.d.l.concluſ.70.*

§. 3. Dictio, *Et cætera*, importat ſolùm ea, qvæ deſunt ad complementum orationis, non autem ea, qvæ comprehenduntur ſub oratione diverſa & ſeparata. Et qvando inſtrumentum non exprimit conceptum, & intentionem partium ad

M ple-

eſt, ſi nudum ipſum corpus, ſalvâ ſuâ formâ, ex qva agnoſci poſſit, fuerit præbitum, *d.text.Gœdd. ad l.22.de V.S. n.9.*

Unde patet, qvod *Exhibere* latiùs ſit & generaliùs, qvàm *edere*. Nec liberum hominem, vel qvam aliam rem animatam *edere*, pro *exhibere*, qvis rectè dixerit. ita ut ea propriè *edi* dicantur, qvæ intentione vel ſcripto conſtant, & qvorum copia ad legendum atqve cognoſcendum facienda. *Exhiberi* verò etſi propriè dicamus ea, qvæ planè extra ſecretum in perſona, vel re ipſa, de qva qværitur, producuntur, tamen & ea, qvæ eduntur qvorumve copia ad legendum cognoſcendumq; ſit, exhiberi poteſt dici. Præter id, qvòd hominem vel animal non edi, ſed exhiberi, dicimus, etiam actionem rectè exhibemus, ſi in copia vel ſcripto eam edamus, *Petr. Frider. Mindan. de Mandat. l.2. cap.5. num. 2.*

§. 2. *Res exhiberi* patitur gemino juris remedio, vel *actione ad exhibendum*, vel *interdicto*, *tit.ff.& C. ad exhib.t.ff. de tabb. ex. tit.ff.de hom. lib.exhib.* *Actionis ad exhibendum* non eſt magnus hodie uſus. Sine circuitu res vindicatur, *Perez. in d.t.C. ad exhib. num.10.*

Non tantùm per modum *actionis*, ſed & *mandati*, cujus tamen utriusqve exigua differentia eſt, ad exhibendum agitur. Nam utrobiqve actorem docere oportet, reum hanc, vel illam rem poſſidere, detinere, ejusqve exhibendæ facultatem habere: deinde juſta & probabili ex cauſa ſua intereſſe rem exhiberi. *Mindan.de Mandat. l.2.cap.50.*

§. 3. *Actio ad exhibendum*, eſt actio perſonalis, qvæ datur contra detinentem rem aliqvam mobilem ei, cujus intereſt eam exhiberi, ad id ut in publicum proferatur, *l.2.3.§.9.§ 3. ad exhib.§. 1. de Off. jud.*

§. 4. Plus eſt in *reſtitutione*, qvàm in *exhibitione*. Nam *exhibere* eſt, præſentiam corporis præbere: *Reſtituere* eſt, etiam poſſeſſorem facere, fructus reddere. Pleraqve præterea reſtitutionis verbo continentur, *l.22. de V.S.*

§. 5. Apud Labeonem Pithanon ita ſcriptum eſt: *Exhibet*, qvi præſtat ejus, de qvo agitur, præſentiam. Nam etiam qvi ſiſtit, præſtat ejus præſentiam, nec tamen (cum) exhibet (Et) qvi mutum aut furioſum aut infantem exhibet, non pot

e

eſt videri ejus præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt, *l.246.pr. de V.S.*

EPISTOLA. §. 1. *Epiſtola* ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν dicitur, *metonymicè*, per Metonymiam continentis, pro re contentâ ſignificat (1) *Mandatum*, (2) *Chirographum* in modum Epiſtolæ ſcriptum, l.*26*.§.*2*.*π*. *Depoſiti*. (3) *Reſcriptum* principis, qvo princeps de jure conſulentibus reſpondet. §. *4*.*J*. *de fidejuſſ*. (4) *Orationes principum in ſenatu habitas*. *l*.*1*.§.*1*. *π*. *de rebus eorum*, *qvi ſub tut*. (5) *Inſtrumentum ultimæ voluntatis* in formam Epiſtolæ conſcriptum, *l*.*75*.*pr*.*l*.*77*.§.*26*.*π*. *de legat*.*2*. *l*.*75*.*pr*.*π*. *ad SCt*.*Trebell*. *l*. *22*. *C*. *de fideicommiſſ*. *Propriè* ſignificat *ſcripturam ad abſentem directã*, qva, ut ait Cicero, certiores facimus abſentes, qvod eos ſcire, aut noſtra aut illorum intereſt. Eſt hoc Epiſtola abſentibus, qvod oratio præſentibus. *Bart*.*in l*. *nuda n*.*4*.*de donat*.

ET. §. 1. Syllaba, *Et*, conjunctionem facit, *l*.*66 de her*. *Inſtit*. & copulat æqvaliter, *d*.*l*.*66*.*l*.*81*.*eod*.*l 7*. *de uſufr*. *accr*. *l*.*16*.§.*2*. *de leg*.*1*. *l*. *13*. *pr*. *de her*. *inſt*. Non tamen ſemper. *Qvandoqve* inſinuat ordinem ſucceſſivum, præſertim in materia Feudali. Si enim ita Feudum ſit acceptum, *ut in eo filii & filiæ ſuccedant*, non pariter & eodem tempore filiæ ſuccedent cum filiis, ſed filiis non exiſtentibus, *lib*.*1*.*feud*.*tit*.*8*. §.*2*. *& tit*.*6*. §.*1*. *Add*. *Middelburg*.*loc*.*109*. *n*.*14*.

Eadem copula, *Et*, conjungit diverſa ac ſeparata, *rubr*. *ff*. *de jur*.*& fact*.*ign*. Non tamen ſemper. Inter res enim ſimiles cognatas & affines collocata, exegeticè ſive declarativè ponitur. *Confer Amos*.*IV*.*6*. *Joh 3*. *v*.*5*. Particula, *Et*, ponitur, pro *id eſt*. *Vid*.Wiſſenbuch.*l*.*29*.*de V*.*S*. *Vid*. *latè Tuſch*. *lit*. D. *concluſ*. *274*. *Middelb*.*d*.*loc*.*n*.*11*.

§. 2. Copulæ, *Et*, ea natura eſt, ut copulatis eandem tribuat qvalitatem, *l*.*5*.§.*1* *ff*.*de trit*.*vin*.*leg*. *Jac*. *Ayrer*. *Proceſſ*. *p*.*1*. *c*.*4*.*obſ*.*n*.*26*. *Everh*.*à Middelb*.*loc*.*leg*.*109*. *n*.*2*.

§. 3. Copula auget, amplificat, ſeu adjicit ad præcedentia. Qvod procedit in materia larga, ut in materia legatorum: ſed in materia ſtricta copula reſtringit, *Everhard*. *à Middelb*. *d*.*l*. *loc*. *num*. 1.

§. 4. Differentia eſt inter copulam *Et*, & copulam *Cum*: qvia copula, *Et*, conjungit æqvè principaliter, copula verò

pretationem redigendam eſſe. Nam qvi ambiguè loqvitur: id loqvitur, qvod ex his, qvæ ſignificantur, ſenſit: propiùs eſt tamen, ut hoc eum ſenſiſſe exiſtimem, *deducto ære alieno potero*. Poteſt etiam illa accipi ſignificatio, *cum ſalva dignitate mea potero*. Qvæ interpretatio eo magis accipienda eſt, ſi ita promiſſum eſt, *cùm commodum erit*, hoc eſt, cùm ſine incommodo meo potero, *l.125.de V.S.*

§. 2. *Dos* ſignificat (1) *titulum & cauſam aliqvam*, qvâ pro oneribus matrimonii, *l.1.l.56. §.1. l.76. de jur.dot. l.2.C. eod.* qvæ ſuſtinet maritus, ipſi ab uxore, traditione vel ceſſione accedente, jus circa rem, ſeu dominium rei aut juris conſtituitur, *§.21.I.de R.D.l.47. §.ult.de pecul.t.t.pro dot* (2) *rem in maritum translatam*, *l.1.2.6.10.11. C. de jur. dot.* (3) *jus marito in re vel circa rem*, ab uxore in dotem datam, pro oneribus matrimonii ferendis, conſtante matrimonio competens, *l.3. de jur. dot. l.20. C.eod. l.9. de imp. in res dot. Joh.Compeg. tr.de dot. D. Struv.exerc. 30. th.2.*

§. 3. *Dos profectitia* eſt, qvæ à mulieris parte (ejusvè intuitu, *l.5.§.de jur.dot.*) ut patre, ac alio in linea paterna aſcendente, licèt mulierem in poteſtate non habeat, profecta eſt. Non enim poteſtatis, ſed parentis nomen dotem profectitiam facit, ſed ita demum, ſi ut parens dederit, *l.5.§.11.6.ff.de jur. dot.*

§. 4. *Adventitia dos* eſt, qvæ à matre mulieris vel avo materno, aut à qvovis alio data, *l.5.pr.§.11. ff.de jur.dot.l. 6.C. eod. l.un. §.accedit.11.C.de rei ux.act.*

§. 5. *Dotalitium* vocatur Germanicè Leib-Geding/ Gegen-Vermachung/ Leib-Zucht. Eſt uſusfructus qvidam uxori in dotis compenſationem conceſſus. *Schultz. ad Inſt. de donat. lit. C.*

§. 6. *Pacta dotalia* ſunt vel *ſimplicia*, qvæ dotem & donationem propter nuptias, & qvid in caſum mortis in iſtis obtinere debeat, determinant, vel etiam alia bona (*etiam univerſa*) ſuperſtiti adſignant conjugi, modò per verba contractus, & donationis inter vivos fiat, dilato ſaltem tempore ſolutionis in diem mortis. Vel *mixta*, qvæ non ſolùm continent dotis & donationis propter nuptias promiſſionem, ſed & de futura

tura ſucceſſione conjugum inter ſe agunt, verbis ultimæ voluntatis concepta, *Vid. Carpz. oV. 2. c. 43. d. 5. 6.*

§. 7. *Dos receptitia* vocatur, qvam illi qvi dedit, ſibi reddi ſtipulatus eſt ſoluto matrimonio, *Ulpian. in fragm. tit. 6. §. adventitia.*

DONUM. §. 1. Inter *donum* & *munus* hoc intereſt, qvod inter genus & ſpeciem. Nam *genus* eſſe *donum* Labeo à donando dictum: *munus ſpeciem.* Nam munus eſſe donum cum cauſa, ut puta natalitium, nuptalitium, *l. 194. de V. S.*

§. 2. *Munus* propriè eſt, qvod neceſſariò obimus, lege, more, imperiové ejus, qvi jubendi poteſtatem habet. *Dona* autem propriè ſunt, qvæ nulla neceſſitate juris, officii, ſed ſponte præſtantur: qvæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt, & ſi præſtentur, plerumqve laus ineſt, ſed in ſumma in hoc ventum eſt, ut non qvodcunqve munus, id & donum accipiatur: at qvod donum fuerit, id munus rectè dicatur, *l. 214. de V. S.*

DUMMODO. §. 1. Particula *Dummodo* facit conditionem in omni diſpoſitione, *Gemin. conſ. 96. num. 4.* cui tamen contradicit *Br. in l. 40. §. 3. de cond. & dem.* & modum hanc dictionem potiùs importare defendit. Sed diſtingvendum forſan erit, ſi dictio hæc reſpiciat *honoratum*, illam modum importare, ſin autem reſpiciat *oneratum*, & verſetur circa futura, ſemper facere conditionem, cùm conſtet de mente diſponentis, qvod priùs impleri velit, anteqvam diſpoſitio habeat effectum. *Reſtringitur* etiam in diſpenſatione ad plura beneficia, in qva apponitur clauſula; *dummodo in beneficio alio faciat deſerVire*, qvo caſu facit monitionem, non conditionem.

DUM TAMEN. §. 1. Dictio, *Dum tamen* importat exceptionem ad regulam, vel diſpoſitionem, cui adjicitur, *Card. Tuſch. lit. D. concl. 73.*

DUNTAXAT. §. 1. Cùm in teſtamento ſcriptum eſſet, ut hæres in funere, aut in monumento *duntaxat* aureos centum conſumeret, non licet minus conſumere. Si amplius vellet, licet: neqve ob eam rem contra teſtamentum facere videtur, *l. 202. de V. S.* *Vid. Voc. Taxatiuum.*

DU-

DUPLICATIO. §. 1. *Duplicatio* eſt allegatio rei ſecunda, replicationi Actoris iniqvè nocenti oppoſita, ad exceptionem muniendam. §. *1. J. de Replicat.*

DUUMVIRI. §. 1. Ex Decurionum ordine creabantur *Duumviri*, qvi de pecuniariis civium cauſis jus dicebant, & hi appellati ſunt magiſtratus municipales eò, qvod in civitatibus ſingulis ſeu municipiis jus dicerent, *Sutholt. Diſſertat. de jurisdict. th. 224.*

DUELLUM. §. 1. *Duellum* eſt ſingularis pugna, qvam qvis ſponte alicui offert, vel ab alio oblatam ſuſcipit ad controverſiarum ſuſceptionem, ad veritatis adſertionem, & in defectum probationis adhiberi ſolita, *add. tit. de Cleric. pugn. in duell.*

§. 2. Duellum aliud eſt *ſolemne*, qvod fit ſervatâ certâ forma & ordine habita loci ſecuritate (*campum francum vulgò vocant*) adhibitis patrinis, uti nuncupant, à judice, qvi cauſas duelli audiat & examinet, aliisqve provocatoriis præmiſſis ſolemnitatibus. aliud *privatum*, qvod fit absqve ſolemnitatibus ex condicto tamen & ſtatuto tempore, ac loco opportuno. *vid. Furin. conſ. crim. lib. 1. conſ. 9. n. 3. & ſeqq.*

EMTIO VENDITIO. §. 1. *Emtio venditio* eſt contractus bonæ fidei ſolo conſenſu conſtans, de re aliqva emtori tradenda, idqve pro certo pretio venditori in nummis ab eo dandis, *pr. Inſt & l 1. ff. de contr. emt.*

§. 2. *Emtio venditio* ſumitur (1) *latè pro qvacunqve acqviſitione vel alienatione rerum earum, qvæ ſunt in commercio, l. 8. §. π. qvibus modis pign. ſolvit.* (2) *ſpecialiter*, & ita rurſus vel *propriè* vel *impropriè*. *Hoc modo* (1) *Metonymicè* pro Emptionis Venditionis inſtrumento, *l. 2. C. qva res pign.* (2) *Metaphoricè*, pro acqviſitione vel amiſſione etiam earum rerum, qvæ cætera non ſunt promercales, ut: emitur ſolâ virtute poteſtas. (3) *Synecdochicè*, alterutra nonnunqvam appellatione, totus & integer contractus deſignatur, ut *in rubr. & l. 34. π. de contrah. emt. l. 13. §. 25. l. 18. π. de A. E. l. 56. π. de Ædilit. Edit. l. 26. π. de Evict. l 7. §. 4. π. pro Emptore. l. 11. C. de pactis.* (4) *planè abuſivè* pro illa imaginariâ & fictitia Emptione, Venditione, Veteribus freqventi & ſolenni, per æs libram, §. 1. *J. de teſt. ordin. l. 4. §. 2. π. de manumiſſ. Pro-*

priè

prie accipitur pro Contractu conſenſuali ſpeciali, atqve cæteros præcipuo, ſpecieq; ab iisdem diſtincto, h. e. tali, qvi mercis & pretii commutatione perficitur, *pr. J. de Empt. Vend. t. t. x. & C. de Contrah. Empt.*

§. 3. *Emptio Venditio* fit (1) vel per *averſionem*, (über Haupt / durch den Bogen oder im Pauſch/) vel (2) ad *menſuram & qvantitatem*, e. g. ſi fundus venditus præcisè juxta menſuram (nach dem Anſchlag/ It. nach Ruthen Zahl/) ſi vinum ſec. certum numerum amphorarum (nach den Eymern ꝛc.) Ad *corpus* fit venditio, ſi vel menſuræ aliusve qvantitatis planè non fit mentio: ut *Vendo tibi fundum his finibus circumſcriptum &c.* item: *Vendo tibi vinum certis vaſibus contentum.* vel ea *demonſtrationis* non taxationis gratiâ, uti loqvuntur, adjicitur: qvod ex verbis contractûs, mentem contrahentium ſignificantibus, colligendum: ad qvas conjecturas pertinet, ſi à corpore incipiatur, & poſtea ſubjiciatur menſura: ut, *Vendo tibi prædium his finibus circumſcriptum, qvod eſt qvinqvaginta jugerum*, Venditio ad *menſuram aliamve qvantitatem fit*, ſi iſta menſura ſeu qvantitas alia, ut reſtrictio vel ut modus rei, qvæ venditur, adjicitur: ut, *Vendo tibi 50. jugera*; item, vendo tibi prædium, qvod eſt, *50. jugerorum, tanto pretio pro unoqvoqve jugere.* Atqve illud etiam factum eſſe intelligitur, qvando à certa menſura & qvantitate rei incipitur, & poſtea res ſubjicitur; ut, *Vendo tibi 30. jugera prædii Semproniani &c.* D. *Struv. exerc. 23. th. 12.*

EXECUTIO. §. 1. Executio rei judicatæ, (die Hülffe) eſt actus judiciarius, qvo id, qvod per ſententiam pronunciatum eſt, ut victori verè & naturaliter præſtet, victus per judicem adigitur, *t. t. C. de execut. rei jud.* Vulgò *ſententiam exeqvi* dicimus, die Hülffe ergehen laſſen/ *Umm. diſputat. ad proc. tit. 23. th. 1.*

§. 2. Media per qvæ executio fit, ſunt tum *Compulſoriales*, tum *mandata executorialia*. *Compulſoriales* ſunt literæ, qvibus judex ſententiæ latæ paritionem fictæ parti ſine clauſula juſtificatoria, præfixo ad hoc termino ſex ſeptimanarum & trium dierum, imperat, juncta citatione ad docendum de paritione, vel videndum ſe declarari in pœnam inſertam exe-

ecu-

ecutorialibus, aut adducendum cauſas qvamobrem talis declaratio fieri non debeat, *Gail.1.Obſerv.113.n.1.*

§. 3. Compulſoriales ſunt vel *ſimplices*, vel *arctiores*, *Ord.Cam.p.3.tit.48.pr.* *Simplices* ſunt, qvæ primo ſimpliciter ſub comminatione tamen pœnæ in ſertæ in conſveta ſolitaqve forma emanant. *Arctiores* ſunt, qvæ non absqve gravioris pœnæ comminatione emanant, *Ord. Camer. p.5. t.48. pr.* Compulſoriales literæ uſitatiori vocabulo in puncto executionis. *Executoriales* vocantur, *Roding. pand. Cameral.l.3. tit. 63.*

§. 4. *Mandatum executoriale*, ſeu executivum eſt, qvando judex *ad qvem*, executionem ſententiæ judici *à qvo* demandat, *Gail.1.Obſ.113.num.13.* Idqve tum *ſimplex*, tum *arctius* eſt, *Roding. d.t.63.* Loco mandati executorialis rogatur ſæpè mandatum *immiſſoriale*, maximè ſi actio realis inſtituta fuerit, vel executoriale & immiſſoriale ſimul, pro cauſæ qvalitate & impetrantis arbitrio, *Roding.cit.loc. Add. Jac. Blum. Proc. Cam.tit.77.num.* 3. *& ſeqq.*

§. 5. *Executio rei judicatæ* olim fiebat per *Executoriales*, ſive *Compulſoriales*. Hodie loco executorialium ſententiis certa formula cum inſerta pœna in Camera annectitur: atqve in illa certus terminus, intra qvem parendum vel excipiendum præfigitur. Si exceptiones ſunt frivolæ excipiens in pœnam ſententiæ inſertam declaratur, atqve Mandatum de exeqvendo decernitur; *Vid. Jac. Blum. d. tit. 77. num. 5. & ſeqq.*

§. 6. *Mandatum executoriale & de ſolvendo*, qvomodo differunt, *vid. voc. Solutio.*

EXEMPLUM. §. 1. *Exemplum* idem eſt, qvod Copia, Copey / Abſchrifft / *vid.* l. *1. de fid. inſtrum. l. f. de probation.*

EXERCITOR NAVIS. §. 1. *Exercitor navis* dicitur, ad qvem omnes obventiones & reditus ex navi perveniunt, ſive ſit dominus, ſive conductor navis per averſionem, *§. 2. I. qvod cum eo qvi in al.* 1. §. 15. *de exercit. act.*

§. 2. *Actio*

§. 2. *Actio exercitoria* eſt, actio perſonalis, prætoria, acceſſoria ſive obliqva, rei perſecutoria, qvâ exercitor ex contractu à magiſtro navis convenitur, ad id, qvod ex contractu magiſtri debetur, §. 2. *l. qvod cum eo, ibiqve Manzius in comment.*

EDERE. §. 1. Edere *ſtrictè* ſignificat profiteri, denunciare, demonſtrare, enunciare, qva actione uſuri ſimus, qvod aliàs edere judicium, *l. 15. de aut. tut. l. 1. pr. de edendo.* Latiùs *edere* eſt in publicum proferre, acta, inſtrumenta &c. Vid. *Voc. Exhibere.*

§. 2. Olim *edere actionem* erat demonſtrare jus agendi, hodie eſt libellum in ſcriptis offerre, *Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. n. 53. c. 3. add. num. 112. c. 1. pr.*

EDUCATIO. §. 1. *Educationis* nomine reſpectu pupilli intelligitur victus, veſtimentum, habitatio, & inſtructio in artibus liberalibus. *l. 2. pr. π. Ubi pupillus educari l. fin. π. de aliment. legat.*

EVIDENTISSIME. §. 1. Adverbium, *evidentiſſimè*, poſitum in aliqva diſpoſitione, diverſimodè intelligitur ſecundum ſubjectam materiam, *Vid. Bart. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr. col.* 3.

ECCLESIA. §. 1. Notatur hac voce cœtus, & congregatio hominum qvorumcunqve. Germ. dicunt, Gemeine. (2) notat fidelium cœtum ubiqve exiſtentium (3) notat cœtum fidelium particularem, *1. Cor. 1.* (4) notant canoniſtæ eccleſiam accipi nonnunqvam pro beneficio eccleſiaſtico, præcipuè curato, *ut in rubr. & in c. 3. ne prælat. vic. ſuas & in c. non ignores de præbend. & in c. conſuluit. de jur. patron.* (5) Freqventius notat locum ſacrum actionibus ſacris exercendis deſtinatum, qvo ſenſu capitur *in t. t. X. de eccleſ. ædific. in c. non oportet. diſt. 42. & 1. Cor. 2.* Eccleſia autem locum ſacrum notans tripliciter accipitur à Canoniſtis; (1) pro loco ſacro auctoritate Epiſcopi benedicto, ac conſecrato, qvi propriè Eccleſiæ nomine venire ſolet. (3) pro loco auctoritate qvidem Epiſcopi ad ſacra peragenda deſtinato, non tamen benedicto, (3) pro locis qvæ non publica auctoritate, ſed privata ad ſacra munera pertractanda deſtinantur, qvæ Eccleſia dicuntur æqvivocè. Neqve enim loca ſacra ſimpliciter dici poſſunt; qvalia

illa

illa demum ſunt, qvæ publicæ conſecrata. *Sacra enim res ſunt, qvæ publicè conſecrata ſunt, non privata: ſi qvis ergò privatum ſibi ſacrum conſtituerit, ſacrum non eſt, ſed profanum, inqvit JCtus in l.6.ff.de Rerum Div.* Dicuntur hinc non qvidem Eccleſiæ, ſed oratoria, ſi ſunt in privatis domibus; vel eremitoria, ſi ſint prorſus ſeparata, vel capellæ, qvæ vox tamen nonnunqvam pro Eccleſia indifferenter ſumitur, prout videre eſt *in t.t.X.de capell.monach.*

§.2. *Eccleſia Parochialis ſeu Paræcialis* eſt, qvæ populum habet certis finibus & limitibus diſtinctum, cum poteſtate fori pœnitentialis, id eſt ligandi & ſolvendi, ſubditis Sacramenta adminiſtrandi, idqve ex neceſſitate oneris Eccleſiæ impoſita. Dicitur eadem *Curata* nomine *Cura* propriè & ſtrictè accepto, pro poteſtate ligandi & ſolvendi in foro, ut dixi, pœnitentiali, item Plebanalis, Baptiſmalis, & Eccleſiæ matrix.

§.3. Largè ſumto vocabulo, per *Eccleſiam matricem* intelligitur Eccleſia parochialis, in qva parochiani recipiunt ſacramenta, & qvæ alias Eccleſias minores vel Capellas ſub ſe habet, in ſubſidium, proqve ſubditore ac parochianorum vicinorum commoditate, ut ibidem commodius ſacra audiant, & non teneantur ſemper ex loco diſtantiori venire ad matricem Eccleſiam. *Propriè verò & ſtrictè* nomine *Eccleſiæ matricis* ſignificantur Cathedralis ſeu Epiſcopalis, in qva Epiſcopus cum ſuo collegio ſeu Capitulo cathedram ſeu ſedem ſuam habet, *c.3. de Eccleſ. ædif. c.10. de præſcr. c. Venerabilis, 22. de V. S. Abbas in c.ex parte 12. de reſcr.*

Collegiata Eccleſia eſt, in qva ex Clericorum coadunatione & congregatione corpus conficitur, *Dan. Claſen. de jur. aggrat. cap.11. pag. 121.*

§.4. *Eccleſia collegiata*, nomine *Curæ ſive Collegialis* conſtituitur ex collegio Canon i.e. hominum Eccleſiaſticorum, inſtar Regularium certis ſtatutis canonibus ſeu regulis viventium, idqve numero plerunqve *certo*, qvandoqve etiam *incerto*. Illam vocant *Eccleſiam numeratam*, hanc *non numeratam*, vel alias *receptivam*, in qva ſecundùm fructuum excreſcentiam Canonici aut alii beneficiati creſcunt & decreſcunt. *Gonz. ad R.8.Cancel.gl.9.§.3.pr.*

EXCOMMUNICATIO. §.1. Alia eſt *excommunica-*

tio

major, alia minor. *Major* eſt, qvæ ſeparat aliqvem non ſolum à corpore Eccleſiæ myſtico, & à communione ſpirituali, ſeu participatione Sacramentorum, tam activè qvàm paſſivè, h.e. ut nec ipſe excommunicatus ea percipere, nec aliis adminiſtrare poſſit, ſed & à ſocietate fidelium tam in divinis qvàm humanis. *Minor* eſt, qvæ tantùm ſeparat à communione paſſiva Sacramentorum, qvæ ſcil. in ſola conſiſtit perceptione, *c. Nullus.89. c.pen. de ſent. excomm. c.pen.* & *ult, de Cler.excommun.*

§. 2. *Utraqve hæc*, ſive *major*, ſive *minor*, alia eſt *à jure*, qvæ ſcil. infligitur à lege ſeu canone, vel Synodo aliqva, generali aut particulari; & hæc durat perpetuò: alia *ab homine*, qvæ per ſententiam judicis infertur. & hæc mortuo aut depoſito judice, qvi eam tulit, exſpirat.

§. 3. Rurſus utraqve eſt vel *ſententiæ latæ*, qvæ ipſo facto ante denunciationem aut ſententiam judicis infertur, non aliter tamen, qvam ſi hoc ipſum verbo exprimatur, veluti *ipſo facto, ipſo jure*, fit excommunicatus, vel ſub pœna latæ ſententiæ: vel eſt *ſententiæ ferendæ*, qvæ non infligitur ipſo jure, ſed per ſententiam; qvamvis excommunicatio minor hoc modo vix infligi ſoleat, qvia ſententia hujusmodi nullam aut exiguam vim haberet, cùm talis excommunicatio ultra peccatum mortale parum operetur.

ETIAM. EX. ET CÆTERA. §. 1. *Etiam* hæc dictio importat implicationem, & includit, *Tuſch. lit. D. concluſ.275.* ejusqꝫ vis extenſiva eſt, & alterum præſupponit membrum, qvod protaſin vocamus, *Gædd. ad l.99. num.6. de V.S.* Dictio *etiam* implicat idem eſſe in caſu contrario. Ergò ubi illa dictio, *Etiam*, ponitur, non poteſt ſumi argumentum à contrario ſenſu. *Nic. Everb. à Middelburg. loc. leg. 10. num. 2. vid. voc. Maximè.*

§. 2. Dictio *Ex* importat idem, qvod *de*: importatqve cauſam proximam immediatam, & intrinſecam, *Tuſch.d.l.concluſ.76.*

§. 3. Dictio, *Et cætera*, importat ſolùm ea, qvæ deſunt ad complementum orationis, non autem ea, qvæ comprehenduntur ſub oratione diverſa & ſeparata. Et qvando inſtrumentum non exprimit conceptum, & intentionem partium ad

plenum, dictio hæc &c. nihil operatur, neqve extendi poteſt, *CraVett.conſ.34.col.fin.Card.Tuſch.d.l concl. 277.*

EX NUNC. PROUT EX TUNC. §. 1. Hæc clauſula importat, ut unum tempus alteri ineſſe videatur, puta præſens in futuro, & è contra, & ex qvolibet temporum ſumitur actus initium, *Neguſ.de pign. p.2.n.6. Maſcard.de probat.concluſ.1229.n.33. Jac. Ayrer.proc.p.1.c.4.obſ.5.n.22.*

EX TUNC. EXTRA. §. 1. Dictio, *ex tunc*, importat temporis extremitatem, ideò ſi datur terminus ad probandum ad unum menſem, & ex tunc alius terminus ad reprobandum, non poterit fieri reprobatio, donec durat terminus probatorius, niſi habens terminum ad probandum renunciaret dilationi ad ſui favorem conceſſæ, *Vid.latè Cardin. Tuſch. d. l. concluſ. 279.*

§. 2. Dictio, *Extra*, importat remotionem, & ſeparationem, *l.abſentem.de V.S.* Et idem importat, qvod dictio *foris*, ſed tamen iuterpoſito intervallo. Et ponitur etiam dictio, *extra*, ut qvod non eſt intra, cenſeatur extra, *l. 1. §. ſiVe ff. de aq. qVot. Tuſch.d.l.concl.280.*

EXCUSATIO. §. 1. *Excuſatio* eſt juſtæ cauſæ allegatio, ob qvam ad munus ſuſcipiendum qvis non cogitur. *Hahn. ad Weſenbec. de Vacat.& Excuſ.mun.n.2.*

§. 2. Differt à *Vacatione*, qvam ad certum certum tempus propriè habet is, qvi urbis honoribus aut muneribus municipalibus præfuit, aut reipubl. cauſa abſuit. *l. 1. C. de Vacat. publ. mun.*

EXCUSSIO. §. 1. *Excutere aliqVem*, eſt facultates ejus diſcutere & inqvirere, ut ſciatur, an ſit ſolvendo, nec ne, *l. 2. ſi qVis om.cauſ.l.1. §. ſi inter.ff.de mag. conV. Hering. tr. de fidei. p.1.c.27. n. 3.*

§. 2. *Excuſſionis exceptio* vel beneficium qvid ſit, *Vid.ſub Voc.Exceptio.§.42.*

EXPILATA HÆREDITAS. §. 1. *Crimen expilatæ hæreditatis* committitur, cùm qvis rem hæreditariam mobilem, ante hæreditatem aditam, vel poſt aditam, anteqvam ab hærede res hæreditariæ poſſeſſæ, ſurripit, *l. 1. l. 2. §. 1. Expilat. hæred.l.ult.C.eod.P.H.O.art.165.*

ELECTIO. §. 1. *Electio in jure canon.* eſt perſonæ alicujus

cujus idoneæ ad Prælaturam vel dignitatem Eccleſiaſticam canonicè facta vocatio. Dico, *ad Prælaturam vel dignitatem*, qvia electio non habet locum in ſimplicibus beneficiis, ſed *collatio*. Denotat autem hic *Electio* actum illum ſpecialem, qvo collegium aliqvod, collatis in unum ſuffragiis, ſedi vacanti ſtudet proſpicere, evocando aliqvem è gremio ſuo, qvi ſic caput collegii conſtituitur; & vel ideò acceptior gratiorqve eidem ſuo collegio exiſtere ſolet, qvàm aliqvis extraneus, qvi ſæpè ignotus Clero obtruditur: ut meritò dignitatibus potiùs provideatur per *Electionē*, qvàm per *Collationē*.

§. 2. *Electio* fit *tribus modis*; (1) vel per *inſpirationem*, qvaſi divinam, qvando uno omnium conſpirante conſenſu, nemine contradicente, unus aliqvis eligitur, perinde ac ſi Deus ipſe id ita fieri debere inſpiraſſet, qvod nunc rarò contingit. (2) vel per *compromiſſum*, qvando collegium aliqvod in unum aut plures fide dignos, ejusdem vel alterius collegii vices ſuas ita confert ac compromittit, ut in eum, qvem illi elegerint, cogantur omnes conſentire, (3) vel per *Scrutinium*, qvando ſingulorum de collegio ſcrutantur voluntates, ſinguliqve, datis ſeorſim ſuffragiis, declarant, qvem ſibi velint vacantis ſedis Prælatum: qvi modus eſt omnium freqventiſſimus, *c. cauſam. 8. c. cùm inter. 21. c. cùm dilectus. 32. de Elect. & Elect. poteſt.*

§. 3. *Major pars* eſt, ubi eſt major eligentium numerus, qvi & majorem Capituli partem conſtituat, & in qvo contineatur ipſe, qvi eligitur. *Sanior pars* ſpectatur ex eligentium auctoritate ac zelo. *Auctoritas* conſiſtit in ætate, dignitatibus & majoribbus ordinibus eligentium. *Zelus* verò ex eo colligitur, qvòd elegerint bono zelo ducti ac ſemotis affectibus, non conſangvineos aut affines, ſed pro meritis electi.

EXACTIO. §. 1. *Exactiones* in jure canon. vocantur extraordinariæ præſtationes & collectæ, ſive talliæ & tributa, qvæ extra ordinem imponi ſolent ſubditis, *tit. de cenſib. exact. & procur.*

EXHIBERE. §. 1. *Exhibere* eſt ejus rei, qvæ tangi viderìqve poteſt, præſentiam præbere. *l. 3. §. 9 ff. de tab. exh. l. 1. pr. Si ex non cauſ. arg. l. 3. §. 8. de hom. l. ex. l. 2. ad exh.* Sive igitur interdicto utamur, ſive actione ad exhibendū experiamur, ſatisfactū nobis erit, ſi res ita in publ. proferatur, ut videri, tāgi & agnoſci poſſit:

M 2 ſatis eſt,

eſt, ſi nudum ipſum corpus, ſalvâ ſuâ formâ, ex qva agnoſci poſſit, fuerit præbitum, *d. text. Gœdd. ad l. 22. de V.S. n. 9.*

Unde patet, qvod *Exhibere* latiùs ſit & generaliùs, qvàm *edere*. Nec liberum hominem, vel qvam aliam rem animatam *edere*, pro *exhibere*, qvis rectè dixerit. ita ut ea propriè *edi* dicantur, qvæ intentione vel ſcripto conſtant, & qvorum copia ad legendum atqve cognoſcendum facienda· *Exhiberi* verò etſi propriè dicamus ea, qvæ planè extra ſecretum in perſona, vel re ipſa, de qva qværitur, producuntur, tamen & ea, qvæ eduntur qvorumve copia ad legendum cognoſcendumq; ſit, exhiberi poteſt dici. Præter id, qvòd hominem vel animal non edi, ſed exhiberi, dicimus, etiam actionem rectè exhibemus, ſi in copia vel ſcripto eam edamus, *Petr. Frider. Mindan. de Mandat. l. 2. cap. 5. num. 2.*

§. 2. *Res exhiberi* patitur gemino juris remedio, vel *actione ad exhibendum*, vel *interdicto*, *tit. ff. & C. ad exhib. t. ff. de tabb. ex. tit. ff. de hom. lib. exhit.* *Actionis ad exhibendum* non eſt magnus hodie uſus. Sine circuitu res vindicatur, *Perez. in d. t. C. ad exhib. num. 10.*

Non tantùm per modum *actionis*, ſed & *mandati*, cujus tamen utriusqve exigua differentia eſt, ad exhibendum agitur. Nam utrobiqve actorem docere oportet, reum hanc, vel illam rem poſſidere, detinere, ejusqve exhibendæ facultatem habere: deinde juſta & probabili ex cauſa ſua intereſſe rem exhiberi, *Mindan. de Mandat. l. 2. cap. 50.*

§. 3. *Actio ad exhibendum*, eſt actio perſonalis, qvæ datur contra detinentem rem aliqvam mobilem ei, cujus intereſt eam exhiberi, ad id ut in publicum proferatur, *l. 2. 3. §. 9. § 3. ad exhib. §. 1. de Off. jud.*

§. 4. Plus eſt in *reſtitutione*, qvàm in *exhibitione*. Nam *exhibere* eſt, præſentiam corporis præbere: *Reſtituere* eſt, etiam poſſeſſorem facere, fructus reddere. Pleraqve præterea reſtitutionis verbo continentur, *l. 22. de V.S.*

§. 5. Apud Labeonem Pithanon ita ſcriptum eſt: *Exhibet*, qvi præſtat ejus, de qvo agitur, præſentiam. Nam etiam qvi ſiſtit, præſtat ejus præſentiam, nec tamen (cum) exhibet. (Et) qvi mutum aut furioſum aut infantem exhibet, non poteſt

eſt videri ejus præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt, *l.240.pr. de V.S.*

EPISTOLA. §. 1. *Epiſtola* ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν dicitur, *metonymicè*, per Metonymiam continentis, pro re contentâ ſignificat (1) *Mandatum*, (2) *Chirographum* in modum Epiſtolæ ſcriptum, l.*26.§.2.π. Depoſiti.* (3) *Reſcriptum* principis, qvo princeps de jure conſulentibus reſpondet. §. *4.J. de fidejuſſ.* (4) *Orationes principum in ſenatu habitas. l.1.§.1. π. de rebus eorum, qvi ſub tut.* (5) *Inſtrumentum ultimæ voluntatis* in formam Epiſtolæ conſcriptum, *l.75.pr.l.77.§.26.π. de legat.2.l.75.pr.π. ad SCt.Trebell.l.22.C.* de *fideicommiſſ.* *Propriè* ſignificat *ſcripturam ad abſentem directã*, qva, ut ait Cicero, certiores facimus abſentes, qvod eos ſcire, aut noſtra aut illorum intereſt. Eſt hoc Epiſtola abſentibus, qvod oratio præſentibus. *Bart.in l. nuda n.4.de donat.*

ET. §. 1. Syllaba, *Et*, conjunctionem facit, *l.66 de hær. Inſtit.* & copulat æqvaliter, *d.l.66.l.81.eod.l 7. de uſufr. accr. l.16.§.2. de leg.*1. *l.13. pr. de hær. inſt.* Non tamen ſemper. *Qvandoqve* inſinuat ordinem ſucceſſivum, præſertim in materia Feudali. Si enim ita Feudum ſit acceptum, *ut in eo filii & filiæ ſuccedant*, non pariter & eodem tempore filiæ ſuccedent cum filiis, ſed filiis non exiſtentibus, *lib.1.feud.tit.8.§.2. & tit.6.§.1. Add. Middelburg.loc.109.n.14.*

Eadem copula, *Et*, conjungit diverſa ac ſeparata, *rubr. ff. de jur.& fact.ign.* Non tamen ſemper. Inter res enim ſimiles cognatas & affines collocata, exegeticè ſive declarativè ponitur. *Confer Amos.IV.6. Joh.3.v.5.* Particula, *Et*, ponitur, pro *id eſt. Vid.Wiſſenbach.l.29.de V.S. Vid. latè Tuſch. lit.* D. *concluſ.274. Middelb.d.loc.n.11.*

§. 2. Copulæ, *Et*, ea natura eſt, ut copulatis eandem tribuat qvalitatem, *l.f.§.1 ff.de trit.vin.leg. Jac. Ayrer. Proceſſ. p.1.c.4.obſ.n.26. Everh.à Middelb.loc.leg.109.n.2.*

§. 3. Copula auget, amplificat, ſeu adjicit ad præcedentia. Qvod procedit in materia larga, ut in materia legatorum: ſed in materia ſtricta copula reſtringit, *Everhard. à Middelb. d.l. loc. num.1.*

§. 4. Differentia eſt inter copulam *Et*, & copulam *Cum*: qvia copula. *Et*, conjungit æqvè principaliter, copula verò

Cum. conjungit acceſſoriè, *Middelburg. d. l. num. 3. & ſeqq.* Qvod procedit, qvando ponitur inter ea, de qvorum natura eſt, ut unum accedere alteri poſſit. Secus autem eſt, qvando dictio *Cum*, ponitur inter ea, de qvorum natura eſt, ut unum non accedat alteri. Tunc enim non eſt differentia, an in aliqvo conjungantur per dictionem *Cum*, an per dictionem *Et*: nam ambo tunc veniunt æqvè principaliter. *Idem d. l. n. 8.*

§. 5. Copula alterat naturam adverſativæ: nam qvandocunqve copula ponitur inter adverſativam, *Sed*, & dictionem *Si*; ut qvia dicitur, *Sed & Si*, tunc denotatur diverſitas in facto, & identitas in jure. Ubi aliàs, qvando non interponitur copula, denotatur diverſitas in facto & jure, *Everh. à Middelburg. d. l. 109. n. 9.*

§. 6. Ubicunqve disjuncta per teſtatorem poſita inter perſonas reſolvitur in conjunctam, prout regulariter contingit, *l. cum qvidam. C. de V. S.* tunc ſi ſimul ponatur conjuncta & disjuncta, disjuncta retinet ſuam propriam naturam, & operatur jus non decreſcèndi, nec attenditur hoc caſu natura copulæ, *l. Si fundum. §. His verbis. ubi Bald. ff. de leg. 1. Nicol. Everh. à Middelb. d. l. n. 10.*

§. 7. Ad veritatem copulativæ regulariter reqviritur utramqve partem eſſe veram, *l. ſi heredi ff. de cond. & dem. §. pen. Inſt. de hered. Inſt.* Qvod aliqvot modis limitat *Everhard. à Middelb. d. l. 102. n. 12. & ſeq.*

§. 8. Copula *Et*, poſita inter plures perſonas in aliqvo inſtrumento, ponitur partitivè, viriliter ſeu pro rata; dictio verò alternativa attribuit cuilibet actum in ſolidum, ſi poteſt: Si autem non poteſt, obligat in ſolidum eum qvem poteſt, *Nic. Everh. à Middelb. d. l. n. 17.*

§. 9. Punctus habetur loco copulæ, *Middelb. d. l. 109. num. 17.*

EST. §. 1. Verbum *Eſt*, tempus præſens ſignificat & demonſtrationem notat, *l. 123. de V. S. l. 6. de leg. 1.* Interdum tamen præteritum tempus demonſtrat, ut Troja capta eſt, *l. 103. de V. S.*

§. 2. Verbum *Erit* futurum tempus deſignat, & conditionis magis qvàm demonſtrationis vim habet, *d. l. 123. d. l. 6.* Sed ex mente loqventis verbum, *erit*, etiam ad præteritum tem-

tempus refertur, *l. 18. de jure codic. l. 2. de reg. Caton. junct. l. 19. de cond. & dem. d. l. 123.*

EXIGERE. §. 1. Verbum *exacta pecunia*, hoc eſt, ſolutæ non ſolùm ad ſolutionem referendum eſt, verum etiam ad delegationem, *l. 178. de V. S.*

EDICTUM. §. 1. *Edictum* eſt, qvo princeps proprio motu, non determinatè ad perſonas, aut certam cauſam aliqvid conſtituit & edicit, *l. 1. §. 1. de Conſtitut. Princip. l. 3. C. de LL.*

§. 2. Differunt ab *edictis prætorum edicta Principis*, qvæ non erant annua ſicut edicta prætorum, ſed perpetua, qvemadmodum ipſius Principis poteſtas perpetua erat.

§. 3. Qvamvis *edicta* hodie *ad legem* poſſint referri, tamen perpetua horum adhuc in permultis eſt *differentia*, qvoad theoriam & principia juris probè cognoſcenda: ideoqve intereſt, potiùs retinere hanc diſtinctionem, qvàm ea rejecta aliam ſuppeditare, *Vid. D. Hahn. ad Weſenbec. de poſtulat. num. 4. pr.*

§. 4. *Edictum, Si qvis jus dicenti non obtemperaverit.* Ex hoc edicto deſcendit actio perſonalis, in factum prætoria, popularis, qvæ datur magiſtratui, vel cuilibet alii, contra eum, qvi extremum juriſdictionis contemnit, ad mulctam ſeu pœnam pecuniariam, *l. un. ff. Si qvis jus dic.*

EMANCIPATIO. §. 1. *Emancipatio* eſt actus, qvo liberi conſentientes ſui juris efficiuntur.

§. 2. Eſtqve vel *antiqva*, ut *Legitima*, vel *nova*, veluti *Anaſtaſiana* & *Juſtinianea*. (1) Olim in emancipatione, ut filius ſui juris eſſet & fieret, triplici mancipatione ſive venditione, & totidem manumiſſionibus opus erat, & qvia nemo ſibi ipſi vendere poteſt, tertius adhibebatur pro emtore, qvi dicis cauſa nummo dato filium emebat, & dicebatur pater fiduciarius, *§. 6. I. qvib. mod. patr. pot.* Hoc modo per tres venditiones & manumiſſiones filii exibant de poteſtate. Fœmina verò & maſculi qvoqve ſecundi vel ulterioris gradus exibant per unam mancipationem & manumiſſionem. Hæcqve vocatur legitima, qvæ deſcendit ex L. L. XII. tabb. (2) Poſtea ſub Impp. emancipatio fiebat ex Imperiali reſcripto. Sic enim Anaſtaſius Imper. *in l. 5. C.*

de emancip. conſtituit, ut per reſcriptum Principis judici intimatum poſſint parentes, liberos ſuos emancipare, & hæc eſt emancipatio, qvæ dicitur *ex imperiali reſcripto, d.* §. 6. (3) Deniqve qvod in adoptionibus, idem conſtituit Juſtinianus in emancipationibus, *l. ult. C. demancip.* ut ſimplex conteſtatio ſufficeret apud magiſtratum ordinarium, atqve ita liceat emancipare etiam absqve reſcripto Principis, *D. Bacchov. & Manzius ad* §. 6. *J. qvib. mod. jus p: p. ſolv. Vid. Roſin. l. 9. antiqvit. c.* 10.

§. 3. *Emancipatio* dicitur *Manumiſſio*, §. 6. *J. qvib. mod. jus pot. ſolv. l.* 1. §. 6. *π. Si à parente qvis manumiſſ.* & huic emancipati, *manumiſſi d. l. pr. J. de fiduc. tut.* §. *fin. J. de leg. agn. ſucceſſ.* emancipans *manumiſſor. d.* §. *fin.* §. 1. *J. de bon. poſſeſſ.*

EMPHYTEUSIS. §. 1. *Emphyteuſis, (ſeu jus emphyteuticum, N.* 123.) eſt, jus in re immobili à domino alicui, ſe ad certum vectigal ſeu canonem in recognitionem dominii præſtandum obliganti, conſtitutum ita, ut poſſit illa pro arbitrio, qvodammodo reſtricto, & dependente ab alio, diſponere, *l.* 1. *Si ag. vect. junct. t. t. C. de jur. emt.*

Vel: *Emphyteuſis* eſt dominium utile in re immobili à domino, ſub conditione certæ penſionis in recognitionem dominii directi ſolvendæ, alicui conceſſum, *d. d. text. Conf. Alv. Valaſc. de jur. emphyt. qv.* 1.

§. 2. *Rei vindicatio emphyteuticaria*, ſeu actio, qvâ ager vectigalis petitur, eſt actio in rem, qvâ is, cui res vectigalis data, ſeu emphyteuſis conſtituta, adverſus *qvemvis poſſeſſorem* intendit ſibi jus conſtitutum competere, adeoqve rem reſtituendam eſſe, *l.* 1. §. 1. *Si ag. vect. add. tit. de R. V.*

§. 3. (1) *Emphyteuſis* denotat ipſum contractum (2) nonnunqvam emphyteuticariam *l.* 2. *C. de emph.* (3) freqventer ſignificat jus ipſum ſive utile dominium, qvod emphyteuta eſt conſecutus, *l.* 1. *&* 2 *C. d. t.*

§. 4. Is qvi prædium emphyteuticarium excolendum ſuſcipit, dicitur, *Emphyteuta vel Emphyteuticarius* Zinßmann/ Hübner *à* Huben *vel* Urbars-Leute/ *Wehn. pract. obſerv. verb.* Urbar. Dominus emphyteuſeos, Zinß- oder Erb-Herr Jus conſtitutum, jus Emphyteuticarium, Erb-Recht oder Erb-

Be-

Beſtändniß/ It.Ved-Recht. Ager in Emphyteuſin datus dicitur Emphyteuticarius, item vectigalis ſeu prædium Emphyteuticarium. Erbpfacht/Erbzinß-Gut. Item Urbawe Güter. *Nic.*Eygebrecht.*Synt.jur.Emph.concl.4.*

§.5. *Emphyteuſis civilis vel Eccleſiaſtica* eſt. *Civilis* eſt, qvando Princeps, civitas, municipium vel privatus aliqvis rem ſuam in Emphyteuſin concedit. *Eccleſiaſtica* eſt, qvando ab œconomo vel prælato res Eccleſiarum, aliorumqve collegiorum aut domuum venerabilium causâ cognitâ, debitisq; ſolennitatibus adhibitis, in Emphyteuſin dantur, *per text. N.7.N.120.C. Dudum, 1.v. qvia etiam cap. 2.circ.pr.X. de reb. Eccleſ. non al.*

EVENTUALIA. §.1. *Reſponſio ad libellum*, ſeu qvod in idem recidit. *Exceptiones peremtoria* nominantur *Eventualia*, qvatenus dilatoriis exceptionibus in eventum rejectionis harum ob ſuam irrelevantiam eo fine annectuntur, ut judex rejectis dilatoriis in illis executionibus peremtoriis, *id eſt, uti alias loqvimur, in cauſa principali*, ſtatim qvoqve pronunciare, & lis eo celeriùs finiri poſſit, *Jac.Blum.Proc.Cam. tit. 69. num. 57.*

EREMODICIÆ. §.1. *Eremodicium* eſt deſertio cauſæ poſt litem conteſtatam, ſive ab actore ſive reo facta, *Vid.l. 7.§.ult.ff. de Minor.*

ERROR. §.1. *Error* propriè denotat opinionem veritati contrariam: & vocari ſolet *ignorantia prava diſpoſitionis.*

EVICTIO. §.1. *Evincere* ſumitur dupliciter (1) *vulgariter*, & ſignificat qvamvis avocationem, unde dicimus ratio evincit, evinci lacrymis alicujus. (2) *Juridicè*, & denotat avocationem, qvæ fit in judicio. In jure itaqve evincere eſt, è bonis poſſeſſoris & per victoriam in judicio obtentam auferre; idqve *primò propriè* cùm revera res emtori aufertur, *l.24.l.34. §.1.l.57. de evict.* vel *ſecundò impropriè*, cum emtor, contra poſſeſſorem agens, nihil obtinuerit, *l.16.§.1.l.34. §.1. de evict. Zæſ. comm.ad ff. d.t.n.1.*

§. è. Synonyma ſunt recuperatio, judicialis ablatio, avocatio, abductio, Endwerſchafft/Gewerſchafft/Qvatenus relatè & à venditore præſtanda conſideratur, Gewehr / Erwiedrung und Schadloßhaltung. M 5 §.3.

§. 3. In juridica ſignificatione *Evictio* eſt ablatio ſeu avocatio rei ex poſſeſſoris bonis per eum, qvi verum dominum ſe dicit, facta autoritate judicis, *l. 67. de evictiòn.*

§. 4. *Evictionem praſtare* eſt, ſatisfacere ei, cui rem, *v.g. ex cauſa emtionis venditionis*, tradidi, ob iſtam ablationem; ſeu luere aut ſarcire damnum, ob rem ita ablatam eveniens, Schadlos halten.

EXISTIMATIO. §. 1. *Exiſtimatio*, bona fama, eſt dignitatis illæſæ ſtatus, legibus ac moribus comprobatus, *l. 5. §. 1. ff. de var. & extr. cogn.*

EXCEPTIO. §. 1. Verbum excipere *in l. 11. §. 5. de interr. in jur. fac.* denotat *intelligere*. In *l. 36. in fin. de jud.* recipere, ſuſtinere, *l. 32. §. 2. & 4. l. 38. C. de appellat. l. 19. §. 9. Locat. cond.* Annotare, ſcribere, *l. 17. §. 6. de act. emt. l. 3. §. 10. ad SC. Syllan.* pro eximere, demere. Hinc porrò Exceptio denotat excluſionem, exemtionem, limitationem regulæ alicujus univerſalis. Interdum etiam pactionem, *l. 7. §. 6. l. 43. de pact. l. 72. §. 1. de contr. emt.*

§. 2. In jure *vocabulum exceptionis* potiſſimum ſumitur (1) *latè & generaliter*, pro qvavis judiciali defenſione, tam à reo, qvàm ab actore in judicio allegata atqve propoſita, *l. 2. §. 1. l. 22. §. 1. ff. l. 11. C. de except. l. 1. C. de jur. & fact. ign. l. un. C. de ſatisd.* qvo ſenſu etiam replicationes dicuntur exceptiones, *l. 2. §. 1. de except. l. 22 §. f. eod.* Deinde qvoqve complectitur exceptionem, qvam facti ſeu intentionis Dd. vocant, & verè exceptio non eſt, ſed propriè defenſio nominanda venit. (2) *Strictè*, qvatenus comprehendit qvoqve exceptionem, qvæ nec inſtitutam actionem, neqve oppoſitam Exceptionem elidit, ſed ad removendum judicem & litigantem intenditur, *l. 6. de nov. op nunc. l. ult. C. de except.* (3) *Strictiſſimè* pro ſola actionis excluſione, *l. 1. de except. Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 69. num. 3.*

§. 3. *Impropria exceptio* eſt, qvæ à jure contra actionem ipſo jure nullam objicitur, qvæ propterea veriùs negatio, qvàm actionis excluſio ſive exceptio audire debet, *arg. l. 5. de transact.* *Propria*, eſt defenſio, qvæ à reo opponitur actioni, ipſo qvidem jure ſtricto competenti atqve efficaci, iniqve tamen adverſus eum, cum qvo agitur, *ut eſt in pr. J. de except.*

§. 4.

§. 4. Exceptio aliqvando dicitur præſcriptio, *l.19. de exc. rei jud. l.91. de Solut. l.9. pr. de transact.* (2) Nonnunqvam conditio appellata eſt, *l.22. pr. de exception.* (3) ſæpiſſimè defenſio, *l.5 ff. l.9. l.11. l.12. C. d. t. l. un. C. de ſatisdand.* (4) exceptiones nominantur & præjudicia, *arg. tit. ff. de except. præſcr. & præjud. l.1. fam. erc.*

§. 5. Exceptio vel conſideratur ut proponenda, & *eſt jus excludendi ſeu elidendi id, qvod ab actore intenditur, arg. l.2. pr. & §.2. ff. de except.* vel ut propoſita in judicio & deſcribitur, *qvod ſit qvædam excluſio,* qvæ *opponitur actioni cujusqve rei, ad excludendum id, qvod in intentionem condemnationemve deductum eſt, l.2. pr. de except. Vid. Baccov. ad Treutl. V. 2. D.26. th. 1. b. c.*

§. 6. *Latiùs* ſumta exceptio alia eſt *juris,* alia *facti*; *Strictiùs* verò & *magis propriè* exceptio dicitur ea, qvæ eſt juris, ſeu qvæ actionem, verè competentem, excludit, *uti patet ex tit. 1. de except.* Exceptio autem *facti* dicitur, per qvam negatur actio eſſe, ſeu opponitur actori, qvod actor tantùm de facto actionem moveat, nec ullum jus agendi habeat: qvo pertinet exceptio non competentis actionis: & hæc ante lit. conteſt. objici debet: ac litis ingreſſum, uti loqvuntur, impedit, *Add. Zanger. de except. p. 3. c. 20.*

§. 7. *Specialis Exceptio* dicitur, qvando qvis ad qvemvis ab adverſario propoſitorum punctum in ſpecie reſpondet, eiqve ſingulatim reſpondet. *Generalis* Exceptio, (Gemeine Einrede) appellatur, qvando qvis ad propoſita adverſari cumulativè reſpondet, generaliter negando, omnia ex adverſo propoſita, Er geſtehet nichts / ſey alles nicht wahr. Generali hac exceptione vulgò utuntur Advocati, cum reſpondent Adverſariis, hoc intendentes, qvod illa omnia, qvibus forſan ſingulatim non reſponderint, per illam exceptionem rejecta velint. Adhibent verò haſce fermè formulas. Wider die vermeynte Klage ſage anfänglich generalia juris & facti. Item, Dem übrigen will per generalia juris & facti widerſprochen haben. Item, Sage wider übriges gemeine Einrede. Deinde eadem generali exceptione etiam utuntur Procuratores, qvando nim. nihil ampliùs deducere habent, ſed concludere tenentur. Deinde eadem exceptione utuntur, ſi exi-

ſi exiſtimant contenta in ſcriptis ab adverſario exhibitis non tanta eſſe relevantia, ut ſpecialem refutationem mereantur, vel ſi in iisdem nihil novi contineatur, ſed contenta jam antehac ſint refutata. Nam tunc dicunt: Sage generalia contra, vel brevius & per Ellipſin: *Generalia contra.* Atqve hinc ſæpè dicta generalis Exceptio communiter vocari conſvevit Generalia contra. *Per iſta autem verba ſemper oretenus concluditur.* Nam qvoties audiuntur verba: Sage generalia contra, und repetire mein Einbringen / toties in illo puncto concluditur, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 69. n. 16. & ſeqq.*

§. 8. *Civiles* exceptiones ſunt, qvæ non ſunt introductæ prætoris juriſdictione, ſed legibus Majeſtatis vel qvæ illius vicem obtinent, ut ſunt plebiſcita, SCta, principum conſtitutiones. *Prætoriæ* ſunt, qvas Prætor ob ſingularem qvandam æqvitatem ſua juriſdictione introduxit atqve conſtituit, *§. 7. l. de except. l. 3. §. 1. de conſt. pec.* Hæ verò ad ſimilitudinem actionum rurſus dupliciter conſiderari poſſunt (1) ratione *introductionis, d §. 7 junct. §. 3. I. de action.* (2) ratione *approbationis.*

§. 9. *Directa* exceptio eſt, qvæ verbis directis legis fundata eſt, certamqve habet in jure deſcriptionem, unde intelligi poſſit, qva forma ſit proponenda, qvæ propterea nominata recta & ſpecialis appellari poteſt, cùm reliqvæ dicendæ ſint innominatæ, generales & vagæ, *Suthol. diſſ. 18 aph. 12.*

Utilis eſt, qvæ ex mente legis aut edicti deſcendit, & per interpretationem naſcitur, *arg. §. f. I de L. Aqvil.*

In factum eſt, qvæ prædictis deficientibus ex juſtitia benigna & moderata in ſubſidium datur, *l. 4. §. 32. de dol. except. l. 1. §. 4. de ſuperfic. l. 23. de except.* Per hanc enim ſuppletur, qvicqvid vel deeſt lege civili, *l. 11. de præſcript. verb.* vel etiam ſubinde ipſis edictis prætoris *l. 11. de dol. d. l. §. 32.* Unde & *ſubſidiaria* dicitur: in factum verò propterea, qvod conceptam formulam non haberet, ſed factum ipſum exponendum eſſet, *Hotom. §. 1. I. de except.*

§. 10. *Perſonales* exceptiones ſunt, qvæ concernunt alicujus proprium jus, qvod eidē perſonæ adhæret, & non transeunt ad alios, *l. 7. pr. de except. l. 16. l. 17. de re jud.* *Reales* vocantur, qvæ rei ſive cauſæ cohærent, adeoqve cum re ſeu cauſâ ad

ſâ ad ſucceſſores tranſeunt, nec non fidejuſſoribus competunt, ut exceptiones rei judicatæ, doli, pacti de non petendo, SCti, Vellejani, *l.7.pr. §.1.l.19.de except.l.10.Cod. eod.*

§. 11. *Exceptiones Dilatoriæ ſeu temporales* dicuntur, qvæ ad tempus duntaxat nocent, & oppoſitæ actionem aliqvandiu ſuſpendunt, *§.10.I.de except.l.3.ff.eod.* Et concernunt vel *ipſam cauſam principalem*, vel *proceſſum ſeu conſtitutionem judicii*; qvarum *illa ſolutionis*, *hæc judicii declinatoria* appellari ſolet, ut videre eſt apud *Gl.in c. 12. Verb. dilatoriis. X. de Except. Tancret. in tr.ord.jud.lib. 2. C. de Except. Oldendorp.in Enchirid.excep. p.m. 9.* *Prioris generis* eſt exceptio pacti conventi temporalis, Moratoria, ordinis, cedendarum actionum, competentiæ; *Poſterioris*, exceptiones procuratoriæ &c. *Peremtoria* ſive *perpetua*, ſunt dictæ, qvod jus agentis omninò perimant, nec tantùm ad tempus actorem à limine judicii repellunt, ſed ſemper agentibus obſtant, & ſemper locum habent, *d.§.10.add.§.9.I.d.t.l.7.C.eod.l.3.eod.*

Peremtoria ſubdividitur *in peremtoriam facti & peremtoriam juris*. *Peremtoria facti* eſt, qvâ excluditur. Unde etiam exceptio intentionis nuncupatur. *Rosbach.prax.civ.tit. 41.n.2.* Ejusmodi autem Exceptiones ſunt Exceptio rei judicatæ transactionis, præſcriptionis, jurisjurandi *ſcilicet judicialis & neceſſarii*, ſolutionis, acceptilationis, confeſſionis in judicio factæ, prætii non ſoluti, & collationis, *Rosbach. d. t. 41. num. 14. usqve ad fin.* Exceptio *Peremtoria juris* eſt, qvâ actio de jure competens eliditur. Ejusmodi eſt Exceptio Qvod metus cauſa, doli mali, erroris, non-numeratæ pecuniæ, pacti de non petendo in perpetuum, jurisjurandi ſcil. *voluntarii*, & Rei judicatæ competens Reo ſententiâ Judicis abſolutò conſoluto contra actorem de novo agere intendentem, *Rosbach. prax.Civ.tit.41 per tot.*

Exceptiones *anomalæ* dicuntur, qvæ non ſeqvuntur naturam peremtoriarum, nec dilatoriarum, ſed ſingulari qvodam jure, tam ante qvàm poſt lit. conteſtatam poſſunt opponi, *Rosbach. proc. tit. 43.*

§. 12. *Exceptio Incompetentiæ*, qvæ aliàs *præſcriptio fori in l.f.C. de except.* item *declinatoria fori* vocatur. Et eſt, jus reo competens, ad excludendam actionem, qvæ coram judice,

cujus

cujus jurisdictio qvoad *reum*, vel *cauſam*, vel *qvantitatem* in judicium deductam, fundata non eſt, inſtituitur, *l. f. de jurisd. l. 3. Col. qvi pet. nut. l. 61. §. 1. de judic. Ord. Cam. p. 2. c. 28. §. 4.* R. A. *de Anno 1654.* §. vierdtens ſoll die *ſumma appellab.*

§. 13. *Exceptio recuſationis* duplicem videtur habere fontem, *ſuſpicionis* atqve *inhabilitatis*. Si nimirum judex fuerit vel ſuſpectus, *l. 12. C. de judic. c. qvod ſuſpecti 3. q. 5. l. 16. in fin. C. de jud.* vel inhabilis, *vid. l. 12. §. 2. ff. de judic. l. 2. de R. J. l. 57. de re jud.*

§. 14. *Praventionis exceptio*, competit reo, qvi unius ejusdemqve cauſæ plures habet concurrentis jurisdictionis judices, adhoc ut, ſi ab uno legitimè fuerit citatus, alterum vel reliqvos hac exceptione removere poſſit, *arg. l. 7. ff. de judic. c. Propoſuiſti 19. X. de for. compet. Clement. Cum lit. 2. Ut lit. pend. nih. innov. arg. l. 30. de judic. Vid. Gail. 1. O. 29. num. 9. 5.*

§. 15. *Exceptio Excommunicationis*, eſt qva actor excommunicatus à judicio ſubmoveri poteſt, *c. Dilecti 8. c. Exceptionem. 12. X. de Except.* cùm indignus judicetur, qvi ſacroſanctam juſtitiæ officinam ingredi debeat, *c. Prudentiam, 21. §. Sexta. X. de off. & poteſt. jud. deleg.*

§. 16. *Exceptio non impetratæ veniæ* datur contra actorem absqve ſpecialis judicis permiſſu in judicium vocantem eum, cui naturali ratione vel propter ſangvinis propinqvitatem, vel etiam propter exhibita beneficia reverentiam debet, *l. 13. l. 4. §. 1. ff. l. 2. C. de in jus voc.*

§. 17. Competentiæ exceptio conceditur reo ratione perſonæ ſuæ propter reverentiam atqve amorem ipſi debitum, vel propter commiſerationem, vel ſpecialem favorem, ad hoc, ne condemnetur vel excutiatur in ſolidum, ſed in id, qvod facere poteſt, hoc eſt ut tantum ei relinqvatur, qvantum ad victum & amictum ſufficiat, *l. cùm ex cauſa. ff. de re jud. junct. l. 234. §. verbum ff. de V. S. l. 43. l. 4. ff. eod.*

§. 18. *Exceptio Revocandi domum*, datur reo, alibi locorum, ubi fortè invenitur, convento, ex contractu, vel negotio antea, nec eo loci geſto, ut cauſa remittatur ad judicem domicilii, *vid. l. confeſſe 2. §. 3. de judic. c. fin. X. de for. compet. l. 19. C. de teſtibus.*

§. 19.

§. 19. *Exceptio inhabilitatis ſive Legitimationis* objicitur tam actori, qvàm reo non habenti legitimam perſonam ſtandi in judicio, *l. ſi cum 1. & ll. ſeqq. C. qvi leg. perſon. ſtand.* §. 2. *Inſt. de Curat.*

§. 20. Exceptio *maleficii* opponi dicitur, qvando Reus aſſerit cauſam, ob qvam controverſia incidit, eſſe criminalem, & exinde juriſdictionem Cameræ nón eſſe fundatam, *Jac. Blum. proc. Camer. tit 34. num. 197.*

§. 21. Exceptio *Banni* & *Privationis* locum habet, qvando Reus dicit, Actorem eſſe Bannitum, vel illum utpote perſonam Eccleſiaſticam aut mulierem, regalibus Imperii cunctisvè beneficiis juris communis privatum, atqve hinc eundem legitimam perſonam ſtandi in judicio non habere, neqve ullam actionē inſtituendi facultate gaudere, *Jac. Bl. d. l. n. 198.*

§. 22. *Juſti impedimenti* exceptio eſt, qva tam actor, qvàm reus ſe defendere poteſt, qvando vel propter morbum ſonticum, vel aliam majoris cauſæ occupationem, aut neceſſitatem (*puta aqvarum, tempeſtatis, hyemis, incurſus latronum, aut aliam ſimilem cauſam*) conſtituto tempore in judicium vel planè, vel paratus venire non potuit, *l. 2. §. 3. Si qvis caut. l. 53 §. 2. l. 60. de re jud. l. 13. §. 7. de excuſ. tut.*

§. 23. *Non præſtitæ cautionis* exceptio datur & actori & reo, ſed ob diverſum finem. Qvære vocabulum cautionis.

§. 24. *Exceptio contumaciæ* conceditur parti obſeqventi, contra adverſarium, in termino à judice præſtituto non comparentem, ad hoc, ut ſive actor, ſive reus contumax fuerit, ipſi viatica & litis ſumtus prius refundantur, qvàm ad litem iterum in judicio tractandam & perſeqvendam admittatur, *l. 15. l. 13. §. 2. & ſeqq. l. 73. §. 1. de judic. c. qvoniam 5. §. in aliis X. ut lit. non cont.* Qvod ſi verò emiſſis tribus Edictis, vel uno peremtorio, per ipſum anni ſpatium reditus ad judicium differatur, poteſt hæc exceptio fieri perpetua, *Auth. qvi ſemel C. qvom. & qvand. jud. N. 112. c. 3.* § 2.

§. 25. *Exceptio ex defectu poteſtatis procuratorem dandi* oritur ex defectu *poteſtatis* ſive *naturalis*, ob qvem procuratores conſtituere neqveunt mente capti, infantes, pupilli, & minores, abſq; tutorum autoritate vel curatorum conſenſu: ſive *legalis*, ob cujus defectum dare neqveunt excommunicati, *c. 1. de except. in 6.*

§. 26.

§. 26. *Ex defectu qvodam procuratoris conſtituendi* naſcitur exceptio, qvando ipſius perſona talis eſt, qvæ procuratorem agere in judicio non poſſit.

§. 27. *Ex defectu mandati* oritur exceptio, qvando *Procuratorium* vel nullum extet, *l. 24. C. de procur.* vel qvod datum eſt, vitio aliqvo formæ laboret, *l. 65. de procur.* vel re adhuc integra revocatum. §. *2. l. de Mand. l. 12. §. pen. eod.* aut morte conſtituentis extinctum ſit, §. *10. I. de mandat. l. 27. §. 3. eod. Confer.* R. A. *de A. 1654.* §. damit auch zum vierdten.

§. 28. *Ex defectu ipſius actionis* oritur exceptio, ſi nim. ea talis ſit, qvæ procuratorem non admittat.

§. 29. *Exceptio Libelli inepti ſeu* ex vitio qvodam libelli orta, parit reo abſolutionem ab inſtantia & obſervatione judicii, actorisqve in expenſas condemnationem, *c. Examinata. X. de judic.*

§. 30. *Continentia non dividenda* exceptio competit reo, ex callida judicii actionumqve cohærentium; diviſione, ad hoc, ne in diverſa judicia tractatus, laboribus ſumptibusqve non neceſſariis gravetur, *l. 10. C. de jud. t. t. ff.* De *qvib. reb. ad eund. jud. de hac except. vid. eleg. tract. Petr. Frider. Mind.*

§. 31. *Litis pendentis* exceptio obſtat ei, qvi litem jam cœptam ad aliud judicium avocare conatur, licèt ſpeciali fori privilegio gaudeat, *l. 7. l. 30. de jud.*

§. 32. Exceptio *Novatorum* opponitur iis, qvi pendente lite decreta judicum, vel ſuperiorum, per ſupplices libellos impetrare, vel propria machinatione, nova qvædam, non qvidem judicii mutandi ſed intentionis ſuæ obtinendæ causâ moliri conantur, *l. 2. & t. 1. C. ut lit. pend. & c. nulli lit. ſuppl. 1. C. de exc. rei jud. N. 113. pr. & c. 1. c. ſi 11. 2. Ut lit. pend. nil. innov. in 6.* R. A. *de Anno* 1654. §. Und wann gegen die.

§. 33. *Exceptio præjudicii* excludit actionem, per qvam alii, vel jam inſtitutæ vel mox inſtituendæ actioni præjudicium fieret, *l. 1. fam. erc. l. 13. 16. 18. 21. de exc. l. 54. de jud.*

§. 34. *Prima inſtantia* exceptio locum invenit, qvando præterito inferiore atqve immediato judice, coram qvo cauſa prius erat excutienda, ante ſententiam interpoſitamqve appellationem, aditur judex ſuperior & mediatus, *N. 17. c. 3. inf.*

§. 35. *Appellationis non devoluta* exceptio profluit ex cau-

cauſis, propter qvas appellationes non recipiuntur; veluti qvòd appellans mandatum non habuerit, *c. auctoritate. 4. §. inhibemus de privileg. in 6.* aut ab eo provocaverit, a qvo appellare non licet, *l. 1. §. qvib. app. non lic. l. 17. de Minor.* aut ad eum, ad qvem appellatio fieri non poteſt, aut à cauſa, ſumma vel gravamine non appellabili, *Gail. 1. O. 123.*

§. 36. *Appellationis deſertæ* exceptio promanat ex neglectu fatalium appellationis interponendæ, introducendæ & proſeqvendæ, *Auth. Hodie C. 1. appell. c. perſonas. 4. X. de appellat. Add. omninò.* R.A. de anno 1654. §. Deßgleichen ſollen. §. Ob er auch ſchon die Urtheil. §. So dann ſoll ſich der Appellant §. Zumahlen aber iederzeit.

§. 37. *Exceptio loci non tuti*, competit reo ad ejusmodi locum citato, qvo absqve evidenti rerum ſuarum, corporis, vitæ vel famæ periculo pervenire non poteſt, ad hoc, ut ſalvus conductus concedatur, vel ejus ope deficiente; locus vel tempus judicii mutetur, *l. 3. Ex q. c. maj. l. 7. l. 8. l. 63. §. 7. ad SC. Treb. c. 47. X. de appell. Georg. Becht. tr. de ſecur. & ſalv. cond. c. 1. th. 19.*

§. 38. *Termini anguſti*, exceptione reus intra brevius, qvàm per leges vel circumſtantias legitimas par erat tempus, in judicium vocatus, niſi denuò præfigatur amplior terminus reſpondere ſe excuſat, *Auth. Offeratur. Cod. de lit. cont. Novell. 53. c. 5. Novell. 112. c. 3. c. Dilect. 1. c. Expoſuit. 4. X. de dilat.*

§. 39. *Feriarum*, exceptio competit ad diem feriatum citato, ad effugiendam contumaciæ pœnam, ejusve, qvod contra ipſum abſentem judicatum eſt, reſciſſionem, *c. t. ff. & C. de feriis c. omnes. 1. c. conqveſtus eſt 5. X. de feriis. Ord. Cam. Imp. p. 2. t. 32.*

§. 40. *Nullitatis* exceptione reus judicium, ut nullum impugnat, actoremqve vel judicem neglecto juris ordine, adeoq; nulliter proceſſiſſe contendit, *Vid. Vantius. tract. de nullit. proc. & ſent.*

§. 41. *Exceptio laudationis*, ſive *denunciationis* eſt, qvâ conventus reali actione poteſt autorem ſuum, qvi ipſi de evictione obligatus eſt laudare, hoc eſt nominare, & petere, ut ei lis denuncietur, & ad locum judicii vocetur ad reum defendendum, *l. 28. C. de evict. l. 1. C. ubi in rem act.*

§. 42. *Exceptio plus petitionis* eſt, qvâ reus contra acto-

rem plus, *re, tempore*, vel *cauſa* petentem utitur, eum in finem, ut ſi plus *tempore* petat, induciæ duplicentur, expenſæqve reſtituantur; ſin *reliqvis modis* plus fuerit petitum, ut triplum damni inde emergentis ab actore conſeqvatur, §. *33.34.35.24. Inſt. de action.* §. *10. Inſtit. de except. l. 2. & t. t. C. de plus petit.* Ex hodierna verò conſvetudine, plerunqve plus in judicio petentium pœna hæc eſſe ſolet, abſolutio rei ab inſtantia atqve obſervatione judicii, actorisqve in expenſas condemnatio, ſalvo interim manente jure actionis, juſto & debito modo, ac tempore in judicium reducendæ, *Mat. Coler. p. 2. deciſ. 865. n. 3.*

§. 43. *Spolii* exceptio proficit reo intra 15. dies probanti, ſe ab actore, vel in criminalibus à qvocunqve ſpoliatum eſſe, ne ad libellum judici exhibitum, prius reſpondere teneatur, qvam ipſi res ablata fuerit reſtituta, *c. 7. X. de reſtitut. Spoliat. Vid. Berlich. concluſ. 21. p. 8. num. 45.*

§. 44. *Exceptio Moratoria* eſt, qvæ reo, jure ſingulari ex reſcripto Principis acqviſita, præſtat ſecuritatem contra creditores, ne durante dilationis tempore, debitum ab eo efficaciter exigere poſſint, *l. 2. l. 4. C. de precib. Imp. off.*

§. 45. *Exceptio excuſſionis, ſive Ordinis*, datur fidejuſſori, per qvam intendit, prius eſſe conveniendum & excutiendum reum principalem, *Auth. præſente. C. de fidejuſſ. n. 4. c. 1. Vid. Mynſ. cent. 2. O. 15. Gail. 1. O. 27. & 28.*

§. 46. *Exceptio juris retentionis*, competit in genere omnibus, tacitum vel qvaſi pignus in rebus alterius, qvas detinent, obtinentibus, *t. t. ff. & C. ex qvib. cauſ. tac. pign.*

§. 47. *Exceptio diviſionis* eſt, cujus beneficio reus, plures habens unius ejusdemqve cauſæ confidejuſſores, ſe tueri poteſt, ne in ſolidum excutiatur, ſed ſecundum Epiſtolam D. Hadriani obligatio inter idoneos pro rata dividatur, §. *4. Inſt. de fidejuſſ. l. 26. 27. 28. ff. eod. l. 3. in fin. l. 10. §. f. C. de fidejuſſ. l. f. C. de conſtit. pec.*

§. 48. *Cedendarum actionum* exceptio conceditur fidejuſſori in ſolidum convento contra creditorem, ne cogatur ante ſolvere, qvàm ipſi actiones in principalem & reliqvos, ſi qvi ſunt, fidejuſſores cedantur, *l. 39. l. 11. C. de fidejuſſor. num. 4. c. 1. in fin.*

§. 49. *Inventarii nondum confecti* exceptionem nova Juſti-

Juſtiniani Conſtitutio C. *de jur. de lib.* ſuppeditat heredibus, ne, ſi res præſto ſint, intra trimeſtre, vel ſi abſuerint, annale ſpacium, ad inventarii confectionem indultum, à creditoribus hæreditariis cum effectu conveniri, vel exigi qveant, *l. f.* §. 4. *C. de jur. delib.*

§. 50. *Exceptio ſolutionis* eſt defenſio, qvæ reo, ſive principali, ſive fidejuſſori, in facto ſolutionis ſe fundanti compe-tit adverſus actorem, contra bonam fidem iterum exigentem: qvod jam tum ſolutum eſt, ad hoc, ut petitio illius prorſus excludatur ac perimatur, *pr. Inſt. qvib. mod. toll. obl. l. 95. §. 1. l. 9. §. 1. de ſolut. l. 29. de exc. l. 57. de R. J.* Huc pertinet *exceptio alterius tanti uſurarii.*

§. 51. *Novationis exceptio* datur debitori, per expreſſam novæ obligationis conſtitutionem liberato, adverſus creditorem diſſimulata novatione debitum exigentem, §. 3. *Inſt. qvib. mod. toll. obl. l. 1. l. 2. ff. de novat.*

§. 52. *Delegationis exceptio* eſt jus, reo ex alterius debitoris ſemel approbata ſubſtitutione qvæſitum, excludens creditorem, poſtea nihilominus contra ipſum agere volentem, *l. 11. l. 17. de novat. & deleg.*

§. 53. *Acceptilationis exceptio* comparatur reo, ex ſolenni promiſſione creditoris debitum accepto ferentis, ne illud in poſterum ab eo exigi poſſit, §. 1. *& ſeqq. Inſt. q. m. toll. obl. l. 1. l. 8. §. 3. de acceptilat.*

§. 54. *Solennis obſignationis* exceptionem conſeqvitur ex totius debiti juſta oblatione, ejusqve ſi creditor recipere nolit, obſignati depoſitione, ad hoc ne ſortis vel uſurarum nomine qvicqvam ulterius creditori teneatur, *l. 9. C. de ſolut. l. 6. l. 19. C. de uſur. l. 13. §. 8. de act. emt.*

§. 55. *Compenſationis* exceptio datur reo, qvi actorem viciſſim ex debito liqvido, vel incontinenti probabili, obligatum ſibi habet, ad effugiendam alius ſolutionis præſtationem, *§. 29. Inſt. de action. l. ult. C. de compenſat. l. ſi conſtat. C. eod.*

§. 56. *Confuſionis* exceptio obſtat agenti ex obligatione defuncti, cui ipſe ſucceſſit, *l. 5. C. de hered. act. l. 14. C. de R. V.*

§. 57. Exceptio *ſub & obreptionis* ſive *Mendaciorum præſcriptio* opponitur mandatis, reſcriptis atqve inhibitionibus à principe, vel judice, per retinentiam veri, & ſugge-

ſtionem falſi circa negotium principale impetratis,ut revocentur, & actor in expenſas condemnetur, *l. 19. ad L. Corn. de falſ. l. 2. C. ſi contr. jus. c. ſi ſuper lite 20. c. Poſtulaſti.27.X. de reſcriptis.*

§. 58. *Doli* exceptio alia *Generalis*, alia *Specialis* eſt. *Generalis* regulariter competit reo, actione aliqva convento qvam per defenſionis æqvitatem infringere poteſt, *l. 12. de dol. exc l. 2. §. 5. eod. Specialis* naſcitur ex dolo,qvi in ipſo principali negotio in judició deducto commiſſus eſt §.1. *Inſt. de exc.*

§. 59. *Metus* exceptio conceditur ei,qvi gravi metu compulſus aliqvid facit,omiſit,vel paſſus eſt.*l.9. de contr. ſtip. l.5. C. de inut. ſtip. l.6. qvod met. cauſ.*

§. 60. *Non numeratæ pecuniæ exceptio* patet *debitori* biennium, *creditori* verò ad triginta dies usqve, ſi ſcriptura qvadam confeſſi ſint, ſe certam pecuniæ ſummam accepiſſe, qvæ tamen ipſis numerata non eſt,ad repetendum, vel annihilandum chirographum,vel apocham, *§. un. I. de l. it. obl. §. 1. I. de except. l.* 8. *l. 10. l. 14. C. de num. pec.*

§. 61. *SC. Macedoniani* exceptio opponitur iis,qvi ſcientes filiisfam. in poteſtate conſtitutis, absqve parentum conſenſu mutuam dedére pecuniam,ad fugiendam reſtitutionis neceſſitatem, §. *7. I. Qvid cum eo qvi in al. pot. t. t. ff. & C. de SC. Maced.*

§. *62. SCti Vellejani* exceptio competit mulieribus, qvæ pro aliorum obligatione interceſſerunt, ne eo nomine promiſſum ab illis exigi poſſit, *t. t. ff. & C. de SC. Vellej.*

§. *63. Exceptio SC. Treb.* datur heredi ſcripto adverſus fideicommiſſarium, totius hereditatis reſtitutionem poſtulantem,vel actiones pro rata ſubire nolentem,*l.28. §. 1. de jud. l. 1. §. 8. Qvand. de pec. act. §. 7. I. de fideic. her. l. 2. C. ad SC. Treb.*

§. *64. Exceptio inculpatæ* ſive *Moderatæ tutelæ* hanc ipſam jus naturæ ſuppeditat reo qvi vim atqve injuriam vel imminentem, vel jam illatam, vi, ita ex continenti repulit, ac ſe ſuaqve defendit, ut culpa nulla, vel ante defenſionem, vel in ipſa,vel poſt illam circa modum defendendi commiſſa,ei imputari qveat,*l. 3. de juſt. & jur. l. 45. §. 4. l. 52. §. 1. ad L. Aqvil. l. 1. C. unde vi l.* 1. *§. 27. l. 3. §. 9. de vi D. vi arm. l. 5. §. ult.*

ult. Qvod met. cauſ. l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 9. ad L. Corn. de ſicar.

§. 65. Exceptio *renunciati juris ſui* eſt, qvam opponit reus autori, qvi juri alieno vel beneficio ſibi contra reum competenti, renunciavit.

§. 66. *Exceptio petitorii, vel dominii* eſt, qva reus in rem actione poſſeſſoria conventus, actori ſuum in re controverſa dominium in continenti probandum opponit, & repellit qvòd in Publiciana freqvens eſt, in reali qvavis; item in poſſeſſoriis, tàm adipiſcendæ qvàm retinendæ, *l. illi à qvo* §. 1. *ad SC. Treb. l. 3. ff. ad exhib. c. literas de rest. ſpol.* Secus regulariter in poſſeſſionis recuperandæ actione, qvia ſpoliatus aut omnia ſit reſtituendus, *l. 1. Si per vim vel al. mod. l. 7. C. ad L. Jul. de vi c. 1. de reſt.* Spol. Vid. *Menoch. recup. poſſ. rem. 8. n. 13.*

§. 67. *Exc. Pacti de non petendo* excludit actorem petentem id, qvod pacto perpetuo, ſive expreſſo, ſive tacito remiſit, § 3. *Inſtit. de except. l. 1. pr. l. 7. §. 7. l. 27. §. 2. de pact. Bachov. ad Tr. 2. diſp. 26. th. 6. lit. B.*

§. 68. *Exc. Jurisjurandi* competit, qvando vel planè extra judicium, coram prætore, in jure ante litem conteſtatam juratum eſt, actor tamen eo non attento, litem malitiosè reſuſcitare velit. §. 4. *Inſt. de except. l. 7. de jurejur.* Qvod ſi verò jusjurandum neceſſarium ſive ſuppletorium, vel etiam judiciale præſtitum ſit, non hæc, ſed rei judicatæ exceptio naſcitur, qvoniam illa juramenta ſeqvi ſolet ſententia. *Bach. ad Tr. 2. diſp. 26. th. 6. lit. C D. Struv. exerc. 17. th. 58. & 35.*

§. 69. *Exc. perjurii* opponitur illi, qvi eam actionem huic intendit, cui, ne illam ſic intenderet ſibi, jurejurando obſtrictus fuit.

§. 70. *Exc. Tranſactionis* opponitur actori, qvi transactioni legitimè initæ contravenire nititur, *l. 4. C. l. 17. Cod. de transact.*

§. 71. *Exc. Præſcriptionis*, datur reo convento, contra dominum rei vindicatione utentem, ſi rem non vitioſam, & juſto titulo acqviſitam, per certum, ac ea lege definitum temporis ſpatium, bona fide, & continuò poſſedit, *l. 6. Cod. de jur. fiſc. t. t. de uſucap.*

§. 72. *Exc. Inventarii confecti* competit heredi, qvi cum

beneficio inventarii hereditatem adiit, vel ſeſe immiſcuit, qvo facto, hereditatis nomine ultra vires hereditarias nemini tenetur, *l.f.C. de jur. delib.*

§. 73. *Rei vendita* exceptio conceditur emtori, ejusqve ſucceſſoribus, tam ſingularibus, qvàm univerſalibus, contra contra venditorem, ejusqve ſucceſſores, qvi rem ſuam, vel alienam à ſe, vel anteceſſore venditam, poſtmodum autem à vero domino qvæſitam, vindicare volunt, *l.1.pr.& t.t.ff. de except. rei vend.*

§. 74. *Exceptio nondum ſoluti pretii*, emtori, rem ante pretii ſolutionem, vel realem oblationem petenti obſtat, *l.13.§.8. de act.emt.l.31.§.8.l.57.pr.de adil.edict.n.136.c.3.Gail.2.O.17.*

§. 75. *Rei judicatæ exceptionem* reus à lite ſibi qvondam mota abſolutus eidem actori eandem litem denuò moventi opponit, §.5.*l.de except. l.6.l.§.4.l.12.l.13.l.27.de exc.rei jud. l.3. l.4. C. Depoſit.*

§. 76. *Simulatio* una qvoqve eſt exceptionem peremtoriarum, qvando videlicet aliqvis decipiendi causâ aliud tacitè agit, expreſſim aliud ſimulat, ut cùm fœneratur contractum mutui colore venditionis obſcurat, qvo caſu venditio ipſo jure nulla eſt, cum conſenſum non habeat hinc vulgatum illud, plus valere qvod agitur, qvàm qvod ſimulatè concipitur, *t.t.C. plus valer.qvod ag.* De hac exceptione ejusdemqve formula plura tradit *Coler.*

§. 77. Qvando *Peremtoriæ Exceptiones* ante lit. conteſt. contra Proceſſum opponuntur, dicuntur *in vim dilatoriarum* opponi. Qvia inſtar dilatoriarum ante L.C. opponuntur ad hoc, ut litis ingreſſum præcludant, qvemadmodum dilatoriæ tamdiu litis ingreſſum impediunt, donec à judice rejiciantur, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 69. num 36.*

§. 78. *Exceptiones peremtoriæ contra Proceſſum* opponi dicuntur, ſi reus dicat: Dn. Judex, non poteſtis procedere, qvia habeo talem exceptionem &c. *Contra merita cauſa verò*, Si Reus ita excipiat; Ego nihil debeo, qvia habeo exceptionem &c. In dubio autem Exceptionem ad merita cauſæ oppoſitam videri ex Dd. docet *Umm. diſp.* 8 *n. 7.*

EXHEREDATIO. §. 1. *Exheredatus* dicitur dupliciter (1) *propriè* & à priori, jure patriæ poteſtatis ab hereditate exclu-

cluſus, *arg. pr. J. de her. inſtit.* (Eſt enim exheredatio jus vel effectus ſaltem patriæ poteſtatis.) (2) *latè ratione effectus* qvi à matre (milite vel alio aſcendente per lineam maternam) præteritus: Nam illa præteritio eſt ſilentio facta exheredatio, *l.12. pr. de bon. lib.* & tribuitur ipſi effectus exheredationis paternæ. *§.f. Inſt. de exher. lib. pr. Inſt de inoff. teſt. l.10. C. eod.* Secus ac hodie *Nov. 115. c. 3. pr. ibi patri vel matri*, D. *Hahn ad Weſ. ff. de inoff. teſtam. n. 3.*

§. 2. *Exheredatio* dicitur privatio hereditatis, *D. Hahn. d. tit. pag. 605. in med.*

§. 3. Eſtqve duplex vel *formalis*, qvæ ſecundum præſcriptum in legibus modum ac formam eſt facta, v.g. ſi teſtator expreſsè & nominatim filium ſum exheredet; vel *cauſalis*, qvæ fit ex cauſa, à Juſtiniano in *Nov. 115.* expreſsâ. Deinde alia eſt, qvæ fit *boná mente*, *l. 18. ff. de lib. & poſth. l. 3. §. 3. ff. de Uſuris*. alia, qvæ fit *malá mente* & injuriam infert. *arg. d. l. 18. l. 8. pr. ff. de bon. poſſ. contra tabb. l. 1. §. 5. ff. de aſſign. libert.*

EXPROMISSOR. §. 1. *Fidejuſſor* etiam *adpromiſſor* dicitur, *l. 5. §. 2. de V. O. l. 43. de ſolut. l. 63. §. 4. Sol. matrim.* A qvo alius eſt *expromiſſor*, qvi idem cum alio non promittit, nec obligationi alienæ, & ipſi nihilominus ſubſiſtenti, ſolùm accedit, ſed ex promiſſione prior obligatio exſtingvitur, & aliena per novationem ſuſcipitur. *l. 7. §. 8. de dol. l. 7. in fin. de op. lib. l. 4. de cond. c. dat. l. 8. §. 8. ad SC. Vell l. f. de SC. Mac.* *Expromiſſio* itaqve eſt, qvando qvis animo novandi intervenit & promittit id ſolvere creditori meo, qvod ego debeo; liberat namqve meis, qvi qvod debeo promittit, etiam ſi nolim. Non verò ſi qvis ſtipuletur, à debitore meo, qvod mihi debetur, actionem mihi aufert, niſi ex voluntate mea ſtipuletur, *l. 8. §. f. de novat.*

EXPENSÆ. §. 1. *Expenſæ* in ſpecie dicuntur, qvæ propter litem fiunt, *l. properandum. §. C. de judic.* *Impenſæ* in ſpecie vocantur, qvæ propter ipſam rem non controverſam erogantur. *Expenſæ* igitur propriè dicuntur, qvæ juris noſtri conſeqvendi causâ in judicio factæ ſunt, *l. 13. §. 2. verſ. ſine autem, cum §. 6. l. 15. Cod. de jud.* *vulgò* die Gerichts-Koſtung/ nuncupatæ.

§. 2. *Expenſæ ſunt delicatæ, aut neceſſariæ.* *Delicatas* ita vocant text. *in l.25.in f.de pign.act.*& eas eſſe volunt, qvas litigantes ſua ſponte non exigente cauſa fecerunt. Veluti ſi qvis aliqvid arrharum nomine largiter dederit,aut annuum ſalarium pro navanda opera munificè conſtituerit, *Gail.1. O.151. pr.* Has expenſas alii vocant *voluntarias*, alii *utiles*. *Neceſſarias* ita nominant propter *text.in c.pen.in fin.X. de eo qvi mitt. in poſſ.* & eas eſſe docent, qvæ juxta judiciorum morem ſolitum & conſvetum factæ ſunt, & ſine qvibus cauſa expedire non potuit. Alibi iſtæ expenſæ *legitimæ* & *moderatæ* vocantur, *in c.6.in f.X. de dol. & cont.* *Umm.diſputat.ad proceſſ.22.theſ.4.*

EXPRESSUM. §. 1. *Expreſſum* etiam illud dicitur,qvod verbis æqvipollentibus proponitur. *Bacchov. ad Treutl.vol.2. d.14.th.5. lit.B. Finckelthuſ.obſ.120.*

EXTRAJUDICIALE. §. 1. Illud dicitur *extrajudiciale*, in qvo non ordine judiciorum ſolemni proceditur, *§.f.Inſtit. de interd.l. antepen. De neg. geſt.* *Weſenbec. 1. conſ. 1. num.31. Jac. Ayrer. Proceſſ.p.1. c.16.obſ.1.n.7.* *vid.voc.* Judicium. §.24.

FONS. §. 1. *Fons* à fundendo dicitur, qvod inde aqva fundatur, qvam Ulpianus vivam vocat ex perpetua qvadam cauſa, *l.1.§.4.ff de fonte.* Qvare à *ciſterna* in hoc differt. *Ciſterna* inde dicitur qvod ſit cis, hoc eſt, infra terram. Nam ciſterna non habet perpetuam cauſam, nec vivam aqvam: ſed locus eſt ad colligendam aqvam pluviam aptus, *d.l.1.§.4. Oldendorp. claſſ.2. act.8.*

§. 2. *Fons* diſtat à *puteo*, qvòd cùm aqva de terra manat, & uſui ſeſe haurientibus præbet, tunc *fons* dicitur: Ein flieſſender Brunn oder Born. *Fons* igitur eſt in ſummo. Ubi verò in imo & profundo eſt, ibi *puteus* appellatur, ein Galg-Brunn/ Sood/ ut tamen fontis nomen non amittat. Nam omnis puteus fons eſt, non autem omnis fons puteus, *Oldendorp.d.l.* Ex fonte aqvæ ductus vel aqvæ hauſtus, conſtitui poteſt, *l.34. §.1. de Serv.Ruſt.Præd.* ex puteo aqvæ hauſtus, non aqvæ ductus: nec omnis habet aqvam vivam, *d.l.1.§.4.* Omnis fons habet, *Wiſſenbach.2.ff.diſp.23.th.14.*

§. 3. *Interdictum de fonte*,qvid ſit, *vid. tit. Interdictum.*

FA-

FACTUM. FACERE. §. 1. Qvæſtiones de obſcuro vel ambiguo noſtri auctores appellant, *Qvæſtiones facti*, non *juris*, qvoniam in iis qværitur, qvæ fuerit mens Teſtatorum, vel contrahentium, ideoqve conjecturis probabilibus dijudicantur, *l. 122. de V. S. l. 50. §. ult. de leg. 1. l. 47. de don. int. vir. l. 127. de V. S. vid. lit. Q.*

§. 2. *In factum extra ordinem dari ſolita*, dicitur ferè tripliciter (1) *actio in factum prætoria*, dicitur illa, qvæ ex jurisdictione prætoris eſt, cui opponitur *actio civilis*, ſive *condictio ex lege*. (2) *actio in factum ſubſidiaria*, qvæ datur in ſubſidium. Hæc iterum dupliciter dicitur, (1) *latè*, qvæcunqve qvovis modo in ſubſidium datur: qvomodo & civilis utilis vocatur actio in factum, *l. p. 53. de L. Aqvil.* (2) *Strictius*, qvæ ex mera æqvitate, juſtitia univerſali, alia actione deficiente accommodatur: qvod fit duobus caſibus, *primò* ob qvalitatem perſonæ, *ſecundò* ob caſum occurrentem, cui nec verba nec mens legis accommodari poſſunt. Et hoc in poſteriori ſignificatu actioni in factum opponitur *actio directa & utilis*. §. *ult. l. de L. Aqvil.* (3) *Actio in factum civilis*, item præſcriptis verbis: qvæ dabatur ſecundum factum, & ut erat narrata, ſeu qvia factum & rem, uti geſta erat, demonſtrat. Opponitur ei *actio nominata*, qvæ directa qvodammodo eſt, unde qvæ præſcriptis verbis vocatur utilis dicitur, *l. 6. Cod. de transact.* Hæc vera ſunt de actione in factum, qvatenus ex contractibus oritur. Nam aliter actiones ex delictis deſcendentes, in factum dicuntur, *l. 25. §. 1. fin. Q. & A. l. 12. de in jus voc. Vid. D. Hahn. ad* Weſenbecium, *de æſtimat. act. D. Struv. exerc. 25. theſ. 23.*

§. 3. *Factum civile* diſtingvi ſolet in *abſolutum*, qvod in ſpecie dicitur actus, *arg. l. 19. de V. S. l. 1. Cod. de fund. dot. l. 77. de R. J. & Obligatorium*, qvo qvis alteri obligatur, & ex qvo ei, qvi alium obligatum habet, jus ad rem competit; cujusmodi factum eſt triplex (1) conventio, *l. 1. § 3. de pact.* ſeu ſpecialiori nomine, pactum, *l. 3. de pollic.* (2) delictum, *l. 14. de pet. hær. l. 1 de O. & A.* (3) pollicitatio, qvæ eſt unius voventis aut offerentis promiſſum, *l. 2. l. 3. de pollic. c. 6. 7. de vot. D. G. Ad. Struv. Exerc. 6. th. 4.*

§. 4. Verbum *facere* modò relatè opponitur verbo *dare*,

hoc eſt, dominium transferre, & propriè ſignificat factum; idqve à juris translatione nudum, *ut foſſam fodere, Capuam ire, dolum malum abeſſe*: Imò etſi aliqvid juris contineat, veluti *rem ratam haberi*, item, *habere licere: per te non fieri qvò minùs eam agam. l. 2. §. 5. l. 3. l. 4. de V. O.* tamen iſtud jus ita ineſt huic facto, ut ex eo qvid rectè factum, vel non factum perhibeatur, *D. Wiſſenbach. ad l. 218. de V. S.* Modò hoc verbum *facere* abſolutè ponitur & continet etiam factum meri juris cujusmodi eſt *dare*, hoc eſt dominium transferre, ut in *l. 18. l. 25. l. licet. l. 175. l. 89. de V. S.* Sed & generalis pro omni omninò facto ponitur, veluti pro ſolutione, redditione, numeratione, ambulatione, *l. 218. l. 175. de V. S. l. 10. de re jud. l. 4. pr. qvod cum eo qvi in al. l. 60. pr. de cond. & dem.* Et Alfenus *facere* pro *vivere* dixit, *l. 14. §. 1. de ſtat. lib. l. 11. §. qvidam. ad L. Jul. de adult. Gœdd. ad l. 218. de V. S.*

§. 5. Verbum, *facere, oportere*, hanc qvoqve ſignificationem habet, ne qvid contra id fiat, qvod faciendum ſit, *l. 189. de V. S. l. 121. de R. J.* Itaqve in illa ſtipulatione, *Per te non fieri*, non ſignificatur, nihil te facturum, qvo minus facere poſſim, ſed curaturum, ut facere poſſim, *l. 50. de V. O.* Et conditio in faciendo conſiſtens *non factum* includit, *l. 31. de cond. & dem.* Itaqve ſi locator aliqvid *dare facere* promiſit, puto, ut ſecurè conductor habitet, vel colat, vel ut prædia ſint ſarta tectaqve, ſimul hoc etiam promiſiſſe cenſetur, ne uti frui impediatur, ne incolendo à qvoqvam turbetur vel moleſtetur; & ut locator curet, ne qvid fiat, qvo habitandi colendiqve ratio interpelletur, aut prædia fiant deteriora, *l. 7. l. 8. l. 9. Locat. l. 22. l. 24. l. 25. §. eod. Gœdd. ad l. 189. de V. S.*

§. 6. De verbis *ipſo jure*, & *ipſo facto*, *vid. voc. jus.*

FABER. §. 1. *Fabros tignarios* dicimus non eos duntaxat, qvi tigna dolarent, ſed omnes qvi ædificarent, cujusmodi ſunt tectores, materiarii, parietarii, cæmentarii, *l. 235. §. 1. de V. S.*

FODRUM. §. 1. *Fodrum* nihil eſt aliud qvàm qvod Germani dicunt Futter und Mahl/ oder Atzung in einem Cloſter/ oder Commenthurey/ *Sixtin. de regal. l. 2. c. 14. num. 3. Mager. de Advoc. arm. cap. 10. num. 232.*

FAL-

FALCIDIA. §. 1. *Falcidia* eſt portio qvartæ partis debitæ hæredi ex legatis, vel fideicommiſſis particularibus, *Tuſch lit. B. concluſ. 36.* Reſtrictus namqve eſt modus legandi per Legem (*ſeu plebiſcitum vim legis habens*) Falcidiam à *P. Falcidio Tribuno plebis latam*: qvâ cavetur, ne ultra dodrantem hæreditatis ſuæ teſtatori legare liceret, & ſi qvid ultra legatum fuerit, diminutionem patiatur, ſeu tantum legatis detrahatur, qvantum dodrantem excedunt, ut ſcilicet apud heredem heredesvé pars qvarta integra remaneat, *l. 91. ad L. Falcid. pr. J. eod.* tum ipſius heredis causâ, *l. 17. eod.* tum etiam teſtatorum gratiâ, ut effectum habeat ultima voluntas, *d. pr.*

FALSUM. §. 1. *Falſitas* nihil aliud eſt qvàm mutatio veritatis, *Nov. 23. pr. Tuſch. lit. F. concluſ. 41.*

§. 2. *Falſum* dicitur (1) *latiſſimè*, ut ſi qvid non valet, dicitur falſum, ſive ſit cum dolo, ſive ſine dolo, *Alex. lib. 1. conſ. 73. num. 5.* (2) *Largè* dicitur falſum omnis mutatio veritatis, qvæ in ſe habet dolum, *Gemin. conſ. 26. num. 4. Alex. d. n. 5.* (3) *Strictè* dicitur falſum id, qvod incidit in aliqvod caput Legis Corneliæ de falſis, ideoqve non omnis deceptio vel error eſt falſitas ſtrictè & propriè, *Tuſch. lit. F. concluſ. 42.*

§. 3. *Crimen falſi* eſt veritatis immutatio vel ſuppreſſio in alterius fraudem improbè facta, *l. 6. §. 2. l. 23. ad L. Corn. de falſ. l. 20. C. eod. Qvod variè committitur, vid. Dd. ad d. t.*

§. 4. Dividitur (1) in *Verum*, qvod L. Cornelia de falſis notatur, ut qvod committitur circa teſtamenta & nummos *l. 1. §. 2. l. 14. 15. pr. & §. 1. l. 30. pr. §. 8. 9. 19. π. de L. Corn. de falſis, & qs. falſum*, qvod non hac lege, ſed aliis Conſtitutionibus & SCtis notatur, e. g. ſi qvis rationes, inſtrumenta falſaverit, *l. 1. §. 4. l. 9. §. 3. π. eod.* (2) *Perſonale*, qvod circa perſonam committitur, ut Crimen ſuppoſiti partus, mutatio nominis, teſtium ſubornatio, judicis corruptio, & *Reale*, qvod circa res committitur; Eſtqve vel *Verbale*, qvod fit verbis, vel *ſcriptum* qvod fit ſcriptura, vel *reale*, qvo res ipſa falſatur vel in totum, vel pro parte.

§. 5. Actio ex Edicto, *Si menſor falſum modum dixerit*, eſt, qvæ competit ei, cujus intereſt falſum modum renunciatum

rem plus, *re, tempore*, vel *cauſâ* petentem utitur, eum in finem, ut ſi plus *tempore* petat, induciæ duplicentur, expenſæqve reſtituantur; ſin *reliqvis modis* plus fuerit petitum, ut triplum damni inde emergentis ab actore conſeqvatur, §. *33. 34. 35. 24. Inſt. de action.* §. *10. Inſtit. de except. l. 2. & t. t. C. de plus petit.* Ex hodierna verò conſvetudine, plerunqve plus in judicio petentium pœna hæc eſſe ſolet, abſolutio rei ab inſtantia atqve obſervatione judicii, actorisqve in expenſas condemnatio, ſalvo interim manente jure actionis, juſto & debito modo, ac tempore in judicium reducendæ, *Mat. Coler. p. 2. deciſ. 865. n. 3.*

§. 43. *Spolii* exceptio proficit reo intra 15. dies probanti, ſe ab actore, vel in criminalibus à qvocunqve ſpoliatum eſſe, ne ad libellum judici exhibitum, prius reſpondere teneatur, qvam ipſi res ablata fuerit reſtituta, *c. 7. X. de reſtitut. Spoliat. Vid. Berlich. concluſ. 21. p. 8. num. 45.*

§. 44. *Exceptio Moratoria* eſt, qvæ reo, jure ſingulari ex reſcripto Principis acqviſita, præſtat ſecuritatem contra creditores, ne durante dilationis tempore, debitum ab eo efficaciter exigere poſſint, *l. 2. l. 4. C. de precib. Imp. off.*

§. 45. *Exceptio excuſſionis, ſive Ordinis*, datur fidejuſſori, per qvam intendit, prius eſſe conveniendum & excutiendum reum principalem, *Auth. præſente. C. de fidejuſſ. n. 4. c.* 1. *Vid. Mynſ. cent.* 2. *O.* 15. *Gail. 1. O. 27. & 28.*

§. 46. *Exceptio juris retentionis*, competit in genere omnibus, tacitum vel qvaſi pignus in rebus alterius, qvas detinent, obtinentibus, *t. t. ff. & C. ex qvib. cauſ. tac. pign.*

§. 47. *Exceptio diviſionis* eſt, cujus beneficio reus, plures habens unius ejusdemqve cauſæ confidejuſſores, ſe tueri poteſt, ne in ſolidum excutiatur, ſed ſecundum Epiſtolam D. Hadriani obligatio inter idoneos pro rata dividatur, §. *4. Inſt. de fidejuſſ. l. 26. 27. 28. ff. eod. l. 3. in fin. l. 10. §. f. C. de fidejuſſ. l. f. C. de conſtit pec.*

§. 48. *Cedendarum actionum* exceptio conceditur fidejuſſori in ſolidum convento contra creditorem, ne cogatur ante ſolvere, qvàm ipſi actiones in principalem & reliqvos, ſi qvi ſunt, fidejuſſores cedantur, *l. 39. l. 11. C. de fidejuſſor. num. 4. c. 1. in fin.*

§. 49. *Inventarii nondum confecti* exceptionem nova Juſti-

Juſtiniani Conſtitutio C. *de jur. de lib.* ſuppeditat heredibus, ne, ſi res præſto ſint, intra trimeſtre, vel ſi abſuerint, annale ſpacium, ad inventarii confectionem indultum, à creditoribus hæreditariis cum effectu conveniri, vel exigi qveant, *l. f.* §. 4. *C. de jur. delib.*

§. *50. Exceptio ſolutionis* eſt defenſio, qvæ reo, ſive principali, ſive fidejuſſori, in facto ſolutionis ſe fundanti, competit adverſus actorem, contra bonam fidem iterum exigentem: qvod jam tum ſolutum eſt, ad hoc, ut petitio illius prorſus excludatur ac perimatur, *pr. Inſt. q̃vib. mod. toll. obl. l. 95.* §. *1. l. 9.* §. 1. *de ſolut. l. 29. de exc. l. 57. de R. J.* Huc pertinet *exceptio alterius tanti uſurarii.*

§. *51. Novationis exceptio* datur debitori, per expreſſam novæ obligationis conſtitutionem liberato, adverſus creditorem diſſimulata novatione debitum exigentem, §. *3. Inſt. q̃vib. mod. toll. obl. l. 1. l. 2. ff. de novat.*

§. *52. Delegationis exceptio* eſt jus, reo ex alterius debitoris ſemel approbata ſubſtitutione qvæſitum, excludens creditorem, poſtea nihilominus contra ipſum agere volentem, *l. 11. l. 17. de novat. & deleg.*

§. 53. *Acceptilationis exceptio* comparatur reo, ex ſolenni promiſſione creditoris debitum accepto ferentis, ne illud in poſterum ab eo exigi poſſit, §. 1. *& ſeqq. Inſt. q. m. toll. obl. l. 1. l. 8.* §. *3. de acceptilat.*

§. *54. Solennis obſignationis* exceptionem conſeqvitur ex totius debiti juſta oblatione, ejusqve ſi creditor recipere nolit, obſignati depoſitione, ad hoc ne ſortis vel uſurarum nomine qvicqvam ulterius creditori teneatur, *l. 9. C. de ſolut. l. 6. l. 19. C. de uſur. l. 13.* §. *8. de act. emt.*

§. 55. *Compenſationis* exceptio datur reo, qvi actorem viciſſim ex debito liqvido, vel incontinenti probabili, obligatum ſibi habet, ad effugiendam alius ſolutionis præſtationem, §. *29. Inſt. de action. l. ult. C. de compenſat. l. ſi conſtat, C. eod.*

§. 56. *Confuſionis* exceptio obſtat agenti ex obligatione defuncti, cui ipſe ſucceſſit, *l. 5. C. de hered. act. l. 14. C. de R. V.*

§. 57. Exceptio *ſub & obreptionis* ſive *Mendaciorum præſcriptio* opponitur mandatis, reſcriptis atqve inhibitionibus à principe, vel judice, per retinentiam veri, & ſugge-

ſtionem falſi circa negotium principale impetratis,ut revocentur, & actor in expenſas condemnetur, *l. 19. ad L. Corn. de falſ. l. 2. C. ſi contr. jus. c. ſi ſuper lite 20. c. Poſtulaſti.27.X. de reſcriptis.*

§. 58. *Doli* exceptio alia *Generalis*, alia *Specialis* eſt. *Generalis* regulariter competit reo, actione aliqva convento qvam per defenſionis æqvitatem infringere poteſt, *l. 12. de dol. exc l. 2. §. 5. eod. Specialis* naſcitur ex dolo,qvi in ipſo principali negotio in judiciô deducto commiſſus eſt §.1. *Inſt. de exc.*

§.59. *Metus* exceptio conceditur ei,qvi gravi metu compulſus aliqvid facit,omiſit,vel paſſus eſt,*l.9. de contr. ſtip. l.5. C. de inut. ſtip. l.6. qvod met. cauſ.*

§. 60. *Non numeratæ pecuniæ exceptio* patet *debitori* biennium, *creditori* verò ad triginta dies usqve, ſi ſcriptura qvadam confeſſi ſint, ſe certam pecuniæ ſummam accepiſſe, qvæ tamen ipſis numerata non eſt,ad repetendum, vel annihilandum chirographum,vel apocham, *§.un. I.de l.it. obl. §. 1. I. de except. l.8. l.10. l.14. C. de num. pec.*

§. 61. *SC. Macedoniani* exceptio opponitur iis,qvi ſcientes filiisfam. in poteſtate conſtitutis, absqꝫ parentum conſenſu mutuam dedére pecuniam,ad fugiendam reſtitutionis neceſſitatem, §. *7. I. Qvid cum eo qvi in al. pot. t. t. ff. & C. de SC. Maced.*

§. 62. *SCti Vellejani* exceptio competit mulieribus, qvæ pro aliorum obligatione interceſſerunt, ne eo nomine promiſſum ab illis exigi poſſit, *t.t. ff. & C. de SC. Vellej.*

§. 63. *Exceptio SC. Treb.* datur heredi ſcripto adverſus fideicommiſſarium, totius hereditatis reſtitutionem poſtulantem,vel actiones pro rata ſubire nolentem,*l.28. §.1. de jud. l.1. §.8. Qvand. de pec. act. §.7. I. de fideic. her. l. 2. C. ad SC.Treb.*

§. 64. *Exceptio inculpata* ſive *Moderata tutelá* hanc ipſam jus naturæ ſuppeditat reo qvi vim atqꝫ injuriam vel imminentem, vel jam illatam, vi, ita ex continenti repulit, ac ſe ſuaqve defendit, ut culpa nulla, vel ante defenſionem, vel in ipſa,vel poſt illam circa modum defendendi commiſſa,ei imputari qveat,*l. 3. de juſt. & jur. l. 45. §. 4. l. 52. §. 1. ad L. Aqvil. l. 1. C. unde vi l. 1. §. 27. l. 3. § 9. de vi D. vi arm. l. 8. §. ult.*

ult. Qvod met. cauſ. l. 6. C. ad L. Jul. de Vi publ. l. 9. ad L. Corn. de ſicar.

§. 65. Exceptio *renunciati juris ſui* eſt, qvam opponit reus autori, qvi juri alieno vel beneficio ſibi contra reum competenti, renunciavit.

§. 66. *Exceptio petitorii, vel dominii* eſt, qva reus in rem actione poſſeſſoria conventus, actori ſuum in re controverſa dominium in continenti probandum opponit, & repellit qvòd in Publiciana freqvens eſt, in reali qvavis, item in poſſeſſoriis, tàm adipiſcendæ qvàm retinendæ, *l. illi à qvo* §. 1. *ad SC. Treb. l. 3. ff. ad exhib. c. literas de rest. ſpol.* Secus regulariter in poſſeſſionis recuperandæ actione, qvia ſpoliatus aut omnia ſit reſtituendus, *l. 1. Si per vim vel al. mod. l. 7. C. ad L. Jul. de vi c. 1. de reſt.* Spol. Vid. *Menoch. recup. poſſ. rem. 8. n. 13.*

§. 67. *Exc. Pacti de non petendo* excludit actorem petentem id, qvod pacto perpetuo, ſive expreſſo, ſive tacito remiſit, § 3. *Inſtit. de except. l. 1. pr. l. 7. §. 7. l. 27. §. 2. de pact. Bachov. ad Tr. 2. diſp. 26. th. 6. lit. B.*

§. 68. *Exc. Jurisjurandi* competit, qvando vel planè extra judicium, coram prætore, in jure ante litem conteſtatam juratum eſt, actor tamen eo non attento, litem malitiosè reſuſcitare velit. §. 4. *Inſt. de except. l. 7. de jurejur.* Qvod ſi verò jusjurandum neceſſarium ſive ſuppletorium, vel etiam judiciale præſtitum ſit, non hæc, ſed rei judicatæ exceptio naſcitur, qvoniam illa juramenta ſeqvi ſolet ſententia, *Bach. ad Tr. 2. diſp. 26. th. 6. lit. C D. Struv. exerc. 17. th. 58. & 35.*

§. 69. *Exc. perjurii* opponitur illi, qvi eam actionem huic intendit, cui, ne illam ſic intenderet ſibi, jurejurando obſtrictus fuit.

§. 70. *Exc. Tranſactionis* opponitur actori, qvi transactioni legitimè initæ contravenire nititur, *l. 4. C. l. 17. Cod. de transact.*

§. 71. *Exc. Præſcriptionis*, datur reo convento, contra dominum rei vindicatione utentem, ſi rem non vitioſam, & juſto titulo acqviſitam, per certum, ac ea lege definitum temporis ſpatium, bona fide, & continuò poſſedit, *l. 6. Cod. de jur. fiſc. t. t. de uſucap.*

§. 72. *Exc. Inventarii confecti* competit heredi, qvi cum

 bene-

beneficio inventarii hereditatem adiit, vel ſeſe immiſcuit, qvo facto, hereditatis nomine ultra vires hereditarias nemini tenetur, *l.f.C. de jur. delib.*

§. 73. *Rei vendita* exceptio conceditur emtori, ejusqve ſucceſſoribus, tam ſingularibus, qvàm univerſalibus, contra contra venditorem, ejusqve ſucceſſores, qvi rem ſuam, vel alienam à ſe, vel anteceſſore venditam, poſtmodum autem à vero domino qvæſitam, vindicare volunt, *l.1.pr.& t.t.ff. de except. rei vend.*

§. 74. *Exceptio nondum ſoluti pretii*, emtori, rem ante pretii ſolutionem, vel realem oblationem petenti obſtat, *l.13.§.8. de act.emt.l.31.§.8.l.57.pr.de adil.edict.n.136.c.3.Gail.2.O.17.*

§. 75. *Rei judicatæ exceptionem* reus à lite ſibi qvondam mota abſolutus eidem actori eandem litem denuò moventi opponit, §.5.*l.de except, l.6.l.§.4.l.12.l.13.l.27.de exc.rei jud.l.3. l.4. C. Depoſit.*

§. 76. *Simulatio* una qvoqve eſt exceptionem peremtoriarum, qvando videlicet aliqvis decipiendi causâ aliud tacitè agit, expreſſim aliud ſimulat, ut cùm fœneratur contractum mutui colore venditionis obſcurat, qvo caſu venditio ipſo jure nulla eſt, cum conſenſum non habeat hinc vulgatum illud, plus valere qvod agitur, qvàm qvod ſimulatè concipitur, *t.t.C. plus valer.qvod ag.* De hac exceptione ejusdemqve formula plura tradit *Coler.*

§. 77. Qvando *Peremtoriæ Exceptiones* ante lit. conteſt. contra Proceſſum opponuntur, dicuntur *in vim dilatoriarum* opponi. Qvia inſtar dilatoriarum ante L.C. opponuntur ad hoc, ut litis ingreſſum præcludant, qvemadmodum dilatoriæ tamdiu litis ingreſſum impediunt, donec à judice rejiciantur, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 69. num 36.*

§. 78. *Exceptiones peremtoriæ contra Proceſſum* opponi dicuntur, ſi reus dicat: Dn. Judex, non poteſtis procedere, qvia habeo talem exceptionem &c. *Contra merita cauſæ verò*, Si Reus ita excipiat: Ego nihil debeo, qvia habeo exceptionem &c. In dubio autem Exceptionem ad merita cauſæ oppoſitam videri ex Dd. docet *Umm. diſp.8 n. 7.*

EXHEREDATIO. §. 1. *Exheredatus* dicitur dupliciter (1) *propriè* & à priori, jure patriæ poteſtatis ab hereditate exclu-

cluſus, *arg. pr. J. de her. inſtit.* (Eſt enim exheredatio jus vel effectus ſaltem patriæ poteſtatis.) (2) *latè ratione effectus* qvi à matre (milite vel alio aſcendente per lineam maternam) præteritus: Nam illa præteritio eſt ſilentio facta exheredatio, *l.12. pr. de bon. lib.* & tribuitur ipſi effectus exheredationis paternæ. *§. f. Inſt. de exher. lib. pr. Inſt de inoff. teſt. l.10. C. eod.* Secus ac hodie *Nov. 115. c. 3. pr. ibi patri vel matri*, D. *Hahn ad Weſ. ff. de inoff. teſtam. n.3.*

§. 2. *Exheredatio* dicitur privatio hereditatis, *D. Hahn. d. tit. pag. 605. in med.*

§. 3. Eſtqve duplex vel *formalis*, qvæ ſecundum præſcriptum in legibus modum ac formam eſt facta, v. g. ſi teſtator expreſsè & nominatim filium ſum exheredet; vel *cauſalis*, qvæ fit ex cauſa, à Juſtiniano in *Nov. 115.* expreſsâ. Deinde alia eſt, qvæ fit *bonâ mente*, *l. 18. π. de lib. & poſth. l. 3. §. 3. π. de Uſuris.* alia, qvæ fit *malâ mente* & injuriam infert. *arg. d. l. 18. l. 8. pr. π. de bon. poſſ. contra tabb. l. 1. §. 5. π. de aſſign. libert.*

EXPROMISSOR. §. 1. *Fidejuſſor* etiam *adpromiſſor* dicitur, *l. 5. §. 2. de V. O. l. 43. de ſolut. l. 63. §. 4. Sol. matrim.* A qvo alius eſt *expromiſſor*, qvi idem cum alio non promittit, nec obligationi alienæ, & ipſi nihilominus ſubſiſtenti, ſolùm accedit, ſed ex promiſſione prior obligatio exſtingvitur, & aliena per novationem ſuſcipitur. *l. 7. §. 8. de dol. l. 7. in fin. de op. lib. l. 4. de cond. c. dat. l. 8. §. 8. ad SC. Vell l. f. de SC. Mac.* *Expromiſſio* itaqve eſt, qvando qvis animo novandi intervenit & promittit id ſolvere creditori meo, qvod ego debeo; liberat namqve meis, qvi qvod debeo promittit, etiam ſi nolim. Non verò ſi qvis ſtipuletur, à debitore meo, qvod mihi debetur, actionem mihi aufert, niſi ex voluntate mea ſtipuletur, *l. 8. §. f. de novat.*

EXPENSÆ. §. 1. *Expenſæ* in ſpecie dicuntur, qvæ propter litem fiunt, *l. properandum. §. C. de judic.* *Impenſæ* in ſpecie vocantur, qvæ propter ipſam rem non controverſam erogantur. *Expenſæ* igitur propriè dicuntur, qvæ juris noſtri conſeqvendi cauſâ in judicio factæ ſunt, *l. 13. §. 2. verſ. ſine autem, cum §. 6. l. 15. Cod. de jud.* vulgò die Gerichts-Koſtung/ nuncupatæ.

§. 2. *Expenſæ ſunt delicatæ, aut neceſſariæ.* · *Delicatas* ita vocant text. *in l.25. in f. de pign. act.* & eas eſſe volunt, qvas litigantes ſua ſponte non exigente cauſa fecerunt. Veluti ſi qvis aliqvid arrharum nomine largiter dederit, aut annuum ſalarium pro navanda opera munificè conſtituerit, *Gail. 1. O.151. pr.* Has expenſas alii vocant *voluntarias*, alii *utiles*. *Neceſſarias* ita nominant propter *text. in c. pen. in fin. X. de eo qvi mitt. in poſſ.* & eas eſſe docent, qvæ juxta judiciorum morem ſolitum & conſvetum factæ ſunt, & ſine qvibus cauſa expedire non potuit. Alibi iſtæ expenſæ *legitimæ* & *moderatæ* vocantur, *in c.6. in f. X. de dol. & cont.* *Umm. diſputat. ad proceſſ. 22. theſ. 4.*

EXPRESSUM. §. 1. *Expreſſum* etiam illud dicitur, qvod verbis æqvipollentibus proponitur. *Bacchov. ad Treutl. vol. 2. d.14. th.5. lit. B. Finckelthuſ. obſ.120.*

EXTRAJUDICIALE. §. 1. Illud dicitur *extrajudiciale*, in qvo non ordine judiciorum ſolemni proceditur, *§. f. Inſtit. de interd. l. antepen. De neg. geſt.* *Weſenbec. 1. conſ. 1. num. 31. Jac. Ayrer. Proceſſ. p.1. c.16. obſ.1. n.7.* *vid. voc.* Judicium, §.24.

FONS. §. 1. *Fons* à fundendo dicitur, qvod inde aqva fundatur, qvam Ulpianus vivam vocat ex perpetua qvadam cauſa, *l.1. §.4. ff. de fonte.* Qvare à *ciſterna* in hoc differt. *Ciſterna* inde dicitur qvod ſit cis, hoc eſt, infra terram. Nam ciſterna non habet perpetuam cauſam, nec vivam aqvam: ſed locus eſt ad colligendam aqvam pluviam aptus, *d. l.1. §.4. Oldendorp. claſſ. 2. act. 8.*

§. 2. *Fons* diſtat à *puteo*, qvòd cùm aqva de terra manat, & uſui ſeſe haurientibus præbet, tunc *fons* dicitur: Ein flieſſender Brunn oder Born. *Fons* igitur eſt in ſummo. Ubi verò in imo & profundo eſt, ibi *puteus* appellatur, ein Galg-Brunn/ Sood / ut tamen fontis nomen non amittat. Nam omnis puteus fons eſt, non autem omnis fons puteus, *Oldendorp. d.l.* Ex fonte aqvæ ductus vel aqvæ hauſtus, conſtitui poteſt, *l.34. §.1. de Serv. Ruſt. Præd.* ex puteo aqvæ hauſtus, non aqvæ ductus: nec omnis habet aqvam vivam, *d.l.1. §.4.* Omnis fons habet, *Wiſſenbach. 2. ff. diſp.23. th.14.*

§. 3. *Interdictum de fonte*, qvid ſit, *vid. tit. Interdictum.*

FA-

FACTUM. FACERE. §. 1. Qvæſtiones de obſcuro vel ambiguo noſtri auctores appellant, *Qvæſtiones facti*, non *juris*, qvoniam in iis qværitur, qvæ fuerit mens Teſtatorum, vel contrahentium, ideoqve conjecturis probabilibus dijudicantur, *l. 122. de V. S. l. 50. §. ult. de leg. 1. l. 47. de don. int. vir. l. 127. de V. S. vid. lit. Q.*

§. 2. *In factum extra ordinem dari ſolita*, dicitur ferè tripliciter (*1*) *actio in factum prætoria*, dicitur illa, qvæ ex juriſdictione prætoris eſt, cui opponitur *actio civilis*, ſive *condictio ex lege*. (2) *actio in factum ſubſidiaria*, qvæ datur in ſubſidium. Hæc iterum dupliciter dicitur, (1) *latè*, qvæcunqve qvovis modo in ſubſidium datur: qvomodo & civilis utilis vocatur actio in factum, *l. p. 53. de L. Aqvil.* (2) *Strictius*, qvæ ex mera æqvitate, juſtitia univerſali, alia actione deficiente accommodatur: qvod fit duobus caſibus, *primò* ob qvalitatem perſonæ, *ſecundò* ob caſum occurrentem, cui nec verba nec mens legis accommodari poſſunt. Et hoc in poſteriori ſignificatu actioni in factum opponitur *actio directa & utilis.* §. *ult. I. de L. Aqvil.* (*3*) *Actio in factum civilis*, item præſcriptis verbis: qvæ dabatur ſecundum factum, & ut erat narrata, ſeu qvia factum & rem, uti geſta erat, demonſtrat. Opponitur ei *actio nominata*, qvæ directa qvodammodo eſt, unde qvæ præſcriptis verbis vocatur utilis dicitur, *l. 6. Cod. de transact.* Hæc vera ſunt de actione in factum, qvatenus ex contractibus oritur. Nam aliter actiones ex delictis deſcendentes, in factum dicuntur, *l. 25. §. 1. fin. Q. & A. l. 12. de in jus voc. Vid. D. Hahn. ad* Weſenbecium, *de aſtimat. act. D. Struv. exerc. 25. theſ. 23.*

§. 3. *Factum civile* diſtingvi ſolet in *abſolutum*, qvod in ſpecie dicitur actus, *arg. l. 19. de V. S. l. 1. Cod. de fund. dot. l. 77. de R. J. & Obligatorium*, qvo qvis alteri obligatur, & ex qvo ei, qvi alium obligatum habet, jus ad rem competit: cujusmodi factum eſt triplex (*1*) conventio, *l. 1. § 3. de pact.* ſeu ſpecialiori nomine, pactum, *l. 3. de pollic.* (2) delictum, *l. 14. de pet. har. l. 1 de O. & A.* (3) pollicitatio, qvæ eſt unius voventis aut offerentis promiſſum, *l. 2. l. 3. de pollic. c. 6. 7. de vot. D. G. Ad. Struv. Exerc. 6. th. 4.*

§. 4. Verbum *facere* modò relatè opponitur verbo *dare*,

 hoc

hoc eſt, dominium transferre, & propriè ſignificat factum; idqve à juris translatione nudum, *ut foſſam fodere, Capuam ire, dolum malum abeſſe*: Imò etſi aliqvid juris contineat, veluti *rem ratam haberi*, item, *habere licere: per te non fieri qvò minus eam agam. l. 2. §. 5. l. 3. l. 4. de V. O.* tamen iſtud jus ita ineſt huic facto, ut ex eo qvid rectè factum, vel non factum perhibeatur, *D. Wiſſenbach. ad l. 218. de V. S.* Modò hoc verbum *facere* abſolutè ponitur & continet etiam factum meri juris cujusmodi eſt *dare*, hoc eſt dominium transferre, ut in *l. 18. l. 25. l. licet. l. 175. l. 89. de V. S.* Sed & generalis pro omni omninò facto ponitur, veluti pro ſolutione, redditione, numeratione, ambulatione, *l. 218. l. 175. de V. S. l. 10. de re jud. l. 4. pr. qvod cum eo qvi in al. l. 60. pr. de cond. & dem.* Et Alfenus *facere* pro *vivere* dixit, *l. 14. §. 1. de ſtat. lib. l. 11. §. qvidam. ad L. Jul. de adult. Gœdd. ad l. 218. de V. S.*

§. 5. Verbum, *facere, oportere*, hanc qvoqve ſignificationem habet, ne qvid contra id fiat, qvod faciendum ſit, *l. 189. de V. S. l. 121. de R. J.* Itaqve in illa ſtipulatione, *Per te non fieri*, non ſignificatur, nihil te facturum, qvo minus facere poſſim, ſed curaturum, ut facere poſſim, *l. 50. de V. O.* Et conditio in faciendo conſiſtens *non factum* includit, *l. 31. de cond. & dem.* Itaqve ſi locator aliqvid *dare facere* promiſit, puto, ut ſecurè conductor habitet, vel colat, vel ut prædia ſint ſarta tectaqve, ſimul hoc etiam promiſiſſe cenſetur, ne uti frui impediatur, ne incolendo à qvoqvam turbetur vel moleſtetur; & ut locator curet, ne qvid fiat, qvo habitandi colendiqve ratio interpelletur, aut prædia fiant deteriora, *l. 7. l. 8. l. 9. Locat. l. 22. l. 24. l. 25. §. eod. Gœdd. ad l. 189. de V. S.*

§. 6. De verbis *ipſo jure*, & *ipſo facto*, *vid. voc. jus.*

FABER. §. 1. *Fabros tignarios* dicimus non eos duntaxat, qvi tigna dolarent, ſed omnes qvi ædificarent, cujusmodi ſunt tectores, materiarii, parietarii, cæmentarii, *l. 235. §. 1. de V. S.*

FODRUM. §. 1. *Fodrum* nihil eſt aliud qvàm qvod Germani dicunt Futter und Mahl/ oder Atzung in einem Cloſter/ oder Commenthurey/ *Sixtin. de regal. l. 2. c. 14. num. 3. Mager. de Advoc. arm. cap. 10. num. 232.*

FAL-

FALCIDIA. §. 1. *Falcidia* eſt portio qvartæ partis debitæ hæredi ex legatis, vel fideicommiſſis particularibus, *Tuſch lit. B. concluſ. 36.* Reſtrictus namqve eſt modus legandi per Legem (*ſeu plebiſcitum vim legis habens*) Falcidiam à *P. Falcidio Tribuno plebis latam*: qvâ cavetur, ne ultra dodrantem hæreditatis ſuæ teſtatori legare liceret, & ſi qvid ultra legatum fuerit, diminutionem patiatur, ſeu tantum legatis detrahatur, qvantum dodrantem excedunt, ut ſcilicet apud heredem heredesvé pars qvarta integra remaneat, *l. 91. ad L. Falcid. pr. J. eod.* tum ipſius heredis causâ, *l. 17. eod.* tum etiam teſtatorum gratiâ, ut effectum habeat ultima voluntas, *d. pr.*

FALSUM. §. 1. *Falſitas* nihil aliud eſt qvàm mutatio veritatis, *Nov. 73. pr. Tuſch. lit. F. concluſ. 41.*

§. 2. *Falſum* dicitur (1) *latiſſimè*, ut ſi qvid non valet, dicitur falſum, ſive ſit cum dolo, ſive ſine dolo, *Alex. lib. 1. conſ. 73. num. 5.* (2) *Largè* dicitur falſum omnis mutatio veritatis, qvæ in ſe habet dolum, *Gemin. conſ. 26. num. 4. Alex. d. n. 5.* (3) *Strictè* dicitur falſum id, qvod incidit in aliqvod caput Legis Corneliæ de falſis, ideoqve non omnis deceptio vel error eſt falſitas ſtrictè & propriè, *Tuſch. lit. F. concluſ. 42.*

§. 3. *Crimen falſi* eſt veritatis immutatio vel ſuppreſſio in alterius fraudem improbè facta, *l. 6. §. 2. l. 23. ad L. Corn. de falſ. l. 20. C. eod.* Qvod varie committitur, vid. *Dd. ad d. t.*

§. 4. Dividitur (1) in *Verum*, qvod L. Cornelia de falſis notatur, ut qvod committitur circa teſtamenta & nummos *l. 1. §. 2. l. 14. 15. pr. & §. 1. l. 30. pr. §. 8. 9. 19. π. de L. Corn. de falſis, & qs. falſum*, qvod non hac lege, ſed aliis Conſtitutionibus & SCtis notatur, e. g. ſi qvis rationes, inſtrumenta falſaverit, *l. 1. §. 4. l. 9. §. 3. π. eod.* (2) *Perſonale*, qvod circa perſonam committitur, ut Crimen ſuppoſiti partus, mutatio nominis, teſtium ſubornatio, judicis corruptio, & *Reale*, qvod circa res committitur; Eſtqve vel *Verbale*, qvod fit verbis, vel *ſcriptum* qvod fit ſcriptura, vel *reale*, qvo res ipſa falſatur vel in totum, vel pro parte.

§. 5. Actio ex Edicto, *Si menſor falſum modum dixerit*, eſt, qvæ competit ei, cujus intereſt falſum modum renunciatum

ciatum non eſſe, adverſus menſorem, qvi renunciavit, ad id, ut intereſſe præſtetur, *l.1.3.4. Si menſ falſ.mod. dix.*

§. 6. *Falſus tutor* eſt, qvi neqve teſtamento datus, neqve lege vocatur, neqve etiam a prætore datus adminiſtrationi ſe immiſcuit, ſive hoc errore fecerit, ſive ſciens, ſive in dubio, *l.1.pr.qvid falſ.tut.l.1.de eo, qvi pro tut.* (1) Is qvoqve *falſus tutor* eſt, qvi à prætore vel a magiſtratu ei datur, qvi nunc tutorem ex teſtemento, vel ex lege, vel à magiſtratu ante datum habet, *l.221.§ ſive habenti.ff. de V.S.* (3) *Falſus tutor* eſt, qvo ad edictum prætoris, qvi cùm teſtamento ad certa negotia vel ad certam regionem datus eſſet, in aliis negotiis, alteriusve regionis rebus autoritatem accommodavit, *l.1.§.2. Qvod falſ. tut. Gædd. ad l.221. de V.S.*

§. 7. *Falſum teſtamentum* eſt, qvod teſtamentum non eſt: & cùm *iniqvus modius* menſuram juſtam non contineat, revera modius non eſt, *l.221 de V.S.*

FAMA. FAMOSUS LIBELLUS. §. 1. *Fama* eſt duplex. fama de homine, & fama inter homines. *Fama de homine* eſt illæſæ dignitatis ſtatus & vita, & moribus comprobatus, *l.5. §.1. de var. & extr. cogn.* *Fama inter homines* eſt publica & communis infamatio, vel proclamatio ex ſola ſuſpicione ex certo, vel incerto auctore proveniens, *Tuſch.lit.F. concluſ. 63.*

Vel, *Fama* vox ambigua eſt. *Propriè* enim fama eſt illa Dea excitans ſermones populares, & variè differens mille lingvis, cum veris falſa promulgans, eademqve qvoties videtur recantaus, qvam noſtri famam, vocemqve publicam appellant. Aliàs fama de homine dicitur exiſtimatio, & cenſura qvædam cujusq; ex ipſis illis ſermonibus, judiciisqve populi profecta. Eſtq; aut *bona* aut *mala*, ſecunda & adverſa, proſpera & ſiniſtra, integra & diminuta. Illa *exiſtimatio* potiſſimum duplex eſt, *legis* & *hominum*; prior juridica, altera varia & haud rarò priori minimè conveniens, dum alii, qvem in exiſtimatione habent, qvem non itidem leges, aut contra non exiſtimatione, ſed diffamia onerant, qvem leges integrum agnoſcunt. Deſcribitur *Exiſtimatio* à Calliſtrato *in l.5.§.1.ff. de extr.cogn.* dignitatis illæſæ ſtatus legibus ac moribus comprobatus, qvi ex delicto noſtro authoritate legum aut minuitur

tur aut conſumitur. *Minuitur exiſtimatio*, qvotiens manente libertate, circa ſtatum dignitatis pœnâ plectimur: Sicuti cùm relegatur qvis, vel cùm ordine movetur, vel cùm prohibetur honoribus publicis fungi, vel cùm plebejus fuſtibus cæditur, vel in opus publicum datur, vel cùm in eam cauſam qvis incidit, qvæ edicto perpetuo infamiæ cauſa enumeratur. *Conſumitur* verò, qvoties magna capitis minutio intervenit, id eſt, cùm libertas adimitur, veluti cùm aqva & igni interdicitur, qvæ in perſona deportatorum venit, vel cùm plebejus in metalli opus, vel in metallum datur. Qvibus addi haud malè poterunt banniti pro aliqvo delicto, ſeu ex cauſa famoſa & crimine publico. *Limnæus leg. 4. jur. publ. c. 8. num. 302.*

§. 2. *Famoſus libellus*, (*Vulgò Paſqvillus*) eſt injuria, qvæ alicui qvid ad infamiam alicujus pertinens, ſeu notabile crimen ſcripto, *aut alio ſingulari modo*, objicitur, *l. 5. §. 9. l. 15. §. 23. de injur. Ord. Crim. art. 11.*

§. 3. *Appellatione famoſi libelli* continetur (1) *famoſus libellus ſcriptus*, *l. un. Cod. de famoſ. lib. 1. l. 5. §. injur.* P. H. O. *Art. 110.* R. A. *de Anno 1524.* §. Als auch. R. A. *de An. 1529.* §. Darzu ſollen. (2) *Libellus famoſus excuſus*, R. A. *de Ann. 1539.* §. Und nach dem. (3) *Carmen famoſum*, *l. 21. pr. de teſtib.* Ein ſchmählich Gedicht/ qvatenus ſcil. publicè, puta in foro, vel alibi fuerit decantatum, (4) *Pictura famoſa. l. 5. §. 10. de injur.* R. A. *de Ann. 1530.* R. A. *de Ann. 1577. tit. 35. §.* Und ſetzen. (5) *Sculptile aut fuſorium opus*, qvod qvis ad infamiam alicujus fecit, R. A. *de Anno 1548. tit.* Von Schmäh-Schrifften/ Gemahlts oder Gemächts. §. Ferner ſetzen/ *Verſ.* dergleichen. *ibi*, gemahlt/ geſchnitzt/ gegoſſen oder gemacht.

§. 4. *Injuria ſcripta & famoſus libellus* differunt ut genus & ſpecies. Omnis enim famoſus libellus eſt injuria ſcripto illata, & parit actionem injuriæ; *ſed non contra* omnis injuria ſcripta eſt famoſus libellus, paritq; actionem famoſi libelli. *Deinde* differunt etiam ratione *materiæ* & *finis*, famoſus enim libellus eſt de famoſo aliqvo crimine, ſeu notabili, qvod in populum ſpargitur, cujus pœna eſt capitalis; *injuria* verò ſcripta fit ſimpliciter, & tantùm contumeliæ cauſa, etiam abs-

qve

qve infamiæ nota,ut ſi qvis luſcus,ſpurius,claudus,aliové contumelioſo nomine,ludibrii cauſa, appelletur & traducatur, & prohiſce, aliisqve injuriis ſcriptis actio ex famoſo libello non competit,ſed earum nomine injuriatus actione injuriarum adverſus ſcribentem experiri,& ad palinodiam ſeu recantationem ejus,qvod injurioſè dictum vel ſcriptum eſt, vel æſtimationem injuriæ, inſimulqve ad pœnam, ve corporalem, qvæ ad mortem uſqve naturalem extendi poteſt, vel pecuniariam fiſco inferendam proinde fit in reliqvis injuriis vetbalibus agere poteſt, *Weſenb.in §.ff.de injur.& fam. lib.num. ult. Petr. Heig. q.31.num.14. Carpz.pr.crim.p.2.q.98.*

FAMILIARIS. FAMILIA. §. 1. *Familiaris* alicujus verè non dicitur,niſi expenſis illius,cujus dicitur familiaris, continuo vivat & moretur cum eo, *c.ſicut. de V. S. in 6. Vid.Card. Tuſch.lit.F.concluſ.72.*

§. 2. *Familia* refertur *vel ad res vel ad perſonas*, (1) illo modo ſignificat omnes res,omnes opes,omnia bona, qvæ defunctus habuit; hæreditatem ſcilicet, *l.ult.Cod.de V.S.l.195.pr. ff.eod.* & res hæreditarias, *ut in tit.ff.& Cod.fam.erc.* (2) Si ad perſonas refertur,tunc collectivè denotat corpus domeſticum plurium perſonarum, *d.l.195.§.2.*Unde alii in familia,alii extra familiam. In familia vel communi vel propria. *Communi* jure familiam dicimus omnium agnatorum *d.l. 195. §. 4. l. ult. de cap.dem.l.1.§.13.de vend.inſp.* Eadem eſt ſignificatio Domus. *Propria familia* dicitur dupliciter,Primò ſtrictè *de ſolis liberis perſonis*: qvales ſunt (1) paterfam. filiusfam. materfam. filiafam. nepos,neptis, *d. l. 195.* §. 3. (2) maritus & uxor, *d. l. 195. l.31. 11.15. de add.ed.* Deinde *latè* & generaliter familia etiam refertur ad ſervos, *l.195. pr.l. 40. §.f. l.195. §.3. de V. S. l. 15. §. 2.de adil. ed. Dn. Hahn.ad Weſenb.ff. de his qvi ſunt ſui. n. 1. Gœdd. & Wiſſenbach.ad l.195. de V. S. add. Tuſch. lit. F. concluſ. 76.*

§. 3. *Familia* appellatione & ipſe princeps familiæ continetur *l. 196.pr. de V. S.*

§. 4. *Filii* non ſeqvuntur matris, ſed patris familiam: *l.194.§.1. de V. S.* niſi Vulgò qvæſiti & extra cauſam matrimonii, *l.24.C.ſtat. lib. l. 4. in fin. l.de in jus voc.*

§. 5.

§. 5. *Urbana familia à Ruſtica* non loco diſtingvitur, ſed genere, uſu, fine & qvalitate ſervitii, *l. 166. pr. de V. S.*

§. 5. *Familiæ erciſcundæ actio* eſt, qvâ cohæredes, qvibus hereditas eſt communis, inter ſe agunt de rebus hereditariis dividundis, commodis communicandis, damnis dolo culpave datis reſarciendis, ac impenſis reſtituendis, §. 4. §. 3. *I. de obl. exqs. contr. l. 1. pr. l. 22. §. 2. fam. erc.*

§. 6. *Actio communi dividundo & familiæ erciſcundæ* ab invicem haud parum differunt. *Actio* enim *familiæ erciſcundæ* ſemper eſt univerſalis pro hereditate ſive rerum univerſitate competens, & tantùm inter *cohæredes* locum habet. *l. 1. ff. fam. erc.* Sed *judicium communi dividundo* utplurimum res particulares concernit, & exerceri poteſt, ex qvacunqve etiam cauſa res eſt communis, licèt dividentes non ſint heredes, ſed rem communem habeant vel ex ſocietate, vel qvòd ipſis ſimul res legata aut donata fuerit aliavé de cauſa ad eos pervenerit. *Dn. Carpzov. p. 3. Conſt. Saxon. 15. def. 22. num. 2. & ſeqq.*

§. 7. *Familiæ* appellatione liberi qvoqve continentur, *l. 41. §. 2. ff. de V. S.* Scil. qvi in ſervitio ſunt, qvi noxæ dari poſſunt, & de qvibus noxaliter agere licet, *l. 2. §. hac actio ff. de vi bon. rapt. Gœdd. ad d. l. 40. 7. 2. de V. S.*

§. 8. Unicus ſervus *familiæ* appellatione non continetur: ne duo qvidem familiam faciunt. *l. 40. §. 3. de V. S.* Eſt enim familiæ nomen collectivum, plurium hominum collectionem, & qvaſi faſciculum ſignificans, *l. 25. §. 1. de ædil. edict. l. 195. §. 1. de V. S.* Ideoqve paucioribus qvam tribus conſtitui non poteſt, *l. Neratius ff. de V. S.* licèt duobus conſervetur, *Gœddeus ad l. 40. §. 3. de V. S.*

§. 9. *Paterfamilias* appellatur, qvi in domo dominium habet; rectèqve hoc nomine appellatur, qvamvis filium non habeat: non enim ſolam perſonam ejus, ſed & jus demonſtramus. Deniqve & pupillum patremfamilias appellamus, & cum paterfamilias moritur, qvotqvot capita ei ſubjecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere; ſinguli enim patrumfamiliarum nomen ſubeunt. Idemqve eveniet in eo,

eo, qvi mancipatus eſt. Nam & hic ſui juris effectus, propriam familiam habet, *l.195. §.2. de V.S.*

§. 10. *Mulier* familiæ ſuæ & caput & finis eſt, *l.19. §.ult. de V. S.*

FELONIA. §.1. *Felonia* ita dicta, vel à præterito perfecto verbi fallo, unde etiam nonnullis fallonia dicitur, teſte *Vultejo de feud. cap. 2.n.17.* vel à Græco φήλωτις ſive φήλωμα. qvod fraudem, impoſturam & deceptionem ſignificat. *Cujac. ad c.qvia ſupra qvibus mod. feud amittitur, 1.F.5.Borch.c. 2. num.*17.. vel potius à Germanico, Fehlen/ qvod errare, peccare, & culpam committere ſignificat.

§. 2. Eſt autem *felonia* factum illicitum, qvo Vaſallus ſe gerit ingratum adverſus dominum, vel aliàs ſe feudo reddit indignum.

§. 3. Dicitur aliàs *culpa*, & tam domino, qvàm Vaſallo tribuitur. *c.ex facto.2.F.47.*

FERRE. §.1.*Ferri* propriè dicimus, qvæ qvis ſuo corpore bajulat: *portari* ea, qvæ qvis jumento ſecum ducit: *agi* ea, qvæ animalia ſunt, *l.235.de V.S.* Illud tamen vocum diſcrimen non perpetuum, *vid.L.Vall.am.6. eleg.51.*

FORMA. §. 1. *Formam* (1) qvandoqve dicimus id, qvod cum materia comparamus, qva ſignificatione verè ac propriè ad eſſentiam ſive ſubſtantiam rei conſtituendam pertinet, eoqve non malè *ſubſtantialis* ſive *eſſentialis*, ſive etiam *naturalis* appellari poteſt. Hæc forma definitur non à Logicis modò, ſed Juriſconſultis qvoqve, qvod ſit *cauſa* , *per qvam res eſt id, qvod eſt*, ſeu *qva dat eſſe rei.* (2) Deinceps id etiam aliqvando appellatur forma, qvod modum ſive conditionem aut ſolemnitatem rei, materiam, formamqve ſuam aliunde habenti conſtituit, qvam, qvòd extrinſecus accedit, *accidentalem* fortaſſe nominare licebit, *Gail.1.obſ.124.num.3.* Et hoc ſenſu deſcribitur eſſe ordinaria qvædam agendi ſeries rem ad ſubſtantiam ſuam deducens. *vid. Jac. Schult. qvaſt. pract. 74.*

FACULTAS. §. 1. *Facultatis* eſſe dicuntur, qvæ à jure conceduntur ad juris proprii conſervationem, *Menoch. arb. jud. q. l.2.cent.1.caſ.44.num.10. Vid. voc.* Res.

FLORENUS. §. 1. *Florenus* Cameralis ſunt 20. Batzii, *Jac.Blum.proc. Cam.tit.63.n. 47.*

FEU-

FEUDUM. §. 1. *Feudum eſt* beneficium in re ob fidem alicui conceſſum, 2. *F. 23. Verſ. Hujus. 1. F. 14. 15. 16. 17. 18. 2. F. 2. Par.* 1. *fin. ib. ut fideliter domino ſerviunt. 2. Feud. 52. Par. ſatis. Finkelth. diſp. feud.* 1. *theſ. 7.*

§. 2. *Feudum proprium* eſt, qvod communem feudi rationem retinet, 1. *f. 7. 2. f. 2. Par. 2. f. 48.* Das eines rechten Lehnguts Eigenſchafft hat. Eſt enim beneficium, 1. *f. 1.* §. 1. *f. 14. & ſeqq.* ob fidem, 2. *f. 3.* §. 1. *in fin. 2. f. 23.* §. *hujus*, in re immobili, 2. *f. 1. in fin. 2. f. 23. circ. fin.* vaſallo, ſuisqve heredibus maſculis, 1. *feud.* 1. §. 3. 2. *f. 23. in fin.* ad ſervitia præſtanda, 2. *feud. 23. in fin.* perpetuò, 1. *f.* §. 4. 2. *f. 23.* conceſsũ.

§. 3. *Improprium feudum* eſt, in qvo feudi qvædam naturalia, vel ipſa feudali conſvetudine, vel ſingularibus pactis, 1. *f. 14. Par. ſi duo*, ſunt immutata.

§. 4. *Eccleſiaſticum feudum* eſt, qvòd in re Eccleſiaſtica, vel ab Eccleſia, vel Clerico, vel etiam Laico in re Eccleſiaſtica conceditur. l. f. 6. ibi. *dominus plebis &c. 2. f. 40. Par. 1.* Germanis dicitur ein Lehn vom krummen Stabe herrührend / oder krumſtäbiſch Lehn.

§. 5. *Feudum ſeculare*, vocatur illud, qvod in re profana conſtituitur.

§. 6. *Nobile feudum* eſt, qvod nobilitatem tribuit militarem, *Ex text. 2. f. 10.* dicendum Nobile feudum eſſe illud, qvod eſt majoris dignitatis, ut Ducatus, Marchionatus, Comitatus, *Finckelth. diſput. feud. 2. th. 7.*

§. 7. *Feudum plebejũ* appellatur, qvod nobilitatis militaris eſt expers, *2. f. 10. Verſ. cateri. ibi: plebeji nihilominus ſunt.*

§. 8. *Regale feudum eſt*, qvod Imperator cum aliqva dignitate regali concedit, *1. f. 14. ibi: Vel aliqva regali dignitate. 2. f. 10. ibi: de Ducatu, de Marchia, de Comitatu.*

§. 9. *Non regale* feudum eſt, qvod regali dignitate caret. *2. f. 10. Verſ. Qvi verò à Principe. 2. f. 56. §. firmiter* 1. *Verſ. præterea. ibi: aliud autem feudum.*

§. 10. *Feudum* Interpretes qvidam, aliud *Ligium*, aliud *non Ligium* vocant. Et deſcribunt *illud*, pro qvo Vaſallus jurat fidelitatem domino contra omnes, nullo alio excepto. *Hoc* verò, in qvo non contra omnes jurat, ſed aliqvo antepoſito, *Vultej. 1. feud. cap. 8. Rittershuſ. 1. feud. cap. 4.* Sed hæc diſtinctio à qvibusdam rejicitur, *Finkelth. diſp. feud. 2. th. 10.*

O §. 11.

§. 11. *Feudum vetus* eſt, cujus cauſam habet ab acqviſitore priore, *1.feud.4.§.2.1.feud.12.2 f.3.pr.2.f.11.§. his deficientibus. verſ.qvod ita.2 f.14.32.verſ.de veteri autem beneficio.* Seu, qvod per ſucceſſionem in aliqvem eſt delatum, *Struv.exercit.jur.feud.cap.2.aph.2.*

§. 12. *Novum* feudum eſt, cujus cauſam ipſe acqvirens à ſe & dominò primùm, & de novo habet, *2.f.32.verſ.novam.2.feud.3.& 12.* Sive, qvod qvis ipſemet primùm acqviſivit, *Struv. d.l.* Id eſt, qvod in primi acqvirentis perſona conſiſtit, neqve adhuc ulla ſucceſſione ad alios pervenit. Qvanqvam & aliqvando hoc, qvod ſæpiùs ad primi acqvirentis deſcendentes per ſucceſſionem qvidem devolutum eſt, reſpectu ſcil. collateralium primi acqvirentis, (qvi in eo ſuccedere non poſſunt) novum vocetur: cùm tamen qvoad acqvirentis deſcendentes nunc ſit paternum, ſeu antiqvum, *Roſenthal. de feud. cap.8. concluſ.9.*

§. 13. *Feudum maſculinum* eſt, qvod à vaſallo maſculo primitus eſt acqviſitum, *2.f.11.23.31.50.*

§. 14. *Feudum fœmininum*, vocatur illud, qvod à vaſalla fœmina primitus eſt acqviſitum, *l.2.f.11.verſ.proles ibi: niſi ejus conditionis ſit*, hoc eſt fœmineum, *2.feud. 30.pr. ibi qvia fœmineum eſt, 2.f.30.ibi: vel niſi fœminum.* Non etiam qvod ad fœminam vel ex pacto inveſtituræ, vel more regionis tranſit, *2.feud.30.ibi.niſi ex pacto, vel niſi ſit fœmineum, Finckelth. diſp. feud.2.th.17.*

§. 15. *Feudum* aliud *hereditarium*, aliud ex *pacto & providentia* ab interpretibus nominatur. *Illud* appellant, qvando in inveſtitum facta eſt conceſſio pro vaſallo & heredibus, jure ſcilicet hereditario, ex juris communis diſpoſitione. *Hoc*, qvando ex pacto acqvirentis, & providentia domini, legisqve feudalis, vaſallo & ejus liberis maſculis, ſucceſſio jure ſangvi- & qvidem proprio conceſſa eſt. Qvamvis autem Dd. ex libris juris feudalis, hereditarium feudum nullum agnoſcunt, uſu tamen & conſvetudine admittitur. Conſtituitur autem feudum ex pacto & providentia, his uſitatiſſimis formulis. Für ſich und ſeine Männliche Leibs-Lehn-Erben. Item: Seinen rechten Leibs-Lehn-Erben. Item: Seenen ehrlichen gebohrnen Männlichen Leibes-Erben: Item: Deſſelben rechten Manne Stammes Schild- und Helms-Lehn-Erben. Item: Allen ihren Männ-

Männlichen Leibs-Lehn-Erben/des Namens/Helms / Schilds und Geſchlechts/ *Weſenb.de feud.cap.6.n.9.Schrader.de feud. pag.2.cap.3.n.17.Gail.2.O.154.n.28. Hereditarium* verò feudum ita conſtituitur, ſi concedatur zu rechten Erb-Lehen für Erben und Erbnehmen. *Vel*,pro ſe,& heredibus qvibuscunqve: *Vel*,pro feudal. ſucceſſoribus,iisq; deficientibus, pro heredib9.

§. 16. *Feudum Cameræ* eſt, cùm ex ærario ſive fiſco principis certa pecunia ſumma annuatim ſolvenda alicui conceditur, *2.feud.*1. § *ſciendum, 2.feud.*§.1.2. *feud 58.pr.*Germanis vocatur Cammer-Lehn: Wenn ein Fürſt einem Jährlich ein gewiß Geld aus der Cammer zu reichen/zu einem rechten Manns-Lehn verſchreibet.

§. 17. *Feudum caVenæ* eſt, cum ex penuario ſeu cellario domini annona, puta frumentum aut vinum vaſallo qvotannis exſolvitur, *2.f.*1.§.*2.2.f.2.*§.1. *2.f.18.*

§. 18. *Feudum GVardiæ* eſt nihil aliud, qvàm feudum ob cuſtodiam datum, *1.f.2.& 11.* Das etwa einem Berg-Voigt gegeben wird/ut arcem vel territorium cuſtodiat.

§. 19. *Caſtaldiæ ſiVe gaſtaldiæ* Feudum eſt, qvod conceditur, ut aliis bona & poſſeſſiones dominicas, vel etiam res & negotia domini adminiſtret, *l.*1.§.2. & 11.

§. 20. *Feudum Soldatæ.Soldata* eſt præſtatio qvædam annua & gratuita,ita dicta,qvia plerumqve ſolidorum donatione conſulit, qvandoq; etiam in vino & annona, *Obert.de Orto.2. f.10.in fin.*

§. 21. Generaliter *AdVocatiæ feudum* dicitur , feudum mercedis, ob qvodcunqve munus ſive officium conſtitutæ, *1.f. 2.ibi: & pro mercede alicujus rei, 2.*f.27. § *5*.

§. 22. *Feudum Francum*,eſt feudum, qvod ab omni ſervitio liberum, Germ.vocantur hæc feudæ freye Ritterlehn oder Höfe.

§. 23. Nomen Feudi denotat (1)modum & actum,qvo contractu qvodam interveniente,jus feudi,inter dominum & vaſallum,in re conſtituitur. *2.*F.*3.& 9.*§.*Si Verò* (2)Rem qvæ in feudum datur, *1.*F. *4.junct.2.*F.*8.pr.& paſſim.*(3) Jus,qvod dominus in re,jure feudali alteri conceſsâ,habet, *2.*F.*23.*§.1.2. F.*9.in fin.55.tit.1.*(4)Jus,qvod vaſallo per iſtam conceſſionem domini in re feudali competit, 1.*Feud.1.8.25.*2.F.1.*24.*33.*& paſſim. StruV.exerc.jur.feud.*§.2.*aph.*2.

FERIÆ. §. 1. Sumuntur *feriæ* (1) vel *ſtrictè* pro

hoc eſt, dominium transferre, & propriè ſignificat factum; idqve à juris translatione nudum, *ut foſſam fodere, Capuam ire, dolum malum abeſſe*: Imò etſi aliqvid juris contineat, veluti *rem ratam haberi*, item, *habere licere: per te non fieri qvò minus eam agam. l. 2. §. 5. l. 3. l. 4. de V. O.* tamen iſtud jus ita ineſt huic facto, ut ex eo qvid rectè factum, vel non factum perhibeatur, *D. Wiſſenbach. ad l. 218. de V. S.* Modò hoc verbum *facere* abſolutè ponitur & continet etiam factum meri juris cujusmodi eſt *dare*, hoc eſt dominium transferre, ut in *l. 18. l. 25. l. licet l. 175. l. 89. de V. S.* Sed & generalis pro omni omninò facto ponitur, veluti pro ſolutione, redditione, numeratione, ambulatione, *l. 218. l. 175. de V. S. l. 10. de re jud l. 4. pr. qvod cum eo qvi in al. l. 60. pr. de cond. & dem.* Et Alfenus *facere* pro qværere dixit, *l. 14. §. 1. de ſtat. lib. l. 11. §. qvidam. ad L. Jul. de adult. Gœdd. ad l. 218. de V. S.*

§. 5. Verbum, *facere, oportere*, hanc qvoqve ſignificationem habet, ne qvid contra id fiat, qvod faciendum ſit, *l. 189. de V. S. l. 121. de R. J.* Itaqve in illa ſtipulatione, *Per te non fieri*, non ſignificatur, nihil te facturum, qvo minus facere poſſim, ſed curaturum, ut facere poſſim, *l. 50. de V. O.* Et conditio in faciendo conſiſtens *non factum* includit, *l. 31. de cond. & dem.* Itaqve ſi locator aliqvid *dare facere* promiſit, puto, ut ſecurè conductor habitet, vel colat, vel ut prædia ſint ſarta tectaqve, ſimul hoc etiam promiſiſſe cenſetur, ne uti frui impediatur, ne incolendo à qvoqvam turbetur vel moleſtetur; & ut locator curet, ne qvid fiat, qvo habitandi colendiqve ratio interpelletur, aut prædia fiant deteriora, *l. 7. l. 8. l. 9. Locat. l. 22. l. 24. l. 25. §. eod. Gœdd. ad l. 189. de V. S.*

§. 6. De verbis *ipſo jure*, & *ipſo facto*, qvid. *Voc. jus.*

FABER. §. 1. *Fabros tignarios* dicimus non eos duntaxat, qvi tigna dolarent, ſed omnes qvi ædificarent, cujusmodi ſunt tectores, materiarii, parietarii, cæmentarii, *l. 235. §. 1. de V. S.*

FODRUM. §. 1. *Fodrum* nihil eſt aliud qvàm qvod Germani dicunt Futter und Mahl/ oder Atzung in einem Cloſter/ oder Commenthurey/ *Sixtin. de regal. l. 2. c. 14. num. 3. Mager. de Advoc. arm. cap. 10. num. 232.*

FAL-

FALCIDIA. §. 1. *Falcidia* eſt portio qvartæ partis debitæ hæredi ex legatis, vel fideicommiſſis particularibus, *Tuſch. lit. B. concluſ. 36.* Reſtrictus namqve eſt modus legandi per Legem (*ſeu plebiſcitum Vim legis habens*) Falcidiam à *P. Falcidio Tribuno plebis latam*: qvâ cavetur, ne ultra dodrantem hæreditatis ſuæ teſtatori legare liceret, & ſi qvid ultra legatum fuerit, diminutionem patiatur, ſeu tantum legatis detrahatur, qvantum dodrantem excedunt, ut ſcilicet apud heredem heredesvè pars qvarta integra remaneat, *l. 91. ad L. Falcid. pr. J. eod.* tum ipſius heredis causâ, *l. 17. eod.* tum etiam teſtatorum gratiâ, ut effectum habeat ultima voluntas, *d. pr.*

FALSUM. §. 1. *Falſitas* nihil aliud eſt qvàm mutatio veritatis, *NoV. 23. pr. Tuſch. lit. F. concluſ. 41.*

§. 2. *Falſum* dicitur (1) *latiſſimè*, ut ſi qvid non valet, dicitur falſum, ſive ſit cum dolo, ſive ſine dolo, *Alex. lib. 1. conſ. 73. num. 5.* (2) *Largè* dicitur falſum omnis mutatio veritatis, qvæ in ſe habet dolum, *Gemin. conſ. 26. num. 4. Alex. d. n. 5.* (3) *Strictè* dicitur falſum id, qvod incidit in aliqvod caput Legis Corneliæ de falſis, ideoqve non omnis deceptio vel error eſt falſitas ſtrictè & propriè, *Tuſch. lit. F. concluſ. 42.*

§. 3. *Crimen falſi* eſt veritatis immutatio vel ſuppreſſio in alterius fraudem improbè facta, *l. 6. §. 2. l. 23. ad L. Corn. de falſ. l. 20. C. eod. QVod Variè committitur, Vid. Dd. ad d. t.*

§. 4. Dividitur (1) in *Verum*, qvod L. Cornelia de falſis notatur, ut qvod committitur circa teſtamenta & nummos *l. 1. §. 2. l. 14. 15. pr. & §. 1. l. 30. pr. §. 8. 9. 19. π. de L. Corn. de falſis, & qs. falſum*, qvod non hac lege, ſed aliis Conſtitutionibus & SCtis notatur, e. g. ſi qvis rationes, inſtrumenta falſaverit, *l. 1. §. 4. l. 9. §. 3. π. eod.* (2) *Perſonale*, qvod circa perſonam committitur, ut Crimen ſuppoſiti partus, mutatio nominis, teſtium ſubornatio, judicis corruptio, & *Reale*, qvod circa res committitur; Eſtqve vel *Verbale*, qvod fit verbis, vel *ſcriptum* qvod fit ſcriptura, vel *reale*, qvo res ipſa falſatur vel in totum, vel pro parte.

§. 5. Actio ex Edicto, *Si menſor falſum modum dixerit*, eſt, qvæ competit ei, cujus intereſt falſum modum renunciatum

ciatum non eſſe, adverſus menſorem, qvi renunciavit, ad id, ut intereſſe præſtetur, *l.1.3.4. Si menſ falſ.mod. dix.*

§. 6. *Falſus tutor* eſt, qvi neqve teſtamento datus, neqve lege vocatur, neqve etiam a prætore datus adminiſtrationi ſe immiſcuit, ſive hoc errore fecerit, ſive ſciens, ſive in dubio, *l.1.pr.qvid falſ.tut.l.1.de eo, qvi pro tut.* (1) Is qvoqve *falſus tutor* eſt, qvi à prætore vel à magiſtratu ei datur, qvi nunc tutorem ex teſtemento, vel ex lege, vel à magiſtratu ante datum habet, *l.221.§ ſive habenti.ff. de V.S.* (3) *Falſus tutor* eſt, qvo ad edictum prætoris, qvi cùm teſtamento ad certa negotia vel ad certam regionem datus eſſet, in aliis negotiis, alteriusve regionis rebus autoritatem accommodavit, *l.1.§. 2. Qvod falſ. tut. Gædd. ad l.221. de V.S.*

§. 7. *Falſum teſtamentum* eſt, qvod teſtamentum non eſt: & cùm *iniqvus modius* menſuram juſtam non contineat, revera modius non eſt, *l.221 de V.S.*

FAMA. FAMOSUS LIBELLUS. §. 1. *Fama* eſt duplex. fama de homine, & fama inter homines. *Fama de homine* eſt illæſæ dignitatis ſtatus & vita, & moribus comprobatus, *l.5. §.1. de var. & extr. cogn.* *Fama inter homines* eſt publica & communis infamatio, vel proclamatio ex ſola ſuſpicione ex certo, vel incerto auctore proveniens, *Tuſch.lit.F. concluſ. 63.*

Vel, *Fama* vox ambigua eſt. *Propriè* enim fama eſt illa Dea excitans ſermones populares, & variè differens mille lingvis, cum veris falſa promulgans, eademqve qvoties videtur recantaus, qvam noſtri famam, vocemqve publicam appellant. Aliàs fama de homine dicitur exiſtimatio, & cenſura qvædam cujusqꝫ ex ipſis illis ſermonibus, judiciisqve populi profecta. Eſtqꝫ aut *bona* aut *mala*, ſecunda & adverſa, proſpera & ſiniſtra, integra & diminuta. Illa *exiſtimatio* potiſſimum duplex eſt, *legis* & *hominum*; prior juridica, altera varia & haud raro priori minimè conveniens, dum alii, qvem in exiſtimatione habent, qvem non itidem leges, aut contra non exiſtimatione, ſed diffamia onerant, qvem leges integrum agnoſcunt. Deſcribitur *Exiſtimatio* à Calliſtrato *in l.5.§.1.ff. de extr.cogn.* dignitatis illæſæ ſtatus legibus ac moribus comprobatus, qvi ex delicto noſtro authoritate legum aut minui-

tur

tur aut conſumitur. *Minuitur exiſtimatio*, qvotiens manente libertate, circa ſtatum dignitatis pœnâ plectimur: Sicuti cùm relegatur qvis, vel cùm ordine movetur, vel cùm prohibetur honoribus publicis fungi, vel cùm plebejus fuſtibus cæditur, vel in opus publicum datur, vel cùm in eam cauſam qvis incidit, qvæ edicto perpetuo infamiæ cauſa enumeratur. *Conſumitur* verò, qvoties magna capitis minutio intervenit, id eſt, cùm libertas adimitur, veluti cùm aqva & igni interdicitur, qvæ in perſona deportatorum venit, vel cùm plebejus in metalli opus, vel in metallum datur. Qvibus addi haud malè poterunt banniti pro aliqvo delicto, ſeu ex cauſa famoſa & crimine publico. *Limnæus leg. 4. jur. publ. c. 8. num. 302.*

§. 2. *Famoſus libellus*, (*Vulgò Pasqvillus*) eſt injuria, qvæ alicui qvid ad infamiam alicujus pertinens, ſeu notabile crimen ſcripto, *aut alio ſingulari modo*, objicitur, *l. 5. §. 9. l. 15. §. 23. de injur. Ord. Crim. art. 11.*

§. 3. *Appellatione famoſi libelli* continetur (1) *famoſus libellus ſcriptus*, *l. un. Cod. de famoſ. lib. 1. l. 5. §. injur.* P. H. O. *Art. 110.* R. A. *de Anno 1524.* §. Als auch. R. A. *de An. 1529.* §. Darzu ſollen. (2) *Libellus famoſus excuſus*, R. A. *de Ann. 1539.* §. Und nach dem. (3) *Carmen famoſum*, *l. 21. pr. de teſtib.* Ein ſchmähılich Gedicht/ qvatenus ſcil. publicè, puta in foro, vel alibi fuerit decantatum, (4) *Pictura famoſa. l. 5. §. 10. de injur.* R. A. *de Ann. 1530.* R. A. *de Ann. 1577. tit. 35. §.* Und ſetzen. (5) *Sculptile aut fuſorium opus*, qvod qvis ad infamiam alicujus fecit, R. A. *de Anno 1548. tit.* Von Schmäh-Schrifften/ Gemahlts oder Gemächts. §. Ferner ſetzen/ *verſ.* dergleichen. *ibi*, gemahlt/ geſchnitzt/ gegoſſen oder gemacht.

§. 4. *Injuria ſcripta & famoſus libellus* differunt ut genus & ſpecies. Omnis enim famoſus libellus eſt injuria ſcripto illata, & parit actionem injuriæ; *ſed non contra* omnis injuria ſcripta eſt famoſus libellus, paritq; actionem famoſi libelli. *Deinde* differunt etiam ratione *materiæ* & *finis*, famoſus enim libellus eſt de famoſo aliqvo crimine, ſeu notabili, qvod in populum ſpargitur, cujus pœna eſt capitalis; *injuria* verò ſcripta fit ſimpliciter, & tantùm contumeliæ cauſa, etiam abs-

qve

qve infamiæ nota,ut ſi qvis luſcus,ſpurius,claudus,aliové contumelioſo nomine,ludibrii cauſa, appelletur & traducatur, & prohiſce, aliisqve injuriis ſcriptis actio ex famoſo libello non competit,ſed earum nomine injuriatus actione injuriarum adverſus ſcribentem experiri,& ad palinodiam ſeu recantationem ejus,qvod injurioſè dictum vel ſcriptum eſt, vel æſtimationem injuriæ, inſimulqve ad pœnam, ve corporalem, qvæ ad mortem uſqve naturalem extendi poteſt, vel pecuniariam fiſco inferendam proinde fit in reliqvis injuriis verbalibus agere poteſt, *Weſenb. in §. ff. de injur. & ſam. lib. num. ult. Petr. Heig. q.31. num.14. Carpz. pr. crim. p.2. q.98.*

FAMILIARIS. FAMILIA. §. 1. *Familiaris* alicujus verè non dicitur,niſi expenſis illius,cujus dicitur familiaris, continuo vivat & moretur cum eo, *c. ſicut. de V. S. in 6. Vid. Card. Tuſch. lit. F. concluſ. 72.*

§. 2. *Familia* refertur *vel ad res vel ad perſonas*, (1) illo modo ſignificat omnes res,omnes opes,omnia bona, qvæ defunctus habuit; hæreditatem ſcilicet, *l. ult. Cod. de V. S. l. 195. pr. ff. eod.* & res hæreditarias, *ut in tit. ff. & Cod. fam. erc.* (2) Si ad perſonas refertur,tunc collectivè denotat corpus domeſticum plurium perſonarum, *d. l. 195. §. 2.* Unde alii in familia,alii extra familiam. In familia vel communi vel propria. *Communi* jure familiam dicimus omnium agnatorum *d. l. 195. §. 4. l. ult. de cap. dem. l. 1. §. 13. de vend. inſp.* Eadem eſt ſignificatio Domus. *Propria familia* dicitur dupliciter,Primò ſtrictè *de ſolis liberis perſonis*; qvales ſunt (1) paterfam. filiusfam. materfam. filiafam. nepos,neptis, *d. l. 195. §. 3.* (2) maritus & uxor, *d. l. 195. l. 31. 11. 15. de add. ed.* Deinde *latè* & generaliter familia etiam refertur ad ſervos, *l. 195. pr. l. 40. §. f. l. 195. §. 3. de V. S. l. 15. §. 2. de adil. ed. Dn. Hahn. ad* Weſenb. *ff. de his qvi ſunt ſui. n. 1. Gædd. & Wiſſenbach. ad l. 195. de V. S. add. Tuſch. lit. F. concluſ. 76.*

§. 3. *Familiæ* appellatione & ipſe princeps familiæ continetur *l. 196. pr. de V. S.*

§. 4. *Filii* non ſeqvuntur matris, ſed patris familiam: *l. 194. §. 1. de V. S.* niſi Vulgò qvæſiti & extra cauſam matrimonii, *l. 24. C. ſtat. lib. l. 4. in fin. l. de in jus voc.*

§. 5.

§. 5. *Urbana familia à Ruſtica* non loco diſtingvitur, ſed genere, uſu, fine & qvalitate ſervitii, *l. 166. pr. de V. S.*

§. 5. *Familiæ erciſcundæ actio* eſt, qvâ cohæredes, qvibus hereditas eſt communis, inter ſe agunt de rebus hereditariis dividundis, commodis communicandis, damnis dolo culpave datis reſarciendis, ac impenſis reſtituendis, §. 4. §. 3. *I. de obl. exqs. contr. l. 1. pr. l. 22. §. 2. fam. erc.*

§. 6. *Actio communi dividundo & familiæ erciſcundæ* ab invicem haud parum differunt. *Actio* enim *familiæ erciſcundæ* ſemper eſt univerſalis pro hereditate ſive rerum univerſitate competens, & tantùm inter *cohæredes* locum habet, *l. 1. ff. fam. erc.* Sed *judicium communi dividundo* utplurimum res particulares concernit, & exerceri poteſt, ex qvacunqve etiam cauſa res eſt communis, licèt dividentes non ſint heredes, ſed rem communem habeant vel ex ſocietate, vel qvòd ipſis ſimul res legata aut donata fuerit aliavé de cauſa ad eos pervenerit. *Dn. Carpzov. p. 3. Conſt. Saxon. 15. def. 22. num. 2. & ſeqq.*

§. 7. *Familiæ* appellatione liberi qvoqve continentur, *l. 41. §. 2. ff. de V. S.* Scil. qvi in ſervitio ſunt, qvi noxæ dari poſſunt, & de qvibus noxaliter agere licet, *l. 2. §. hac actio ff. de vi bon. rapt. Gœdd. ad d. l. 40. 7. 2. de V. S.*

§. 8. Unicus ſervus *familiæ* appellatione non continetur: ne duo qvidem familiam faciunt, *l. 40. §. 3. de V. S.* Eſt enim familiæ nomen collectivum, plurium hominum collectionem, & qvaſi faſciculum ſignificans, *l. 25. §. 1. de ædil. edict. l. 195. §. 1. de V. S.* Ideoqve paucioribus qvam tribus conſtitui non poteſt, *l. Neratius ff. de V. S.* licèt duobus conſervetur, *Gœddeus ad l. 40. §. 3. de V. S.*

§. 9. *Paterfamilias* appellatur, qvi in domo dominium habet; recteqve hoc nomine appellatur, qvamvis filium non habeat: non enim ſolam perſonam ejus, ſed & jus demonſtramus. Deniqve & pupillum patremfamilias appellamus, & cum paterfamilias moritur, qvotqvot capita ei ſubjecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere; ſinguli enim patrumfamiliarum nomen ſubeunt. Idemqve eveniet in

eo,

eo, qvi mancipatus eſt. Nam & hic ſui juris effectus, propriam familiam habet, *l.195. §.2. de V.S.*

§. 10. *Mulier* familiæ ſuæ & caput & finis eſt, *l.19. §.ult. de V. S.*

FELONIA. §.1. *Felonia* ita dicta, vel à præterito perfecto verbi fallo, unde etiam nonnullis fallonia dicitur, teſte *Vultejo de feud. cap. 2.n.17.* vel à Græco φιλωτις ſive φήλωμα. qvod fraudem, impoſturam & deceptionem ſignificat. *Cujac. ad c.qvia ſupra qvibus mod. feud amittitur, 1.F.5. Borch. c. 2. num.17.* vel potius à Germanico, Fehlen/ qvod errare, peccare, & culpam committere ſignificat.

§. 2. Eſt autem *felonia* factum illicitum, qvo Vaſallus ſe gerit ingratum adverſus dominum, vel aliàs ſe feudo reddit indignum.

§. 3. Dicitur aliàs *culpa*, & tam domino, qvàm Vaſallo tribuitur. *c. ex facto. 2. F. 47.*

FERRE. §.1. *Ferri* propriè dicimus, qvæ qvis ſuo corpore bajulat: *portari* ea, qvæ qvis jumento ſecum ducit; *agi* ea, qvæ animalia ſunt, *l.235. de V.S.* Illud tamen vocum diſcrimen non perpetuum, *Vid. L. Vallam. 6. eleg. 51.*

FORMA. §. 1. *Formam* (1) qvandoqve dicimus id, qvod cum materia comparamus, qva ſignificatione verè ac propriè ad eſſentiam ſive ſubſtantiam rei conſtituendam pertinet, eoqve non malè *ſubſtantialis* ſive *eſſentialis*, ſive etiam *naturalis* appellari poteſt. Hæc forma definitur non à Logicis modò, ſed Jurisconſultis qvoqve, qvod ſit *cauſa, per qvam res eſt id, qvod eſt*, ſeu *qva dat eſſe rei.* (2) Deinceps id etiam aliqvando appellatur forma, qvod modum ſive conditionem aut ſolemnitatem rei, materiam, formamqve ſuam aliunde habenti conſtituit, qvam, qvòd extrinſecus accedit, *accidentalem* fortaſſe nominare licebit, *Gail.1. obſ.124. num.3.* Et hoc ſenſu deſcribitur eſſe ordinaria qvædam agendi ſeries rem ad ſubſtantiam ſuam deducens. *Vid. Jac. Schult. qvaſt. pract. 74.*

FACULTAS. §.1. *Facultatis* eſſe dicuntur, qvæ à jure conceduntur ad juris proprii conſervationem, *Menoch. arb. jud. q. l.2. cent.1. caſ.44. num.10. Vid. Voc.* Res.

FLORENUS. §.1. *Florenus* Cameralis ſunt 20. Batzii, *Jac. Blum. proc. Cam. tit.63. n. 47.* FEU-

FEUDUM. §. 1. *Feudum eſt* beneficium in re ob fidem alicui conceſſum, 2. *F.* 23. *Verſ. Hujus.* 1. *F.* 14. 15. 16. 17. 18. 2. *F.* 2. *Par.* 1. *fin. ib. ut fideliter domino ſerviunt.* 2. *Feud.* 52. *Par. ſatis. Finkelth. diſp. feud.* 1. *theſ.* 7.

§. 2. *Feudum proprium* eſt, qvod communem feudi rationem retinet, 1. *f.* 7. 2. *f.* 2. *Par.* 2. *f.* 48. Das eines rechten Lehnguts Eigenſchafft hat. Eſt enim beneficium, 1. *f.* 1. §. 1. *f.* 14. & *ſeqq.* ob fidem, 2. *f.* 3. §. 1. *in fin.* 2. *f.* 23. §. *hujus*, in re immobili, 2. *f.* 1. *in fin.* 2. *f.* 23. *circ. fin.* vaſallo, ſuisqve heredibus maſculis, 1. *feud.* 1. §. 3. 2. *f.* 23. *in fin.* ad ſervitia præſtanda, 2. *feud.* 23. *in fin.* perpetuò, 1. *f.* §. 4. 2. *f.* 23. conceſsũ.

§. 3. *Improprium feudum* eſt, in qvo feudi qvædam naturalia, vel ipſa feudali conſvetudine, vel ſingularibus pactis, 1. *f.* 14. *Par. ſi duo*, ſunt immutata.

§. 4. *Eccleſiaſticum feudum* eſt, qvòd in re Eccleſiaſtica, vel ab Eccleſia, vel Clerico, vel etiam Laico in re Eccleſiaſtica conceditur. l. f. 6. ibi. *dominus plebis &c.* 2. *f.* 40. *Par.* 1. Germanis dicitur ein Lehn vom krummen Stabe herrührend / oder krumſtäbiſch Lehn.

§. 5. *Feudum ſeculare*, vocatur illud, qvod in re profana conſtituitur.

§. 6. *Nobile feudum* eſt, qvod nobilitatem tribuit militarem, *Ex text.* 2. *f.* 10. dicendum Nobile feudum eſſe illud, qvod eſt majoris dignitatis, ut Ducatus, Marchionatus, Comitatus, *Finckelth. diſput. feud.* 2. *th.* 7.

§. 7. *Feudum plebejũ* appellatur, qvod nobilitatis militaris eſt expers, 2. *f.* 10. *Verſ. cæteri. ibi: plebeji nihilominus ſunt.*

§. 8. *Regale feudum eſt*, qvod Imperator cum aliqva dignitate regali concedit, 1. *f.* 14. *ibi: vel aliqva regali dignitate.* 2. *f.* 10. *ibi: de Ducatu, de Marchia, de Comitatu.*

§. 9. *Non regale* feudum eſt, qvod regali dignitate caret. 2. *f.* 10. *Verſ. Qvi verò à Principe.* 2. *f.* 56. §. *firmiter* 1. *Verſ. præterea. ibi: aliud autem feudum.*

§. 10. *Feudum* Interpretes qvidam, aliud *Ligium*, aliud *non Ligium* vocant. Et deſcribunt *illud*, pro qvo Vaſallus jurat fidelitatem domino contra omnes, nullo alio excepto. *Hoc* verò, in qvo non contra omnes jurat, ſed aliqvo antepoſito, *Vultej.* 1. *feud. cap.* 8. *Rittershuſ.* 1. *feud. cap.* 4. Sed hæc diſtinctio à qvibusdam rejicitur, *Finkelth. diſp. feud.* 2. *th.* 10.

O §. 11.

§. 11. *Feudum vetus* eſt, cujus cauſam habet ab acqviſitore priore, *1.feud.4.§.2. 1.feud.12.2 f.3.pr.2.f.11.§. his deficientib.* *verſ.qvod ita.2 f.14.32.verſ.de veteri autem beneficio.* Seu, qvod per ſucceſſionem in aliqvem eſt delatum, *Struv.exercit.jur.feud.cap.2.aph.2.*

§. 12. *Novum* feudum eſt, cujus cauſam ipſe acqvirens à ſe & dominò primùm, & de novo habet, *2.f.32.verſ.novam.2.feud.3.& 12.* Sive, qvod qvis ipſemet primùm acqviſivit, *Struv.d.l.* Id eſt, qvod in primi acqvirentis perſona conſiſtit, neqve adhuc ulla ſucceſſione ad alios pervenit. Qvanqvam & aliqvando hoc, qvod ſæpiùs ad primi acqvirentis deſcendentes per ſucceſſionem qvidem devolutum eſt, reſpectu ſcil. collateralium primi acqvirentis, (qvi in eo ſuccedere non poſſunt) novum vocetur: cùm tamen qvoad acqvirentis deſcendentes nunc ſit paternum, ſeu antiqvum, *Roſenthal. de feud. cap.8. concluſ.9.*

§. 13. *Feudum maſculinum* eſt, qvod à vaſallo maſculo primitus eſt acqviſitum, *2.f.11.23.31.50.*

§. 14. *Feudum fœmininum*, vocatur illud, qvod à vaſalla fœmina primitus eſt acqviſitum, *l.2.f.11.verſ.proles ibi: niſi ejus conditionis ſit*, hoc eſt fœmineum, *2.feud.30.pr.ibi qvia fœmineum eſt, 2.f.30.ibi: vel niſi fœminum.* Non etiam qvod ad fœminam vel ex pacto inveſtituræ, vel more regionis tranſit, *2.feud.30.ibi.niſi ex pacto, vel niſi ſit fœmineum, Finckelth.diſp.feud.2.th.17.*

§. 15. *Feudum* aliud *hereditarium*, aliud ex *pacto & providentia* ab interpretibus nominatur. *Illud* appellant, qvando in inveſtitum facta eſt conceſſio pro vaſallo & heredibus, jure ſcilicet hereditario, ex juris communis diſpoſitione. *Hoc*, qvando ex pacto acqvirentis, & providentia domini, legisqve feudalis, vaſallo & ejus liberis maſculis, ſucceſſio jure ſangvi- & qvidem proprio conceſſa eſt. Qvamvis autem Dd. ex libris juris feudalis, hereditarium feudum nullum agnoſcunt, uſu tamen & conſvetudine admittitur. Conſtituitur autem feudum ex pacto & providentia, his uſitatiſſimis formulis. Für ſich und ſeine Männliche Leibs-Lehn-Erben. Item: Seinen rechten Leibs-Lehn-Erben. Item: Seenen ehrlichen gebohrnen Männlichen Leibes-Erben: Item: Deſſelben rechten Manne Stammes Schild- und Helms-Lehn-Erben. Item: Allen ihren Männ-

Männlichen Leibs-Lehn-Erben/des Namens/Helms / Schilds und Geſchlechts/ *Weſenb. de feud. cap. 6. n. 9. Schrader. de feud. pag. 2. cap. 3. n. 17. Gail. 2. O. 154. n. 28. Hereditarium* verò feudum ita conſtituitur, ſi concedatur zu rechten Erb-Lehen für Erben und Erbnehmen. *Vel*, pro ſe, & heredibus qvibuscunqve: *Vel*, pro feudal. ſucceſſoribus, iisq; deficientibus, pro heredib9.

§. 16. *Feudum Cameræ* eſt, cùm ex ærario ſive fiſco principis certa pecunia ſumma annuatim ſolvenda alicui conceditur, *2. feud.* 1. § *ſciendum. 2. feud.* §. *1. 2. feud. 58. pr.* Germanis vocatur Cammer-Lehn: Wenn ein Fürſt einem Jährlich ein gewiß Geld aus der Cammer zu reichen/zu einem rechten Mañs-Lehn verſchreibet.

§. 17. *Feudum cavenæ* eſt, cum ex penuario ſeu cellario domini annona, puta frumentum aut vinum vaſallo qvotannis exſolvitur, *2. f.* 1. §. *2. 2. f. 2.* §. 1. *2. f. 18.*

§. 18. *Feudum Gvardiæ* eſt nihil aliud, qvàm feudum ob cuſtodiam datum, *1. f. 2. & 11.* Das etwa einem Berg-Voigt gegeben wird/ut arcem vel territorium cuſtodiat.

§. 19. *Caſtaldiæ ſive gaſtaldiæ* Feudum eſt, qvod conceditur, ut aliis bona & poſſeſſiones dominicas, vel etiam res & negotia domini adminiſtret, *l.* 1. §. 2. & 11.

§. 20. *Feudum Soldatæ. Soldata* eſt præſtatio qvædam annua & gratuita, ita dicta, qvia plerumqve ſolidorum donatione conſulit, qvandoq; etiam in vino & annona, *Obert. de Orto. 2. f. 10. in fin.*

§. 21. Generaliter *Advocatiæ feudum* dicitur, feudum mercedis, ob qvodcunqve munus ſive officium conſtitutæ, *1. f. 2. ibi: & pro mercede alicujus rei, 2.* f. 27. § *5.*

§. 22. *Feudum Francum*, eſt feudum, qvod ab omni ſervitio liberum, Germ. vocantur hæc feudæ freye Ritterlehn oder Höfe.

§. 23. Nomen Feudi denotat (1) modum & actum, qvo contractu qvodam interveniente, jus feudi, inter dominum & vaſallum, in re conſtituitur, *2. F. 3. & 9.* §. *Si verò* (2) Rem qvæ in feudum datur, *1. F. 4. junct. 2. F. 8. pr. & paſſim.* (3) Jus, qvod dominus in re, jure feudali alteri conceſsâ, habet, *2. F. 23.* §. 1. 2. *F. 9. in fin. 55. tit. 1.* (4) Jus, qvod vaſallo per iſtam conceſſionem domini in re feudali competit, 1. *Feud. 1. 8. 15.* 2. F. 1. *24.* 33. *& paſſim. Struv. exerc. jur. feud.* §. 2. *aph.* 2.

FERIÆ. §. 1. Sumuntur *feriæ* (1) vel *ſtrictè* pro

 die-

diebus feſtis ſeu ad cultum divinum deſtinatis *rubr. ff. de feriis*, (2) vel *latè* ut etiam comprehendant ferias humanas. *l. 2. C. d. t.*

§. 2. In latiori ſignificatione *feriæ* ſunt dies judicialibus actibus vacui, *l. 9. de fer.* qvibus opponuntur dies juridici, *l. 6. C. eod.*

§. 3. Feriæ aliæ ſunt *ſolemnes* & perpetuæ, aliæ *extraordinariæ* & temporales. *Solemnes* vel ob cultum divinum, vel alimentorum comparationem, *ut meſſium, vindemiarum. l. 1. de feriis*, vel mercatum publicum, *qvales ſunt Nundinæ publicæ*, vel deniqve ob memoriam alicujus feſti celebrandam conſtitutæ. *Extraordinariæ* ſunt variæ, neqve ad numerum referri poſſunt. *Has & repentinas vocant l. 3. Cod. de dilat. Umm. diſp. ad proc. jud. 7. th. 8.* Suntqve illæ, qvæ caſu ita ferente inducuntur, nulla certa lege aut ordinario tempore concluſæ, *vid. l. 26. §. 7. Ex q. c. maj. l. 1. l. 14. C. de fer.*

§. 4. *Feriæ Caniculares* vocantur, qvæ ſunt 8. Julii uſqve ad 14. Auguſti. Reichs Abſchied. 1654. §. Die Unterſcheidung. 88. Item nominantur, Die groſſe Vacantz. *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 62. num. 11.*

FERRUMINATIO. §. 1. *Ferruminatio* dicitur, qvâ metalla ejusdem generis, formata vel non formata, ſine interventu ullius alterius materiæ, conſolidantur: *ut ſi ferrum ferro: brachium æreum æreæ ſtatuæ; ſcypho argenteo argentea anſa jungatur.*

FICTIO. §. 1. *Fictio* eſt falſi pro vero æqvitate ſvadente legis aſſumtio, *arg. l. Si ita. De op. lib.*

§. 2. *Fictio poſitiva* eſt, cùm fingendo ponitur aliqvid eſſe, qvod nunqvam fuit vel eſt, *vid. pr. I. de exc. tut. l. 4. §. f. de fid. tut. l. 1. de mag. conv. l. 7. l. 26. de ſtat. hom. §. 5. de adopt. §. 4. Inſtit. de act.* Aliàs vocatur *inductiva, affirmativa.*

Negativa fictio, ſ. privativa, eſt, ubi fingit jus aliqvid non eſſe, qvod tamen eſt, *ut in §. 5. I. de act. l. 1. §. f. cont. tabb. bon. poſſ. §. 1. verb. qvaſi eo mortuo Inſt. qvib. mod. patr. pot. ſolv.*

Translativa fictio vocatur, cùm nihil novi fingimur, ſed qvod eſt in uno, transfertur in aliud. Translatio autem fit (1) à perſona in perſonam. *l. 2. §. 12. de vi & vi arm. l. f. C. de impub. & a. ſubſt. pr. I. quib. non eſt perm. teſt. fac. l. 9. Cod. de bon. qvæ lib. 28. de V. S.* (3) de re ad rem *l. 2. C. de donat. l. 51. de*

de acq. poſſ. l. 48. §. 3. *eod.* §. *f. 1. de ſervit. l. ult. eod. Par. 44. de R. D. l. 9.* §. *5. eod.* (3.) de loco ad locum, *qvando præſens pro abſente habetur, & vice verſa.* (4.) de tempore ad tempus, *l. 12.* §. *1. l. 16. de capt. & poſt. brev. l. 10.* §. *1. l. 11. Par. 1. eod. l. 20. de vulg. & pup. ſubſt. l. f. C. de SC. Mac. l. 135. de R. I. 131. eod.*

§. 3. Factio brevis manus eſt, qva ex alia cauſa traditio facta ad præſens negotium accommodatur, v. g. ſi rem, qvam tibi aliqvis commodavit aut locavit, poſtea vendat. §. *43. J. d. R. D. l. 3.* §. *19. l. 20. π. d. acqvir. poſſ.* Fingitur enim brevi manu res ex commodato vel locato reddita, & deinceps ex vendito tradita eſſe. *l. 3.* §. *ult. π. d. donat. in V. & U.*

FIDEICOMMISSUM. §. 1. *Fideicommiſſum univerſale*, eſt, cùm tota hereditas vel pars ejus ab herede præſtanda verbis precariis alteri relinqvitur, *vid. t. ff. ad SC. Treb.*

Par. 2. Fideicommiſſum particulare eſt delibatio hæreditatis ita relicta, ut qvis rogetur rem particularem alteri præſtare, *vid. Par. 3. l. de legat. l. 1. C. comm. de leg.*

Par. 3. Fideicommiſſum variè ſumitur (1.) pro ipſa diſpoſitione, qva aliqvid relinqvitur, §. *4. & 5. Inſt. d. fid. hered. l. 57. l. 8. d. leg. 1.* (2.) pro hereditate, qvæ per ejusmodi diſpoſitionem relinqvitur *par. 12. l. de fid. her. l. 2. de leg. 1. l. 21.* §. *1. de leg. 3.* vertrauliche Erblaſſung/ treu befohlenes Gut/ verfangen Gut. (3.) Fideicommiſſi verbum etiam trahitur à Doctoribus ad omnes actus inter vivos, qvando prohibitio facta de non alienando in aliqvo contractu vel actu inter vivos. *Petr. Ant. de Petra de fideicomm. q. 4.* (2.) Vocat *Johanes à Sande lib. 4. deciſ. Friſ. tit. 5. de fin. 19.* pactum ſucceſſorium fideicommiſſum conventionale.

Par. 4. Fideicommiſſum familiæ, deſcribi poſſe videtur qvòd ſit ſub onere, rei à gravato fiduciario reſtituenda, familiæ conſervandæ causâ, obliqvè ſeu precariò facta diſpoſitio, *Add. Peregr. de fideicomm. Mantic. de conject. ult. volunt.* Add. voc. Majoratus.

FIDEJUSSIO. §. 1. *Nominatur fidejuſſor.* (1.) vocabulo hoc latè ſumto, omnis is, qvi alterius obligationem in ſe ſuſcipit, & fidem ſuam pro alio qvovis modo interponit, *l. 8. par. 2. ad SC. Vell. l. 30. par. 1. de pact.* & ſic hoc nomine venit mandator

 dator

daror, *l.71.de fidej.* pecuniæ conſtitutæ reus, fidejuſſor ſtrictè acceptus, ſponſor & expromiſſor, (2) *Strictè* ſumto hoc vocabulo vocatur fidejuſſor, qvi mediante ſtipulatione pro debitore fidem erga creditorem interponit, atqve ita alterius principali obligationi accedit in ſecuritatem crediti, *pr.1. de fidej. l. 93. §. 2. de ſolut. l.4. l.5. pr. l. 23. C. eod. l.23. Mand. l.3. §. f. de admon. rer. ad eõ. pertin.*

§. 2. Fidejuſſio eſt ſtipulatio, qvâ qvis pro alieno debito fidem ſuam apud creditorem interponit, ut diligentius huic cautum ſit. *l. 1. §. 8. de O. & A.*

§. 3. *Fidejuſſores* æſtimantur idonei tum ex facultatibus, tum ex facilitate conveniendi, *l.2. pr. q̃ ſatisd. l.7. pr. eod.*

§. 4. *Actio eſt edicto de fidejuſſore judicio ſiſtendi causâ dando*, eſt actio in factum prætoria, de fidejuſſore judicio ſiſtendi cauſa dando, *l.1. ff. in jus voc. ut.* contra eum, qvi neceſſariâ perſonâ vocatâ, qvali qvali fidejuſſore dato non fuit contentus, ad pœnam 50. aureorum, *l. 2. d. t. ubi D. Hahn.*

§. 5. Differt *Fidejuſſor* (1) à *Conſtitutore*, qvi ſe nudo pacto obligat, *l. 14 §. 3. l. 26. π. de Conſt. pec.* & tam alieno, qvàm proprio debito accedit, *l. 5. §. 2. l. 13. π. de pec. Conſt.* (2) ab *Expromiſſore*, qvi ſe reum principalem conſtituit, priore debitore liberato. (3) à *Mandatore* qvi obligationem præcedit.

FIDUCIA. §. 1. *Fiduciam* contrahere metonymicè idem eſt, qvod pignus qvoddam contrahere, & fiduciare, qvod oppignorare. Erat enim fiducia antiqvis certa qvædam pignoris ſpecies, qva res alicui mancipabatur, ſub lege eidem remancipandi. *Rebhahn. in Hodog. Chart. 2. Clim 1. aph. 53. in not.*

FINIUM REGUNDORUM ACTIO. §. 1. Eſt actio, qvæ datur inter eos, qvi confines habent agros, ut fines ritè diſcernantur & declarentur, atqve qvod intereſt alterius, fines confuſos non fuiſſe, præſtetur. *l. 1, l. 4. §. 1. l. 8. fin. reg. §. 20. I. de action.*

FISCUS. §. 1. *Fiſci & ærarii differentia*, Ad fiſcum in genere ſumto vocabulo, omnis pecunia, ad uſus publicos deſtinata, refertur: *Vid. Colleg. Argent. de jur. fiſc. num. 5.* Sub initium verò mutatæ Reipubl. Romanæ differentia conſtituta inter *ærarium & fiſcum.* Ad illud pertinuerunt illi reditus publici, qvi principis erant ut principis, ad dignitatem ſervandam uſum-

Digitized by Google

uſumqve publicum adhibendi, *l. 2. §. 4. Ne qvid in loc. publ.* Sed poſteà omnibus ad Principem translatis, fiſcus & ærarium promiſcuè dicuntur, *l. 1. § 9. de L. Corn. de falſ.* §. f. *l. de uſucap. Vinn. ad d.* §. f.

§. 2. *Fiſcus* eſt Cophinus, Sporta, loculus, qvo Pecunia publicè conditur. Unde qvia major ſumma eſt pecuniæ publicæ, qvàm privatæ, factum, ut Fiſcus pro pecunia publica, & inde confiſcare dicatur, *Wiſſenb. ad ff. de jur. fiſc. th. 1.*

§. 3. *Cauſa fiſcalis* dicitur à Fiſco, qvæ vox à ferendo ſecundum qvosdam derivata denotat (1) Cophinum ſeu vas, in qvo olim pecunia publica colligebatur, atqve in Æde Saturni aſſervabatur. Hinc (2) per Metonymiam adjuncti pro ſubjecto locus, in qvo iſta pecunia aſſervatur, dicitur Fiſcus. Et deniqve (3) per Metonymiam continentis pro contento ipſa pecunia Fiſcus appellatur.

§. 4. *Fiſcus* aliàs etiam vocatus fuit Ærarium, qvod nomen ab Ære, id eſt, pecunia deſcendit. Poſteriori tempore Fiſcus etiam conſvevit vocari Camera, qvatenus hæc vox denotat locum, in qvo pecunia publica aſſervatur. Germanicè in qvibusdam civitatibus Imperialibus nominatur die Cämmerey. Et qvi ei præfecti ſunt, die Cämmerirer oder Cämmerey-Herren. Ex eodem ſignificatu deſcendunt qvoqve voces Germanicæ, Ertz-Cämmerer/Cämmmerer/Cämmerey/Cammer-Güter/Cammer-Lehen. Sic etiam pecunia Principis ſeu alterius Status Imperii vocatur Cammer-Gut. *Receſſ. Imperii 1544.* §. Und dieweil. 10. Aliàs communiter Cammer-Güter/Taffel-Güter.

§. 5. Hinc Fiſcus Cæſareus ſæpe vocari ſolet Camera Cæſarea. Landfr. 1548. *art. 2.* Reichs Abſchied. 1442. *art. antepen.* § f. *& art. ult.* §. 1. Item in omnibus Mandatis Cæſareis à judicio Camerali emanatis, qvando vel tota pœna, vel ejus dimidia pars Actori à contraveniente exſolvi præcipitur, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 30.*

§. 6. *Advocatus fiſci* eſt, qvi advocaturam cauſarum fiſcalium exercet. *Procurator fiſci* eſt, qvi procuraturam earundem exercet, *Roding. Pand. Cam. lib. 4. tit. 5.*

§. 7. *Cauſa fiſcales* ſunt, qvas Imperialis fiſci Procurator Imperialis fiſci nomine in Camera perſeqvitur, qvan-

qvam etiam aliis, qvorum intereſt easdem perſeqvi liceat. *Ord. Cam. pag. T. 20. in pr. Roding. Pand. Cam. l. 1. tit. 1. §. 2. Cauſarum fiſcalium* qvædam *ordinaria*, qvædam *extraordinaria* ſunt. In *cauſis fiſcalibus ordinariis*, qvales ſunt cauſæ fractæ pacis, exemtionum, pœnales & aliæ, in qvibus ordinariâ viâ, i.e. juris ordine obſervato per citationem & libellum proceditur, *Gail. 1. Obſerv. 20. num. 5. In cauſis fiſcalibus extraordinariis*, ut ſunt cauſæ penſitationum ſive collectarum Imperii, in qvibus de plano extra juris ordinem & celeriter proceditur, nulla citatione prævia, exigendo ſolùm, compellendo & exeqvendo; *Roding. Pand. Cam. lib. 3. tit. 44.*

§. 8. Notanda venit differentia inter *Cameram Cæſaream (fiſcum Cæſareum ſeu Imperatoris)* & inter *Cameram Imperii (ſeu Imperialem)* Nam Camera Imperialis propriè loqvendo appellatur, qvicqvid ad commodum pecuniarium Imperio pertinet. Alle Einkommen / ſo dem Reich zugehören / als da ſeyn / Bau-Geld / Vorrath / Reichs-Steuer / Türcken-Steuer / Cammer-Gerichts-Unterhaltung / &c. *Camera* autem *Imperatoris* eſt, qvicqvid ad patrimonium Imperatoris ſpectat, Alles was dem Keyſer allein heimfällt / Römer-Zug / atqve omnes pœnæ, qvæ à Procuratore fiſci Cæſarei exiguntur.

§ 9. *Fiſcalis Cæſareus* utriqve Cameræ *ſcil. tam Imperatoris qvàm Imperii* præfectus eſt, qvia is non ſolùm perſeqvitur patrimonium Imperatoris, ſed etiam agit de iis, qvæ ad commodum IMPERII pertinent, nempe de cauſis exemtionum, contributionum IMPERII, Collectarum Turcicarum, ſuſtentationis Cameræ &c. Hinc ille Procurator gaudet Titulo Keyſerl. Mayeſtät und des Heiligen Reichs General-Fiſcal. In Conſtitutionibus IMPERII paſſim vocatur Fiſcalis Cæſareus. *Jac. Blum. d. tit. 30. num. 6.*

CONTRACTUS AD FIRMAM. §. 1. Canoniſtis Locatio dicitur contractus ad firmam, *c. 8. de decim. c. f. Ne pral. Vic. ſu. u c. 9. de locat.* Firma, confirmatio eſt à firma, certa *(ut fixa)* mercede, ceu notat *Innoc. Ciron. in parat. jur. can. de locat.* Ad firman concedere; nihil aliud eſt; qvàm ad annuum cenſum dare. Vel, locare ſub mercede ſeu penſione certa aut firma, *Berlich. p. 2. deciſ. 166. num. 16. Carpz. p. 1. Conſt. 37. d. 22. num. 10.*

FI-

FILIUS. §.1. Verbo Filii (1) ſi proprietatem ſpectemus, non continentur *Nepotes*, ſed tantùm primi gradus liberi, §. *ult.l.qvi teſt.tut.l.6.ff.de teſt.tut.l.5.Cod. ad L.Jul. Maj.* (2) *Juſta interpretatione* ex ſententia legum receptum eſt, ut in multis cauſis voce filiorum comprehendantur nepotes, *l.201. l.223.§.f.l.84.de V.S. l.59.de rit.nupt.l.3.C.de intera matr.l. 14.de SC.Mac.* (3) Ex *præſumtione* voluntatis filiorum appellatione qvandoq; continentur liberi cujuscunqve *ſexus* & gradus, *l.16.pr.§.1.de teſt.tut.§.ult.l.eod.l.62.de leg.3.l.35. de pact.l.41.§.5.de leg.3.* Vid. *Menoch.* 4. *præſ.94. Add. Tuſch. lit.F.concl 374.& ſeqq. Gœdd. ad l.84.n.2.de V.S.*

§.2. Teſtator, qvi uno ex filiis exheredato ſubjecit, *Qvisqvis alius filii filiusve heres ſit*, filias qvoqve heredes inſtituiſſe intelligitur, *l.116.de V.S.*

§.3. Aliud eſt *peperiſſe* filium, aliud *habuiſſe*. Mulier, cui mortuæ filius exſectus eſt, cæſo utero, non rectè dicitur peperiſſe filium, *l.132.§.1.de V.S.* Rectè tamen illa dicitur habuiſſe filium, *l.141.de V.S.* qvi ad legitimam matris hæreditatem admittitur, *l.1.§.9. Unde cogn.l.1.§.6.ad SC.Tertullian.*

§.4. Conditio illa, *Si filium habuerit*, exiſtit etiam tunc, ſi cui filius ab hoſtibus captus revertatur, *l.141.de V.S.*

§.5. *Filiarum* nomen & in poſthumam cadere, qvæſtionis non eſt; ſed non contra, *l.164.de V.S.*

§.6. Teſtator ita ſcripſit: *Filio filiisq; meis Lucium Titium, tutorem do.* Qværitur, maſculis liberis duntaxat; an verò etiam filiabus tutorem dediſſe intelligatur? Reſp. Hanc qvæſtionem facti eſſe, non juris, *l.122.de V.S.*

§.7. Teſtator plures habens *filios*, tutorem dedit *filio*, an omnibus dediſſe creditur? Affirm. *l.16.§.1.de teſtib.tut.* Secus eſt in exheredatione. Si plurium filiorum pater ita ſcripſerit, *Filius meus exheres eſto*, à plerisqve reſponſum eſt, nullum eorum exheredatum eſſe, *l.2.de lib.& poſthum.*

§.8. *Filius (legitimus)* in genere eſt, qvi ex viro & uxore ejus naſcitur, *l.6. de his qvi ſunt.* Cenſetur filius legitimus eſſe, qvi natus ex uxore, cum qva maritus nuptias celebravit, & eo tempore, qvo partus conceptus, moratus eſt, *d.l.6.l.5. de in jus voc. Conf.Maſcard.de probat.concl.786.& 452.Menoch. de arb.jud.q.l.2.c.86.& 6.præſ.54.Gail.2.O.97.n.16.*

O 5 §.9.

§. 9. *Filius familias* dicitur, qvi eſt in familia & poteſtate patria, ac inde jura familiæ participat, *l. 4. de his qvi ſunt, l. 19. de ſtat. hom.*

FIDES. §. 1. *Bona fides* in jure (1) ſignificat idem qvod æqvum & bonum, & ſic opponitur ſtricto juri (2) animum omnis doli expertem, opponiturqve dolo, *l. 109. de V. S.* Qvicqvid ergo dolo, malitia, fraude, calliditate, fallacia & ſimulatione caret, id tandem bona fides eſt.

§. 2. *Bonæ fidei poſſeſſor* eſt, qvi illæſam rei alienæ, qvam poſſidet, habet conſcientiam, *d. l. 109. l. 3. ad L. Fab. de plag. l. 27 de contr. emt. l. 12. l. 32. §. 1. de uſuc.*

Malæ fidei poſſeſſor eſt, qvi rem, evam poſſidet, ad alium pertinere certo ſcit, *c. ſi virgo 34. q. 2. c. f. de præſcript. Jac. Ayrer. proc. p. 1. c. 10. obſ. 3. n. 42.* Vid. voc. Poſſeſſio.

§. 3. *Mala fides* nihil aliud eſt qvàm læſæ rei alienæ conſcientiâ. A dolo, malitia, fraude, calliditate, fallacia, ſimulatione, mala proficiſcitur fides, nec ulla fides mala eſt ſine malitia fraudeve, ſine calliditate vel ſimulatione, *l. 2. §. 1. l. 7. §. 4. pro emt. Gœdd. ad l. 109. de V. S.*

FINITUM. §. 1. Vox *Finita* eſt generalis, continens & transactionem & uſucapionem & ſententiam, *l. 219. de V. S. ibiq; Gœdd.*

FLUMEN. §. 1. Sumitur vel (1) *generaliter* pro qvavis aqvarum congregatione *l. 1. §. f. de aq. pluv. arc.* (2) vel ſpecialiter, in qva ſignificatione deſcribi poteſt, qvòd ſit collectio aqvarum intra certas ripas in alveo decurrens. A rivo (Bach) magnitudine diſcernendum eſt, aut exiſtimatione circumcolentium, *l. 1. §. 1. de flum. add. tit. de riv.*

§. 2. *Flumina* qvædam *perennia* ſunt, *qvæ magis propriè flumina dicuntur*; qvædam torrentia: Flumen *perenne* eſt, qvod ex naturali fonte & principio, perpetuò durante, oriens ſemper fluit, *d. l. 1. §. 2. Oetinger de jur. & contr. limit. l. 1. c. 12. n. 10.* Ein Fluß iſt ein flieſſend Waſſer / welches eine lebendige Qvelle und immerwehrenden Urſprung hat / von dem es ſich erhält / und abwerts in ſeinen natürlichen Graben läufft / biß es entweder für ſich ſelbſten / oder mit andern Waſſern in das Meer geführet wird.

Torrens eſt, qvi non de fonte, neqve de viva aqva, ſed à plu-

pluviis vel de montibus in valles deſcendit, æſtate ſiccatur, aqvis verò hyemalibus creſcit & currit, *d. l. 1. §. 2. l. 1. §. 9. de aq. & aq. pluv. arc. Oeting. d. l. num. 3.* Ein Seltenbach iſt ein rauſchend Waſſer/das nur zu Winterszeiten/und in Waſſergüſſen läufft/im Sommer trocknet es ein/und dorret aus.

§. 3. *Flumen publicum* (öffentlicher allgemeiner Fluß) eſt, qvod perenne eſt, & ad populum (*hodie ad principem qvi populo præeſt*) pertinet ſive navigabile ſive non *l. 1. §. 3 l. 13. pr. de flum. l. 9. de R. D. Privatum* eſt, qvod in privati eſt dominio *d. l. 1. §. 4. Vid. Canz. in not. ad Oetinger. Struv. exerc. 15. th. 83.*

FOENUS. §. 1. Singulare genus uſurarum eſt *fœnus nauticum*, qvod pro pecunia trajectitia, *ſeu trans mare vehendâ ita ut ejus periculum creditor ſuſcipiat*, etiam ex pacto citra ſtipulationem debetur, *Vid. Fr. Stypm. d. jur. marit. part. 4 c. 2. C. tit. ff. de naut. fœn.*

§. 2. Ad ſimilitudinem *fœneris nautici* admittunt *terreſtre fœnus*, ſi creditor ſuſcipiat periculum pecuniæ transvehendæ per loca periculoſa ac infeſta, *arg. l. 5. de naut. fœn.* *Wiſſenbach. ad tit. ff. de naut. fœn. th. ult.*

FOEMINA. §. 1. *Fœminino ſermone* ſexus maſculinus, neqve proprietate, neqve per aliqvam interpretationem continetur, *l. 45. pr. de leg. 2. l. 11. pr. & §. 4. de leg. 3. Cædd. ad l. 1. n. 61. de V. S. Wiſſenbach. ad tit. de V. S. diſp. 1. th. 16.*

FORNICATIO. §. 1. *Fornicatio* eſt ſoluti cum ſoluta, ſe publicè proſtituente, illicitus concubitus: ex qvo nati dicuntur *Spurii l. 13. de ſtat. hom. §. 12. Inſt. de nupt. add. l. 13. §. 2. ad L. Jul. de adult.*

§. 2. *Fornicatio* à Dd. dividitur in *ſimplicem* & *Graviorem*. *Simplex fornicatio* eſt conjunctio legibus qvidem improbata, ſed nulla certa pœnâ coercita, & vel *propriè talis* eſt, vel *pro tali* habetur. *Propriè talis*, ſi qvis cum ſoluta, vel meretrice ſe commiſcet; *pro tali habetur*, ſi qvis ſub ſpecie nuptiarum miſceatur illi, qvæ legibus dari vetita eſt, vel licitè qvidem, ſed non ſecundum legum præcepta ducta, veluti conjunctio inter tutorem & pupillam, præſidem, & mulierem provincialem &c. *gravior fornicatio* eſt vel *Adulterina*, vel *Inceſtuoſa*.

FOR-

FORTE. §. 1. Verba *fortè, forſan, forſitan*, in facto, important dubietatem facti, non dubietatem juris. *Vid. Tuſch. lit. D. concl. 281.*

FORUM. §. 1. Dicitur qvis à Dd. *forum ſortiri*, qvi alicui judici ſubjicitur: hocqve de jure communi contingere vel ratione *domicilii*, vel *contractus*, vel *delicti*, vel *rei ſitæ* tralatitium eſt: qvin additur qvoqve cauſarum continentia.

§. 2. *Forum* autem hic ſignificat locum, ubi judicia exercentur: Exercentur autem illa & à magiſtratu, & à litigantibus: ab illis activè, ab his paſſivè: indeqve qvando qværitur, *an forum competens* ſit nec ne, ex utriusqve perſona id dijudicandum eſt. *Judex* forum competens habet, ſi limites, qvibus circumſcripta eſt ipſius jurisdictio, obſervet. Limites autem illi circumſcribuntur, qvoad perſonas, cauſas, locum & ordinem. *Inter litigantes* forum æſtimatur ex perſona rei, indeq; regula eſt, *Actor forum rei ſeqvitur, l. 2. C. de jurisdict. D. Hahn. ad Weſenbec. ff. de judic. num. 16. add. pr. de for. compet.*

§. 4. *Forum competens* eſt litium diſceptandarum locus, ubi reus conventus nolens volens reſpondere tenetur, *Jac. Blum. proc. C. tit. 25. n. 64.* Itaq; ſi Reus in Camera conventus, Judicium ſeu Forum Camerale, etiamſi maximè velit, tamen non poſſit declinare. *Jurisdictio* Cameræ dicitur eſſe *fundata*; ſunt enim termini convertibiles, Jurisdictionem eſſe fundatam, & Forum eſſe competens, *Blum. d. l.*

FOSSA. §. 1. *Foſſa* eſt receptaculum aqvæ manu factum, *l. un. §. 5. ut in flum. publ.*

FRAUS. §. 1. *Fraus* propriè ſignificat culpam, machinationem, calliditatem, peccatum, delictum; & omne factum, dictumqve culpabile, ſive pœnam habeat præſtitutam, ſive nullam, atqve ita pœnæ præparationem, ſeu cauſam ſignificat, *l. 131. de V. S. l. 29. l. 30. de LL. l. f. D. ſi fam. furt. l. 23. §. excipitur. ff. de ædil. ed. l. 1. & t. t. ff. Si qvid in fraud. patr. l. 1. ff. qvæ in fraud. cred. §. 1. & 2. l. qvib. mac. lic.* Contra v. pœna eſt effectus fraudis, ut nunqvā pœna ſit, niſi culpa ſive fraus adſit. *l. 131. de V. S.* (2) propter naturalē & arctiſſimā cauſæ effectusq; copulationē ſit, ut per metonymiam fraus ſæpe ipſam ſignificat pœnam, damni-

mniqve æſtimationem ac refuſionem, *l.1.§.1.ad L.Falc. Gædd. ad l.131.de V.S.n.4.& 5.*

§. *2. Fraudis* ſignificatio eſt latior, qvàm *doli*; ideoqve ſi fraus in ſpecie pro dolo & callida machinatione accipitur, id fit per Synecdochen generis pro ſpecie, non propria vocis ſignificatione, *veluti in l.7.§.ſed ſi de pact.Gædd.d.l.n.6. add. Tuſch.lit.F. concl.476.*

FRUGES. FRUMENTA. LEGUMINA. §. I. Latior eſt appellatio *fructuum* qvàm *frugum*. *Frugum* verbo propriè continentur tantùm frumenta & legumina, *l.77. de V.S.* non reliqvi fructus. Unde frugibus legatis, frumenta tantum & legumina continentur, *Paul.3.ſent.6.§.frugibus.* Sed in actione aqvæ pluviæ arcendæ. *Frugum* appellatio porrigitur ad omnes fructus reliqvos, non proprietate verbi, ſed ex interpretatione, ob parem, qvæ utrobiqve vertitur, rationem. *Sic enim Paulus ait Frugem pro reditu appellari non ſolùm, qvòd frumentis aut leguminibus, verùm & qvod ex vino ſylvis caduis, cretiſodinis, lapicidinis capitur. Julianus ſcribit, fruges omnes eſſe qvibus homo veſcatur, falſum eſſe, non enim carnem aut apes ferasve aut poma fruges dici.* Frumentum *autem id eſſe, qvod ariſta ſe teneat, rectè Gallum definiſſe.* Lupinum *verò &* fabam *fruges potiùs dici, qvia non ariſtâ ſed ſiliqvâ continentur, qvæ Servius apud Alfenum in frumento contineri petat, l.77. de V.S. Conf. Menoch. de præſ. l.4. præſ.151.*

FRUCTUS. §.I. Vocabulum *fructus* (1) *in genere* de omni utilitate & acceſſione, reditu & obventione, qvocunqve item commodo, lucro & emolumento, qvod vel ex ipſa re naſcitur, vel cauſa ſeu occaſione rei à qvoqvam percipi poteſt, prædicatur, *l.59.§.1.de uſufr. Umm. diſp.ad proc.jud.dir.21.th. 1. Vid.l.29. de pet.hær.l.62. de R.V. l.4.§.2.l.6. Si ſer.vind.* (2) *Strictè* verò ea, qvæ ex arboribus percipiuntur, qvæqve terra ſingulis annis nobis ad vitæ ſuſtentationem abundè ſuppeditat, qvæqve ex ipſa re naturali naſcuntur, complectitur, *l.40.§.4.de contr.emt.l.48.§.de uſur.* (3) *Strictius* non omnes, qvi naſcuntur ex re, ſed qvi deductis impenſis, qvibus qværuntur, coguntur & conſervantur, ſuperſunt, fructus intelliguntur, *l.36.§.f. de her.pet.l.7.pr.Sol.matr.l.1.C.de fruct.*

l.46.

l. 46. de uſur. (4) ſignificat jus, & idem eſt, qvod jus utendi fruendi, nihilqve intereſt, an fructus legetur, an verò Uſusfructus, *l. 14. §. 1. de uſ. & hab.* 1. *42. de uſ. & uſufr. leg.* (5) Metaphoricè fœtus humanus in utero matris exiſtens, vel partus humanus in lucem editus hoc nomine venit. *Luc.* 1. Noſtris impropriè *l. 28. §. 1. de uſur.* (6) Sæpe etiam ſignificat delectationem ſeu voluptatem. *Hinc Cicero: Ego fructus uberes ex literis cepi.* (7) Nonnunqvam ſumitur pro utilitate. *Diligentia fructum ex aliqva re nanciſci, Cic. de Clar. Orat.* (8) Non rarò in ſacris literis pro bonis operibus accipitur, *Matth. c. 3. Copus tr. de fructib. l. 1. tit. 1. c. 3.*

§. 2. *Fructus ſtrictè dicti* omninò differunt *ab uſuris, frugibus*, uſu, melioramentis, nec nōn ab intereſſe.

§. 3. *Fructus ſtrictè* ſignificant ea, qvæ ex ipſa vel in re naturaliter naſcuntur. *l. 28. l. 5. de uſur. & fruct.*

§. 4. *Fructus naturales* ſunt, qvi ex ipſo rei corpore natura operante proveniunt, *l. 40. §. 4. de contr. emt. l. 48. §. 1. de uſufr.* Et hi propriè fructus dicuntur, *l. 121. de VS. Rennemann. jurisp. Rom. Germ. membr. 2 de jur. rer. Diſput. 4. th. 21. lit. B.*

§. 5. *Fructus civiles qvi & qvaſi & improprii l. 62 de R. V.*) dicuntur, qvi non tam ex corpore rei ſive ipſa re naſcuntur, qvàm aliunde occaſione rei, ex uſu ſcilicet & locatione, per conventionem qvandam & proviſionem hominis percipiuntur, *l. 121. de V. S. l. 19. l. 34. l. 36. de uſur. l. 83. de leg. 2.*

§. 6. *Fructus naturales*, vel ſunt ſimpliciter tales, à ſola ſcil. natura, ſeu ſponte magis, qvam diligentiâ & facto hominis provenientes ut glandes: *Vid. l. 45. de uſur. l. 28. eod. §. 37. I. de R. D. l. 78. de R. V.* Et naturales in ſpecie dicuntur, *Umm. d. l. num. 4. Induſtriales* vocantur, qvæ naturâ qvidem adjutrice, cæterum facto magis & prævia hominum induſtriâ, cura & cultura producuntur, ſive ſaltim ad naſcendi principium actum & factum hominis deſiderant, ut ſegetes, &c. *l. 48. de A. R. D.*

§. 7. *Fructus conſumti* vocantur, qvi penes poſſeſſorem ampliùs non reperiuntur, ſive qvod in rerum natura eſſe deſierint, & ſic utendo abſumti, ſive qvòd à poſſeſſore legitimo modo alienati fuerint, vel in rem verſi *Dd. comm. arg. l. 25. §. 11. de her. pet. Umm. d. l. n. 5.*

§. 8

§. 8. *Fructus extantes* dicuntur, qvi præſentes ſuperſunt & inveniuntur, *l.21.* §. 2. *de pign. act. l. pen. C. de R. V.* vel ſupereſſe finguntur, *Fach. 1. contr. 58. Vid. l. 25. §. 11. l. 40. §. 1. de her. pet. l. 1. C. eod. Vinn. ad §. 2. I. de Off. jud.*

§. 9. *Extantes fructus* vel ſunt *pendentes*, vel *percepti*, vel *futuri*. *Pendentes*, (*qvi & Præſentes & ſtantes, dicuntur*, ſtehende Früchte) ſunt, qvi adhuc rei ſeu corpori, ex qvo ſperantur & proveniunt cohærent. *l. f. §. 6. qva in fraud. cred. l. 61. §. 8. de furt.* Unde nondum percepti, nec à ſolo ſeparati & ſolo terræve cohærentes dicuntur, *l.* 12. §. 5. *de uſ.* indeq; pars fundi videntur, *l. 44. de R. V. l. 27. de uſufr.* Horum pendentium alii ſunt maturi, *l.* 12. §. f. *l.* 27. *pr. eod.* alii immaturi *l.* 48. §. *1. eod. l. 27. §. 25. ad L. Aqvil. D. Hahn. ad Weſ. de uſur.*

Percepti ſunt, vel re ipſa percepti, vel interpretatione juris, qvi percipiendi dicuntur. *Illi* ſunt, qvi ab ipſa re & corpore ſeparati reperiuntur, §. 35. *I. de R. D.* qvantumvis nondum collecti vel abſportati, nec dum in cuſtodiam noſtram vel horreum noſtrum ſint deducti, & ſic in poteſtatem noſtram redacti, *l. 9. §. 1. de don. l. 78. de R. V. l. 15. §. 1. de uſur. Vult. 1. jur. Rom. c. 64. n. 18.*

Percipiendi vocantur, qvos poſſeſſor incuriâ ſuâ non percepit, percipi tamen honeſtè à diligentiori potuerunt & debuerunt, *l.* 33. *l. 62. de R. V. l. 39. §. 1. de leg. 1. §. 2. I. de offic. jud.*

Futuri dicuntur, qvi qvidem nondum maturi nec dum producti, certo tamen ſperantur productum iri, *l. 1. pr. de contr. emt. l. 24. de leg. 1. l. 15. de pign. l. 73. de V O.*

§. 10. Ii fructus in jure canon. *Groſſi* vocantur, qvi non ſingulis diebus, uti qvotidianæ, qvas vocant *diſtributiones*, ſed vel annuatim, vel ſingulis ſemeſtribus, vel alia anni parte, juxta Eccleſiæ cujusqve conſvetudinem, percipiuntur. Dicti *Groſſi*, tanqvam majores utilioresqve, ut qvi conſiſtunt in fundis, prædiis, pratis, vineis, reditibus, & vocantur fructus *de menſa groſſa. Joan. Cop. de fructib. l. 2. tit. 6. c. un. & l. 4. c. 2.*

FURIOSUS. §. 1. Homonymia duplicem vocabuli furoris ſuppeditat acceptionem. (1) *Impropriam*, qvatenus hoc modo furor accipitur de omni eo, qvod fit cum impetu qvo-

qvodam & actionis à cauſa ſua proficiſcentis exceſſu, *Vid. Exod. 32. verſ. 10. c. diſciplina. 9. Diſt. 45. Deut. 32. v. 24. & 33. N. 74. cap 4.* (2) *Propriam*, qvæ iterum vel *lata* eſt, præter mentis alienationem qvalificatam, ſimplicem etiam abſolutè denotans, ut furioſi vocabulo veniant, qvicunqve ſunt aut ſine mente, aut deorſum à mente, aut capti mente, ſive illos voces ſtultos, ſive fatuos, ſive inſanos, ſive amentes aut dementes, aut phreneticos, ita ut furioſi vocabulum in diſpoſitione aliqva poſitum, ad hos omnes tutò accommodari poſſit, ſi ratio diſpoſitionis illud admittet, *Bald. 3. conſ. 347.* Vel *ſtricta*, qvæ denotat illum defectum qvalitatis intelligibilis, qvi ſe cum exceſſu dementiæ & vehementia qvadam ac impetu exerit, *l. 22. §. 5. 7. §. 8. Sol matr. Nov. Leon. 112. Andr. Frommann. tr. de jur. furioſ. p. 1. gen. n. 6. p. 6. & ſeqq.*

§. 2. *Furor* eſt dementia cum ferocia & horrenda actionum vehementia. Et *furioſus* eſt perſona, qvæ cum ferocia & horrenda actionum vehementia demens eſt, *Froman. d. tr.*

§. 3. *Furor dividitur* (1) in *verum* & *ſimulatum*. *Verus* eſt ille, qvi jam eſt definitus. Hic ſubdividitur, qvòd ſit vel *continuus* vel *interruptus*. *Continuus* iterum eſt vel *perpetuus Nov. Leon. l. 12. §. 2. de judic.* vel *tempore circumſcriptus*. *Uterq;* nempe *continuus* & *interruptus* rurſus eſt vel *ferendus*, vel *ferox*, vel *ſæviſſimus* per *l. 22. §. 7. & 8. Sol. matr. Simulatus* etiam duplex eſt, nempe *fictus*, à lege ſcilicet *l. 2. l. 5. §. 1. de inoff. teſt.* qvi aliàs etiam titulus furoris vocatur, *l. 49. de don. int. vir. & ux.* vel *ſimulatus in ſpecie* ſc. ab homine *l. 13. §. de off. præſ.* qvi & ipſe ficti nomine venit. *l. 6. de cur. fur.* (2) Dividitur furor in *patentem*, qvī facilè incurrit in oculos; & *non patentem*, qvando ſcil. furioſus conſtitutus eſt in conſpectu inumbratæ qvietis, ut loqvitur *IC. in l. 18. §. 1. de acq. poſſ. Frommann. de tract.*

FINES. §. 1. *Fines* ſunt loca extrema, è regione ſibi invicem proximè adjacentia, qvæ duorum dominorum terras ſive poſſeſſiones diſtingvunt, & ita cuiqve, qvod ſuum eſt, demonſtrant. *Hieron. de Monte tr. de finibus c. 15. n. 2. & 11.*

FINIS. §. 1. *Finis* ſumitur 1. pro cauſa propter qvam aliqvid fit. 2. idem ſignificat qvod definitio *l. 223. π. de V.* S. 3. pro termino vitæ *l. 58. π. de Uſufructu.* 4. pro certo modo, qvan-

qvantitate, *l.14.π. de Compenſat.l.4.*§.1.*π.de naut.fœn.l.66.* §.*ult.π.de Evict.* (5) pro termino ſeu limitibus agrorum,*l.16.* §.*5.π.de uſu & habit.l.48.π.de Act. Empt.l.18.*§.2. *π. de acqvir. poſſ.*

FUNDUS. §.1. *Locus* eſt, non fundus, ſed portio aliqva fundi. *Fundus* autem integrum aliqvid eſt, & plerumqve ſine villa locum accipimus. Cæterum adeo opinio noſtra & conſtitutio *locum à fundo* ſeparat, ut & modicus locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo eum habuimus, non enim magnitudo locum à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio, & qvælibet portio fundi poterit fundus dici, ſi jam hoc conſtituerimus. Nec non & fundus locus conſtitui poteſt. Nam ſi eum alii adjunxerimus fundo, locus fundi efficitur, *l.60.pr.de V.S.*

Fundus eſt totum qviddam, ſive prædium ſit, ſive pars prædii, ſive ager ſit, ſive pratum, ſive ædes, ſive area, hortus, ſive ex his omnibus conſtet; pro domini arbitrio ac voluntate diſcretis certis finitisq; terminis definitum. Contra verò *locus* eſt pars fundi, ſeu ſpatium in fundo qvolibet pro arbitrio domini ſine diſcretorum terminorum definitione. Ea enim inter hæc duo potiſſima differentia eſt, qvod *loci* ſpatium raro, *fundi* verò ſemper ſuis finibus ſit à domino definitum: & rurſus: etſi utriusqve termini definiti eſſe poſſint, *locus* tamen nunqvam pars totius eſt pro diviſo, ſed ſolummodo pro indiviſo: at *fundus* pars totius pro diviſo, ac terminis ſuis diſertè ſeparatis deſcripta eſt, *per l.86.*§.*Titius.ff.de leg. 2.l.4.ff. de cenſib.l.25.de V.S.l.1.l.3.Cod.fin.* Hinc eſt, qvod *loca* & *fundi* eadem oratione connectuntur, *veluti in l. 3. C. de locat. præd. civil. l.1.*§.*2.*§ *& generaliter.ff.de vi & vi arm. l.3.l.4.C.fin. regund.* ut, qvod fundus non ſit, ſed pars ejus, loci appellatione concludatur, *l.15.ff.comm.præd.d.l.3.l.4.l.18.*§.*agri.ff.qvib. mod.uſufr.amitt.Gædd.ad l.60.n.7.ff.de V.S.*

§.2. *Fundus* qvidem ſuos habet fines; *locus* verò latere poteſt, qvatenus determinetur & definiatur, *d.l.60.*§.*2.*

§.3. *Fundi appellatione* omne ædificium, & omnis ager continetur. Sed in uſu urbana ædificia, ædes: ruſtica, villæ dicuntur. *Locus* verò ſine ædificio, in urbe area: rure autem ager appellatur. Idemqve ager cum ædificio, fundus dicitur,

P *l.111.*

l. 111. *de V. S.* §.7.*Verſ. obiita. l. de uſucap. l.19. de R.V. junct. l.* 38.*pr.* & §.1.*de damn.inf.*

Freqventiùs tamen hac voce fundi prædium ruſticum ſignificatur, *l.5.C. de locat. l.5.C. de rer. permut.* §. 2.*l. de uſur.* Et uſu ſive propriâ notione *ædificia urbana*, non *fundi* dicuntur, ſed ædes, *d.l.211. de V. S.* Ædificia ruſtica, vocantur villæ, *dict. l. 211.*

§. 4. Qvæſtio eſt, *fundus à poſſeſſione* vel *agro* vel *prædio qvid* diſtet. *Fundus* eſt omne qvicqvid ſolo tenetur. *Ager* eſt, ſi ſpecies fundi ad uſum hominis comparatur. *Poſſeſſio* ab agro juris proprietate diſtat: qvicqvid enim apprehendimus, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere, hoc poſſeſſionem appellamus. Poſſeſſio ergò, uſus, ager proprietas loci eſt. Prædium utriusqve ſupra ſcriptæ generis nomen eſt: nam & ager & poſſeſſio hujus appellationis ſpecies ſunt. *l.115. de V. S.*

§. 5. Etiam minima fundi portio, gleba, dicitur *fundus*, *l.60.de V. S.*

§. 6. *Inſtructo*, ſcilicet prædio fundo, vel inſtrumento fundi, legato, continentur omnia, qvæ in fundo paterfamil. habuit, ut eſſet inſtructior. *l.12.*§.27.35.*de inſtruct. vel inſtr.leg.*

§.7. *Fundi patrimoniales* ſunt, qvi ad patrimonium principis pertinent.

§. 8. *Fundi ſaltuenſes* vocantur paſtioni deputata nemora, *Gothofr.ad rubr.C.de fund.patrim.*

§. 9. *Fundo* generaliter legato, nec demonſtrato, nullum eſt legatum, vel ſtipulatio fundi, nec ſimile eſt ſtipulationi hominis, *l.69.ff.de jur.dot.l.gener.pr.* & §.1.*ff.de leg.*1. Sed potius tritici indefinitè promiſſi genere, qvantitate & modo ejus non deſtinato, *l.94.ff.pe* V.O. *Gædd. ad l.60.n.8.ff.de* V.S.

FUTURUM. §. 1. Regulariter verbo præſentis temporis non comprehenditur. *l.8.de aur.* & *arg.leg.l.89.l.76.*§.1.*de* V.O.§.2.*l.q.m.toll.obl.* Wiſſenb.*de*V.S.*diſp.4.th.12.*

§. 2. Si qvid in futurum lex ſimpliciter vetat, in præteritum qvidem indulgere videtur: at præſentem caſum jam jam progredientem, niſi cum expreſsè etiam excipiat, prohibuiſſe & complecti voluiſſe creditur. *l.contractus, l.comparationes, l. cum qvidam.C.1.de fid.inſtr. l mulier, C. de ſponſ. l. ſi à ſponſo, C. de*

C. de don. int. Vir. l. in conjunctione. l. Imperialis per tot. C. de nupt. l. hac edictali. C. de ſec nupt. Gædd. ad l. 8. n. 5. de V. *S.*

§. 3. Futurum tempus etiam includit præſens, *l. 24. l. 30. de leg. 1. l. 76. §. 1. l. 89. l. 125. de V. O. Gædd. d. l. n. 1.*

FUNUS. §. 1. Cùm in teſtamento ſcriptum eſſet, ut heres in funere, aut in monumento *duntaxat aureos centum* conſumeret: non licet minus conſumere: ſi amplius vellet, licèt. Neqve ob eam rem contra teſtamentum facere videtur, *l. 202. de V. S.*

§. 2. *Actio funeraria* datur ei, qvi funeris cauſa ſumtus fecit, contra eum, ad qvem ea res pertinet, ut reſtituatur, *l. 12. §. 2. de Relig. & Sumt.*

FURTUM. §. 1. Aliud eſt promittere, *furem non eſſe*, aliud *furto, noxaq; ſolutum.* Qvi enim dicit, *furem non eſſe*, de hominis propoſito loqvitur: qvi *furtis noxaq; ſolutum*, nemini eſſe furti obligatum promittit, *l. 174. de V. S.*

§. 2. *Furtum* eſt contrectatio fraudulоſa lucri faciendi gratiâ, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus poſſeſſionisvé, *l. 1. §. f. de furt. §. 1. I. de obl. qvæ ex dol.* Vel, *furtum* eſt delictum privatum rem alienam mobilem, fraudulenter invito domino lucri faciendi gratiâ, contrectando commiſſum, qvo qvis obligatur ad pœnam læſo præſtandam, *§. 1. eod.*

§. 3. *Furti condictio* eſt actio civilis, rei perſecutoria, qvâ rem furto ablatam, â fure, ejusvé herede repetimus, *l. 1. l. 7. §. 2. de cond. furt. §. 14. I. de action.*

§. 4. *Furti actio & condictio furtiva* differunt, qvia furti actio contra ſolum furem, non etiam ejus heredes datur, qvia eſt merè pœnalis, *§. ult. I. de obl. ex del.* condictio autem contra furis heredes datur etiam in ſolidum, *l. 7. §. f. l. 9. de condict. furt. Suthols. diſſ. 16. aph. 34.*

§. 5. *Vox furti* in latiſſima ſignificatione denotat qvamvis actionem vel omiſſionem injuſtam circá bona fortunæ. Ita accipitur in Decalogo. Atqve hoc ſenſu furtum acceptum plurimum differt ab illo, qvod tale JCtis. Sic enim & rerum immobilium furtum eſt, item hereditatis jacentis, qvatenus heres jus ad eam habet, qvod injuſtè læditur per iniqvam ejusmodi uſurpationem. Idem eſt ſi conjux conjugi qvid auferat, ſecus ac jure Romanorum & poſitivo. *l. adverſus Cod. de*

 crim.

crim.expil.hær.l.uxor.C.eod.l.malæ fidei C.de cond. ex leg. t.t. ff.& C.rer. amot. Vid.Dn. Hahn. ad Weſenbec. *ff. de furt, num. 7.*

§. 6. *Furtum manifeſtum* dicitur, qvod manifeſtum redditur, anteqvam fur veniat ad locum deſtinatum, *Gl.in l.2.ff.de furt.* Qvod fit (1) Si fur deprehenſus fuerit in ipſo furandi actu. (2) Si poſt actum deprehenſus fuerit in loco, ubi furtum fecit. (3) Si deprehendatur extra eum locum, anteqvam eò, qvod deſtinavit, rem perferret; & perinde eſt, à qvo qvis fuerit deprehenſus, *§.3.I.de obl.ex dol.* Cui addi poteſt (4) affine, ſcil. ſi qvis furem cum re furtiva procedentem videat, & ei accurrat ad deprehendendum, *l.7.§.2.de furt. D.Struv exercit.48.th.19.* Jure Carolino videtur, qvòd furem manifeſtum reddat non ſolus viſus, ſed acclamatio ejus, qvi neqvit apprehendi, P.H.O. artic. 157. 158. ibi: oder ein Geſchrey/ oder Nacheyl machete/vel accurſus ad deprehendendum, vel deprehenſio, *D.Hahn.ad* Weſenbec. *ff.de ſurt. num.8. Nec manifeſtum furtum* eſt, qvando fur in actu furandi nullo modo deprehenditur, *§.3 I de obl, ex del. l.5. de furt.* Wann der Dieb/ ehe er damit in ſein Gewahrſam kommt/nicht beſchryen/berüchtiget oder betreten. P.H.O. *art.157.pr.*

§. 7. Hodiè præter furti diſtinctionem in *manifeſtum* & *non manifeſtum*, notandæ ſunt aliæ: Scil. (1) in *ſimplex*, ſeu mere tale, gemein/ſchlechter Diebſtahl/ & *violentum* ſeu conjunctum, ein gefliſſener/gefährlicher Diebſtahl/P.H.O. *artic. 159.* Hocqve admittitur ruptione, eſtractione ædium, ſcalarum admotione, aut telorum geſtatione. (2) in *parvum*, geringer Diebſtahl/P.H.O. *art.160.pr.* & magnum. (3) in *primum & reiteratum*; & hoc iterum in *primum*, *ſecundum*, *tertium*, *juxta* P.H.O.*art.158. & ſeqq.*

§. 8. *Actio furti* datur illi, in qvem furtum commiſſum, contra furem & qvidem manifeſtum in pœnam qvadrupli; non manifeſtum in pœnam dupli, *§.5. I.de obl. ex del.*

§. 9 *Actio rerum amotarum* eſt, qvæ datur ſoluto matrimonio inter eos, qvi fuêre conjuges, ob res divortii causâ, conſtante matrimonio, ablatas à conjuge, *l.3.C.& t.t ff.de act. rer.amot.* Oritur hæc actio ex delicto, *l.21. §.5.ff. d. t.* qvod revera furtum eſt, etſi leniùs coërcetur, *l.29.l.21.§.f.d.t.*

FU-

FUGITIVUS. §. 1. *Fugitivus* non à *conſilio* fugiendi & cogitatione, non à potentia, vel qvòd in futurum fugere poſſit, denominatur, ſed refertur ad *factum & conatum*, licet iſte exitum non ſit conſecutus, *l. 225. de V.S. ibiqve Gadd. n. 2. Add. Tuſch lit. F. concluſ. 522.*

§. 2. *Fuga* verò eſt diſceſſus alicujus ad evitandum aliqvod malum præſens vel futurum, altero invito, ex animo fugiendi ſuſceptus.

§. 3. Eſtqve vel *licita* vel *illicita*.

GERERE. §. 1. *Geſtum* rem ſignificat ſine verbis factam. *l. 19. de V.S. tit. ff. & C. de neg. geſt. l. 7. pr. de minor.*

GLANS. §. 1. *Glans* caduca eſt, qvæ ex arbore cecidit, *l. 30. §. 4. ff. de V.S.*

§. 2. *Glandis appellatione* omnes fructus continentur, *l. 236. §. 1. de V.S. add. tit. ff de gland. leg.*

GENER. §. 1. (1) Filiæ vir *gener* appellatur, *l. 4. §. 6. de grad. & affin.* (2) Generi appellatione & neptis, & proneptis, tam ex filio qvam ex filia editarum, cæterarumq; maritos contineri, manifeſtum eſt, *l. 136. de V.S.* Qvin & *ſponſi* filiæ neptis, proneptis dicuntur generi, *l. 6. §. 1. de gradib. l. 4. ad L. Pom. de parr. l. 5. de teſtib.* Si verò verborum proprietas inſpicitur, aliud obſervatur, *d. l. 4. §. 8. & 9. Inſtitut. de nupt. l. 1. de his. qvi not. inf.*

GENERALE. §. 1. Dicitur generale bifariam (1) *per prædicationem*, ſicut animal eſt genus ad ſuas ſpecies, & qvod hoc modo eſt generale, ad eſſentiam eorum pertinet, qvibus eſt generale, qvare etiam univerſaliter de ſingulis prædicatur, nam genus eſt de eſſentia ſpecierum, (2) *per virtutem*, qvia cauſa eſt inferioribus influens, & qvod hoc modo eſt generale, id non eſt particularibus idem eſſentialiter, neqve de illis prædicatur, *Vid. Dominic. Soto de I. & I. l. 2. art. 5. in fin. D. Hahn. ad Weſenb. de juſt. & jur. n. 3. Tuſch. lit. D. concluſ. 282.*

§. 2. Verba *Generalia contra* qvid denotet, item qvænam dicatur, gemeine Einrede / vid. ſub voc. *Exceptio. §. 7.*

§. 3. Genere & ſpecie aliter utuntur Philoſophi, aliter JCti: Illis genus eſt, qvod de pluribus ſpecie differentibus; ſpecies, qvæ de pluribus individuo differentibus prædicatur: His verò Genus ſpecies eſt, & ſpecies individuum. v. g.

Species JCtis eſt ipſum triticum, qvod mutuò datum eſt; idem Genus, triticum Africanum pro tritico Africano, aliud genus, ſi pro vino reddatur triticum. *LudWell. diſputat. 11. th. 3. lit. G.*

GANERBINATUS. §. 1. *Pactum Ganerbinatûs* (Gan-Erbſchafft/) eſt conventio inter nobiles ac illuſtres familias certis legibus, ſuperioris confirmatione accedente, inita, ut ſe ſuasqve facultates contra vim & hoſtiles incurſiones defendant, & una exſtinctâ familiâ, ex reliqvâ ſuperſtites iſti ſuccedant, Erklär. des Landfried. zu Augſp. de Anno 1500. *tit.* Wider der GanErben Schloß/ Landfr. zu Worms. *de Anno 1521. eod. tit. Wehn. Voc.* GanErben.

Gnaden-Gelder. §. 1. Aſſeſſorum Cameræ Imper. mortuorum viduis, aut his etiam mortuis, illorum liberis ſuperſtitibus *Qvadrans annuuſ ſalaris*, nim. 250. Imperiales, exſolvitur. Hic Qvadrans vulgò vocatur Gnaden-Gelder. Gratialia Latinè appellaveris, nomine ad Analogiam ejus lingvæ formato, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 7. num. 123.*

GERADA. §. 1. Wird bey den Sachſen genanndt/Haus-Geräthe/ und ins gemein/ Geräthe in einem Hauſe. Qvid autem ad *geradam* pertineat, *Vid. Wehn. & Beſold. in theſ. pract. Voc.* Gerade. *Dn. Carpz. CV. 3. Conſt. 38. Gerada ſeu bona utenſilia* ex hereditate materna ad ſolas filias vel etiam nepotes *ex filiabus* mortuis & qvidem concurrentes cum filiabus jure repræſentationis pertinent, *Vid.* Land-R. *l. 1. art. 27. Coler. 1. dec. 42. Goldbeck. de jure gerad.*

§. 2. *Gerada* vel eſt *Uxorum*, qvæ præmortuo marito uxoribus; vel *Cognatarum*, qvæ defunctâ uxore proximæ cognatæ debetur, & vulgò Niftel-Gerade/ audit. Sed neutra eam ſine onere lucratur. *Illa* enim præmortui mariti Agnato proximo de Gerada res expeditorias dare tenetur; *Hac* autem, Cognata ſcilicet, ſuperſtiti marito certas qvasdam ſpecies Geradæ relinqvere debet. Land-Recht. art. 38. Stirbt des Mannes Weib/ welche ihrer Nifftel die Gerade nimmt / die ſoll von der Gerade dem Manne bereiten ſein Bette / als es ſtunde/ da ſein Weib noch lebete/ und auch ſeinen Tiſch mit einem Tiſchtuch/und ſeine Banck mit einem Pfüel/ und ſeinen Stuhl mit einen Küſſen.

GVA-

GVARANDA. §. 1. Jure Saxonico ante litis conteſtationem reus ab actore petit *gvarandam* & ſatisdationem pro expenſis & reconventione, das iſt/ die Gewehr der angeſtellten Klage/und den Anſtand der Expens und Wiederrechtens/qvam actor præſtare debet actu corporali, indem Kläger mit Handgegebenen Treuen/die Gewehr der Klage angeloben muß / *Vid. Conſt. Elect. 4. part. 1. ibiq; Dn. Carpzov. Berlich p. 1. concl. 12. Wehn. & Beſold. in pract. voc.* Gewehr.

GRAVARE. §. 1. Judex *gravare* dicitur (1) Qvando privat aliqvem juris beneficio, *per l. Prætor. §. permittitur. ff. de minor.* (2) Si præpoſterè procedat, *l. liber C. de pet. her. l. dicimus. ff. de excuſ. tut.* (3) Si denegat dilationem ſine cauſa, & à jure vel ordinatione permiſſam, *cap. 1. & per tot. De dilat. Innoc. in c. ſignificaverunt. De teſt. teſt.* (4) Si ſententiam vel Decretum præcipiat impoſſibile, vel id, qvod parti difficile aut periculoſum, *c. accepimus. ubi Panorm. & alii. De fid. inſtrum. c. ex part. T. eod.* (5) Si per ſententiam ſive Decretum injungat aliqvid contra jus vel rationem, *c. 1. de ſent. & re jud.* (6) Judex gravat, qvi incompetens ſententiam dicit, aut decernit aliqvid contra aliqvem. (7) Si per ſordes ſententiam ferat, *l. ſi filiusfam. ff. de judic.* & multis aliis modis judex gravamen partibus infert. (8) Judex gravamen litigantibus inferre cenſetur, per interlocutoriam in deſinitiva irreparabile, *de qvo vid. latè Roding. Pand. Cam. l. 1. tit. 19. in Commentar.*

GVARENTIGIATUM INSTRUMENTUM. §. 1. Dicitur etiam confeſſatum, confeſſionatum, publicum, liqvidum, Exeqvibile, executivum, *vid. Coler. de Proc. exec. p. 1. cap. 3.* A *Gvardia*, id eſt, ſecuritate, qvam creditori clauſula gvarentigii præſtat, qvæ vulgò ita ſolet concipi: Daß der Gläubiger ſoll Macht haben/ mit- oder ohne Recht/ absqve ligitii ſufflamine, ohne vorgehende Citation und Proceſſ, alsbald per viam facti zu procediren / auff den Fall der Nichthaltung/ ſich uff dem eingeſetzten Unterpfande / ſelbſt de facto eigener Weiſe bezahlet zu machen/ tanqvam omni jure peracto, *Beſold. in theſaur. pract.* verſetzte/ untadelhafftige Siegel und Brieſe.

§. 2. *Inſtrumenta gvarentigiata triplici modo* accipiuntur. (1) In *latiori ſignificatu* inſtr. Gvar. denotat qvodcunqve in-

inſtrumentum paratam executionem habens, ſive id vi pacti, ſive ſtatuti & conſvetudinis contingat, *Treutl. verſ. 2. d. 28. theſ. 4. lit. F. & diſp. 5. lit. C. Weſenb in par. de fid. inſtr. num. 6.* (2) *Communiter* à Dd. uſurpatur pro inſtrumento liqvido, qvod cauſante ſtatuto vel conſvetudine paratam executionem meretur, *Parlad. l. 2. rer. qvot. c. f. §. 11. num. 4.* licet clauſula gvarentigiæ ipſi non fuerit à Notario adjecta, *Carpzov. 1. I. F. p. 1. conſtitut. 8. def. 14. Hillig. Don Enucl. lib 24. cap. 5. lit. D. in not.* (3) *Propriiſſimè* pro tali inſtrumento, in qvo à Notario ad id rogato partibus iſtud ita volentibus & acceptantibus præceptum ſit, ut obſervent contenta in eo, *Vid. Tuſch. pr. concluſ. 81. num. 1. lit. G. Coler. de proc. exc. p. 1. c. 3. num. 14. & ſeqq. Wehn. pr. obſ. in voc. Gvarentigia.*

§. 3. Media ſpecies ita deſcribi poteſt: qvòd ſit inſtrumentum liqvidum ex vi ſtatuti vel conſvetudinis paratam executionem obtinens.

GRADUS. §. 1. *Gradus* pro generatione accepti duplex eſt ſignificatio. Aut enim (1) reſpicit plures ab eodem ſtipite immediatè ortos, ſine reſpectu ulterioris progreſſus, e. g. Sempronius plures habet filios, Cajum, Sejum, Titium &c. (2) aut cum reſpectu ulterioris progreſſus, & prout ordine ad remotiores per intermedios tranſimus, cum videlicet alii ab aliis gignuntur, & qvaſi per gradus alii atqve alii deſcendunt. *Rebhan. in Hodog. Chart. 3. Clim. 2. aphor. 29. in not.*

§. 2. *Gradus* dicuntur ad ſimilitudinem ſcalarum, locorumvé proclivium, qvos ita ingredimur, ut à proximo in proximum, h. e. in eum, qvi qvaſi ex eo naſcitur, tranſeamus. *l. 10. §. gradus. ff. de Grad. & Adfin.*

HABERE. §. 1. Is apud ſe qvid habere videtur, de qvo habet actionem. Habetur enim qvod peti poteſt, *l. 143. de V. S. l. 77. §. ſurdo de leg. 2. l. 91. §. pen. de leg. 1.*

§. 2. *Habere*, ſicut pervenire cum effectu accipiendum eſt, *l. 164. §. 2. de V. S.* Effectus autem ille eſt, ut res in ea ſint conditione, qvod pervenerunt, hoc eſt ita ejus factæ ſint, ne poſſint avocari, *l. aliud eſt capere. de V. S.*

§. 3. *Habetur res duobus modis* (1) jure dominii, vel veri vel qvaſi, *l. 388. de V. S.* (2) liberâ, vacuâ & ſecurâ poſſeſſi-

ſeſſione: qvomodo emtor *habet* rem, qvam ſine interpellatione & inqvietatione obtinet, *d.l.*188. vi ſtipulationis *habere licere*, qva venditor ita rem tradere eſt obligatus, ut emtori eam ſine controverſia habere liceat, *l.11.§.f.de act.emt. l.38.pr.l.83. pr.de V.O. l.2.§.1. l.3 pr.§.1.& 2.de act.emt.*

§. 4. *Rem habere licere* ſignificat, præſtare, ut vel dominium, ſi res propria, vel uſu capiendi conditio, ſi aliena vendita ſit, transeat in emtorem ſine interpellatione, *l.188. de V.S. Joh.Strauch.diſſert.15. aph.3.*

HOMICIDIUM. §. 1. *Homicidium* eſt crimen publicum, qvo homo dolo, *ſeu à ſciente & volente*, occiditur, *l.1. ad J.Corn. de ſic.*

§. 2. *Homicidii* nomine non qvemvis hominis cædem intelligimus, ſed deſtinatam & innocentis, *Hugo Grotius de J. B. & P. l.c.2.num.5.*

§. 3. *Homicidium voluntarium* eſt, qvod committitur animo & voluntate occidendi, concurrente dolo malo, ut ſi qvis vel aperto Marte, vel per inſidias, ſive veneficio aut pharmaco, aliové modo aliqvem è medio tollat: idqve vel per ſe ipſum, vel per alium, mandando, conſulendo, opem ferendo. Et eſt vel *ſimplex*, conſiſtens intra limites ſimplicis homicidii, vel *deliberatum* ſeu *qvalificatum*, ut ſi qvis præmediatè ac deſtinata voluntate, vel per ſe vel per conductos ad hoc ſicarios, aliqvem interficiat.

§. 4. *Homicidium caſuale* eſt, qvod caſu, præter intentionem & opinionem occidentis, citraqve dolum committitur.

§. 5. *Homicidium culpoſum* committitur, qvando occidens non qvidem habet animum doloſum occidendi aut vulnerandi, culpâ tamen interveniente vel præcedente aliqvem interficit. Veluti ſi qvis operam dando rei illicitæ, vel in re licita ac permiſſa non adhibendo diligentiam, cauſam mortis præbeat, & aliqvem occidat, *c. continebatur de homicid. Dn. Carpzov. pr. crim. q.27. n 8.*

§. 6. *Homicidium neceſſarium* dicitur, qvod fit ad neceſſariam ſui defenſionem, ob vim illatam, qvam repellere leges omnes permittunt: modò id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, *hoc eſt*, non ad vindictam, ſed tantùm injuriæ pro-

pulſandæ & avertendæ gratiâ. *Neceſſarium* qvoqve eſt qvod fit authoritate vel legis, vel ſuperioris jus gladii habentis, *Vid. l 3. de juſt. & jur. c. ſignificaſti. 18. de homicid.*

Hoff. §. 1. Hoff / nobis Germanis varia ſignificat. (1) conventum, eumqve non ſolùm Imperii, ſed etiam minorum gentium. Qvo ſenſu adhuc hodiè Norimbergæ dicitur, einen Jungfrauen-Hoff halten / pro congregatione feſtiva virginum, ubi cum iisdem juvenes, choreas & ludos honeſtæ recreationis exercent. (2) Domum, & palatium Principum, ac Dynaſtarum, Fürſtlicher / Gräfflicher ꝛc. Hoff. Qvalia non ſolùm in civitatibus præcipuis, ubi ordinaria cujusqve dynaſtarum ſedes eſt, extant, verùm etiam in civitatibus Imperialibus, & aliis. Ita Argentorati videmus den Bruder-Hoff / den Marggräviſchen-Durlachiſchen Hoff / den Henneberger-Hoff / Hanauiſchen Hoff / ꝛc. & alibi id genus alia. (3) Ipſam Principum & Dynaſtarum familiam aulicam, vel domeſticos, die Hoff-Stadt / cujus membra ſunt die Hoff-Diener und Hoff-Leute. (4) Aream, locum ſubdialem illum, qvi domui contiguus eſt, qvo ſenſu jungi ſolent, Haus und Hoff. (5) Villam, vel prædium ruſticum, Bauren-Hoff / Meyer-Hoff. &c. (6) Oberhalb des Boden-Sees / auff beyden Seiten des Rheins / werden gantze Flecken / ja Aemter / (die etwan Schlöſſer und mehr Dörffer begreiffen /) Höfe genennet. (7) Coronam, vel aream circa lunam. Qvod enim Græcis ἅλως eſt, id nos dicimus, der Mond hat einen Hoff. *Limnæus ad Capitulat. Carol. V. art. 29. in pr.*

HOSTIS. §. 1. Ejus, qvi apud *hoſtes* deceſſit, dici hæreditas non poteſt, qvia ſervus deceſſit, *l. 3. §. 1. de V. S. l. 4. C. comm. de ſucceſſ. Conf. l. 18. pr. de L. Falc. l. 12. qvi teſt. fac. poſſ. l. 28. de Vulg. & pup. ſubſt. §. ult. Inſt. qvib. non eſt perm. fac. teſt. l. 12. pr. de bon. poſſ.*

§. 2. Qvos nos *hoſtes* appellamus, eos veteres *perduelles* appellabant, per eam adjectionem indicantes, cum qvibus bellum eſſet, *l. 248. pr. de V. S.*

§. 3. *Hoſtes* hi ſunt, qvibus nobis aut qvibus nos publicè bellum decrevimus, cæteri latrones aut prædones ſunt, *l. 18. de V. S. l. 24. dd. capt. & poſtl. rev.*

HÆREDITAS. §. 1. In actu ſecundo, qvo definit Gajus

jus & Julianus, eſt ſucceſſio in univerſum jus, qvod defunctus habuit, *l.24.de V.S. l.62. de R.J.* hoc eſt ſpectato actu primo, hæreditas ſ. jus dominiumve hæreditatis, §. *incorporales I. de reb.corp. & incorp.* eſt jus ſucceſſionis, *l.1.§.1.de R.D.* ſeu jus, qvo ſucceditur in univerſum jus, qvod defunctus habuit, *l.1.l.3. de bon.poſſ.*

Vel *Jus hæreditarium* eſt jus ſ. facultas, in univerſitate rerum à defuncto relicta competens ita, ut qvis in idem ac omne jus, qvod defunctus habuit, ſuccedat, *l.10.§.1.de pat. hær. l.32.de acqv.poſſ. D.Struv.exerc.30.th.43.*

§. 2. *Hæreditatis petitio* eſt actio, qvâ qvis contra eum, qvi pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet, intendit hæreditatem ſuam eſſe, *l.9.l.10. de hær.pet.*

Vel, eſt actio univerſalis; ex acqviſito jure hæreditario competens, qvâ hæres adverſus eum, qvi pro hærede vel poſſeſſore poſſidet, contendit, ſe hæredem declarari, ac hæreditatem ſuam eſſe, & per conſeqvens res hæreditarias, unà cum præſtationibus perſonalibus, ſibi ab iſto reſtitui, *l.3.l.10.l.25. §.18.l 12.13.§.1.de petit.hær.l.1. Si pars hær. D. Struv. exerc. 10. theſ. 41.*

§.3. *Hæreditatis petitio* vel *eſt civilis*, qvæ competit ex jure hæreditario civili, ſeu qvâ petitur hæreditas jure civili, delata & acqviſita, *l.1.poſſ.hær.pet.* Vel *prætoria*. qvæ hæreditas jure prætorio qvæſita vindicatur. *l.1.eod.* qvæ *poſſeſſoria hæreditatis petitio* vocatur, *rubr.ff. d.t.*

Eſt verò *hæreditatis petitio poſſeſſoria*, actio, qvâ is, cui à prætore bonorum poſſeſſio data eſt, contra eum, qvi pro hærede, vel pro poſſeſſore poſſidet, intendit hæreditatem ſuam eſſe, *l.1.§.2.ff.de poſſeſſ.hær.pet.E.*

§. 4. *Hæreditatis petitio fideicommiſſaria* eſt, qvâ is, cui ex fideicommiſſo reſtituta eſt hæreditas contra poſſidentem pro hærede aut pro poſſeſſore intendit hæreditatem ſuam eſſe, *t.t.ff.de fideic.hær.pet.*

§.5. *Pro hærede poſſidere*, in genere eſt, titulo univerſali ſive hæreditario poſſidere ex cauſa teſtamenti, vel ab inteſtato. Adeoqve (1) pro herede poſſidet vetus hæres rem alienam, qvam putat hæreditariam, *t. t. ff. & C. pro hæred.* (2) pro hærede poſſidet, qvi non eſt verus hæres, titulo tamen hæredis ex cauſa teſtamenti, vel ab inteſtato, ſive ſec. jus ci-

vile

vile ſive prætorium res hæreditarias poſſidet. Nec intereſt an qvis bonâ,an verò malâ fide titulo hæredis poſſideat, *Vid. l. 11. ff. de petit. hær. §. 3. l. de interd, Pro poſſeſſore poſſidere qvid ſit, videbis alibi.*

§. 6. *Vox hæreditatis* in jure ſumitur potiſſimùm qvadrupliciter (1) *Objectivè* pro illo, qvod *relictum à defuncto*. Et tunc denotat univerſitatem bonorum,totum illud univerſale & confuſum,*l. 178. §. 1. de V. S. l. 19. eod. l. 50. l. 16. §. 4. de hær. pet.* augmentum recipiens & decrementum, *l. 119. de V. S.* & intellectum in jure habens, licèt æs alienum ſaltem contineat, Erbſchafft/ Verlaſſenſchafft/ Nachlaß. (2) *effectivè* dicitur *ſuccesſio in univerſum jus defuncti*, hoc eſt, actus qvo ſuccéditur.*l. 24. de V. S. 62. de R. I.* (3) res ſignificat hæreditarias, *t. t. de expil. hær.* (4) accipitur pro ipſo *jure* (facultate) *hæredi circa relicta defuncti qvæſito*, ſ. competente. Qvomodo hæreditas dicitur dominium, *l. 1. de bon. poſſ. l. 37. de acq. hær. l. 23. de acq. poſſ.* & hæres petens univerſitatem bonorum, petere ſuum,*l. 10. §. 1. de hær. pet.* Et hoc ſenſu per hæreditatem dicitur acqviri dominium, *§. f. I. per qvas perſ. cuiq; acq.* Aliàs dicitur *jus hæreditatis*,vel *jus hæreditarium l. 8. C. ad exhib. l. 6. pr. de Relig. l. 49. mandat.* nec non jus mortui ſucceſſione qvæſitum, *l. 37. de acq. hær. t. t. pro hær.* Erbrecht/Erbgerechtigkeit/*D. Hahn. ad Weſ. de petit. hæred. n. 2.*

§. 7. *Dominii & hæreditatis differentiam* Vide in voc. Dominium.

§. 8. *Hæreditas jacens* dicitur in *cauſa teſtati* præcipuè à die mortis defuncti, uſqve ad tempus, qvo aperiuntur tabb. teſtamenti, *arg. l. 1. qvem teſt. ap.* In cauſa *inteſtati*, qvamdiu hæres neſcivit jus ſuccedendi ad ſe devolutum, *l. f. §. 1. v. ſimiliq; modo junct. §. 11. C. de jur. delib. D. Hahn. d. l. n. 9.*

§. 9. *Res hæreditaria* Dicuntur (1) univerſæ res, qvæ apud defunctũ tempore mortis fuere, corporales & incorporales, *v. l. 1. de bon. poſſ.* jura in re & ad rem, nec ſolùm res, qvæ ad ipſum ex qvacunq; cauſa pertinuere, & qvarum ſaltem retentionem habuit, *l. 19. §. 2. de hæred. pet.* ſed etiam qvarum periculum ad eam ſpectavit, *l. 19. pr. l. 54. §. 1. d. t.* (2) qvæ univerſitati hæreditatis, ita ſemel conſtitutæ, & defuncti perſonam qvaſi repræſentantis, poſt mortem qvocunqve modo

do acceſſere, *l. 29. §. 3. ff. eod.* (3) venit in hæreditatis petitionem pecunia à debitoribus hæreditariis exacta, *l. 25. § 18. ff. eod.* ut & fructus percepti, nec non fructuum fructus, *l. 26. l. 27. ff. eod.* omneqve lucrum ac qvæſtus, qvi ex hæreditate vel ejus ratione poſſeſſori obvenit. *Vid. l. 20. §. 3. l. 25. pr. §. f. l. 52. l. 55. ff. eod.* Similiter & res hæreditatis cauſâ comparata, *l. 20. pr. eod.* haud verò alia res licèt pecuniâ hæreditariâ comparata, *Vid. l. 25 §. 1. eod. d. l. 20. §. 1.* Unde etiam actiones ex re hæreditaria qvæſitas cedere poſſeſſor debet vero heredi, *Vid. l. 16. §. 4. 5. 7. l. 40. §. 2. eod.* *De ſervitute* qvid dicendum, *Vid. Dn. Struv. exerc. 10. theſ. 53.*

§. 10. *Hæreditas & bonorum poſſeſſio* propriè differunt, *pr. Verſ. qvos autem Inſt. de bon. poſſ.* nam *hæreditas* nos ipſo jure dominos & hæredes conſtituit, *l. 80. de leg. 2.* At *bonorum poſſeſſio* ipſo jure dominos non facit, ſed perſecutionibus, hoc eſt utilibus ſive prætoriis actionibus. *l. 1. l. 2. de bon. poſſ. §. 2. Inſt. eod. Gædd. ad l. 24. ff. de V. S. n. 14.* Generaliter tamen hæreditas bonorum poſſeſſionem continet, *l. 138. de V. S.* & in effectu idem eſt jus bonorum poſſeſſoris & jus hæredis, *l. 2. de poſſ. hær. pet.*

Hæreditas ſolo animo adiri poteſt, ſine præſentia & authoritate judicis, neqve neceſſe habet heres adire judicem, & coram eo declarare, qvod velit eſſe heres *l. 6. C. de jur. del. l. 20. de acq. her.* Sed in bonorum poſſeſſione ſolo animo qvis non poteſt agnoſcere bonorum poſſeſſionem; verùm oportet prodire in judicium, ibiqve à prætore ſeu judice petere ſibi decerni bonorum poſſeſſionem. Et licet olim neceſſarium eſſet decretum judicis, hodie tamen ſufficit declarare voluntatem coram judice, ſe nimirum velle agnoſcere bonorum poſſeſſionem, *l. f. C. qvi admitt. ad bon. poſſ.* (2) Hereditas uſqve ad triginta annos adire poteſt, *l. 8. C. de jur. del.* Sed bonorum poſſeſſio delata liberis infra annum coram Prætore agnoſci debet: ab agnatis verò & cognatis infra 100. dies *l. 2. l. 4. C. qvi adm. ad bon. poſſ. l. 1. §. largius. De ſucceſſ. edict.* (3) Tempus adeundi hereditatem currit etiam ignoranti de jure civili *d. l. 8.* & eſt continuum *d. l. 8.* Secus in tempore agnoſcendi bonorum poſſeſſionem *d. l. 2. & l. 5. C. qvi adm. ad poſſ.* Alias differentias *Vid. apud Schneidew. ad Inſt. de bonor. poſſeſſ. n. 7.* Qvoad effe-

ctum

ctum inter bonorum poſſeſſionem, & hæreditatem nulla eſt differentia, *Schneidevv. d.l.n.6.*

§. 11. De jure conſvetudinario *pacti de ſucceſſione qvatuor ſunt ſpecies.* (1) Species eſt in *pactis dotalibus*, in qvibus etiam ſolet fieri certa diſpoſitio circa ſucceſſionem. (2) eſt *pactum unionis prolium.* (3) *pactum confraternitatis*, qvod viget inter illuſtres perſonas. (4) *pactum Ganerbinatus*, qvod inter nobiles tempore belli fuit in uſu, qvando ſcil. aliqvot nobiles unam aliqvam arcem muniverunt ſeſe tuendi gratiâ, eamqve incoluerunt. Hoc pactum hodie non freqventatur.

§. 12. *Pacta ſucceſſoria* communiter dividi ſolent (I.) *in pactum acqviſitivum*, qvod eſt conventio de ipſorummet paciſcentium, vel alterius tantùm, vel utriusqꝫ hæreditate, ſibi vel aliis acqvirenda. Pactum hoc acqviſitivum jure civili non valet, *l. 4. C. de inut. ſtip. l. 61. de V. O.* Unica tamen eſt in milite exceptio. *l. 19. C. de pact.* Motibus verò hodiernis obtinuit contrarium.

(II) *Pactum conſervativum* ſtrictè ſumtum eſt conventio de obſtaculo hereditatem jure communi debitam impediente removendo, & ita jure ſuccedendi in priſtino vigore conſervando. Hoc pactum jure civili eſt licitum, *l. 18. de adopt. §. 3. I. eod. §. f. Inſt. de leg. agn. ſucc.*

(III) *Pactum diſpoſitivum*, aliàs dividendæ vel diſponendæ hæreditatis, eſt conventio de hæreditate tertii viventis dividenda vel certum in modum diſponenda. Hoc pactum regulariter, etſi juratū ſit, jure civili improbatur, *l. 29. §. f. l. 33. de don.*

(IV) *Pactum renunciativum* ſeu *negativum*, eſt conventio de non ſuccedendo in ipſorummet paciſcentium vel tertii alicujus hæreditate. De jure civili non valet, *l. 3. C. de collat. l. 94. de acq. hær.* Secus eſt jure canonico, ſi ſit juratum, *c. qvamvis de pact. in 6.* Conſvetudine ac ſtatutis pleroumqve locorum in Germania [præſertim inter Nobiles & illuſtres perſonas) receptas eſſe videmus filiarum renunciationes, *D. Hahn. tr. de jur. rerum th. 69. & ſeqq.*

§. 12. *Hereditatis repræſentatio.* Qvando conſideramus tempus aditæ jam hæreditatis, hoc caſu *hæreditas repræſentat* perſonam hæredis. Qvando verò nondum adita eſt hæreditas, tunc repræſentat perſonam defuncti, *l. 24. de nov. §. 4. §. 2. Inſt. de hær. Inſt. l. 31. eod. l. 34. l. 61. de A. R. D.*

§. 14.

§. 14. *Hæreditas liberorum* luctuoſa dicitur portio, *l. 28. C. de inoff. teſt.* luctuoſa hæreditas, *l. ult. C. d. inſt.* triſtis ſucceſſio, *§. 2. I. de SC. Tertull.* duræ fortunæ ſolatium, *l. 4. in f. C. eod.* Qvando ſcil. turbato ordine mortalitatis parentes liberis ſuccedunt, *Goth. ad l. 7. de bon. damnat.*

§. 15. *Heredis inſtitutio, uniformis & difformis* eſt. *Uniformem* vocant, qvando omnibus perſonis inſtitutis certa pars aſſis aſſignata. *Difformem* appellant, cùm aliis hæredibus adſcriptæ partes, aliis non, *Vid. Struv. exerc. 3. th. 7.*

§. 16. In genere hæredes jure civili alii ſunt *ſui & neceſſarii*, alii *voluntarii*, illi *vel ſimpliciter tales*, ut ſervi, unde & in ſpecie neceſſarii dicuntur, vel etiam *ſui*, unde & in ſpecie *ſui* vocantur: ſeu qvod idem, hæredes alii ſunt *ſui & neceſſarii*, alii *neceſſarii tantùm*, alii *voluntarii ſeu extranei*. *§. 1. & 2. I. de har. qval. §. 1. I. qvi ex qvib. cauſ. l. 63. l. 57. de acq. har.*

Neceſſarius hæres eſt ſervus à domino ſuo hæres inſtitutus, qvia ſive velit, ſive nolit, hæreditatem adire cogitur, §. 1. *I. de har. qval.*

Sui & neceſſarii heredes ſunt, liberi, qvi in poteſtate teſtatoris tempore mortis ſunt, eumqve proximo gradu contingunt, ſcil. filius & filia. Poteſt autem fieri, ut etiam nepotes ſui hæredes fiant. Hi ex leg. 12. tabb. & de jure civili, ſive velint, ſive nolint, tam ab inteſtato, qvàm ex teſtamento hæredes ſunt, etiam ſine aditione. Hodie liberi non ſunt amplius hæredes neceſſarii, qvia, ſi volunt, poſſunt ex beneficio Prætoris hæreditate paterna abſtinere, §. 2. *Inſt. d. t.*

Extranei hæredes ſunt, qvi juri teſtatoris non ſunt ſubjecti, ſive qvi ſunt extra poteſtatem patriam, vel dominicam teſtatoris, *§. 3. I. d. t.*

§. 17. *Hæredis* appellatio non ſolùm ad proximum hæredem, ſed & ad ulteriores refertur. Nam & hæredis hæres, & deinceps heredis appellatione continetur, *l. 65. l. 70. de V. S. l. 170. eod. Pertinet hæc lex propriè ad acceſſiones poſſeſſionum, i. e. conjunctiones & continuationes temporum, qvibus diverſæ perſonæ eandem rem poſſederunt. Vid. §. 12. I. de uſuc. l. 2. §. 18. pro emt. l. pen. §. 1. de div. & temp. præſcr. l. 22. C. de legat. l. 94. §. 1. de cond. & dem. add. Tuſch. lit. H. concl. 77. & ſeqq.*

§. 18. Qvandoqve voce *hæredum* Deſcendentes tantùm

tùm ſive liberi ſignificantur, non etiam extranei, ut ſi hæres rogatus ſit reſtituere hæreditatem, *ſi ſine heredibus decederet l. 17. in fin. de SC. Treb.* inprimis ſi res alicui ejusqve hæredibus relicta, ejuſmodi ſit, qvæ in extraneos heredes non poſſit tranſire, *c. 11. §. etſi clientulus De alien. feud. c. 1. de nat. ſucc. feud. c. 1. §. ſimiliter in fin. de leg. Contra;.*

§. 19. Sciendum eſt, *heredem* etiam per multas ſucceſſiones accipi. Nam paucis ſpeciebus heredis appellatio *proximum* continet; veluti (1) in ſubſtitutione impuberis: *Qvisqvis mihi hæres erit, idem filio hæres eſto.* Ubi hæredis hæres non continetur, qvia incertus eſt. (2) Item in lege Ælia Sentia filius hæres proximus poteſt libertum paternum ut ingratum accuſare: non etiam ſi heredi heres extiterit. (3) Idem dicitur in operarum exactione, ut filius hæres exigere poſſit, non ex ſucceſſione effectus, *l. 70. de V. S. l. 3. l. 8. §. 1. de vulg. & pup ſubſt. §. 7. I. de pup. ſubſt. l. 4. l. 22. §. 1. de oper. lib. l. 29. eod.*

§. 20. Ex illa parte edicti, Tum qvem ei heredem eſſe oportet heredis heredibus bonorum poſſeſſio non defertur, *l. 227. pr. de V.* S.

§. 21. Item in ſubſtitutione his verbis, *Qvisqvis mihi heres erit*, proximus heres tantùm ſignificatur, imò non tantùm proximus hæres, ſed etiam ſcriptus, *l. 227. pr. de V. S.*

§. 22. Qvæ ab inteſtato defertur, *propriè* dicitur *hæreditas legitima, κατ' ἐξοχὴν*, qvia ſola *lege* defertur, citra defuncti voluntatem qvo ſenſu etiam nuncupatur *juſta*, qvia ex ſolo jure defertur, *l. 8. §. 2. pro ſoc.* unde paſſim *hereditas legitima* diſtingvitur à *Teſtamentaria d. l. 3. §. 2. l. 2. §. ult. Und. legit. l. 17. §. 1. l. 77. de acq. hær.* Et hac *legitima hereditatis* appellatione comprehenditur etiam bonorum poſſeſſio Edicto prætoris delata, *arg. l. 1. §. 2 ff. und. cogn. ubi edictum pratoris dicitur lex l. 1. l. 2. l. 3. de bon. poſſ.*

§. 23. *Lege* obvenire hereditatem non impropriè qvis dixerit & eam, qvæ ex *teſtamento* defertur, qvia lege XII. tabularum teſtamentariæ hereditates confirmantur, *l. 130. l. 120. de V. S.*

§. 24. Cùm ſtipulamur. *Qvanta pecunia ex hereditate Titii ad te pervenit*, res ipſas, qvæ pervenerunt, non pretia earum ſpectare videmur, *l. 67. de V. S.*

§. 25. *Hæreditatis* appellatio ſine dubio etiam continet

damno

damnoſam hæreditatem. Juris enim nomen eſt, ſicut bonorum poſſeſſio, *l.119. de V.S.l.39. de har pet.*

§. 26. *Hæreditas* juris nomen eſt, qvod & *acceſſionem & deceſſionem* in ſe recipit. Hæreditas autem vel maximè fructibus augetur, *l.178.* §.1. *de V. S.*

§. 27. *Delata hæreditas* intelligitur, qvam qvis poſſit adeundo conſeqvi, *l.151. de V.S.*

§. 28. *Veniſſe ad hæredem* nihil intelligitur, niſi deducto ære alieno, *l.165. de V. S.*

§. 29. *Crimen expilatæ hæreditatis* committitur, cùm qvis res hæreditarias ſurripit, anteqvam hæreditatem adierit, vel poſſeſſionem ejus nactus fuerit, *l.1.l.2.§.1.Expil. hær.*

§. 30. *Hæreditatis immixtio* eſt, qvâ ſuus hæres hæreditatem delatam, & ipſo jure civili acqviſitam: etiam facto ſuo declaratione ſcilicet voluntatis, verbis aliové mentis indicio, vel re, ſacra ſcilicet ſuſcipere & retinere oſtendit, *l 87.pr. l. 20. §.2.§.4.l. 41.de acq.her.*

§. 31. *Abſtinere* dicitur *ſuus hæres*, qvi animum ſuum declarat etiam extra judicium, *l.12.de acq.her.* ſe nolle retinere hereditatem, ipſo jure acqviſitam, *l.71.§.4.d.t.* & hac declaratione factâ hereditas non transmittitur ad heredes ſui heredis, ſed vel ad coheredem venit, vel ad ſubſtitutum.

HÆRESIS. §. 1. *Hereſeos* crimen conſiſtit in pertinaci in articulis fidei errore, *t. t. Cod. de hæred.* Et *Hæreſis* eſt de aliqvo dogmate falſo, fidei orthodoxæ contrario firmata opinio, *can. Hæreſis XXIV. qvæſt.3.*

§. 2. *Hæreticus*, definiente D. Auguſtino eſt, qvi alicujus temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ, principatusqve ſui gratiâ, falſas ac novas opiniones vel gignit, vel ſeqvitur, *can.28. XXIV. q.3. add. Card. Tuſch. lit. H. concluſ. 91. & ſeqq. Carpz. pr.crim.p.14. 44.*

HERCISCERE. §. 1. *Herciſcere* eſt antiqvum verbum, & idem eſt ac dividere.

HOMO. §. 1. (1) *Hominis* appellatione tam fœminam qvàm maſculum contineri non dubitatur, *l.152.de V.S. l.3. §.1. de hom.lib.exhib. l.2. de ſtat.hom. l.2.§.1. Und. leg.1. §.1.& 2. L.Corn. de ſic.* (2) Strictiore ſignificatione interdum *Homo* ponitur pro viro propter excellentiam ſexus, *Matth.19. v. 10.*

Gen.11.Verſ.25. (3) Qvandoqve *hominis* vocabulum mulieri tantùm tribuitur, *ut Eſaia 44.V.8.Wiſſenbach.ad d.l.152.*

HABITATIO. §. 1. *Habitatio* eſt jus alienas ædes inhabitandi: *Vel* eſt ſervitus perſonalis, qvâ omnem utilitatem, qvæ ex inhabitationibus ædium alienarum pervenire poteſt, percipimus, *§.5.I.de uſ.& hab.l.13.C.eod.*

§. 2. Differt ab *uſu ædium*, qvippe ubi inhabitandi facultas ad ſolam uſuarii neceſſitatem eſt reſtricta; in habitatione verò conſiſtit in percipienda utilitate, qvæ ex ædium inhabitatione provenit, *§.5.J.de uſu & Habit. l.13.C.de Uſufr.*

Heergewette. §. 1. Vocantur ita *res expeditoriæ*. Und heiſſet das Geräthe/ das zu eines Mannes Leibe gehöret / in einer Heerfahrt. Hæc res de jure Saxonico ex hæreditate paterna ſolis filiis, utpote agnatis maſculis, obveniunt, æqvaliter inter illos dividendæ, ita tamen ut Senior gladium habeat præcipuum, item eqvum optimum cum ephippio, *Vid. Beſold. theſaur.pract.* Stru*V. exercit.38.th.4.* Qvæ verò res ad expeditorias referantur, docet *D.Richter.tr.de ſucceſſ.ab inteſt. ſect.*1.*m. num.56.*

HERMAPHRODITUS. §. 1. *Hermaphroditi* ſunt vel (1) perfectè maſculi, (2) vel perfectè fœminæ, (3) vel utroqve ſexu valentes, qvo poſteriori caſu ipſe electionem habet. Sed ſemel electum ſexum non mutat. *Lauterbach. Compend. juris de ſtatu hominum.*

HYPOTHECA. §. 1. Vox *Hypotheca* ſumitur modò (1) pro re hypothecæ ſuppoſita, *t.t.ff. de diſtr. pign. & hypoth. l.2.l.grege. §.etiamſi. §.ſi ſub ff. de pign.* (2) modò pro ipſa conventione, *l.*1. *de pign.act.l.4.l.5. de pign.* (3) pro jure hypothecæ, *t. t. ff. in qVib.cauſ.pign.Vel hypoth. Gædâ.ad l.238. §.2.num.*1. *de V. S.*

§. 2. Alias inter *hypothecam & pignus* talis intercedit differentia, qvod illa nudâ conventione; hoc verò traditione conſtituatur, *§.7.J. de Act.*

HONORARIUS TUTOR. §. 1. Dicitur talis, qvod ſine adminiſtratione ſit tutor, *l.3. §.2. de admin.tut.* eodem ſenſu, qvo *honorarius titulus* dicitur ſine adminiſtratione, *l. f. C. Ubi ſenat. l. 21. C. de Epiſc.*

HOMAGIUM. §. 1. *Homagium* eſt juris vinculum, qvo

qvo Dominus territorii, ſubditos ſibi ad fidelitatem & obedientiam adſtringit, cujus intuitu, & ipſe qvoqve fidus eſſe jubetur. *Ritter. de homag. c. 1. num. 21.* die Erb- und Lands-Huldigung.

§. 2. *Homagium perſonale* eſt, qvod ſubditus præſtat Domino ratione domicilii, ac ſe ejus hominem conſtituit, *Surd. Conſ. 313. n. 60. Coler. de proc. execut. p. 2. c. 1. n. 23.*

§. 3. *Homagium reale* vocatur, qvod præſtatur à perſonis territorii Domino non ſubjectis, etiam ab immediatis, ratione bonorum, qvæ in alterius territorio poſſident, *Cothm. reſp. 4. n. 324. Vol. 4. Paurmeiſt. de jurisd. c. 9. n. 118.*

HACTENUS. §. 1. *Hactenus* eſt dictio deſignans tempus præteritum, *l. 1. de noV. op. nunc.*

HINC. §. 1. Hinc *ad decem dies, Vel hinc, & intra decem dies*, eſt adverbium importans extremitatem, & cohærentiam ſubjecti, ut tempus currat de momento enunciato ad momentum. *Ang. conſ. 404. Alex. l. 2. conſ. 75. Bald. l. 5. conſ. 246.* (2) Et importat idem, qvod *ex hac die in antea Alex. l. 2. conſ. 74.* (3) Hinc importat idem, qvod *ex hoc*, & oſtendit derivationem ſignificationis, §. *dictum l. q. m. p. p. ſolV. pr. Inſt. de jur. nat. gent. & ciV.* (4) Aliqvando importat cauſam finalem, veluti ſi poſt narrationem dicatur. *Hinc eſt* (5) Aliqvando importat idem, qvod, *ex hac cauſa*, vel *ex hoc*, ut in *L. Fulcinius. §. ſedis. ff. qVib. ex cauſ. in poſſ. Card. Tuſch. lit. D. concluſ. 285.*

HUJUSMODI. §. 1. Hæc dictio *Hujusmodi* poſita poſt certum ordinem expreſſum reſtringit diſpoſitionem ad id, ad qvod adjicitur, ut ſi dicatur, *ordinis Hujusmodi*, & repetit præcedentia omnia. (2) Et importat idem ac ſi diceretur *talis, Vel tales l. hujusmodi ff. de leg. 1.* (3) Similitudinem importat, *l. deniqVe ff. de pignor. c fin. de for. compet. in 6. Tuſch. lit. D. concluſ. 287.*

HIS CASIBUS. §. 1. Hæc dictio *iis caſibus* eſt demonſtrativa, & repetitiva præcedentium, *Oldrad. conſ. 252. n. 4.*

HOLOGRAPHUM TESTAMENTUM. §. 1. Dicitur tale, qvod totum teſtatoria manu ſcriptum eſt.

HOSPITIUM. HOSPITIA. §. 1. *Hoſpitatio* in genere denotat nihil aliud, qvàm præbitionem hoſpitii.

§. 2. *Hoſpitium* Sumitur.(1) pro neceſſitudine inter amicos contractâ, *l.5.§.2.ibiq; Goth ff.de capt.& poſtl.rev.* (2) Significat hoſpitium mercenarium. Qvod *diverſorium, tabernam meritoriam* appellat *Laur. Valla de ling. lat. eleg. lib. 4. c. 82. Juvenal.* meritorium abſolutè, *Satyr. 3.* Germ. dicitur offener Gaſthoff und Wirtshaus/Herberge. *Joh.Speidel. Notab. Jur.pol.n.36.lit.W.* (3) Pro Albergaria uſurpatur. Dicitur aliàs manſio, id eſt. locus, in qvem qvis olim hoſpitaturam, hoc eſt jus habebat divertendi & hoſpitandi, Germ. Außpan. *Martin Magers à* Schönberg. *tr.de Advocat.arm.c.10. n.256.* Einkehrung/Einlaſſung/Beherbergung/Atzung. *Speidel de tr. Voc.* Atzung. Lager auff allen Gütern/ Ablager/ *Wehn.obſ.pr. de voc.* Atzung/Gaſtung und Nacht-Feld. *Vid.Beſold. theſaur. pract. n.11.Voc.* Ausſpan. *Add.D.Klock. de contribut.*(4) Preſſiùs accipitur pro hoſpitio militari, Germ. Qvartier. *l. 3* §. 13. *de mun.& hon.l.4.C. de jud. & cœlicol. l. 9. C. de metat.*

§. 3. Fit *hoſpitatio militaris* duobus modis, vel in *caſtris*, vel in *domibus.* Illam ſingulari nomine appellant *Caſtrenſem*, hanc *militarem* in ſpecie. *Hoſpitatio militaris caſtrenſis* eſt diſtributio & aſſignatio hoſpitiorum militarium in caſtris, *Add. Veget.de re milit.l.3.l.8. Claud. Coteraus de jur. & privil. milit.*

§. 4. *Hoſpitatio militaris in ſpecie* vocatur aliàs Hoſpitatura, Hoſpitalitas, Hoſpitium militare, Germ. Einqvartirung/ Einlägerung/ Einlogierung/ Einfurierung/ *l.18. §. 19. de muner. & honor. ibiqve Gothofr. l.1.l.5. verſ. ſolam. l. 6. C. de metat. Speidel. voc.* Einqvartierung. *Johann. Wilhelm.* Rößenſtrunck Rechtliches Bedencken von Anlage Contribution/ &c.*n.47.*Et eſt nihil aliud, qvàm munꝰ reale recipiendi milites in domibus, *l. 3. §.1.& ſeqq. de mun. & hon. l. 11. de vac. & exc. mun. l. 3. C. de mun.patr. junct. l. 2. C. de prapoſ. ſacr. cubic.*

INGROSSISTA. §. 1. *Ingroſſiſta* & *Copiſta* Camerales ſunt amanuenſes ſeu ſcribæ, qvi in Camera Imperiali debita ſua officia expediunt, *Ord.Cam. p.1.tit.1.* Idqve non ſolùm mandato & juſſu adminiſtratoris, ſed etiam tum Protonotariorum, tum Notariorum, tam intra qvàm extra Cancellariam, *Roding. Pand.Cam. l.4.tit.11.* Qvando Proceſſus concepti ad

ad mundandum ingreſſiſtis traduntur, vulgò vocantur *ingroſſores*. Qvid ſit Patents, und Libells-weiſe Schreiben/ *Vid. Libellus*.

ITER. §. 1. *Itinere* faciendo viginti millia paſſuum in dies ſingulos peragenda, ſic ſunt accipienda, ut ſi poſt hanc dinumerationem minùs qvàm viginti millia ſuperſint, integrum diem occupent: veluti viginti unum millia ſunt paſſuum, biduum eis attribuetur: qvæ dinumeratio ita demum facienda erit, ſi de die non conveniat. *l. 3. pr. de V.S.*

Abſenti igitur ad veniendum in omni cauſa tam publica qvàm privata, tam extrajudiciali, qvàm judiciali, pro ſingulis viginti milliaribus (*Italicis*) ſinguli dies ſunt tribuendi, tam præter eum diem, qvo legitimè ſcivit, aut ſcire potuit, vel ſcire debuit ſe ſiſtere & comparere oportere, qvàm eum, qvo ſe ſiſtere debeat, *l. 1. ff. ſi qvis caut. §. qvi autem Inſt. de exc. tut. l. continuus §. 1. de V.O.* Imò pro uno etiam milliario ſingularis itineri dies dandus eſt, *l. 3. pr. de V. S. l. 1. ff. ſi qvis caut. Gœdd. ad d. l. 3. pr. n. 3. & 19.*

§. 2. *Iter* eſt *jus eundi* ambulandi hominis per vicinum prædium ad noſtrum, ipſius prædii cauſa, *l. 1. de ſerv. ruſt. l. 6. §. 1. qvemſerv. am. l. 8. de ſerv.* ſive pedes ſive eqves qvis eat, *l. 7. 12. de ſerv. præd. ruſt.* Fußſteig/ Fußpfad. Et oportet eſſe trium pedum. Weichbild. *art. 120.*

§. 3. *Mille paſſus* non à miliario urbis, ſed continentibus ædificiis numerandi ſunt, *l. 154. de V. S.*

INSTANTIA. §. 1. *Inſtantia* eſt exercitium judicii à lite conteſtata usqve ad ſententiam, *Vid. Roding. Pand. Cam. l. 3. tit. 28.*

Vel, *Inſtantia* propriè nihil aliud denotat, qvàm diligentem petitionem, qvæ ut plurimum cum aliqva continuatione fiat. Proinde cùm petitio Judici exhibita debeat eſſe diligens, & ut plurimùm continuata, qvo facit hæc formula vulgaris: Hierüber das Mild-Richterliche Ammt ſtets beſten Fleiſſes anruffend: illa non rarò nominantur *Inſtantia*. Sic dicimus: *Ad inſtantiam partis*, id eſt, ad petitionem ſeu implorationem partis.

§. 2. Hinc porrò ſpatium temporis, per qvod durat ejusmodi petitio, etiam *inſtantia* à recentioribus Juriſconſul-

tis nominari cœpit, atqve complectitur totam litis diſceptationem coram judice peractam.

§. 3. Atqve hoc ſenſu, ſi lite per præviam provocationem ad judicem ſuperiorem delatâ petitio ibidem repetatur, repetita petitio vocatur *Inſtantia ſecunda*, prior petitio autem, *Inſtantia prima*. Indeqve oritur diſtinctio, qvòd aliæ cauſæ nominentur *inſtantia prima*, aliæ verò *inſtantia ſecunda*, *Ord. Cam. p. 2. tit. 1. Rubr.* Qvod ſi porrò in eadem cauſa ad tertium judicem appelletur, oritur *inſtantia tertia*: Et ſi adhuc porrò ad qvartum, *inſtantia qvarta*, atqve ſic deinceps, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 25. §. 70.*

§. 4. Differentiam inter *cauſam inſtantia prima*, *ſecunda*, *tertia* &c. atqve cauſam *appellationis prima*, *ſecunda*, *tertia* &c. *Vid. ſub voc. Acta*, §. 10. & 9.

§. 5. *Inſtantia*, ſive illa ſit prima, ſive ſecunda, ſive ulterior, partiri conſvevit in *inſtantiam Citationis & judicii*, *per l. 78. §. pen. de judic. & cap. 20. eod.* *Inſtantia Citationis* eſt diſceptatio, qvæ à Citatione usqve ad Litis Conteſtationem durat. Atqve hæc certum tempus in jure præſtitutum non habet. Hæc Inſtantia Citationis nominatur ſimpliciter inſtantia, item inſtantia judicii, *Ord. Cam. p. 3. tit. 42. §. 8. Verb.* Inſtantz/dem Gerichts-Stande.

§. 6. *Inſtantia judicii* eſt diſceptio, qvæ peragitur à lite conteſtata usqve ad ſententiam definitivam, *Marant p. 5. n. 1.* In cauſis verò, ubi litis conteſtatione non eſt opus, Inſtantia hæc incipit à primo actu contradictorio in cauſa principali, qvi loco litis conteſtationis eſt, *Marant. ibid. num. 4.* Hæc Inſtantia certi temporis lapſu de jure civili petit, *l. 13. §. 1. C. de judic. l. ult. C. ut intr. cert. temp. crim. qvæſt. Auth. ei, qvi. l. ult. §. 4. C. de temp. app. Mynſ. 3. obſ. 44. num. 1.* Qvod ſecus eſt de jure Canonico & Camerali, *Gail. 1. O. 141. n. 7. Mynſ. 2. Obſ. 48. Jac. Blum. d. tit. 25. §. 76. & ſeqq.*

§. 7. Aliud eſt abſolvi ab *actione*, aliud ab *inſtantia*, *l. 73. §. 2. de jud.* Qvi abſolvitur *ab actione*, in totum abſolvitur: qvi verò *ab inſtantia*; non in totum abſolvitur, ſed ab hac tantùm inſtantia, & obſervatione hujus judicii, von dieſem Gerichts-Stand, ut ſi exceptio opponatur contra proceſſum, *D. Wiſſ. ad l. 36. de V. S.*

IN-

INSTRUMENTUM. §. 1. *Cognoſcere* inſtrumenta eſt relegere,&recognoſcere, *Diſpungere* eſt,conferre accepta &data, *l. 56. pr. de V. S.*

§.2. *Inſtrumenta* ſunt ſcripturæ de rebus inter homines gerendis legitimè confectæ, ut privilegia, literæ, inveſtituræ, commiſſiones,obligationes ſeu contractus &c. Et ſtrictiùs accepta inſtrumenta ſunt tabulæ ſive ſcripturæ, qvibus judici intentionis noſtræ facimus fidem. *Latius* ſumto vocabulo, inſtrumenta ſunt ea omnia, qvibus cauſa inſtruitur: qva ſignificatione etiam *teſtes* continentur, *l.99. §.2.de V. S. l. 1. de fid. inſtr. Vid. Umm. diſp.17.th.1. num.2. Add. D. Hahn.ad* Weſ. *tit.de fid.inſtrum.*

§. 3. *Inſtrumentorũ appellatione* qvæ comprehendantur, perqvam difficile erit ſeparare. Qvæ enim propriè ſint inſtrumenta, propter qvæ dilatio danda ſit, inde dignoſcemus, ſi in præſentiam perſonæ, qvæ inſtruere poſſit, dilatio petatur, puta qvi actum geſſit, licet in ſervitute, vel qvi actor fuit conſtitutus: putem videri inſtrumentorum cauſa peti dilationem, *l.99. §. 2. de V. S.*

§.4. *Inſtrumentum publicum* eſt ſolennis ſcriptura publicâ autoritate confecta aut confirmata.

§. 5. *Inſtrumentum privatum* eſt, qvod abſqve ſolennitate in cauſa propria ſeu de geſto proprio à perſonâ privata, (*vel ſimpliciter, vel certo reſpectu tali*) conficitur. *l.5. l.6.C. de probat. l.10. l. 9. C.de fid. inſtrum.*

§. 7. *Inſtrumentum forenſe* eſt, qvod Notarius ſub certa forma ſuper negotiis conficere in propria perſona ſolet, publicam item & plenam fidem faciens, ſi maximè ejus protocollum non extet, *Umm.diſp.17.th.8.*

§. 7. *Inſtrumentum fundi* dicitur apparatus rerum diutius manſurarum, ſine qvibus exerceri neqviret poſſeſſio, *l.12. pr.l.25. de inſtr. leg.* Fundo igitur cum inſtrumento legato ea tantùm continentur, qvæ ad uſum ipſius prædii ſpectant: continetur qvoqve inſtrumentum inſtrumenti, *d.l.12.§.6.Vid. Wiſſenb.& Dd.ad ff.d.t.*

INFERIÆ. §. 1. *Inferiæ* ſunt ſacrificia illa, ſive munera, oblationes,& officia,tam publica, qvàm privata, qvæ ſecundũ ſuperſtitionem Gentilium, qvibus nihil ſanctius habebatur,

qvam venerabilis defunctorum tumulatio. *Vid. Cic. in Orat. pro Facco.* Diis manibus ſive inferis, h. e. defunctis, à ſangvine & neceſſitudine præſertim junctis adhuc ſuperſtitibus, ex pietate neceſſitudinis exhiberi & perſolvi ſolent. *Honog. Chart. IV. Clim. V. aph. 32. lit. a.*

IDEM. §. 1. Dictio *idem* importat omninò eandem in diverſis caſibus cenſuram ſeu deciſionem: & ideò ſi ſtatutum dicat, *& idem ſervetur in alio caſu*, cenſetur diſponere & decidere eodem modo, qvo ad omnia, *Bald. l. 3. conſ. 94. num. 2. Card. Tuſch. lit. D. concl. 288.*

IDEO; VEL HOC IDEO. §. 1. Dictio *ideò*, vel dictio *ex hoc ideo fecit*, ſunt reſpectu omnium præcedentium poſita; & propterea eſt illativa. *Et ideo fecit: &c.* denotat cauſam finalem, qvod movetur ex præmiſſis, & propterea inducit claram demonſtrationem, qvod movetur ex præmiſſis, qvæ ſi vera non ſunt, ceſſat liberatio vel qvilibet contractus. Et *aliqvando* reſtringit liberationem generalem ad cauſam expreſſam, *Tuſch. lit. D. concl. 289.*

IN. §. 1. *In*, hæc dictio juncta ablativo caſui, denotat intrinſecitatem. Si verò in accuſativo, non denotat intrinſecitatem, ſi apponitur loco, vel tempori. (2) Si adjicitur perſonæ in accuſativo importat idem qvod *contra*, ut actio datur in hæredem. (3) Aliqvando denotat idem qvod *Sub*, *Nov. 88. pr. verb. in conditionibus*. (4) De, *c. accedens*, *de conceſſ. præb. verb. in aliqvo beneficio*. (5) Ex, *gloſſ. in l. ſi patroni*, §. 1. *ad SC. Treb.* (6) Per, *c. in veſtra. de cohab. cler. verb. in fide Chriſti.* (7) Inter, *c. ſacroſancta. 22. diſt.* (8) Intra, *l. Gallus pr. ff. de lib. & poſth.* (9) Apud, *l. fundi. §. item qvod, ff. de act. emt. Tuſch. lit. D. concl. 292.*

INDULGEMUS. §. 1. Dictio, *Indulgemus*, denotat conceſſionem privilegii, *c. ſi de terra de privil.* Qvandoqve verò importat ſolùm idem, qvod primo & de jure competebat, *Tuſch. lit. D. concl. 293.*

INDULTUM. §. 1. *Indultum* eſt reſcriptum, in qvo Superior Eccleſiaſticus, inferiori injungit, ut ad citationem Commiſſarii ſe obedientem exhibeat, *Rutg. Ruland. de commiſſ. p. 1. lib. 5. c. 4. num. 4.*

IN-

INTEGRUM. §. 1. *Integer* (1) idem eſt ac perfectus, abſolutus, innocens, incorruptus: & ſic integrũ eſt illud, qvod infractum, qvod firmum, & cui nihil deeſt. (2) *Integrum mihi eſt*, ſignificat in poteſtate mea eſt, poſſum jure & commodè. (3) *In integro res eſſe* dicitur, qvæ adhuc poteſt vel fieri vel omitti, *Vid. Tuſch. lit. I. concl. 264. & ſeq.* (4) *Integer* pro firmo, recenti & laboribus non fracto ponitur. (5) *Integrum ſe ſervare* pro neutri ſe addicere, (6) *Integrum* interdum eſt illud, qvod maturum eſt, (7) aliqvando denotat virentem ac florentem ætatem, cujus robur qvotidie augetur: unde etiam adoleſcentiam & juventutem propriè deſignat. In hac poſtrema ſignificatione ad fructus & ſegetes relatum, notat fructus & ſegetes ad juſtam corporum granorum, pomorum, perfectionem contendentes, at nondum flaveſcentes, *ut in l. 167. in fin. verb. integr. ſtrabili, ubi Gœdd. num 2. de V. S. add. Hering. tr. de fidej. c. 20. §. 11.*

§. 2. *Integra terra*, ſive integrum paſcuum eſt terra, in qvam pecus nondum eſt depaſcendi gratiâ immiſſum, *l. 30. §. 3. de V. S.*

INQVILINUS. §. 1. *Inqvilinus* propriè dicitur habitator domus conductæ, ſive domus ſit in civitate, ſive in caſtro, ſive in villa. Ein Haußwirth/der einem frembden Hauß umb den Zinß wohnet. *Colonus* verò dicitur, qvi habitat domum, non per ſe & principaliter, ſed gratiâ qværendorum fructuum, *Dom. Card. Tuſch. lit. I. concl. 173.* Operis verò conductus, *redemptor*; vectigalis, *publicanus* & *manceps* veteribus dicitur.

INTESTATUS. §. 1. *Inteſtatus* eſt, non tantùm qvi teſtamentum non fecit, ſed etiam cujus ex teſtamento hæreditas adita non eſt, *l. 64. de V. S. l. 1. de ſuis & legit. hær. pr. tit. inſt. de hær. qvæ ab inteſt.* Sed & qvi teſtamenti faciendi jus non habent, ut impuberes, furioſi, prodigi, pro inteſtatis habentur, *d. l. 1. pr. 4. qvi pet. tut. l. 2. §. 23. de SC. Tertull. l. 10. C. de leg. hær. l. 6. C. de SC. Tertull. l. 14. ad L. Falcid. l. 27. C. de teſtam. l. 10. pr. de reb. dub. l. 45. de vulg. & pup. Subſt. Gœdd. ad l. 64. de V. S.*

Propriè igitur inteſtatus eſt, qvi aut omninò teſtamentum non fecit, aut tale fecit, ex qvo vel non potuit adiri, vel adita non eſt hæreditas, *l. 64. de V. S. l. 1. ff. de ſuis & leg. her. l. 1. ff. de injuſt. rupt. irr. teſt. l. 1. ff. ſi tabb. teſt. null. ext.* Inteſtatus

itaqve (1) ille eſt, qvi nullo teſtamento facto deceſſit, *d. text.* (2) Inteſtatus decedit, qvi qvidem fecit teſtamentum, ſed minus rectè, aut qvia in eo juris ſolennia omiſit, *l.2. l. ſi Veritas Cod. de fideic. l.1. ff. de injuſt. rupt. teſtam.* aut pietatis officium præteriit, malè exhæredando filium, aut prætereundo: qvo caſu vel initio irritum eſt; vel per inofficioſi teſtamenti qverelam, vel bonorum poſſeſſionem contra tabb. irritum efficitur, *t.t. Inſt. de exhared. liber. De inoff. teſt. l. ut liberis. Cod. de collat. bon. l.1. l.3. l.4. De bon. poſſ. contr. tabb. t.t. ff. & Cod. de inoff. teſt.* (3) Inteſtatus fit teſtator, ſi teſtamentum initio firmum pòſt rumpatur per poſthumi nativitatem vel agnationem, item per arrogationem teſtatoris, *§. poſthum. §. ſeq. Inſtit. de exhib. lib. §.1. §. alio. inſt. qvib. mod. teſt. infirm.* (4) Inteſtatus fit, qvi qvidem initio teſtamentum jure fecit, ſed ex eo nemo hereditatem adit *l.64. de V. S. l.1. ff. Si tabb. teſt. l.1. ff. de ſuis & leg. l.9. §.f. de lib. & poſthum. her. inſt.* (5) Inteſtatus is etiam eſt, qvi qvidem jure teſtamentum fecit, ſed illud contraria voluntate ſuſtulit, incidendo, delendo, inducendoq; conſulto tabulas, vel ſolenniter revocando, *t. ff. de his qvæ in teſt. del. §. poſteriore. §. ſeq. inſt. qvib. mod. teſt. infirm. Gœdd. ad d. l. 64. n.3. & ſeqq. ff. de V. S.*

Impropriè *inteſtatus* dicitur, qvi fecit qvidem teſtamentum, ſed nullum in eo dedit tutorem, vel dedit qvidem, qvi tamen vivo teſtatore deceſſit. *§. pen. J. de leg. agn. tut.*

IMPENSÆ. §. 1. *Impenſæ* aliàs dicuntur ſumtus, impendia, impenſa: nonnunqvam meliorationes, melioramenta, Beſſerung.

§. 2. Impenſæ fiunt *vel propter litem*, & in ſpecie dicuntur *Expenſæ, l. properandum. §.6. C. de judic.* vel propter *Rem ipſam*, & vocantur *impenſæ* in ſpecie, fiuntqve vel propter *præſentis anni fructum*, & vocantur *impenſæ fructuum, l.3. §. 1. de imp. in rem dot. l.7. §.f. eod.* vel *ad perpetuam*, hoc eſt duraturam aliqvandiu *rei utilitatem*, & appellantur *impenſæ rerum*: cùm qvibus coincidit, qvòd impenſæ ſint vel *perpetuæ* vel *temporales*.

§. 3. *Impenſæ* deſcribi poſſunt in genere ſumtus erogati, ſive omne id qvod erogatur.

§. 4.

§. 4. *Impenſæ neceſſariæ* ſunt, qvæ habent in ſe neceſſitatem impendendi, *l. 1. & ſeqq. de impenſ. in res dot. Seu* qvibus non factis res imminuitur, & res aut petitura, aut deterior, qvam ante fuit, futura eſt, *l. 79. pr. de* V. *S. l. 14. pr. l. 15. de imp. in res dot. l. 29. de her.* §. *4.* ¶. *in rem. autem. inſt. Qvod cum eo qvi in alien. pot.*

§. 5. *Impenſæ utiles* dicuntur, qvibus non factis deterior qvidem res non erat futura, factus autem, fructuoſior & melior effecta eſt, *l. 79.* §. *1. de* V. *S. l. 5.* §. *ult. de impenſ. in res dot. l. 1.* §. *3. l. 14.* §. *1. eod. l. fin. de fund. dot.*

§. 6. *Voluptuaria impenſa* vocantur, qvibus neqve omiſſis deterior res futura erat, neqve factis, fructuoſior effecta eſt, ſed ſed qvæ ſpeciem duntaxat ornant, non etiam fructum augent. ut ſunt viridaria. & aqvæ ſalientes, incruſtationes marmoreæ, loricationes, picturæ; *l. 79.* §. *2. de V. S. l. pr. l. 14.* §. *2. de impenſ. in res dot. l. 11. de ſuppell. leg.*

§. 7. *Deducere impenſas* eſt, vel ex rebus naturaliter tantùm deducere, vel tamdiu rem retinere, usqve dum ſatisfiat oppoſitâ domino doli exceptione.

§. 8. *Impenſas tollere* eſt, abradere impenſas, qvando qvis impenſas tollit ſalvâ rei ſubſtantiâ, ſi poſt fieri.

INTRA. §. 1. Si *intra* certum tempus fieri qvid debeat, ſufficit ultimo die & hora iſtius temporis definiti illud fieri, *l. 133. de V. S. l. 1.* §. *9. de ſucc. ed. Berlich p. 2. concl. 40. H. Grot.* 3. *de jur. B. & P.* 21. *num. 4.* (2) Hæc dictio *intra* includit tantùm ſua extrema, & excludit ea, qvæ ſunt extra, *Tuſch. lit. D. concl. 299.*

INDICARE. §. 1. *Indicaſſe* eſt detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe & conviciſſe, *l. 197. de V. O.*

§. 2. *Index* eſt, qvi criminis, cujus ipſe conſcius eſt, latebras indicat, impunitate propoſita. *Delator*, eſt, qvi crimen denuntiat, præmii & lucri ſpe. *Accuſator*, qvi crimen & defert & exeqvitur. *Clariſſimi* viri deferre prohibentur: accuſare non item, *l. 18.* §. *1. de jur.* ¶*id. Wiſſ. ad l. 197. de V. O.*

INCOLA. §. 1. *Incola* eſt, qvi aliqva regione domicilium ſuum contulit, qvem Græci πάροικον, id eſt, juxta habitantem appellant. Nec tantùm hi, qvi in oppido morantur, incolæ ſunt, ſed etiam qvi in alicujus oppidi finibus ita agrum

agrum habent, ut in eum ſe qvaſi in aliqvam ſedem recipiant, *l. 239. §. 2. de V. S.*

§. 2. *A municipibus* ſtrictè dictis *l. 7. ad municip.* differunt *incolæ*; hi dicuntur, qvi in aliqva civitate domicilium perpetuò habitandi animo conſtituentes *l. 7. C. eod. l. 13. ff. d. t.* ad munera civilia ferenda ſunt obſtricti, *l. 29. l. 20. l. 1. l. 3. C. de incol.*

IGNORANTIA. §. 1. *Ignorantia* dupliciter ſumitur vel *latè* ut includit errorem, vel *ſtrictè*, ut errori contradiſtinguitur.

§. 2. *Error* propriè denotat opinionem veritati contrariam: *& vocari ſolet ignorantia pravæ diſpoſitionis*. Habetqve ſe error poſitivè ad ignorantiam, dum ſupponit judicium aliqvod ſ. notitiam perverſam ejus, circa qvod erratur, conciliatam per viſum, opinionem, famam, *arg. c. qvamvis 11. diſt. 38.* *Ignorantia* verò in ſpecie ſic dicta, eſt privatio aut negatio ſcientiæ in eo, qvi neſcit, nec contrariam aliqvam veritati mente concipit opinionem, ſive poſſit ac debeat ſcire: qvæ dicitur *ignorantia privationis* ſive ſimpliciter neſciat: & vocatur *ignorantia puræ negationis*. Vulgo autem hæc in legibus non attenduntur, ſed pro ſynonymis ſunt error ignorantia, *D. Hahn. ad Weſ. de jur. & fact. ign. n. 1. D. Struv. exerc. 28. th. 52.*

§. 3. Ab *ignorantia* differt propriè *Neſcientia*, qvæ eſt ſimplex ſcientiæ negatio, ut in mente captis, cùm ſimpliciter qvid ignoratur, & nullum intellectus judicium intervenit: *Ignorare* autem accuratè loqvendo dicimur, qvæ ſcire poſſumus *Dn. Hahn. d. l.*

§. 4. *Ignorantia facti* eſt, qvando qvis ignorat id, qvod in facto conſiſtit, vel ſingulares facti alicujus circumſtantias, *l. 1. §. ſeqq. l. 2. de jur. & fact. ign.*

§. 5. *Ignorantia juris* eſt, qvando qvis neſcit, qvod eſt conſtituti juris, *vid. d. l. 1.*

IMPEDIMENTA LEGITIMA. §. 1. Germ. vocantur Ehehafften etliche redliche Urſachen/ Ehehaffte Noth / Echtennoth. Hinc impedimenta legitima excuſant à contumaciâ. *l. 2. §. 1. & ſeqq. l. 4. l. 6. Si qvis caution. Wehn. pr. obſ. verb. Struv. exerc. 5. th. 29.*

§. 2. Potiora ſunt: Tranſactio de negotio *l. 2. pr. Si qvis caut.* muneris publici expeditio *d. l. 2. §. 1.* ad teſtimonium evocatio.

catio. *d. l.2.* §. *2.* adverſa valetudo. *d. l.2.* §*3.* mulier gravida *d. l. 2.* §. *4.* tempeſtas *d. l. 2.* § *5. 6. 7. 8.* detentio magiſtratus *d. l.2.* §. *9.* vincula *l. 4.* §. *1. l.1.* funus domeſticum *d. l. 4.* §. *2.* captivitas *d. l. 4.* §. *3.* abſentia reip. cauſa *l. 6. d. t.* factum judicis *d. l.2.* §. *3.* Abſentia Advocati, *arg. l. 1. π. de reſtit. in integr.*

INSCRIPTIO. §. 1. *Inſcriptio* eſt obligatio in ſcriptis facta, qva accuſator ad eandem pœnam ſe obſtringit, ſi crimen, qvod commiſſum eſſe, accuſatorio libello porrecto, prætendit, non probaverit, qvam reus pati debuiſſet, ſi probaſſet. Hodie *inſcriptio* ac pœna talionis paſſim à foro receſſit, in ejusqve locum ferè receſſit pœna arbitraria judicis, *c. 1. de accuſat, add. tit. ff. de accuſ. & inſcript.*

INNOVATIO. §. 1. *Innovare* ſumitur diverſimodè in jure, (1) qvandoqve pro renovare, ut cùm dicitur, confirmamus & innovamus, *ut in c. innovamus. X. de treug. & pac. & in extravag. Cum deteſtabile, de ſi mon. in Extrav. comm.* (2) Qvandoqve innovare dicimur cautionem, id eſt, non novare, vel non extingvere, *ut in l. 7.* §. *5. ibiq; gl. C. de praſc. 30. vel 40. ann.* (3) Qvandoqve innovare id eſt novum jus impetrare, ut exponit formaliter *Innoc. in c. primo pr. Ut lit. pend.* (4) Qvandoqve innovare, id eſt beneficium impetrare, ita exponit *Joan. Monachus, in rubr. Ut lit. pend. in 6.* (5) Qvandoqve rei ſtatum mutare, *ut in l. f. C. ſi per vim vel al. mod.* (6.) Qvandoqve denotat ad novum eſſe reducere, *ut per Bal. in l. avia n. 1. C de jur. dot.* (7) Qvandoqve verò pro actu facto in contemtum &c. *Vid. voc. Attentare.* Et ita accipitur *in Rubricis. Ut lit. pend. nih. innov. Robert. Lancell. tract. de attentat. & innov. p. 1. in prafat. n. 10. & ſeqq.*

INVESTITURA. §. 1. *Inveſtitura* non unius ejusdemqve eſt ſignificationis; (1) *aliqvando* enim ſcripturam illam, qvæ ad memoriam feudi conceſſi confecta eſt, denotat. *Germ.* ein Lehenbrieff. (*qvod Brevoreſtatum aliàs dicitur c. 1. de inv. d. real. fact. 8. F. 2: c. 1. de not. feud. 58. F. 2.*) *c. un. qvi ſucc. feud. dar. ten. 3. F. 1. c. un. verſ. idcirco de not. feud.* (1) interdum qvoqve poſſeſſionem ſignificat, *c. un. qvid ſit inv. 2. F. 2.* (2) Freqventius verò pro ipſo inveſtiendi actu accipitur, die Belehnung/oder Lehn empfängniß *c. un. in f. de nov. form. fidel. 2. F. 7. Arum. diſp. feud. 5. th. 4.*

§. 2.

§. 2. *Inveſtitura vera* eſt realis in vacuam poſſeſſionem feudi inductio, *2. F. 2. pr.*

§. 3. *Impropria ſive abuſiva inveſtitura* eſt repræſentatio futuræ poſſeſſionis, verbis & ſignis adumbrata, 2. *F. 2. vid. Finckelth. diſp. feud. 7. th. 2.*

§. 4. *Simultanea inveſtitura* eſt ſolennis feudi ceſſio, à Domino in vaſallum unum vel plures conſenſu poſſeſſoris collata, jus ſucceſſionis ſuapte natura impertiens, *Finckelth. diſp. feud. 8. th.* I.

§. 5. *Renovatio inveſtituræ* eſt nihil aliud, qvàm prioris & antiqvæ inveſtituræ redintegratio & confirmatio, *Roding. l. 1. c. 11. n. 19. Sylvan. de feud. recogn. q. 34.*

IMAGINARIUM. §. 1. *Imaginarium* in jure dicitur, qvod non verè, ſed ſimulatè & dicis cauſa fit, ſeu ut Modeſtinus in *l. 54. de O. & A.* definit, in qvo fides facti ſimulatur, veritate non intercedente, *Matth. ad l. 16. de R. I. num. 3.*

INTERIM. §. 1. *Interim* ſignificat idem ac interea, *l. 7. pr. in fin. ff. de jur. delib.* & importat pendentiam. *Signorol. conſ. 189. n.* I.

§. 2. *Decretum Interimiſticum*, ein Interimsmittel / ein Interimsbeſcheid *Beſold. theſ. pract. voc.* Interimsmittel eſt Decretum judicis interlocutorium, pendente lite principali vel durante impedimento aliqvo, in gratiam alicujus ſuper negotio qvodam dilationem non recipiente, ex juſta cauſa larum, interim, donec vel cauſa decidatur, vel impedimentum removeatur, obſervandum.

§. 3. Sub *Decreto Interimiſtico* ambiguitas aliqva latet. In ſtrictori ſenſu ſignificat (1) Decretum religionis tempore Caroli V. factum, *Vid. Oſiand. in hiſt. Eccl. cent. 16. l. 2. c. 69. lit. g. Schleidan. de ſtat. relig. l. 20.* (2) Denotat interdictum INTERIM Hiſpanorum, qvod conceditur poſſeſſori, ne lite pendente turbetur, *Covarr. pract. obſ. tom. 2. c. 17. pr.* In latiori ſignificatu, omnem pronunciationem judicis, interim: dum cauſæ principalis deciſio exſpectatur, factam complectitur.

INFRA. INSUPER. INSTAR. §. 1. *Infra* hæc dictio ſignificat tempus continuum, ita ut currat à momento ad momentum.

§. 2. *Inſuper* importat diverſitatem; ideo ſi privilegium con-

contiñet plura capitula illud dicitur diverſum ab aliis, qvod incipit per iſtam dictionem *Inſuper*.

§. 3. *Inſtar* ſimilitudinem importat, *Dom. Card. Tuſch. lit. D. concl. 296.*

IMTEGRE. ITEM. §. 1. *Integrè* dictio importat totum ſine diminutione; qvia integrum dicitur, cui nulla pars deeſt, *Tuſch. lit. D. concl. 297.*

§. 2. *Item*, Hæc dictio eſt continuativa præcedentium reſpectu intentionis diſponentis, ſed non eſt continuativa reſpectu diſpoſiti. Et eſt *conjunctiva* ſeu repetitiva, prout copula *Et* qvando ponitur in oratione imperfecta ratione verbi, vel appoſiti ſeu ſuppoſiti; ſecus ſi apponatur in oratione jam perfecta, *Tuſch. lit. D. concl. 303.*

IPSE. §. 1. *Ipſe, Ipſa, Ipſum* ſunt dictiones relativæ, qvæ habent relationem ad præcedentia. Et ſunt extenſivæ ad oculum cum ſuis qvalitatibus, *Tuſch. d. l. concl. 301.*

§. 2. Verba *ipſo jure, eo ipſo, ipſo facto* & ſimilia, important canonem latæ ſententiæ, ſi adjiciantur verbo præterito, vel præſenti; ſecus ſi verbo futuri temporis; qvia reqviritur declaratio, *Tuſch. lit. D. concl. 202.*

IMPUBES. §. 1. *Impubes* eſt omnis pupillus, qvi decimum qvartum annum non explevit, omnisqve puella, qvæ annum duodecimum nondum ſuperavit, §. 1. *ubi interpp. Inſt. de nupt.* §. 1. *l. qvib. mod. tut. fin. tit. I. de curat. l. 25. de jurejur. l. 4. de in lit. jur. l. f. de jur. & fact. ign. Gell. l. 5. Noct. Attic. c. 13.* Qvare omnis pupillus eſt impubes, at non contra, *d. l. f. d. l. 4. d. l. 25. l. 18. pr. & fin. de acq. her. l. 3. de tut. & cur. dat.* Nec obſtat *l. f. de V. O. l. 18. C. de jur. del. l. 7. §. peculium, de pecul. l. 13. de ſponſal.* Nam id abuſivè factum intelligetur, modò per enallagen, modo per qvandam ſimilitudinem, modò etiam per ſynecdochen ſpeciei pro genere, *Gœdd. ad l. 161. n. 2. de V.S.*

IMPERIUM. §. 1. *Imperium* generatim ſignificat omne præceptum, poteſtatem, juſſum, etiam hominis privati. (2) poteſtatem militarem ſeu bellicam, qvæ penes Imperatorem ſeu Ducem belli eſt: atqve ſic nihil aliud eſt imperium, qvàm jus adminiſtrandi, & gerendi belli, & reperitur, etiam extra magiſtratum: neqve enim qvi ex privatis ad bella adminiſtranda mittebantur, protenus fiebant magiſtratus

Sien.

Sigon.l.3. de antiq. jur.prov.c.6.7.& 14. (3) Vox Imperii nonnunqvam ſignificat dignitatem magiſtratus, cum poteſtate, *§.4.de adopt. l.2.C. l.4. de arbitr. l.f. Ne qvid in loc. publ.* (4) aliqvando poteſtatem coërcendi, *l.f.§.1. de offic.ej.* qvæ in criminalibus merum dicitur imperium, in civilibus imperium mixtum. (5) Nonnunqvam ipſum magiſtratum deſignat, interdum publicam qvandam & eximiam magiſtratus authoritatem, *Sutholt.diſſ. de jurisd.th.236. D. Hahn. ad* Weſenb. *de jurisd. num.6.* Alias hujus vocis ſignificationes, vide apud *Scip.Gentil,* 3. *de jurisdict. c.1. Paurmeiſt. l.* 1. *de jurisdict. c.* 11. *num. 6.*

§. 2. *Merum imperium* eſt habere gladii poteſtatem ad animadvertendum in facinoroſos homines, *l.3. de jurisdict. Sutholt. diſſ. de jurisd. th. 392. Vel:* eſt publica ſuper criminalibus cauſis juris dicendi poteſtas, *l. 6.pr. de off. proc. l. 70. de R.J. l.6. de accuſ. Conf. Bacchov. in not. ad* Weſ. *de jurisd. Vinn. Sel. qvæst. jur. l.1.c.3. & de jurisd. c.1.n.4.* Habet autem *tres gradus. Primus* eſt, qvo vita: *Secundus,* qvo civitas adimitur. *Tertius,* qvo delinqventes leviùs coërcentur.

§. 3. Qvibusdam omnes *meri imperii gradus* fuerunt conceſſi, atqve ita *plenum* habuerunt merum imperium: aliis verò aliqvi ſolùm gradus ſ. imperium *minus plenum* tributum. *Vid.l 6. §.8. de off. praeſ.l.2. §.1. de pœn.l.6. §.1. de interd.& releg. Obrecht.tr de jurisd l.2. c.1. n. 42.*

§. 4. *Imperium mixtum* eſt nihil aliud, qvam poteſtas modicè coercendi, cui etiam jurisdictio ineſt, *l.3. de jurisdict.* Seu: modica coercitio, jurisdictioni expediendæ, explicandæ, tuendæ & exeqvendæ deſerviens, *Scip.Gent.1.de jurisdict. c.3. 4.5. D. Hahn. ad* Weſenbec. *de jurisdict. num. 7. Struv. exercit.4. th. 61.*

§. 5. Coercitiones illæ modicæ fiunt per remedia prætoria, qvæ tuendæ jurisdictioni inſerviunt. Illuſtriora verò ad *mixtum Imperium* pertinentia remedia ſunt tria: mulcta dictio, pignoris capto, & corporis retentio ſive prehenſio, *l.9. §. f. ad L. Jul. pecul. l.2 de in jus voc.*

§. 6. Hæc vera differentia eſt *mixti imperii à mero,* qvòd hoc cum jurisdictione nihil habet commune, illud autem jurisdictioni cohæret, *l.1.inf.de off.ej.cui* Sutholt. *diſſ. de jurisd. th.246.*

IN-

INCENDIUM. §. 1. *Incendii* crimen eſt, qvo dolo malo incendium factum, *l.* 1. *l.10. ad L.Cornel. de ſic. l.* 28. §. 9. *de pœn.* Eſtqve vel *doloſum*, qvod L.Cornelia de ſicariis, vel *culpoſum*, qvod L. Aqvilia vindicatur.

INCESTUS. §. 1. Si in prohibitis gradibus nuptiæ contractæ, inceſtus committitur, & qvidem ſi contra prohibitionem *juris naturalis*, in ſpecie dicuntur *nefaria*; ſin contra *jus poſitivum*, *inceſta in ſpecie* vocantur; cumprimis illæ, qvæ ſunt contra jus poſitivum commune ſeu jus divinum ac gentium. Deinde analogicè & iſtæ, qvæ ſunt contra jus proprium ſeu civile, *l.*38. §.2. *de adult. Dn. Carpzov. Jur. Conſ. l.* 2. *d.* 87.

INDUCIÆ MORATORIÆ. §. 1. *Inducias moratorias* alii vocant præſcriptionem vel exceptionem moratoriam, juxta *l* 2. *C. de prec. Imp. offer.* alii literas gratiæ, alii literas ſalvi conductus & ſecuritatis; Germ. Anſtand-Brieſe/ *Gail.* 2. *O.* 46. *n.* 14. *Wehn. pract. obſerv. voc.* Anſtand-Brieſe. Vocantur autem *moratoria* oder Qvinqvennel. Pol. Ordnung *de Ann.* 1548. *tit.* von verdorbenen Kauff-Leuten. §. und nachdem. *l. ult. C. qvi in bon. ced.*

§. 2. *Moratoria præſcriptio* eſt beneficium, qvo debitoribus, qvi non ſuâ culpâ facultatibus lapſi ſunt, petentibus, ex æqvitate & humanitate à ſummo vel territorii principe, vel qvandoqve etiam ab ipſis creditoribus ad certum tempus ſolvendi dilatio datur.

INFAMIA. §. 1. Infamia eſt privatio bonæ exiſtimationis, & inde dependentium jurium, ob violatam turpibus factis vitæ morumqꝫ honeſtatem inducta, *l.* 17. *C. Ex qvib. c. inf. irrog. l.* 3. *pr. de teſtib. l.* 31 *C. de Decur. l.* 8. § *ult. C. de hæred. l. pen.* §. 1. & *ſeqq. de extr. cogn. Diſſ. Bacchov. comm. ad tit. ff. de his qvi not. infam. c.* 1. *n.* 1.

§. 2. *Infamia juris* ex illa, qvæ ex turpi aliqvo facto orta, authoritate juris, id factum notantis, irrogatur, *l.* 20. *de his qvi not. inf. l.* 8. *l.* 20. *C. ex qvib. l. c. infam.*

§. 3. Irrogatur infamia juris vel *immediatè* à jure, nullâ ſcilicet judicis ſententia exſpectatâ, Vid. *l.* 1. *l.* 3. *de his qvi not. inf.* qvæ contingit dupliciter (1.) qvando jus ſtatim ex ipſo facto irrogat infamiam, ut in deprehenſa in adulterio,

binis ſponſalibus contractis &c. *l.1.d.t.* (2) Jus ipſum infamat qvoqve ita, ut tamen tractum aliqvem temporis, admittat, ut ſi qvi juramento interpoſito transegit, promiſſa non ſtatim adimpleat, ſi qvis dicatur, temerè appellâſſe &c. *D. Hahn. ad Weſenbec. de his qvi not. infam. num. IX.* (II.) Vel *mediatè*, infamia juris irrogatur per ſententiam condemnatoriam in cauſis famoſis, *l.1.ff.d.t. Perez. in Cod. Zaſ. ad ff.d.t.n.5.6.& 7.*

§. 4. *Infamia facti* eſt, qvæ ex turpi facto eoqve non dubio, jure tamen non notato, nata, exiſtimationem alicujus apud bonos viros onerat. *l.13 C. ex qvib. c. infam. l. 2. de Obſ. par. præſt.l.20.ff.de his qvi not. infam.*

§. 5. Affinis eſt *infamia*, ab ea tamen omninò diſtingvenda *levis nota macula*, *l.27.C. de inoff. teſt.* Illa verò macula oritur vel ex *ſordido vitæ genere*, qvod qvis exercet, ut eſt in lictoribus, carnificibus, *Vid. Speidel. notab. voc.* Hencker. Vel *ex illegitima nativitate*, ut in ſpuriis, *arg. l.5.C. de SC.Orph. l.12. C.de not.lib.*

§. 6. Alia deniqve eſt *infamia impropriè*, *qvæ apud vulgum* pro tali habetur, ſed revera nulla eſt: Derer/ ſo tadelhafftes Geſchlechts ſeyn/ als Zollner/Müller/Bader/Bartſcherer/ Pfeiffer/Trommeter/Leinweber/Schäffer/ oder die von denſelben erzeuget/ ſo man in ehrlichen Gilden und Zünfften und Gaffeln zu verwerffen pflegt/ *D. Hahn. ad Weſenbec. de his qvi not. num.* 2.

INFANTIA. §. 1. *Infantia* eſt duplex: *infans* & *infante major*: *hic* iterum duplex eſt, *infantiæ proximus*, & *pubertati proximus*. *Infantes* ſunt usqve ad annum ſeptimum completum, *l.18 pr.C.de jur. del.* *Infantiæ proximi* & qvidem *maſculi poſt initium anni ſeptimi* ad completum *decimum* cum dimidio. *Fœmina* poſt annum ſeptimum ad *nonum & decimum* dimidium. *Pubertati proximi*, à priori tempore in *maſculis* ad annum 14. in *fœminis* usqve ad annum 12. *D.Hahn. ad Weſenb.de pact.n.5.*

JUGERUM §. 1. *Jugerum* dictum eſt, qvod uno boum jugo per diem exarari poſſit. *Oldendorp.claſſ.3.act.3. p.m.250.*

INJURIA. §. 1. Vox *injuria* ſumitur (I.) *Generaliter*, pro omni eo, qvod non fit jure, qvomodo omnia delicta tam pri-

privatâ qvàm publica, qvatenus contra jus fiunt, dicuntur injuriæ, *pr. J. de injur. l. 1. pr. ff. eod.* (II.) *Specialiter*; & ſic rurſus (1) pro damno rebus noſtris culpa alterius illato, qvod damnum injuria datum dicitur, & Lege Aqvilia coërcetur, *d. pr. & d. l. 2. l. 5. ad L. Aqvil.* (2) pro iniqvitate & injuſtitia; ſic in judiciis ſententia iniqva per injuriam lata dicitur, *d. pr. d. l. 1. pr. & l. 32. l. 33 ff. de injur.* (3) pro privato delicto, qvo exiſtimationi alicujus dolo malo detrahitur, Germ Schmach/ Beſchimpffung/ *Lud. Gilhauſ. arb. jud. crim. cap. 2. tit. 34.*

§. 2. *Injuria* eſt delictum privatum, qvo alteri contumelia dolo infertur, *l. 3. §. 1. l. 13. §. 4. in fin. l. 15. §. 24. 46. & ſeq. ff. de injur.*

§. 3. *Injuria realis* eſt, qvæ facto aliqvo ad probri & turpitudinis notam comparato committitur, *§. 1. J. de injur. l. 9. ff. eod. Sutholt. diſſ. 16. th. 52.* Idqve vel *in corpore*, vel *extra corpus*. *In corpore*, cum manus inferuntur, vel verberando, qvod cum dolore, vel pulſando, qvod ſine dolore contingit. *Extra corpus*, cum qvis habitu, geſtu, vel alio aliqvo actu deſpicatui ducitur. *Lud. Vell. ad §. 1. I. de Injuriis. n. 1.*

§. 4. *Verbalis injuria* vocatur, qvæ fit *verbis*, vel *lingva nuncupatis* ſive *ore prolatis*, vel *ſcripto expreſſis*, ſive in ſcripturam redactis: cujus injuriæ, qvæ ſcripto fit, ſingularis ſpecies eſt, qvæ dicitur *famoſus libellus*, *§. 1. J. de injur. l. 1. §. 1. eod. l. 38. de O. & A.*

§. 5. *Civiliter vindicatur* injuria, qvando actor injuriam ſibi illatam, & ad animum revocatam, æſtimat certâ pecuniæ ſummâ, eaqve tantâ, qvantam perdere aut non acqvirere vellet potiùs, qvàm injuriam inultam dimittere: Er wolle aus ſeinen Gütern lieber ſo viel Geldes entbehren/ als eine ſolche injurien auff ihm erſitzen laſſen / & in illam, poſt moderationem à judice factam, Reum ſibi condemnandum petit, *§. 7. J. de injur. l. 37. §. 1. eod.*

§. 6. *Criminaliter* agitur, qvando actor non ſibi qvicqvam præſtari poſtulat, ſed ut rèus pro arbitrio judicis, vel luat pœnam in corpore, vel qvid fiſco inferat, *§. 10. J. de injur. l. 9. §. 5. de publican. & vectig. Gilhauſen de injur. & fam. lib. §. II X. num. 3.* Actio autem hæc criminalis eſt vel *ordinaria*,

qvæ ex certis & in jure expreſsè determinatis caſibus tantùm locum habet, veluti ex L. Cornelia, qvoties qvis pulſatus, vel verberatus, vel domus ipſius vi introita eſſe dicitur, §. *8. inſtit. l. 8. ff. de injur.* ejusqve pœna eſt extraordinaria, exſilii ſcil: aut metalli, aut operis publici. Deinde ex SCto contra authores famoſorum libellorum, qvorum pœna eſt capitalis, *l. 6. eod. l. un C. de fam. lib.* Vel *extraordinaria*, qvæ non tantùm certis caſibus, ſed de omni injuria competit, ita ut etiam de injuria verbali criminaliter agi poſſit, §. *19. J. de injur.* Cujus judicii pœna eſt arbitraria, §. *10. J. eod.*

§. 7. Actionibus injuriarum jam enumeratis acceſſit *actio ad Palinodiam*, revocationem ſeu recantationem injuriarum verbis & literis factarum, daß der Geſchmähete auff einen Wieder-Ruff klaget / qvæ actio qvidem jure civili ſcripto incognita, moribus tamen ac conſvetudine, ut & jure Canonico, & in Camera Imperiali probata, ac paſſim recepta eſt, *c. 1. in verb. reclamationis. ubi Dd. de lib. obl.*

§. 8. Moribus qvoqve remedium extrajudiciale contra injuriantes introductum eſt, *retorſio ſcil. injuriarum.* Cùm enim injurians honorem debitum non exhibeat, ſed verbis lædat: ideò non iniqvè læſus honorem, qvo indignus habetur, rurſus illi denegando ac fidem ejus elevando, exiſtimationem ſuam conſervat.

INSINUATIO. §. 1. *Inſinuare* citationem, eſt citationem exeqvi & iſtam Reo tradere. Die Citation inſinuiren, die Ladung verkündigen.

IN JUS VOCATIO. §. 1. *In jus vocatio* eſt juris experiundi causâ ad eum, qvi jus dicit, vocare, *l. 1. de in jus voc. l. 2. pr. Si qvis in jus voc. §. f. Inſt. de pœn. tem. lit.* *Vel:* eſt denunciare adverſario, ut ſe ſiſtet coram magiſtratu, litis cum ipſo inſtituendæ causâ, ſ. eum conveniendi gratiâ. Secundùm jus novum *in jus vocatio* dicitur *citatio.*

§. 2. Ei, qvi non ſecundùm Edictum impetratâ veniâ in jus vocatus eſt, *l. ult. l. 12. de in jus voc.* datur actio perſonalis, prætoria, ex delicto injurioſæ vocationis in jus, §. *12. J. de action.* contra eum, qvi ſuo nomine (*vid. l. 22. de his qvæ ut indign.*) aliqvem ſine venia contra edictum in jus vocavit, *d. §. 12. l. pen. de in jus voc.* ad pœnam 50. aureorum, *d. l. 12. d. l. pen.*

acto-

actori applicandam, *arg. d. l. penult. l. ult. & l. 12. de in jus vocand.*

§. 3. Olim *in jus vocatio & citatio* ita differebant, (1) *illa* prior erat, *hac* poſterior. (2) *Illa* privati, in jus ad Prætorem: *hac* magiſtratûs, factâ litis conteſtatione, ad judicem pedaneum per præconem ſtantem pro tribunali & vocantem, *vid. l. 20. de teſtib.* (3) *illa* fiebat actionis impetrandæ causâ, *hac* ad examinationem facti, *l. 7. de in int. reſtitut. l. 72. l. 73. de judic.*

§. 4. *In jus vocatus ſi non ierit.* Ex hoc Edicto datur actio perſonalis (*ex contumacia ſcil. non venientis*) in factum prætoria, qvæ datur ei, qvi vocavit (*olim privato, hodie magiſtratui*) contrra contumacẽ, d mulctam, *l. 2. §. 1. Si qvis in jus voc.* Poteſt etiam ex hoc edicto agi ad intereſſe, *l. f. d. t.* ſi conventum, actione ex ſtipulatu; ſin minùs, condictione incerti, *arg. l. 2. l. 13. Rem. rat. hab. D. Hahn. ad tit. Si qvis in jus voc.*

INQVISITIO. §. 1. *A proceſſu ordinario*, qvi inſtituitur ad accuſationem, differt hodie receptus *proceſſus inqviſitorius*, qvando judex ex officio in reum & qvalitatem delicti commiſſi inqvirit: qvam inqviſitionem aliqvando præcedere ſolet denunciatio, *vid. Dn. Carpzov. 3. qv. 103. Brunnem. de proceſſ. inqviſ.*

§. 2. *Inqviſitio* nihil aliud eſt, qvàm legitima judicis ex officio procedentis, ſuper delicto, informatio.

§. 3. *Inqviſitio generalis* vocatur, qvæ incerto delinqvente per judicem fit, ad generaliter inqvirendum, qvodnam delictum perpetratum, & qvis illud ipſum commiſerit deſuper generales informationes aſſumendo, *c. ſicut olim. 25. de Accuſ. l. 13. de offic. præſ.*

§. 4. *Inqviſitio ſpecialis* eſt, qvæ fit per judicem contra particularem perſonam, de cujus delicto judex notitiam jam habet, *c. qvaliter & qvando 24. de accuſat. l. 2. §. 5. ad L. Jul. de adult. Carpzov pr. crim. p. 3. qv. 103.*

IN REM VERSIO. §. 1. *Actio de in rem verſo* eſt, qvâ ex filiifam. aut ſervi contractu pater vel dominus eatenus condemnatur, qvatenus ex iſto acceptum in negotium ejus

 impen-

impenſum eſt, §.4.*J.qvod cum eo, qvi in al.pot.l.3.pot.l.3.§.4.* & *d.l.10.§.4.de in rem verſ.*

§.2. *In rem verſum* intelligitur, qvod utiliter vel neceſſariò impenſum. *d.§.4.vid.l.3.§.1. de in rem verſ.* vel ſaltem eum in finem comparatum, ut verteretur, etſi caſu utilitas interverſa, *l.3.§.7.8.l.17.pr.d.t.* non qvod magis ad voluptatem pertinet, qvàm utilitatem, niſi volente domino patreve impenſum, *vid.d.l.3.§.4.& d.l.10.§.7.d.t.*

IMPLICATIVUM. §.1. Dictio *implicativa, ut Etiam, Maximè, Præſertim &c.* implicat, importat, ſeu deſignat idem eſſe in caſu contrario. Et hinc eſt, qvod in lege vel canone, ubi ponitur dictio implicativa, non poteſt ſumi argumentum à contrario ſenſu, *Nic. Everhard. à Middelburg. loc. leg. 110. num.1.& 2.*

§.2. Dictio *implicativa* non ſemper implicat, ſed interdum ſignificat in ſpecialiter expreſſis rationem fortiùs vigere. Item interdum ratione contrarietatis evitandæ abundat vel improprietatur, & exponitur pro *Tantùm. Everh. à Middelb. d.l.n.3. in fin.*

§ 3. Implicativa tunc implicat, qvando ponitur poſitivè, ſecus ſi remotivè, *ut in l.1.§.1.ubi Zaſ.ſi qvu jus dic.Everh. à Middelb.d.l.* 110. *in fin.*

INSTITORIA ACTIO. §.1. *Eſt actio perſonalis*, prætoria, obliqva ſive acceſſoria, rei perſecutoria, qvâ ex contractu, ratione negotiationis, cui præpoſitus eſt, ab inſtitore inito convenitur in ſolidum dominus, qvi negotiationi iſtum præpoſuit, ad id, qvod ex contractu debetur, præſtandum, *l.1. ff. de inſtit. act.*

§.2. *Inſtitor, juxta Ulpianum*, appellatus eſt ex eo, qvod negotio gerendo inſtet, *l.3. de inſt.act.* & dicitur is, qvi tabernæ ſive cuilibet alii negotiationi, ad emendum vendendumve certo loco ſive ſine loco eſt præpoſitus, *l.3.l.4.l.18. eod.* Et aliqvando habet mandatum generale, aliqvando certarum rerum emtioni venditioni eſt præfectus, *vid.l.11.§.5.l.5.§.4.5.6. eod.* Extenditur autem inſtitoris appellatio, ut eo nomine veniat, qvi cuicunqve negotio eſt præpoſitus, *l.5.pr. eod. D. Struv.exerc.20.th.32.* Vulgò inſtitor vocatur, factor, & annum erantur qvoq; inſtitoribus der Kauff-Leute Laden-Diener/

ner/item Buchhalter/ non verò die Hauß-Knechte/ *D. Mev. ad Jus Lubec. l.3. t.6. art.5. n.14. Speidel. notab. de voc. Beſold. theſ. pr.* Differt ab Exercitore, qvalis eſt is, ad qvem totius navis reditus pertinet, §.2. *J.* qvod cum eo, qvi in alien. poteſtat. neg. geſt. eſſe dicetur.

INSULA. *§. 1. Inſularius* vocatur cuſtos domûs, undiqve viam habentis, ſeu aliis ædibus junctæ, *l.* 1. §. *1. de inſtit. act.* Et refertur inſularius inter urbana mancipia, *l.16.* §.1. *de uſ. & hab. Gœdd. ad l.166. pr. n.9. de V. S.*

§. 2. Inſula (1) propriè eſt terra circumdata aqvis, *per* §.12. *J. de R. D.* (2) denotat ædificium legitimo ſpatio à cæteris domibus mercium importandarum exportandarumqꝫ causâ ſejunctum, *l. 3.* §.2. *de off. præf. vig. l. 14. de S. V. I. l.6. de P. V. l. 91.* §. *f. de leg. 3. Add. Tuſch. lit. I. concl. 261. Gœdd. ad l. 59. n. 3. & de V. S. Gryphiand. de inſul. c. 1.*

INTERCEDERE. §. 1. *Intercedere* eſt, recipere ſeu ſuſcipere alienam, qvamcunqve & cujuscunqve (*ſive mariti, patris, filii ſive extranei, l. 2.* §. *ult. ad SC. Vell. l. 3. l. 8. C. eod. ſive maris ſive fœmina, arg. l. 1. & 2. ff. d. t. junct. l.* 19. *pr. de V. S.*) obligationem ſive veterem ſive novam, *d. 2.* §. *pen. & ult. l. 8.* §. *1. ff. ad SC. Vellej. l. 18. C. eod. Veterem* recipiunt (1) iſtam participantes ſeu illi accedentes, & qvidem vel fide-jubendo, mandando, conſtituendo, *l. 2.* §. 1. *& pen. l. 6. ff. l. 3. l. 4. C. d. t. l. 1.* §. *1. de conſtit. pec.* vel res ſuas aut ſibi obligatas pignori pro alio obligando, *d. l. 2.* §. *4. l. 8. pr. eod. l. 11. C. de diſtr. pign.* (2) illam in ſe transferrentes, ut expromittendo novando, *d. l. 8.* §. *8.* itemqve alium debitorem in judicio defendendo, ac proinde condemnationem & judicati actionem ſubeundo, *d. l. 2.* §. *ult. d. t.* nam & hoc caſu qvaſi nova fit, *l. 20.* §. 1. *de in rem verſ. cap. 23. de ſolut. Novam*, qvæ in alterius perſona non conſtitit, obligationem recipit fœmina, cùm ſe ab initio pro alio ream conſtituit, ut ſi, cùm qvis pecuniam eſſet accepturus mutuam, intervenerit mulier, qvæ accipere iſti datura, *l. 8.* §. *14. l. 7. ad SC. Vellej. l. 2. l. 4. l. 10. C. eod. l. 2.* §. *2. ff. eod. D. Struv. exercitat. 25. theſ. 3. D. Wiſſenbach. ad tit. ff. ad SC. Vellej.*

INVITUS. §. 1. *Invitus* dicitur non tantùm, qvi contradicit, ſed etiam qvi conſenſiſſe non probatur, *l. 8.* §. 1. *de*

Procur. Similiter & qvi vetat aut prohibet, *invitus* dicitur, *l.6.§.ſi paſſus ff. Mandat.Jac.Ayrer.proc.p.1.c.1.obſ.9.n.3.*

§. 2. *Invitum* dicimus, qvod vel per *violentiam*, vel per *ignorantiam* agimus. *Violenta* verò *actio* eſt, cujus principium foris eſt & qvidem tale, ut nihil ad ipſum adminiculi conferat is, qvi agit vel patitur, ut ſi qvem ventus aliqvo abripiat, vel per vim portent homines, in qvorum ipſe manu & poteſtate ſit, *Horn.diſp. Ethic.3.th.5.& ſeq.* Ad actionem igitur planè *invitam & violentam* reqviritur (1) ut principium actionis ſit planè extra agentem, vel patientem. (2) ut ille, qvi agit vel patitur, planè nihil conferat. (3) ut tota actio ſit planè contra voluntatem; Si hæc non concurrant, actio non eſt invita, ſed ſpontanea, *Magir.Ariſt.ad Ariſtot.l.3.Eth.c.1.p.192.*

§. 3. *Invitum per ignorantiam* dicitur, qvod ob ignorantiam fit, ita tamen ſi eum, qvi fecit, illius poſt pœniteat, *Horneus d diſp.3.th.15. & ſeqq.*

INDEBITUM. §. 1. *Indebiti condictio* eſt, qvâ qvis repetit, qvod alteri indebitè per errorem ſolvit, vel ſaltem ſe ſoluturum cavit, *§.1.I.q.m.r.c.obl.§.6.I.de obl.ex qs.contr.l.1.ff. de cond.indeb.*

§. 2. *Indebitum* eſt (1) ſi omninò non debeatur; (*huic enim. cui ſolvitur, licet alii debeatur, l.65.§.f.l.19. §.1. ff. de cond. indeb.l.5.C.eod.* (aut propter aliqvam exceptionē perpetuam peti neqveat, *l.26.§.3. l.40.ff.eod.* (2) Qvando debetur qvidem, neqve etiam exceptione perpetua elidi poteſt, attamen alia qvædam obſtat exceptio, *l.10.l.17. ff. eod.* Omne indebitum ad qvatuor capita referri poteſt. *Primum* eſt indebitum & naturaliter & civiliter. *Secundum indebitum* naturaliter, ſed civiliter debitum. *Tertium* indebitum civiliter, ſed debitum naturaliter. *Qvartum* indebitum ope exceptionis, ſed debitum civiliter & naturaliter.

INTERDICTI. §. 1. Differunt, *Interdicti, Relegati, Deportati. Interdictorum* nomen latiùs patet, *in tit. ff. de interd.& releg.* Non enim de iis tantum tractatur, qvibus propter improbitatem & delictum pœnæ cauſâ certâ provinciâ certovè loco, vel locis interdictum eſt, *l.7.§.6. & ſeqq. ff. eod.* ſed etiam qvibus honore, vel ordine, vel negotiatione, vel advocationibus interdictum eſt, *d.l.7.§.20,21.22,l.1. §.pen.*

de

de offic. præf. urb. l. 6. §. 1. l. de poſtulat. l. 9. de pœn. Et hi omnes eodem jure cenſentur, qvo Relegati. Inter *Relegatos & Deportatos* qvid interſit vide alibi, *& in l. 14. §. 1. de interdict. l. 1. & ſeqq. eod.*

§. 2. In bannum declarato aqva & igni interdictum eſt: ita ut & qvi ſciens ullum ſua aula vel domo recipit, tanqvam ejusdem criminis reus accuſari poſſit, qvamobrem etiam nemo illi cibum potumvé ſubminiſtrare audet; ſed omnes illum averſantur, deteſtantur, & velut hoſtem perſeqvuntur, *Ord. Cam. p. 2. tit. 10. §.* Und wo er. 2. *Roding. Pand. Cam. libr. 1. tit. 7. in Comment.*

ITERUM. §. 1. Licet dictio, *iterum vel iteratè*, ex propria ſignificatione deſignet geminationem, & numero binario ſit contenta: tamen in materia editionis inſtrumentorum ratione ſubjectæ materiæ exponitur, id eſt, qvoties opus fuerit, *l. veluti. § hac vox. ff. de edend. Nic. Everh. à Middelburg. loc. leg. 93. n. 10.*

INTERDICTUM. §. 1. *Interdicere* non tantùm eſt vetare & prohibere, ſeu jubere ne, qvid fiat, qvæ ſignificatio magis freqvens, ſed etiam imperare, jubere, ſeu dictare inter duos ut qvid fiat, *l. 1. pr. ut in flum. publ. nav. lic. l. 1. §. 7. l. 26. §. 13. 6. de nov. op. nun l. 4. de pœn.*

§. 2. *Interdictum* (1) in genere ſumitur pro cujuscunqve rei à qvocunqve factâ prohibitione aut præcepto. (2) in ſpecie in jure noſtro pro juſſu Prætoris, & tunc item vel *latius* notat qvemlibet juſſum Prætoris qvo ſignificatu decreta & edicta. (*qvæ alias ab interdictis diſtingvitur. l. 20. §. r. de nov. op. nunc.*) comprehendit. *conf. §. 1. J. de interd. l. 1. pr. de tabb. exhib. l. 1. §. 7. 18. l. 20. §. 1. 3. 6 l. 22. de nov. op. nunc.* Vel *ſtrictius* ſignificat remedium poſſeſſorium, qvo Prætor inter litigantes ut [illegible] *Sic dicitur interdictum dari, l. 2. pr. Ne qvid in loc. publ. l. 1. in f. de via publ. & it. publ. ref. l. 15. Ad exhib. l. 1. pr. de vi & vi arm.* aut qvo qvis experitur, *l. 6. Ne qvid in loc. publ.* Is qvoqve qvi interdicto utitur, interdicere (*mediante ſcilicet Prætore cujus hoc propriè eſt*) dicitur *d. l. 6. l. 3. §. 5. uti poſſid. l. 1. §. 22. de aqv. qvot. l. 3. §. 4. qvod vi aut clam. D. Struv. exercit. 45. th. 3.*

§. 3. *Erant interdicta* forma atqve conceptiones verbo-

 rum

rum, *ſeu juſſa, certis formulis prolata*, qvibus Prætor aut jubebat aliqvid fieri, aut fieri prohibebat: qvod tunc maximè fiebat, cùm de poſſeſſione aut qvaſi poſſeſſione inter aliqvos contendebatur, *pr. Inſt. de interd.*

§. 4. *Actio ex cauſa interdicti* eſt actio in factum, qvâ agitur de poſſeſſione vel tuenda vel acqvirenda vel recuperanda, ſalvâ, *ubi opus eſt*, qvæſtione de ipſius rei proprietate, *§. 4. J. de interdict. l. 34. §. 4. de contr. emt. l. 14. §. f. de exc. rei judic. junct. l. 36. de R. V. c. 5. de cauſ. poſſ. & propr.*

§. 5. Prohibitoria interdicta ſunt, per qvæ Prætor vetat aliqvid fieri, *§. 1. J. de interd.*

Reſtitutoria dicuntur, qvibus reſtitui aliqvid jubet, *d. §. 1.* Qvod fit, vel (1) jubendo rei poſſeſſionem alicui reſtitui, cujusmodi interdicta κατ' ἐξοχὴν, reſtitutoria ſunt, *vid. tit. Qvor. bon. tit. Qvod Legat. tit. Unde vi tit. de precar. tit. de ſalv. interd. Vel* (2) jubendo ipſum factum reſtitui, h. e. reponi, reduciq; in priſtinum ſtatum atqve formam, ſublatis iis, per qvæ res erit mutata, *l. 1. pr. Qvod vi aut clam. l. 2. §. 10. de flum. l. 2. §. 19. Ne qvid in loc. publ. l. 1. §. 1. 27. de aqv. qvot. & aeſt.*

Exhibitoria vocantur, per qvæ Prætor jubet qvid exhiberi, qvò copia illud videndi & agnoſcendi pateat, *vid. l. 2. §. 1. de interd. tit. ff. de lib. hom. exh. tit. de lib. exh. tit. de tabb. exh.*

Mixta ſunt, qvibus exhiberi qvid jubet, & aliqvid fieri vetat, *l. 1. §. 1. de interd. l. 13. pr. de lib. hom. exh. l. 1. de lib. exh. D. Struv. exerc. 45. th. 8.*

§. 6. *Simplicia* appellantur interdicta, in qvibus alter actor, alter reus eſt: indeqve verba interdicti Prætor ad unum, *reum* ſcil. dirigit.

Duplicia ſunt, in qvibus par utriusqve litigatoris conditio eſt, nec qvisqvam præcipuè reus vel actor intelligitur, ſed unusqvisqve tam rei, qvàm actoris partes ſuſtinet, *§. 7. J. de interd.* utroqve ſcil. ſe poſſidere contendente, *l. 1. §. 3. l. 3. §. 2. Uti poſſidet.* indeq; Prætor verba interdicti ad utrumqve dirigit, *d. l. 1. pr. Vinn. in d. §. 7.*

§. 7. *Annalia* interdicta dicuntur, qvæ intra annum utilem, *l. 1. §. 29. de vi & vi arm.* ab eo tempore, qvo competere cœperunt, petenda, *l. 15. §. 41. Qvod vi aut clam.*

Per-

Perpetua vocantur, in qvibus exceptio annua remiſſa eſt, ut poſt annum qvoqve competant, *l.15 §.5.6. Qvod vi aut clam, l.3. §.1.12. de vi & vi arm. l.20. §.f. de nov. op. nunc.*

§. 8. *Interdicta noxalia* ſunt, qvæ ob delictum ſervorum, qvos in poteſtate habemus, dantur: veluti, cùm vi dejecerunt, aut vi aut clam opus fecerunt: ſed officio judicis continetur, ut dominum, ſuâ impensâ opus reſtituentem, abſolvat: patientiam tollendo operi præſtantem noxæ dedere jubeat & abſolvat: ſi non dedat, qvantum impenſæ tollendo opere erogatum ſit, tanti condemnat. Si neqve patientiam præſtet, neqve ipſe tollat, cùm poſſit, in tantum condemnet, in qvantum judex æſtimaverit, atqve ſi ipſe feciſſet, *l. ult. de interd. D. Struv. exerc. 45. th. 9.*

§. 9. *Interdictum Qvorum bonorum* eſt, qvod datur bonorum poſſeſſori Prætorio ſ. heredi contra eum, qvi pro herede vel pro poſſeſſore poſſidet, ut qvod de bonis hereditariis poſſidet, reſtituat, *l. 1. Qvor. bon l. 1. §. 3. de interdict.*

Huic interdictio affine eſt *remedium ex l. C. de edict. D. Adr. tollend.* qvo heres, teſtamento ſcriptus, illud, nullo viſibili vitio laborans, producens & miſſionem poſtulans, in poſſeſſionem omnium rerum hereditariarum, qvæ tempore mortis teſtatoris fuerunt, mittitur à judice, ſummatim cauſam cognoſcente, *vid. d. l. ult. Menoch. de adip. poſſ. remed. 4.* We-*ſenb. p. 2. conſ. 81. Struv. exercit. 45. th. 19.*

§. 10. *Qvod legatorum* interdictum eſt, qvo agit heres, poſt aditam hereditatem, contra legatarium, ut poſſeſſionem rei legatæ, qvam non ex voluntate ejus, ſed *propriâ autoritate* occupavit reſtituat, *l. 1. pr. §. 1. 2. Qvod legat.*

§. 11. *Ne vis fiat ei, qvi in poſſeſſionem miſſus erit.* Hoc interdictum datur ei, qvi non fuit admiſſus ad poſſeſſionem, aut qvi eſt depulſus, adverſus eum, qvi dolo malo facit, qvò minùs qvis permiſſu magiſtratus in poſſeſſione bonorum ſit, ut qvantum intereſt, illum poſſeſſionem habere, præſtet. *l. 1. pr. & §§. ſeqq. Ne vis fiat, ei, qvi in.*

§. 12. De *tabulis exhibendis.* Eſt interdictum, qvo Prætor tabulas, qvamvis ultimam defuncti voluntatem continentes, jubet apud ſe exhiberi iis, qvorum intereſt, ab illis, penes qvos iſtæ ſunt aut dolo malo factum eſt, ut deſinerent eſſe:

ac

ac ſi *reus convictus* non exhibuerit, condemnatur in id, qvod actoris intereſt, *l.1.de tabb.exhib.*

Sed ſecundum eſt hoc *de tabb. exhibendis* interdictum tunc demum competere, ſi reus neget penes ſe tabulas eſſe, & tamen probabilia in contrarium ſint argumenta, vel ſi neget ſe exhibere poſſe aut oportere, *l.2.in fin.ff. teſtam.qv.ap.l. §.1. de tabb.exh.* Nam ſi qvis forte confiteatur, vel non negat tabulas penes ſe eſſe, & tamen non patiatur inſpici vel deſcribi, omnimodo qvidem ad id termino præfixo compellitur, ſed non per hoc interdictum, ſed per ad exhibendum actionem, *d.l.2.d.l.1.* Etiam *Mandatum compulſoriale ſine clauſula* decerni poteſt, non modò ex interdicto de tabb.exhib. Si forte reus neget tabulas penes ſe eſſe, vel ſi exhibere poſſe aut oportere, ſed etiamſi non neget, & tamen in exhibendo difficilem ſeſe præbeat, *Petr. Frider. Mindan. de Mandat. l.2.cap.51. §.1.& 2.*

§.13. *Ne qvid in loco ſacro fiat.* Hoc interdictum competit contra eum, qvi in loco ſacro (*generaliter in rebus divinis l.1.2.3. Ne qvid in loc. ſacr.*) facit aliqvid deformitatis vel incommodi, ut in priſtinum ſtatum reſtituatur, *d. ll.*

§.14. *Ne qvid in loco publico vel itinere fiat.* Hoc interdictum datur cuilibet, contra eum, qvi ad impediendum publici loci vel itineris uſum facit qvid vel immittit, præter id, qvod licitè poterat, ad id, ut factum vel immiſſum reſtituatur, id eſt, tollatur, *l.2.§.3.4.35.36. Ne qvid in loc. publ.*

§.15. *Interdictum, Ne vis fiat ei, qvi locum publicum* conduxit, datur conductori loci publici, qvales ſunt publicani, ejusqve ſocii, contra turbatores ſ. vim facientes, ad tuendam eorum qvaſi poſſeſſionem, & vectigalia conſervanda, *l.1. §.1.2.3. de loc.publ.fruend.*

§.16. *De via publica, & ſi qvid in ea factum eſſe dicatur.* Datur cuilibet, contra eum, qvi qvocunqve modo vias publicas impedit, vel non reficiendo, non pugnando, qvid immittendo, projiciendo, effodiendo, ſubruendo, exſtruendo, exarando, qvod tolli jubetur, ad id, ut qvod factum eſt reſtituatur, & via reficiatur, *l.un.§.1.& ſeqq. de via publ.& ſi qvid.*

§.17. *Actio viæ in agrum rejectæ nomine.* Si in agrum vicini publicam viam (*qvod ex ea, dum purgatur, auferetur. l.1.*

l.1. §.1. *De via & it. publ.ref.*) qvis rejecerit, tantùm in eum viæ rejectæ nomine actio *ob damnum illatum ex L. Aqvil* dabitur, qvanti ejus intereſt, cujus fundo injuria irrogata eſt, *l. f.pr.d.t. un.*§.5. *de rip.mun.*

§. 18. *De via publica & itinere publico reficiendo*. Hoc interdictum competit cuilibet, contra impedientem reficere viam publicam vel iter, *l.*1.*de via & it.publ.ref.*

§. 19. *De fluminibus, ne qvid in flumine publico, ripave ejus fiat, qvò pejus navigetur.* Hoc interdictum datur cuivis è populo, *arg. l.*1.*loc.& it.publ.*contra eum,qvi in flumine publico navigabili ejusve ripa aliqvid facere intendit,qvò ſtatio ſ. locus, ubi naves tutò ſtare poſſunt, *l.*1.§.*13.De flumin.* & navigatio *d.l.*1.§.*4*. vel etiam pedeſtre flumen deteriùs fiat, ſive impediatur, *vid. d.l.1.*§.*15. & l.f.d.t.* ne tale qvid faciat, *l.8.pr.* §.*20.d.t.* aut ſi factum, id reſtituat, *d.l.*

§. 20. *Ne qvid in flumine publico fiat, qvo aliter aqva fluat, atqve vel priori æſtate fluxit.* Hoc interdictum competit cuivis è populo, *l.un.*§.*9. Ne qvid in flum. publ.*adverſus eum (*ejusq; hæredes*) *d.l.un.*§.10. qvi derivationibus illicitis facit ut flumen vel excreſcat, vel aliter fluat aqva, aut mutatus alveus injuriam adferat, ad deſtruendum ſi qvid tale factum eſt *d.l.un.pr.* §.*2.2.3.11.*

§. 21. *Ut in flumine publico navigare liceat.* Hoc interdicto convenitur is, qvi navigationem publici fluminis, & qvæ eò pertinent, prohibet, ad ſimilitudinem ejus, qvi via publica uti vetat, *l.1.pr.*§.*1.Ut in flum. publ.*

§. 22. *De ripa munienda.* Hoc interdictum datur tuenti, munienti, reficienti ripam fluminis, agrumve qvi circa ripam eſt, ne ipſi vis fiat, *l.un.de rip.mun.*

§. 23. *De vi & vi armata* eſt interdictum qvod datur ei, qvi vi dejectus eſt de poſſeſſione rei immobilis contra eum, qvi dejecit, ut poſſeſſio ipſi cum omni cauſa ac eo, qvod intereſt, dejectum qvem eſſe, reſtituatur, *l.1. pr.* §.*31.32. de vi & vi arm.*

§. 24. *Interdictum Uti poſſidetis* datur poſſidenti (*non vi, aut precario*) res ſoli, & q. poſſidenti res incorporales, adververſus eum, qvi ſibi hanc poſſeſſionem arrogat, aut qvovis alio modo turbat poſſidentem, *l.1.*§.*1.4.& ſeqq.l.f. Uti poſſid.*ad id,

id,ut ceſſet à turbatione, in futurum non turbet, ſed ſatisdet, atqve damna illata,cum fructibus perceptis reſtitutis,reſarciat, utqve judex poſſidentem tueatur, *d.l.*1. §.4.*l.2.3. 4.d.t.*

§. 25. *Interdictum de ſuperficiebus* eſt,qvo Prætor ſuperficiario,ſuperficie fruenti,vim fieri vetat,qvò minus ita fruatur, niſi vi,clam aut precario ab adverſario poſſideat, *l.*1. *pr.* §. 2.*de ſuperfic.*

§. 26. Eſt *interdictum de ſervitutibus* duplex. *Primum* pro retinendo ſervitutis uſu, ei competens,qvi ſervitute itineris,actus aut viæ uſus, (*non vi,non clam, aut precariò*) fuerit hoc anno,licèt modico tempore,per ſe vel alium,contra qvemcunqve prohibentem,ut liceat uti itinere, actu aut via,& utens in eo defendatur, *l.* 1. §.1.*& ſeqq. de itin.actuq; priv.*

§. 27. *Alterum* etiam interdictum eſt, *d.t. l.3.* §.11.de itinere,via & actu *reficiendo*,ut adverſarius permittat nobis reficere,qvò magis uti poſſimus; modò ipſi caverimus de damno infecto,qvod per operis vitium contingere poteſt, *l.3.* §.11.*l.5.* §.*f. d. t.*

§. 27. *Interdictum de aqva qvotidiana* eſt, qvo Prætor illi (*ejusve ſucceſſori l.* 1. §.24.37. *de aq. qvot. & æſtiv.*) qvi hoc anno ſaltem unâ die vel nocte *l.1.*§.4. 22. aqvam de qva agitur,non vi,non clam,non precario, *d.l.*§.10.20. & bonâ fide *d.l.*1.§.10.10. duxit à capite, *d. l.*1. §. 7. 8. ad qvemcunqve uſum etiam in prædia urbana, *d.l.1,* §.11.12.13.14. *l.*3.§.*1.d. t.*qvò minùs ita porrò eodem modo,*d. l. 1.* §. 15. *& ſeqq. l.* 2. *d.t.* ducat, vim fieri vetat. *d. l.* 1. §. 29.

§. 28. *Interdictum de aqva æſtiva* eſt, qvo Prætor ei, (*ejusve ſucceſſori,d.l.1.* §. 37. *de aq.qvot.& æſtiv.*) qvi priore æſtate aqvam,de qva agitur,nec vi, nec clam, nec precariò ab adverſario duxit à *capite d. l.1.* §.39. qvò minus ita ducat, vim fieri vetat,*d. l.*1. §.29.

§. 29. *De aqva ex caſtello ducenda* eſt interdictum,qvo Prætor ei,cui aqvam ducere ex caſtello à Principe permiſſum, *l.*1.§.71.*& ſeqq.ff. de aq. qvot. & æſtiv.* qvò minùs ita uti permiſſum eſt, ducat: vel ſi damni infecti caverit, qvò minùs aqvæ ducendæ causâ opus faciat, vim fieri vetat, *d. l.* 1. §. 38.39.

§. 30.

§. 30. *De rivis*: Hoc interdicto Prætor ei,qvi eodem anno vel ſuperiore æſtate non clam, non precariò ab adverſario aqvam duxit,ſive jus aqvæ ducendæ habeat ſive non *vid. l. f. de rivis*. vim fieri vetat, qvò minus aqvæ ducendæ causâ rivum, *ſive in publico ſive in privato l.* 3. §. 4. *d. t.* ſpecum, ſepta reficiat, purget, modò non aliter aqvam ducat, qvàm antea uſus eſt, *l.* 1. *pr.* §. 1. §. *9. d. t.* & de damno invecto caveat, *l.* 3. §. *pen. eod.*

§. 31. *Interdictum de fonte, ſeu aqva viva* hauſtu, competit adverſus impedientem haurire, ut ſine impedimento ex fonte,lacu,puteo, piſcina haurire liceat, neqve refectio earum impediatur, *l.* 1. *pr. &* §. *6. de fonte.*

§. 32. *Interdictum de cloacis* dicitur ei, qvi cloacam *privatam* purgare aut reficere voluerit.contra qvemlibet impedientem,ut liberè liceat reficere & purgare *l. 1. pr. de cloacis*.Item ut tollatur qvod in cloacis *publicis* factum vel immiſſum *d. l.* 1. §. *15.* aut vis non fiat ei qvi novam cloacam facturus eſt, *l. 2. d. t.*

§. 33. *Qvod vi aut clam.* Generale hoc interdictum eſt, reſtitutorium, pro domino prædii, cui vi aut clam qvid factum eſt (*ſive in publicis, ſive in privatis cauſis*) contra facientem, ut id reſtituatur, & damnum reſarciatur, *l. 1. pr.* §. *1. ff. qvod vi aut clam.*

§. 34. *Interdictum de arboribus cædendis* domino ædium datur, qvarum luminibus officitur, aut tectis nocetur, contra dominum arboris, ut is eam adimat, vel permittat actori eam ex ſtirpe exſcindere & tollere ligna: aut ut arborem, in fundum impendentem pedes qvindecim à terra coërceat, *l. 1. pr. &* §. *5. 7. ff. de arbor. cæd.*

§. 35. *De glande legenda.* Si in alicujus fundum *glandes* cadunt, datur ei contra vicinum, ex cujus fundo fructus prolapſi ſunt, hoc interdictum, ut ſibi liceat tertio die, qvo lapſi ſunt, eos colligere & auferre, *l. un. ff. de gland. leg.*

§. 36. *De homine libero exhibendo.* Interdicto hoc qvilibet, ob favorem libertatis experiri poteſt, contra eum, qvi hominem liberum, *de qvo conſtat talem eſſe l. 3.* §. *7. ff. de lib. hom.* dolo malo ſ. ſine juſta cauſa retinet, ut exhibeat ſeu in publicum producat, atqve ita libertas tueatur. *vid. l. 1. 2. 3. 4. d. t.*

§. 37.

§. 37. De *liberis exhibendis, item ducendis.* Si qvis eum, qvem in poteſtate mea (*vel maritali*) habeo, retineat, eum eamve exhibere cogitur, & qvò minùs ducere mihi liceat, ad operas præſtandas, ad qvas adſtricti ſunt, vetatur, *l.1.pr.* §. *1. 2.3.4.& ſeqq. de lib. exhib.*

§. *38. Utrubi.* Hoc interdictum pertinet propriè ad poſſeſſionem rerum mobilium tuendam, adverſus qvemcunqve impedientem, qvanti intereſt poſſeſſionem retinere, vel in ea non fuiſſe turbatum, *l.un. ff. Utrubi.*

§. 39. *Interdictum de migrando* eſt, qvod datur inqvilinis, ne vis fiat eis migrantibus, qvò minùs abducere ſecum invectum & illatum liceat, qvæ non ſunt domino ædium pignorata, vel qvia in pignoris cauſam venerunt, vel qvia merces ſoluta eſt, aut per dominum ſtat, qvò minùs ſolvatur, *l. 1. pr.*§. *1. l.f. de migrand.*

§. *40. Interdictum Salvianum* datur domino prædii ruſtici vel urbani locati, adverſus conductorem (*utiliter contra extraneos, in qvo res alienata eſt à conductore, l. 1. de Salv. interd.*) ut locator poſſeſſionem adipiſcatur earum rerum, qvæ ſibi obligatæ erant pignori, & vel adhuc extant apud conductorem, vel alium in qvem ſunt alienatæ, *d. l.* 1.

§. 41. *Interdictum in jure canonico* denotat conſtitutionem Eccleſiaſticam, qvæ ad correctionem præſentium & imminentium malorum ordinatur.

§. 42. *Interdictum Eccleſiaſticum* eſt cenſura, qvâ interdicitur non tantùm Clericis & Miniſtris Eccleſiæ, ne divina officia celebrent. vel Sacramenta adminiſtrent; hæc enim ſimplex eſt ſuſpenſio, ſed aliis certis perſonis aut locis, ne pro illis divina celebrentur. Nam interdictum privat ſolo uſu exteriori, qvatenus ſingulis fidelibus communis eſt, & tantùm in divinis, & his qvidem expreſſis, *Covar. in c. Alma. p. 2.* §. 1. *num. 10.*

Interdictum Perſonale, Locale. Interdictum Eccleſiaſticum aliud eſt *Perſonale*, aliud *Locale*; & *utrumqve* vel *Generale*, vel *Particulare*. *Generale* eſt, cùm terra aliqva v.g. Regnum, Provincia, civitas, vel caſtrum interdicto ſubjicitur. Item *generale* eſt, qvod fertur generaliter in perſonas, v.g. univerſalitatem vel collegium, & ligat ſingulos de collegio

legio, qvamdiu de collegio exiſtunt. *Particulare* interdi-ctum fertur vel in locum ſingularem, v.g. Eccleſiam, ſive unam aliqvam ſive plures particulares, aut etiam omnes unius loci & oppidi; vel in perſonam ſive unam ſive plures, *c. 17. de V. S. Covarr. d. l. num. 9.*

INTERESSE. §. 1. Verbum *intereſſe* dupliciter in jure ſumitur (I) *Populariter*, ut idem denotet, qvod expedire, utile eſſe, *l. 1. Sol. matr. l. 4. de nov. op. nunc.* (II.) *Civiliter.* Et tum denotat privatum commodum pecuniarum. Qvo ſenſu iterum dupliciter accipitur. (1) Aliqvando ſignificat unà cum damno ipſam rem petitam, *l. 9. de religioſ. l. 15. §. Hoc inter-dicto. ff. Qvod vi aut clam. l. 12. §. Si poſt. ff. Ad exhib. l. 17. de furt.* (2) Aliqvando & freqventer magis ſolam illam utilitatem circa ipſam rem petitam conſiſtentem, *l. 21. §. 3. de act. emt. & paſſim.* Qva in ſignificatione plerumqve *utilitas l. 11. §. f. emt. l. 81. §. f. de V. O.* aliqvando *uſura l. 60. pr. pro ſoc.* aliqvando etiam pœna vocetur, *l. f. de eo qvod cert. loc. Umm. diſp. ad proc. jud. dis. 21. th. 10. n. 56.*

§. 2. *Intereſſe* eſt id, qvod nobis facto alieno abeſt, qvodqve lucrari potuimus, *l. 1. Rem. rat. hab. Umm. d. l. n. 17.*

§. 3. *Intereſſe commune* eſt illud, ubi id æſtimatur communi æſtimatione, ita ut actor tantum conſeqvatur, qvanti communiter ſive lucrum ceſſans, ſive damnum emergens æſtimari ſoleat & debeat, *Schneidevv. ad §. ult. n. 18. Inſt. de V. O. per text. in l. 33. ad L. Aqvil. l. 63. ad L. Falc. Maſcard. de probat. concl. 931.*

§. 4. *Intereſſe conventum* dicunt id eſſe, cùm certa ſumma causâ ejus, qvod intereſt, promittitur. Veluti ut 100. dentur, ſiqvidem venditor pretio accepto non ſtatim ipſam rem tradat. Verùm hoc intereſſe jura nuncupant pœnam, *§. ult. I. de V. O.* & ipſi intereſſe opponitur, *l. 38. §. 1. ff. eod. Maſcard. d. c. 931.*

§. 5. *Intereſſe ſingulare* vocant, qvando rei utilitas, non attento communi valore, ſeu qvanti revera eſt, ſed ex affectione, qvam actor erga rem habet, æſtimatur, *Schneidvv. in d. §. ult. n. 19.* Et hoc viciſſim in duas ſpecies diſtingvitur, ut aliud ſit affectionis tantùm, veluti ſi qvis rem minimam propter do-

natorem, puta Sponſum &c. maximi æſtimet aliud affectionis cum utilitate conjuncta, *Umm.d.diſp.21.n.58.*

§. 6. De intereſſe *intrinſece, extrinſeco, æſtimabili, & non æſtimabili*, videatur *Umm.d.l.n. 59. 60.*

§. 6. Qvantum cujusqve interſit certo definiri non poteſt, ſiqvidem variæ perſonarum, locorum & temporum circumſtantiæ faciunt, ut utilitas iſta interdum tanti ſit, qvanti eſt ipſa res, qvo caſu rei pretium, idqve qvod intereſt, idem ſunt, ut patet *ex l.23. ad L. Aqvil.* aliqvando pluris, ut refert Ulpianus *in l.1.p.de act.emt.* nonnunqvam etiam minoris, *l.5. inf. ad exhib. l.ult. de ſtip.prat. Matt. ad l.24. de R.J.*

§. 8. Differunt, *Uſura, pœna* (*conventionalis*) & id qvod *intereſt.* Uſura eſt definita, *l. 1. de uſur. l. 26. Cod. eod.* Id qvod intereſt definitum non eſt, *l.24. de R. J.* Pœna verò debetur, etſi nihil interſit, *l.35. §.17. de V. O.* Latiùs acceptum Pœnæ vocabulum, uſuram qvoqve complectitur, *l. 40. de R. C.* & id qvod intereſt, *l.ult. de eo qvod per loc.*

INTERPELLATIO. §. 1. *Interpellatio, qvæ & uſurpatio civilis* dicitur, eſt, qvâ poſſeſſori non qvidem poſſeſſio ipſa adimitur, vel intervertitur, ſed jus tantùm poſſidendi in dubium vocatur. Eſtqve alia *judicialis* qvæ fit in judicio, alia extra judicium per denunciationem privatam, contractionem vel proteſtationem, *Dn. Struv. Exercitatione 43. theſ. 28.*

§. 2. *Interpellatores matrimoniorum* vocantur, qvi nuptias alienæ uxoris appetunt, *l.1.p. de extr.crim.*

§. 3. *Interpellatio* vel eſt *expreſſa*, vel *tacita*. *Expreſſa* eſt, qvæ fit per Denunciationem ſive admonitionem, ſeu, ut Bartolus loqvitur, per incitamentum de debito puro, & qvod jam peti poteſt, teſtato, vel nuncio interpoſito claro & perſpicuo. *Menoch. de arbitr. judic. qvæſt. lib. 2. Caſ. 461. Tacita* eſt, qvæ fit diei conventi, qvo ſolvi debuit, lapſu; nam tum dies pro homine interpellat, *l.12. C. de contrah. & committend. ſtipulat. Illa* modo eſt *judicialis*, modo *extrajudicialis*, qvæ fit extra judicium per denunciationem privatam, *Struv. Syntagm. Jur. Civ. exerc. 43. th.28.*

INGENUI. §. 1. *Ingenui* ſunt, qvi ex matre (*ſaltem*

tiene

uno ex tribus temporibus, conceptionis ſcil. geſtationis, & nativitatis) libera nati ſunt, *l.5.* §.2. *de ſtat. hom. pr. inſt. de ingenuis.*

§. 2. *Ingenui* dicuntur dupliciter, (1) *propriè*, qvi nativitate ſunt ingenui, *pr. inſt. de ingen. l.5. §.2. de ſtat. hom.* (2) alii ſunt ingenui, *ſecundùm qvid*, qvi ſcil. non naſcuntur ingenui, ſed jure ingenuorum tamen gaudent, qvales ſunt (1) natalibus reſtituti, *l.2. l.3. de natal. reſtit.* (2) qvi beneficio principis per conceſſionem aureorum annulorum ingenui efficiuntur, *t.t. de jur. aur. annul.* (3) deniqve is qvi juravit ſe ingenuum, vel ingenuus judicatus eſt per ſententiam judicis, *l.25. de ſtat. hom. Bach. ad* §. *1. J. de ingenuis.*

INTERROGATIO. §. 1. *Interrogare* eſt, petere aliqvid ab aliqvo noſcendæ veritatis gratiâ.

§. 2. *Interrogare legibus* eſt, legis alicujus autoritate aliqvem interrogare, nunqvid facinus aliqvod admiſerit.

§. 3. *Interrogationes in jure* ad rei pecuniariæ cauſas pertinebant, habebantqve tantùm locum in actionibus perſonalibus: erantqve olim inſtitutæ, ut ne malè agendo cauſa perderetur, liceret apud eum, qvi jus dicebat, adverſarium certis de rebus, anteqvam actio inſtitueretur, interrogare. Ita interrogationes in jure fiebant, ut ſciret actor, an & ex qva parte poſſet actione, in perſonam ſibi competente, aliqvem convenire, *Vid. l.1.2.3.5.8. ff. de interrog. ibiq. Dd.*

§. 4. *Actio interrogatoria* eſt actio perſonalis, qvâ adſtringit ſe confitens ſuâ confeſſione ſeu reſponſione, ceu promiſſione, qvod velit ex illo, qvod reſpondit, ſe conveniri, *jure eqvidem extraordinario, l.11. §.9. de interrog. l.20. §.1. eod. l. 11. C. de pet. hered. Dn. Hahn. ad Weſ. de interrog.*

§. 5. Cum interrogationibus, qvæ olim in jure, *h. e. apud magiſtratum l.4. §.1. de interrogat.* fiebant, affinitatem habent, qvæ hodiè vocantur *interrogatoria*, die Fragſtücken/*item poſitiones.* Verùm utraqve poſt litem conteſtatam hodie obtinens, & ad eliciendam veritatem in puncto probatorio adhibentur, *Dn. Hahn. d. l. Dn. Struv. exercitat. 15. theſ. 44.* Sunt autem *interrogatoria* qvæſtiones partim ſuper ipſa teſtium perſona, partim ſuper ipſa lite veritatis eliciendæ

cauſa propoſitæ. Et ſunt horum alia generalia, alia ſpecialia, alia deniqve præliminaria ſeu perſonalia, *Ummius diſputat. 16. theſ. 10.*

§. 6. *Interrogatoria GENERALIA* ferè hæc eſſe ſolent. (1) Cujus ætatis, conditionis ac divitiarum teſtis ſit. (2) Utrum teſtis in Banno Cæſareo demoretur, aut alicujus publici Criminis convictus ſit. (3) Utrum cognatio, affinitas, vicinitas, conſilium, auxiliumve inter teſtem & producentem intervenerit. (4) Utrum teſtis parti adverſæ inimicus. (5) An corruptio ulla dando promittendove intervenerit. (6) Utra pars foveat meliorem cauſam. (7) Cui parti optet victoriam cauſæ. (8) An concordarit cum reliqvis teſtibus. (9) Qvæ ſit cauſa productionis &c. *Add. Rosbach. proceſſ. civil. tit. 55.*

§. 7. *Interrogatoria Specialia*, Sondere Fragſtücke / dicuntur, qvæ pars, contra qvam teſtes producuntur, ad articulos probatoriales horum melioris explicationis ergò dare ſolet, *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 73. num. 91. & ſeq.* Seu, qvibus notitia & certitudo dictorum teſtium inveſtigatur, unde ad dicta teſtium diriguntur. Vocantur etiam Fragſtücke auff die Haupt-Sache. *Rosbach. proc. civ. tit. 55. n. 3.*

INSPICERE. §. 1. *Inſpicere* dicitur ab in & ſpecio, i. e. video vel intueor, tribuitur illis, qvi ex vultibus hominum mores colligunt. Sic inſpicere dicitur emtor, qvi rem, qvam pretio mercaturus & ære, curioſè contemplatur, ſimiliter venter inſpicitur, ſi mulier mortuo marito, ſe ex eo prægnantem eſſe dicat, *t. t. π. de ventre inſpiciendo*, vel puella virgo vulgò habita de partu edito & clam ſublato ſit ſuſpecta, *Nemes Larius art. 35.* Sic etiam *inſpicere nomen* eſt diligenter cautionem examinare, atqve eam intueri.

INTERVENTIO. §. 1. *Intervenire* dicuntur (1) qvi alienam obligationem in ſe ſuſcipiunt, *l. 6. l. 8. l. 82. §. 3. ad SC. Vell. l. 1. pr. l. 27. § ult. de fidej. l. 7. §. 3. de Minor. l. 3. §. 1. C. de uſur. rei judic.* (2) qvi pro alio in judicio conſiſtunt, *l. 11. §. agere de injur. l. 10. in fin. de in jus voc.* (3) intervenire dicitur, qvi liti inter alios motæ pro ſuo intereſſe ſe immiſcet, *l. 4. §. 4. l. 5. de appellat.* Qvomodò interventio (1) latè capitur pro qvavis in rem controverſam immixtione, ſicq; & denunciatus

ac

ac nominatus intervenit: qviqve extra judicium ſe ingerit: (2) ſtrictè & propriè eſt, qvæ fit in judicio.

§. 2. *Ultimo ſenſu interventio deſcribi poteſt.* Ejus cujus intereſt, cauſæ in judicio, ad alterum litigantium defendendum vel utrumqve excludendum, proprio motu facta immixtio & participatio, *Umm. diſp. 1. th. 1 n. 2.*

INVENTIO. §. 1. *Inventio* eſt rerum inanimatarum mobilium, qvæ *naturâ* nullius ſunt, occupatio, veluti lapillorum, gemmarum (*l. 13. §. 17. de aur. & arg. leg.*) margaritarum & ſimilium, qvæ in littore maris inveniuntur, *l. 1. §. 1. de acq. vel am. poſſ. §. 18. l. de R. D.*

INFECTUM. §. 1. Propriè & reverà ea, qvæ contra juris prohibitionem facta ſunt, pro infectis non habentur: ſed tamen fictione juris infecta cenſentur eatenus, qvatenus nullum effectum de jure ſortiuntur, *Matth. ad l 31. de Regul. Juris num. 6.*

INTERLOCUTIONES. §. 1. Aliqvando Princeps extra judicii locum (*non pro tribunali*) & citra uſitatum ordinem de plano, omiſſis formulis, & judic. ſolennibus & qvaſi aliud agens, decernere ſolebat. Hæ principum cognitiones dicuntur, *in l. 1. §. 1. verb. cognoſcens. ff. de conſt. princ.* interlocutiones, *d. §. 1.* qvod eas Princeps q. inter aliud loqvendum & agendum decerneret, aut interloqventibus & interpellantibus reſponderet. *D. Hahn. ad* Weſ. *de Conſtit. Princ. n 1.*

INHIBITIONES. §. 1. Sunt mandata, qvibus judex appellationis judici à qvo provocatum ac parti ſub certa pœna interdicit, ne appellatione pendente, qvid in cauſa attentent, innovent, vel ulterius procedant. *Roding. Pand-Cam. l. 3. tit.* 11. Eſtqve triplex inhibitio, *ſimplex, ulterior, & arctior. Simplex* inhibitio eſt, qvæ primo emanat ſub pœna 10. Mar. aur. puri, pro dimidia portione Fiſco Cæſareo, pro altera dimidia appellanti applicanda, *Stylo ita recepto.* Et qvidem S. Clauſula. Qvod ſi huic ſimplici inhibitioni inſinuatæ contraventum *ulterior* inhibitio ſub aggravata pœna, qvæ plerumqve 15. Marc. auri puri, vel *arctior* inhibitio ſub pœna Banni & qvidem cum citatione ad Vidend. ſe incidiſſe in pœnam ſimplicis, vel allegandum cauſas, qvare talis declaratio pœnæ fieri non debeat. *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 54. §. 3. & ſeq.*

§. 2. Hinc patet differentia inter *hanc inhibitionem & mandatum inhibitorium*. Nam plus eſt mandatum inhibitorium qvàm inhibitionem decernere. In illo proceditur, ut in Mandatis Sine Clauſula, in hac ſecus. In illo citatio annectitur, in hac verò non, ſed ſi huic contraveniatur, tum demum petitur arctior inhibitio, & citatio ad videndum ſe incidiſſe in pœnam ſimplicis, *Gylm. Voc. Inhibitio §. Differentia*.

§. 3. Proceſſus, qvi in cauſa litigioſæ poſſeſſionis partibus ad partes, ſive inter partes decernuntur, *inhibitionis* nomine appellantur, *Roding. pand. Cam. lib. 3. tit. 9 in princ.*

§. 4. *Litigioſa poſſeſſionis inhibitio* eſt, qva Camera Imperialis alterutri vel utrivis parti immediatè Imperio ſubjectæ imperat, ut à poſſeſſione abſtineant tantiſper, donec judex de poſſeſſionis controverſia & jure cognoſcat, *Ord: Cam. p. 2. T. 21. in pr. Roding. d. l. §. 3.*

INTERCAPEDO. §. 1. Ponitur pro intervallo, intercapedo temporis, *l 3. §. qvoties ff. Si cui plus.*

IMPOSSIBILE. §. 1. Fieri aliqvid vel ſimpliciter non poteſt, qvale eſt id, qvod per rerum naturam fieri non poteſt, vel ex hypotheſi, ut qvia jam factum ſit, vel adeò intricatum & perplexum, ut fieri non poſſit, vel qvòd lege ſit prohibitum. Hinc oritur triplex impoſſibilitas, prima vocatur *natura*, 2. *facti*, 3. *juris*. *D. Eichel. comm. ad R. J. cap. 2. Gl. in c. Nemo poteſt. de R. J. n. 6.*

INVENTARIUM. §. 1. *Inventarium* ab inveniendo, id eſt, inveſtigando, perqvirendo dictum, qvod inventarium conficiens diligenter omnia bona inveſtigare, & inveſtigata in ſcripturam redigere debet, *l. 7. C. de bon. proſcript.* aliàs repertorium, *l. tutor. 7. ff. de adm. tut.* appellatum.

§. 2. Species inventariorum refert. *Seb. Monticul. tract. de inventario, cap. 1. num. 13.* Triplex aliàs vulgò inventarium ſtatuitur, *hæredis* ſcilicet *tutoris*, *curatoris*, Orphanotrophi, & fiſci.

§. 3. *Inventarium hæredis* eſt Scriptura ſolennis, conficienda ſcil. juxta præſcriptum, *l. fin. C. de jur. delib.* rerum ſingularum in hæreditate inventarum deſcriptionem continens, *Gl. in Nov. 1. c. 2. §. 1. Roland, tr. de inventar. p. 1. q. 1. Fr. Porcell. tr. de inventar.*

INO-

INOPIA. §.1. *Ad inopiam vergere*, qvis variis modis dicitur. (1) Si accepti & expenſi nullam rationem habeat, ſed ſuprà vires patrimonii ſumtus faciat, plus conſumat, qvàm eſt in facultatibus & annuis reditibus, qvem Cicero gurgitem & voraginem patrimonii vocat, cui qvotidie grandes fumant pultibus ollæ. Unde Catul. luxum, popularem opum elegenter appellat. (2) ſi freqventer otioſè, & animi relaxandi gratiâ tantùm peregrè, longinqvè proficiſcatur: nam freqventes peregrinationes inopiam comitem habent, *per text. in §. hac conſiderantes in f. Auth. Ut omnes obed. jud. provinc.* (3) ſi facilis ſit in fidejubendo: is enim malè dicitur uti ſua ſubſtantia, & ad inopiam vergere, qvi pro aliis freqventer fidem ſuam interponit, (4) qvi freqventer pecunias accipit ſub uſuris, easqve diu retinet, & ducit, aut verſuram facit, qvia uſuræ voraces ſunt, & exhauriunt facultates hominum, *text. in c.1.de uſur.in 6. Gail. 2.O.83. n.13.*

§. 2. Qvis *Pauper* dicatur, certa regula definiri non poteſt. Aliqvando enim (1) dicitur qvi parum habet. (2) aliqvando verò qvi in bonis 50. non habet. (3) aliqvando is pauper dicitur, qvi tantùm in bonis non habet, qvantum cauſa, in qva ipſe deponere debet, valet. (4) Baldus pauperem dicit eum, qvi licet nobilis ſit, & 100. in burſa habeat aureos, ex qvibus vivere poſſit, dignitatem tamen & ſtatum ſuum ſervare non valeat. Verùm qvis pauper dicatur, ad hoc, ut à teſtimonio dicendo repellatur, judicantis arbitrio relinqvendum eſt, *Jac. Ayrer. proc.p.1.c.7.obſerv.2.num.6.& ſeqq.* Pauperes illi dicuntur in Camera, qvi ad juramentum paupertatis admiſſi, jure atqve eleemoſynis pauperum fruuntur, non qvos fortè deficit rerum copia, ſunt tamen injurati, *Roding. pand. Cam. lib.1.tit.30. n.9.*

Sed pauper in Camera dicitur, qvi ſe tantùm in bonis non habere, de qvo ſuis Advocatis, Procuratoribus atqve Cancellariæ pro labore ſatisfacere poſſet, juravit, *arg.p.1.Ord. Cam. tit.78. Jac. Blum. proc. Cam. tit.64. n.22.*

§.3. Hæc duo, *paupertas & egeſtas*, inter ſe diſtant plurimum. *Pauper* eſt, qvi parum habet, *l.10. de accuſ. Egenus*, qvi nihil; ut in illo Martialis lib. 11:

Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil.
qvia egeſtas hæc eſt. Et *Ovid.*
Cur nemo eſt Hecalen, nulla eſt qvæ cœperit Irum?
Nempe qvòd alter egens, altera pauper erat.
Wiſſenbach. 1. ff. diſp. 11. theſ. 4. Rosbach. proceſſ. crim. tit. 1. c. 8. num. 44.

INSTITUTIO CANONICA. §. 1. *Inſtitutio Canonica largo modo ſumta* eſt libera beneficii Eccleſiaſtici collatio. *Vel* eſt receptio ad beneficium Eccleſiaſticum, juxta præſcriptum ſacrorum Canonum: idqve per legitimam electionem, poſtulationemve & confirmationem, vel per collationem ſimplicem, qvæve fit ad præſentationem patroni Eccleſiæ vel beneficii Eccleſiaſtici. Hæc enim nomine inſtitutionis Canonicæ veniunt, *Canis. ad c. 1. de R. J. in 6. Strictè verò accepta,* eſt collatio vel translatio juris Eccleſiaſtici, non libera, à ſuperiore ad præſentationem patroni facta. Dicitur *non libera,* qvia ſuperior velit nolit, tenetur jus illud conferre in præſentatum, ſi eſt idoneus.

§. 2. *Præſentare, Conferre, Providere, Inſtituere.* Hæc in beneficialibus differunt. *Præſentare* plerumqve ſolius eſt patroni laici, qvi jus patronatus habet: *Conferre* verò & *providere* refertur magis ad patronum Eccleſiaſticum, ut qvi plus juris conferat ei, cui providet, qvàm conſeqveretur ex nuda præſentatione. Ut verò cujus eſt inſtituere præſentatum, is eidem conferat titulum & jus in re.

INFIDELIS. §. 1. *Infidelium* nomine *in tit. de converſ. infidel.* veniunt omnes, qvi Chriſtiani non ſunt, nec fidem Chriſtianam unqvam ſuſceperunt, qvales ſunt Pagani, Judæi, Saraceni: qvos tamen aliqvando ad fidem converti contingit.

IMMUNITAS. §. 1. *Immunitas* in genere nihil eſt aliud, qvàm libertas qvædam ſive exemtio ab oneribus & muneribus publicis, *Add. tit. de immunit. Eccl.*

§. 2. *Immunitas* dividitur (1) *à cauſa efficiente*, qvod fit vel à *jure*, vel ab *homine*: *illo* vel *expreſſo* vel *tacito*. *Eoqve* iterum vel *conſvetudinis, l. 7. π. de Excuſ. mun.* vel *præſcriptionis. arg. l. 27. C. de Epiſc. & Cler.* Ab *homine* ſcil. Magiſtratu & propriè qvidem à ſummo, impropriè etiam à ſubordinato. (2) à *Subjecto* in *Univerſalem* ſeu univerſitatis alicujus, collegii

gii aut corporis, *l.5.§.pen.π. de jure Immun.* & *ſingularem* ſingularum ſcil. ædium aut perſonarum. (3) ab *Objecto* & *Effectu* in *plenam* & *exiguam*. Vid. *Tabor.tr.de Metat.part.3.cap.1.aph.12.*

JUMENTA. §.1. *Jumentorum* appellatio non complectitur *boves*, *l.89.de V.S.l.38.§.4.5.6.ff.de ædil.ed.* Hinc jumentis legatis, non boves, non oves, non ſues debentur, *l.6.§.5. de leg.3. l 81.§.3. eod. Paul.3.ſent.6.§.jumentis.*

JUSTITIA. §.1. *Juſtitia* imprimis refertur ad *actum* vel ad *habitum*. *Illo modo* ſignificat *juſtum actum, ſeu actionem rectam. Pſ.4.6. Ezech.18.22. Matth.8.15. Matth.5.l.3.O. de adm. tut.* *Hoc modo* ferè dupliciter iterum accipitur, (1) pro habitu qvalicunqve bono, *Prov.8.20.* (2) Ut eſt qvædam particularis virtus, ex qvatuor virtutibus cardinalibus, Qvo ſignificatu iterum denotat vel juſtitiam univerſalem, vel particularem: Plures ſignificationes videſis *apud Lud.Molin.de Juſt.& Jur.tom.1.tr.1.diſp.1. Vinc.Filliuc.q.mor.de Chriſt.offic.& caſ.conſc.tom.2.tr.31.c.2.num.27. Hahn.ad* Weſenb. *tit ff.de juſt.&* jur.*n.3.*

§.2. *Juſtitia in genere* eſt habitus, ex qvo ad agendum juſta ſunt idonei homines, & ex qvo juſta agunt, voluntq; juſta, *Ariſt.V.Eth.1.*

§.3. *Juſtitia univerſalis*, eſt virtus, qvâ ſecundùm leges actiones hominum morales inſtituuntur, eum in finem, ut in ſocietate civili benè ac feliciter cum aliis vivatur, & respublica ſit beata, *Ariſt V.Eth.3.*

§.4. *Juſtitia particularis*, definiente Ulpiano, *L.10. de juſt.& jur.* eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuiqve tribuendi, hoc eſt juſtitia eſt habitus voluntatis, ſeu virtus moralis ſervandi æqvalitatem inter plus & minus in iis, qvæ alteri in ſocietate civili tribuenda & irroganda, *vid. Ariſt. V. Eth.4. in fin. & 9.*

§.5. *Juſtitia diſtributiva* eſt, qvâ illa, qvæ civibus in ſocietate civili communia, ipſis ſecundum cujusqve qvalitatem & conditionem deferuntur ita, ut ſecundùm proportionem Geometricam æqvalitas inter eos obſervetur, *vid. Ariſt. d.l. Struv. exerc.11.th.20.*

§.6. *Juſtitia correctoria ſ. communicativa* eſt, qvæ æqva-

 lita-

litatem ſervat in iis, qvæ ad cives ſingulos peculiariter in ſocietate civili ſpectant, *Ariſt.V.Eth.4.5.7.8. Struv.d.l.th.22.*

§. 7. Dupliciter qvis *juſtus* appellatur (1) uno modo communiter, qvi juri & legibus congruenter vivit. (2) altero peculiariter, qvi de bonis externis unicuiqve ſuum tribuit, *Struv. exercit.1.th.16.*

§. 8. Diſtingvendum omninò eſt inter illud, qvod eſt *moraliter*, & inter hoc, qvod *civiliter ſive politicè* eſt juſtum. Illa, qvæ aliàs moraliter ſunt iniqva, ea politicè ſecundùm rationem ſtatus ſunt juſta. Sic moraliter iniqvum eſt vaſtum qværere imperium, & ita per conſeqvens etiam modi ſunt iniqvi, qvibus illud conſtituitur, & conſervatur, at *politicè* non eſt iniqvum. Qvod *civiliter* juſtum eſt, id æſtimandum eſt ratione ſtatus, qvi conſiſtit in utilitate publica; at qvæ Ratio Status poſtulat, non ſtatim revera & moraliter ſunt juſta. In illis rebuspublicis, in qvibus omni ex parte vera beatitudo qværitur, qvæ eadem eſt cum beatitudine morali, illa etiam revera & moraliter ſunt juſta, qvæ civiliter ſunt juſta. Sed qvia talis reſpublica non datur, ideò civiliter juſtum omni ex parte non convenit cum moraliter iuſto, *D. Herm. Conring. in lect. ad Lampad.*

Dupliciter aliqvid dicitur juſtum (1) *qvod ex pacto & providentia juris tale eſt:* qvomodo leges dicuntur ordinare & ſtatuere id, qvod eſt juſtum. (2) *Qvod è naturali judicio & rectæ rationis dictamine propter cauſam qvandam ſufficientem pro juſto habetur,* etiamſi de eo nihil in legibus & jure fuerit proviſum, *Dan. Claſſen. de jur. aggrat. cap.5.p.49.*

Juſtum & injuſtum dicitur id (1) qvod legibus omnibus congruum eſt vel non, (2) qvando de rebus externis ſuum cuiqve tribuitur vel non, *Ariſt.5.Eth.1.l.1. §.1. de J. & J. §.1.I.eod. Vel* juſtum aliqvid dicitur, aut ex cauſa, aut ſecundùm effectus. *Ex cauſa* rurſum, aut ſpeciali acceptione juſtitiæ, aut illa generali, qva omnis rectitudo eo venit nomine. Specialis acceptio iterum dividitur in eam, qvæ ad opus pertinet & eam qvæ pertinet ad operantem. Generali acceptione juſtum dici ſolet qvod omni culpa agentis vacat, *vid. Grot. de J.B. & P.l.2.c.23.n.13.*

§. 9. Cauſa *denegatæ vel protractæ juſtitiæ* eſt, cùm actor

ab

ab inferiore & competente judice ſibi juſtitiam denegari aut protrahi qværitur, *Ord.Cam.p.2.T.1.* §. So ſoll auch &c. *& tit. 26.*

§. 10. Aliud autem eſt juſtitiam *denegare*, Einem das Recht verweigern oder verſagen/ ꝛc. aliud juſtitiam *protrahere*, ſive differre, einem das Recht verziehen. Hoc etenim fit per negligentiam judicis, vel in cognoſcendo vel exeqvendo: Illud litigatorem judicii limen adeuntem vel litis Proceſſum proſeqventem apertè repellendo. Et alio modo cauſa denegare juſtitiæ ad Cameram devolvitur, alio modo cauſa juſtitiæ protractæ. Nam ſi juſtitia *denegatur*, cauſa recta ad Cameram devolvitur, & citatio in Camera contra adverſarium ad proſeqvendum cauſam principalem decernitur. Sed ſi juſtitia *protrahatur* cauſa non recta, ſed per viam promotorialium qvaſi per ambages ad Cameram devolvitur, *Ord.Cam.p.2.T.26.* §. und nach dem. *Mynſ.5.O.82. Gail.1.Obſ.28.n.7. Roding.pand. Cam lib.1.tit.15.§.3. & ſeqq.* Qvæ diſtinctio rejicitur. *Jac. Blum.proc.Cam.tit.37.§.8.*

§. 11. Dicitur *juſtitia denegari* tam à judice, ſi is preces ſupplicantis planà audire nolit, ſed eum limen judicii adeuntem, vel litis progreſſum proſeqventem apertè repellat, qvàm à *Parte Rea* auſtregis gaudente, ſi hæc ad reqviſitionem Actoris judices nominatæ rotundè tenuat: *Protrahi* verò, ſi Reus Auſtregis gaudens judices intra præſcriptum tempus ad actoris implorationem non denominet, ac judex cauſam intra præfixum tempus non inchoet ac finiat, ſed ſe negligentem in cognoſcendo vel exeqvendo præbeat, *Jac.Blum. pr. Cam. tit. 37. §. 2.*

IN QVANTUM DE JURE. §. 1. Clauſula: *In qvantum de jure*, Apoſtolis reverentialibus inſeri ſolet, cui interdum adduntur verba: Oder auff Wieder-Fechten des Gegentheils. Sic in Foro Saxonico Leuterationes ſub hac clauſula recipiuntur. *Scaccia de Appellat.q.17.lim.6.n.100. Lancell. de attentat.p.2.c.12.lim.1.*

JUDEX. §. 1. Vox *Judicis* interdum ipſum magiſtratum ſignificat, ut *t.t. de bon.aut.jud.l.1.de jud.l.32.§.7.de rec. arb.t.t.C.de off.ejus jud.Ut omn.jud.de off.ej.qvi vic.alic. judic. De jurisd.omn.jud. & paſſim.* (2) Judex dicitur ſec. veterem pro-

procedendi rationem, datus à magiſtratu judex pedaneus, *t. t. C. de jud. ped. t. t. C. q*ᵛ*i pro ſua juriſd. Sutholt. diſſ. de juriſd. aph 307. Stru*ᵛ*. exerc. 9. th. 9.*

§. 2. Diſtingvendum eſt *inter judicem datum cum formula*, qvi aliàs judex datus vel pedaneus dici ſolet, & *inter Magiſtratum inferiorem*, qvi non pro tribunali; ſed in ſubſelliis jus dicebat, qvi etiam dicitur judex vel magiſtratus pedaneus, qvod ſit à pedibus Prætoris. Et de hujusmodi judice pedaneo intelligenda eſt, *l 3. ff. Ne q*ᵛ*is eum D. Hahn. ad Weſenb. De in jus* ᵛ*oc. n. 3.*

§. 3. Non confundendus eſt ju*dex pedaneus*, qvi datus & delegatus vocatur jure civili, *l. un. C. q*ᵛ*i pro ſua juriſdictione t. t. C de jud. pedan.* cum hoc, *cui juriſdictio mandata.* Illi erant ad id deputati, ut ex iis prætor aliusve magiſtratus legeret, qvi de facto cognoſcerent, & ſec. formulam præſcriptam judicarent. ᵛ*id. l. ult. de off. præt. t. t. C. de jud pedan. t. t. C. q*ᵛ*i pro ſua juriſd.* Non erant magiſtratus, nec ullam prorſus juriſdictionem, nec exſeqvendi poteſtatem habebant hi judices, ſed nudam notionem, qvæ tamen & lationem ſententiæ connotat, ᵛ*. l. 5. pr. l. 55. 28. de re jud. l. f. C. ubi & ap. q*ᵛ*em teſt. l. 1. §. 4. ad SC. Turp.* ᵛ*id. Baccho*ᵛ*. de juriſdict. rubr. de juriſdict. mandat. & jud. dat. num. 17. & ad Tr. th. 2. lit. a. Stru*ᵛ*. exerc. 4. th. 43.*

§ 4. Qvando Dd eum, cui mandata eſt juriſdictio, diſtingvunt *à judice dato*, de eo ſolùm judice loqvuntur, *q*ᵛ*i à magiſtratu datus eſt.* Nam judex à *Principe datus* aſſimilis eſt ei, cui juriſdictio à magiſtratu eſt mandata. A principe enim datus judex etiam conceſſum exercitium juriſdictionis & imperii à principe habet, non autem nudam notionem, *l. un. C. q*ᵛ*i pro ſua juriſd. l. 5. C. de judic. Sutholt. diſſ. de juriſd. aph. 359.* Hodie dicitur commiſſarius, *Stru*ᵛ*. exerc. 4. th. 44.*

§. 5. *Nobile judicis officium* illud dicitur Doctoribus, qvod non deſervit actioni, ſed per ſe ſtat, ſeu qvod exercetur, ubi nulla competit actio.

Seu *res mero judicis officio conſiſtere* dicitur, circa qvam nulla in *j*ure prodita eſt actio, qvamobrem ſi *j*us in illa reddendum, *j*udex implorandus, ut in eadem juriſdictionem ſui officii intuitu exerceat. Atqve hoc officium communiter vocant *Nobile*, *Mer-*

Mercenarium vocatur, ubi intentata eſt actio, qvia tunc ſemper attendere debet judex, ut ſecundùm naturam iſtius actionis judicet, prout legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt *pr. & t.t. I. de off. jud.* Vid. latiùs Sutholt. *diſſ. de juriſd. aph. 274. & ſeq.*

Vel *Mercenarium* dicunt, qvando Judex, qvemadmodum Famulus præcepto ſui Domini inſervire cogitur, ita præcepto juris inſervire actionisqve in hoc proditæ propriam naturam ſeqvi tenetur, *Tholoſan. ſyntagm. jur. lib. 42. cap 23. n. 10.*

§. 6. *Judex* eſt, qvi ſuâ ſententiâ litem dirimit, *l. 13. §. 2. de rec. qvi arbitr.*

§. 7. *Judicem Ordinarium* Dd. vocant, qvi vel jure Magiſtratus, vel ex ſpeciali lege cauſæ cognitionem habet, Reliqvi omnes, qvi cauſæ cognitionem habent, ſunt judices *extraordinarii*. Et hi in multiplici differentia eſſe videntur. Alii enim de causâ controversâ ſtatuunt, partim judicis ordinarii voluntate, & hoc vel nudâ cauſæ cognitione, vel etiam ſimul jurisdictione commiſsâ. Illi dicuntur judices pedanei Moris enim erat apud Romanos, ut, qvi ſtudium juris abſolviſſent, ad pedes Magiſtratuum, hoc eſt, in inferioribus ſubſelliis praxeos diſcendæ causâ ſederent: hi delegati, commiſſarii, qvanqvam & hæc verba ſint æqvivoca, & aliqvando etiam de judice pedaneo prædicentur. Partim ex voluntate litigantium cognoſcunt. Et hoc vel ob jurisdictionem *prorogatam*, vel causâ controversâ ipſorum *arbitrio* commiſsâ. Qvi judices ob id arbitri & arbitratores nuncupantur, *Umm. diſp. 1. theſ. 6. num. 38.*

§. 9. *Judex datus*, eſt ille, cui nuda cauſæ cognitio commiſſa eſt, *l. pen. de jud. l. 5. de re jud. l. ult. (ubi & apud qvem.* Eodem ſenſu vocatur judex ſpecialis, *l. ult. de off. præſ.* judex pedaneus, *l. 3. Ne qvis eum*, judex delegatus, *l. à judice C. de jud. Umm. d. l. n. 40.*

JUDICIUM. §. 1. *Hujus vocis* multæ ſunt ſignificationes, Nam (1) ſumitur qvandoqve pro diſcretione, *l. 12. §. 2. de judic.* ſive pro illa animæ ſeu mentis facultate, qva res & negotia in genere humano à ſe invicem diſtingvuntur, (2) interdum ponitur pro opinione ſeu credulitate alicujus, ut dicimus in teſte deponente de ſuo judicio. (3) Judicium accipitur pro

pro judicio divino univerſali, qvod erit in fine ſeculi. (4) Accipitur pro hominis voluntate, & qvidem potiſſimum pro ultima, *l. 1. C. de SS. Eccleſ. l. 4. de confirm. tut. & cur. c. licet in fin. verſ. judicare de ſepult. in 6.* (5) Qvandoqve pro jurisdictione, *l. 2. §. fin. ff. de judic.* (6) Nonnunqvam pro arbitrio boni viri, *ſec. Abb. in cap. cum autem de jur. patron.* (7) Interdum pro autoritate, *can. Nulla diſt. 62.* (8) Aliqvando pro deliberatione & examinatione, *c. 1. in f. diſt. 9.* (9) Item ponitur judicium pro condemnatione, *c. timorem de conſecrat. diſt. 2.* (10) pro ſententia, *cap. perſonas appellat.* (11) pro ipſo juris ordine, *c. ſicut ſine judicio 1. q. 1.* (12) pro ipſo actu trium perſonarum, videlicet Judicis, actoris & rei, & ita ſumitur *in D. & C. & X. de judic.* (13) pro actione, ut dicimus in judicio familiæ erciſcundæ. *l. 1. Comm. div. §. 4. I. de offic. jud. l. 24. §. 1. ff. fam. erc.* (14) pro inſtantia vel ordinatione cauſæ, *l. properandum §. 1. C. de judic.* (15) Sumitur etiam pro loco, in qvo judicium, id eſt actus ille ſive inſtantia exercetur, *c. qvaliter & qvando de judic. Lud. Gilhauſ. arb. jud. in prælud.*

§. 2. *Judicium*, qvod latè accipitur *in tit. ff. & C. de jud.* non modò pro notione judicum pedaneorum, ſed etiam cognitione Prætoris, eſt legitima cauſæ controverſæ tractatio, coram magiſtratu, ſeu judice à partibus litigantibus inſtituta, ut ejus ſententialis determinetur, atqve ita reus vel abſolvatur, vel condemnetur, *l. 9. l. 13. C. de judic. Conf. Segiſm. Stacc. tr. de judic. l. 1. c. 2. Struv. exerc. 9. th. 1.*

§. 3. Dd. *Judicium* ex cauſa efficiente diſtribuunt in *Eccleſiaſticum & ſeculare.* Illud vocant, qvod coram judice Eccleſiaſtico, hoc qvod coram judice ſeculari ventilatur, *Marant. in ſpec. §. 4. diſt. 11.*

§. 4. *Temporale* vocatur, in qvo agitur de re aliqva temporali ſive profana, *c. Venerabilis X. de accuſat. Spirituale*, ubi agitur de re aliqva ſpirituali, vel annexa ſpirituali, *Gilhauſ. arb. judic. in prælud.*

§. 5. *Judicium Univerſale* eſt, qvando plures res per nomen appellativum ſua ſignificatione plura in certis qvalitatibus convenientia comprehendens, *arg. ſi qvis in fundi, de leg. 1.* atqve inde rectè collectivum dicitur, expreſſæ petuntur. Qvalia ſunt hæreditas, peculium, dos, grex, *l. 1. de R. V.*

Gene-

Generale eſt,in qvo non petitur una res,vi ſuá multas res comprehendens, ſed in qva de pluribus rebus,qvamvis non cohærentibus,nec uni nomini ſubjectis, generaliter tamen agitur,ut in actione pro ſocio,negotiorum geſtorum,tutelæ.

Speciale eſt,in qvo agitur ad rem & ſpeciem certam,veluti actione mandati,depoſiti,commodati.*Umm.diſp.1.th.1.*

§. 6. Qvoad formam videtur judicium eſſe aliud *ordinarium,aliud extraordinarium*,ſed alio tamen atqve alio ſenſu. Ita Dd. *ordinarium* eſt,in qvo tres perſonæ, actor, reus, judex concurrunt. *Extraordinarium*,ubi tantùm eſt judex & petens. *Ordinarium* etiam dicitur,in qvo cauſæ pleno proceſſu ventilantur: *extraordinarium* verò,in qvo de ſimplici & plano proceditur,qvod ob id ſummarium vulgò dicitur. Alio item ſenſu judicium aliud ordinarium,aliud extraordinarium facit *Marant. p.4. diſt. 10. Illud* eſt, qvod ordinario remedio, puta ex contractu vel qvaſi: hoc qvod extraordinario remedio, veluti Nobili judicis officio implorato exercetur, *Vid. Umm. d. diſp. 1. th. 2.*

Alio ſenſu adhuc dicitur ordinarium judicium, & idem denotat qvod forum competens. *Ord. Cam. p. 2. tit. 1. p. 1.* Ordentlicher Richter/eodem ſenſu dicitur,pro judice competenti.

§. 7. *Publica judicia* ſunt,in qvibus de cauſa publica utilitatis publicæ tuendæ & conſervandæ gratia diſceptatur, *Vid. Gilh. arb. jud. in prælud.* Publicum autem judicium dicitur ambiguè (1) Tale eſt ratione pœnæ & perſonæ,non verò ratione delicti, *arg. l. 2. §. ſ. de judic.* qvomodo publica judicia ſunt, & qvæ privata ſeu de privatis delictis, qvòd publicis perſonis commiſſa ſint ad puniendum nocentes (2) Publicum refertur ad delictum & tunc publicum delictum, & judicium dicitur iterum tripliciter, Vel (1) ratione perſecutionis & accuſationis, qvod delictum vulgo publicè licet perſeqvi, alias populare. *§. 1. I. de judic.* (2) vel ratione objecti, qvod eſt de eo, qvod lædit ſtatum publicum; qvomodo non modo crimen læſæ majeſtatis eſt publicum, ſed & rapina & furtum: Vel (3) ratione originis & cauſæ efficientis, qvod eſt ex legibus judiciorum publicorum, *l. 1. de publ. jud. D. Hahn. ad Weſ. de priv. del. n. 3.*

§. 8. *Privata Judicia* ſunt illa, in qvibus agitur de jure

jure hominis privati, *l. 4. in fin. de publ. jud. Gilhauſ. arb. jud. in præl. num. 28.*

§. 9. (1) Strictius dicitur *civile judicium ratione objecti*, qvod eſt de cauſis ſeu negotiis civilibus, ex jure in re & jure ad rem, ſeu obligatione; extra tamen illam, qvæ ex delictis oritur: cui opponitur criminale, qvod ex obligatione ex delictis, adeoqve de cauſis criminalibus. (2) *ratione intentionis & finis*, qvomodo civile, in qvo agitur ad privatum commodum & intereſſe pecuniarium; *Criminale*, qvoad vindictam publicam, puta qvod pœnam corporis inflictivam, vel pecuniariam, ſed fiſco inferendam (3) *ratione cauſæ efficientis*. Et hoc modo civile judicium (*a*) *latè* ratione approbationis, qvomodo & Prætoria Judicia civilia ſunt *arg. l. 7. de I. & I.* (*2*) *ſtricte*, ratione introductionis: qvomodo civilia judicia, qvæ ex legibus, SCtis, Plebiſcitis deſcendunt. Prætoria verò, qvæ ex jurisdictione Prætoris, vel ratione introductionis vel extenſionis, §. 3. *I. de action. l. 25. §. 2. de O. & A. D. Hahn. ad Weſ. de judic. num. 8.*

§. 10. *Judicialia perſonalia* propriè dicuntur, qvæ ex jure ad rem oriuntur, & dantur tantùm adverſus perſonam, qvam ex facto iſtius obligatam qvis habet, *l. 25. de O. & A.* §. 1. *I. de action.*

§. 11. *Judicia realia* propriè dicuntur, qvæ deſcendunt *ex jure in re*, & dantur adverſus *qvemcunqve* poſſeſſorem, *l. 25. de O. & A.* §. 1. *& ſeqq. de action.*

§. 12. *Judicium mixtum* eſt, qvo partim ipſam rem, ex facultate in re competente, partim præſtationes perſonales propter admixtum jus ad rem perſeqvimur, §. *1. junct.* §. *20. I. de act.*

Mixta porrò *judicia* dicuntur qvadrupliciter, (1) ratione *objecti*, unde actio rei perſecutoria, pœnalis vel mixta, §. 19. §. *16. I. de action.* (2) ratione *modi procedendi*, ubiqve uterqve actoris partes ſuſtinet, *l. 39. §. 1. de O. & A.* (3) ratione *cauſæ efficientis*, qvòd actio *partim* fit *ex jure in re* & partim *ex jure ad rem*, qvo ſenſu actio dicitur realis, perſonalis & mixta, §. *20. I. de act.* (4) Deniqve ratione *effectus*, qvæ effectum realium (*eo ipſo qvod contra poſſeſſores dantur*, participant, cujuſmodi *actiones in rem ſcriptæ*, qvod *met. cauſ. &c. Vid. D. Hahn. ad Weſ. de judic. n. 4.*

§. 13. *Judicium Petitorium* eſt, ubi ex *dominio* vel alio *jure in re* agitur, *arg. l. 36. de R. V.*

Vel

Vel *Petitorium* dicitur, cùm de rei proprietate eſt qvæſtio. In hoc conveniunt omnes, petitorium propriè dici, cùm in rem actio eſt, *juxta l. actio in perſonam. ff. de O. & A. l. pecunia. §. actionis. de V. S.* Nam cum adverſus *obligatum* agimus, non dicimus propriè petere, ſed agere, qvare petitorium dicitur proprium, cùm qvod noſtrum eſt, nobis reſtitui petimus. Sic contra non ſatis propriè accipiuntur verba, *rem peto*, cùm perſonali actione agitur, *l. non ſolùm. §. ſi mihi ff. de uſucap. l. 3. §. item qværi ff. de reb. eor. qvi ſub tut.* *Petitorium* qvoqve dicitur, ſi agatur ad uſum, vel uſumfructum, cùm ſi ad jura hæc incorporalia agens dominus cenſeatur. *Menoch. de recup. poſſ. in prælud. num. 7. & ſeqq.*

Æſtimatur hoc ex duobus (1) *objecto*, qvod res petatur, unde petitorium vult inſtituere, reqvirere debet, an is, cum qvo vult agere, rem poſſideat, *d. l. 36.* (2.) *causâ petendi*, qvæ hic eſt omne jus in re, exceptâ poſſeſſione. Hinc *petitorium judicium* non modò eſt rei vindicatio, ſed & hypothecaria, Publiciana, & aliæ reales, qvæ ex jure aliqvo in re *præter poſſeſſionem* ſunt, & contra poſſeſſorem competunt. Et qvamvis etiam in petitorio agatur de poſſeſſione, *arg. l. 10. 17. 20. & paſſ. de R. V.* tamen hoc ſaltem incidenter fit, non principaliter, *Dn. Hahn. d. t. de judic. n. 8.*

§. 14. *Poſſeſſorium judicium* eſt, qvod intenditur *de ſola poſſeſſione*, vel qvaſi, abſtractè à re & jure alio in re conſideratâ, ſive adipiſcenda, retinenda vel recuperanda, *l. 14. §. f. de exc. rei jud. Struv. exerc. 9. th. 62.*

Eſtq; *ordinarium & ſummarium*. *Ordinarium Poſſeſſorium* dicitur, in qvo juris ordine ſervato proceditur, & abſolutè de poſſeſſione partium diſceptatur, plenæq; probationes reqviruntur, *Gail. 1. O. 7. n. 2.* Vocatur aliàs Poſſeſſorium plenarium, *ibid. n. 1.* (*Summarium ſive extraordinarium, momentaneum, ſummariſſimum*) eſt, in qvo absqve telâ judicii & ſine longo litis ſufflamine, ſolâ facti veritate inſpectâ celeriter proceditur, *Gail. d. Obſerv. 7. num. 5. Fib. Proceſſ. pag. 2. c. 1. m. 1. ſect. 1. pag. m. 67.* Sanè jure Romano verbis *momentanea* poſſeſſio nihil aliud, qvàm unum idemqve poſſeſſorium, qvod interdictis adipiſcendæ, retinendæ, & cumprimis recuperandæ peragitur, venit, *vid. l. 8. C. und. vi. l. 1. C. ſi per*

T vim

ǫvin. l. un. Cod. ſi de moment. poſſ. app. l. un. C. ubi de poſſ. l. ult. C. qvi leg. perſ. ſtand. Struv. exercit. 45. theſ. 173. Illo de poſſeſſione antiqvâ; hoc verò de poſſeſſione præſentanea agitur.

Si egò petitur *rem reſtitui,* dicitur intentatum petitorium, ſi verò in poſſeſſionem mitti, vel manuteneri, vel reſtitui & redintegrari, motum dicitur poſſeſſorium, *c. inter dilectos. De fid. inſtrum.* Petitorium autem judicium ratione ſuorum extremorum à poſſeſſorio differt. Habet enim petitorium duo illa extrema, Dominium ex latere actoris, *l. in rem actio. pr. ff. de R. V.* vel qvaſi dominium, ut in publiciana, *l. 1. ff. de public. in rem act.* ex latere verò conventi datur extremum poſſeſſio, *d. l. in rem junct. l. qvi petitorio. ff. de R. V.* qvod propriè intelligendum in judicio petitorio, hoc eſt, in actione reali, in qva neceſſe eſt reum eſſe poſſeſſorem, ne fruſtra contra eum moveatur actio, *l. 1. C. de alien. jud. mut. cauſ. d. l. qvi petitorio. l. ſin. autem. ff. de R. V.* Poſſeſſorium verò habet ſua extrema. Nam remedio recuperandæ agens, qvi & recuperet, agit, præſupponit ſe antiqvitus poſſediſſe, & nunc conventum poſſidere, *c. cùm ad ſedem. De reſtit. ſpoliat.* In poſſeſſione, retinendæ ex latere agentis præcipuum extremum eſt poſſeſſio: & apud reum dominium, qvia ſi actor eſſet & rei dominus, non diceretur ſimpliciter poſſeſſor, ſed dominus, *l. qvaſtio ff. de V. S.* In adipiſcenda verò poſſeſſione, non ſe poſſeſſorem, ſed alterum, ut plurimum præſupponit: & licet dominus multoties qværat jure ſuo poſſeſſionem adipiſci, eâ tamen adeptâ non dicitur poſſidere, ut poſſeſſor, ſed dicitur dominus, qvoniam poſſeſſio cum dominio confunditur, ut in uſufructu, qvo finito cum proprietate conſolidatur, *Menoch. recup. poſſ. prælud. num. 11. & 20.*

§. 15. *Criminale Judicium* eſt, qvod ad pœnam corporis inflictivam, vel pecuniariam fiſco applicandam intenditur, *Umm. diſp. 1. th. 2. num. 10.*

Criminalia Judicia dupliciter dicuntur *latè & ſtrictè. Illo modo,* qvæ ſunt de delictis qvibuscunqve, qvia crimen in genere denotat qvodlibet commiſſum, *l. 1. pr. & §. 1. l. 5. pr. & §. f. de pœn.* eodemqve modo accipitur maleficium, *l. 31. de poſ. l 51. §. qvodſi qvis ad L. Aqvil. l. 70. §. ult. de fidejuſſ.* Atqve

qve ſic criminalia judicia dicuntur tam publica qvàm privata. Alioqvin vox criminis tantùm denotat delicta publica, & vocabulum delicti reſtringi ſolet ad delicta privata, *l.17.* §. *15. de ad.edict.rubr.* §.*f.1. de obl.qvæ ex del.naſc. D.Hahn.ad* Weſ.*de privat. del. n.2.*

§. 16. *Judicium criminale* aliud eſt *capitale*, aliud *non capitale*. *Capitalia* dicuntur (1) *latiſſimè*, in qvibus agitur de alicujus exiſtimatione, *l.103. de V.S.* (2) *latè*, ex qvibus pœna mortis aut exilii eſt, hoc eſt, mortis naturalis vel civilis, *l.2. de publ.Jud.* naturalis ut de collatio, ſuſpendium, *civilis*, ut deportatio, pœna metalli &c. *d.l.103.de V.S.* §.*2.I. de publ.Jud.* Qvo modo pœna corporis afflictivæ ſeu ſangvinis, Leibes-Straffe/ non ſunt capitales. (3) *ſtrictè*, qvæ pœnam mortis naturalis, Lebens-Straffe.

Non capitalia dicuntur, qvæ non habent pœnam mortis naturalis vel civilis, ut (1) ſunt incarceratio, (2) mulcta pecuniaria, (3) relegatio, (4) pœna corporis afflictiva, (5) infamia, *D.Hahn.ad* Weſ.*de publ.Jud. n.1.*

§. *17. Criminale Judicium aut ordinarium eſt aut extraordinarium* (1) *Ordinarium* & *extraordinarium* dicitur ratione pœnæ, qvatenus eſt de delicto; qvod certam pœnam habet, vel non. Qvomodo judicium privatum ordinarium eſt furti, injuriæ, rapinæ, damni injuriâ dati, qvod hæc certam pœnam habeant; Contrà *extraordinaria* judicia ſunt ſepulchri violati, concuſſionis, abigeatus, prævaricationis, receptatorum, furum balneariorum, effractorum & expilatorum, expilatæ hæreditatis &c. & qvæ habentur ſub *tit. de extraordin. crimin.* (2) *Ordinarium* vel *extraordinarium crimen*, indeqve & judicium dicitur ratione accuſationis ſeu intentionis, *arg.l.f.de injur. l.ult. de furt.l.f. de priv. del.* qvomodo ordinarium dicitur judicium, ubi civiliter agitur, extraordinarium verò, ſi criminaliter, *Umm.diſp.* 1.*th. 2. num.* 14. *D. Hahn. ad* Weſenbec. *de privat. del. num.3. Voc. Ordinaria.*

§. 18. Aliud dicitur fieri *in jure*, aliud *in judicio*. Unde *Ulpian. in l.3. Ne qvis eum qvi in jus*, negat eum, qvi ad judicem pedaneum vocatum exemit, teneri pœna eius edicti. *In jure* dicitur fieri, qvicqvid, non coram Judice pedaneo

T 2 fit,

ſit, ſed coram ipſo magiſtratu, ſive pro tribunali jus dicente, ſive de plano, id eſt, ſella poſita, ex loco æqvo ſeu inferiori, nam & hæc, qvæ de plano coram magiſtratu fiunt, in jure fieri, docet, *l.4.§.f. de interrog. in jur. fac. Sutholt. diſſ. de jurisdict. aph. 296.*

Olim qvædam coram Prætore & *in jure* fiebant, alia autem *in judicio* & coram judice pedaneo. *In jure*, qvæ ipſi judicio conſtituendo ſpecimen futuræ litis exhibebant. Cujusmodi erant (1) in jus vocatio, (2) Cautio, (3) Dilatio. (4) Feriarum ratio. (5) Poſtulatio fiebat in jure; ſuum enim deſiderium proponendo formulam, petebat actor, idem proponens exceptionem ſuam faciebat reus. Qvod fiebat ſummariè. Seqvebatur (6) editio actionis, (7) datio formulæ vel denegatio (8) litis conteſtatio, & (9) Citatio ad diem, ad judicem pedaneum.

In judicio, ſeu qvæ coram judice pedaneo expediebantur, de facto & negotio controverſo, revocari poſſunt ad 5. capita. 1) Primum erat Notio ſeu ex auditio facti, qvod ſi certum, & reus confitebatur, ferebatur ſententia, ſi verò negabat, ſeqvebatur 2) probatio: 3) diſceptatio: 4) concluſio: 5) ſententia. Executio tamen erat ſolius Magiſtratus, *D. Hahn. ad Weſ. de in jus voc. n.1.*

§. 19. *Judicium purum* eſt, qvando dabatur formula agendi à Prætore, vel planè non adjectâ exceptione, (ut, ſi apparet, Sejum Titio centum ex mutuo debere, condemna) vel etiam eo expreſsè addito, ut nulla exceptio admitteretur.

Non purum dicebatur judicium, cùm exceptio formulæ inferebatur, ut judex etiam exceptionis rationem haberet, ut: Si apparet Sejum Titio centum debere ex empto, ſi is pactus non ſit, ne eam pecuniam peteret, condemna, *D. Hahn. ad Weſ. Qvod qvisq; jur. in al. ſtat. num. 2.*

§. 20. *Res judicata* dicitur, qvæ finem controverſiarum pronunciatione judicis accipit: qvod vel condemnatione vel abſolutione contingit, *l.1. de re jud.* Vel eſt lis ſententiâ judicis competentis finita, *Cujac. §. de re judic.*

§. 21. *Siſto* plerumqve ſignificat ſtare facio. Itaqve cùm promittimus, aut nos aut alios in judicio permanſuros: rectè dicitur unâ appellatione *cautio judicio ſiſti.* Juriſconſulti enim

enim promiſcuè dicunt, judicio ſiſti tam de ipſo reo, qvàm de fidejuſſore ejus: zu Rechte ſtehen/oder zu Rechte ſtellen/ *l.2. l.ſi qvis qvempiam.ff. ſi qvis cant.* Itaqve venire ad judicium, ſecum agendi poteſtatem facere, ire in jus, comparere in judicio, ſtare juri, &c. ad *reum* referuntur. Sed exhibere reum, ſiſtere reum, ad *fidejuſſorem* pertinent. Utrumqve autem complectitur cautio, judicio ſiſti: ſive qvis pro ſe, ſive pro alio promittat. Nos nunc dicimus, Cautionem de ſtando juri, *Oldendorp.claſſ.1.act. 6.in princ.*

§.22. *Legitimam perſonam ſtandi in judicio* dicuntur habere, qvi agere & conveniri non prohibentur, *de qvibus vid. Umm.diſp.1.th.4.& 5.*

§.23. *Judicialiter*, Gerichtlich. Nonnunqvam ad maturiorem impetrationem petiti in cauſis pendentibus extrajudicialiter ſupplicatur, ſed ſupplicans ut plurimum per Decretum, Gerichtlich/ (*Judicialiter*) ad judicium remittitur. Illo Decreto autem ſupplicans monetur, ut in judicio proponat ſuam ſupplicationem. Non tamen præciſè tenetur illam ipſam ſupplicationem in judicio producere, ſed poteſt eam mutare, aliqvid addere, minuere, vel etiam omninò omittere. In cauſis verò appellationum omninò illa ipſa ſupplicatio in judicio eſt exhibenda, *Jac.Blum.proc.Cam.tit.64.n.70.*

§.24. Licèt Senatus, (die Raths Stube/) ſit præcipua pars *Judic. Cameralis*, tamen in eo peracta, non dicuntur fieri *judicialiter*, ſed *extrajudicialiter*. Nam id ſolummodò *judicialiter* fieri dicitur, qvod fit in Audientia (in der Audientz-Stube) qvæ paſſim in Ord. Cam. vocatur Gericht/ & Senatui ac reliqvis partibus judicii Cameralis opponitur. Propterea qvicqvid non fit in dicta Audientia, illud omne dicitur fieri extrajudicialiter, ſive id fiat in Senatu, ſive in Cancellaria, ſive in Lectoria, ſive in Deputatorio, (in der Deputation, Stuben/), ſive deniqve alio in loco planè extra judicium Camerale, *Jac. Blum.d.tr.59. num. 91.*

JURAMENTUM. §.1. *Jusjurandum* eſt religioſa rei alicujus adſeveratio legitimè facta per invocationem Dei in teſtem, *vid.Jac.Ebert.de juram. rubr.de defin.*

§.2. *Juramentum promiſſorium* eſt, cùm juratò aliqvid faciendum (*de futuro*) promittitur. *Vel,* juramentum promiſ-

ſorium *in ſpecie* eſt, qvo qvis ſimpliciter, non adhibito vel prævio aliqvo contractu, promittit ſe qvid daturum vel facturum.

§. 3. *Juramentum confirmatorium* vocatur, qvod contractum ſive actum præcedentem confirmat.

§. 4. Ad rem controverſam decidendam facit juramentum (*qvod adſertorium dicitur*) vel remotè vel proximè. Illuc, refertur juramentum de judicio ſiſti, juramentum calumniæ ac malitiæ, iuramentum dandorum & reſpondendorum, & teſtimoniale. Huc pertinet juramentum litis deciſorium, in ſpecie ita nuncupatum, & juramentum in litem.

§. 5. *Juramentum de judicio ſiſti*, à reo in Jus vocato olim interdum exigebatur. In judicio autem ſiſti eſt in judicium exhibere, *l. ſi cum judicio ff. ſi qvis caut.*

§. 6. *Juramentum calumniæ*, (*Germ.* der Eyd vor Geſehrde/) eſt, qvo litigantes, *vel procuratores eorum*, obteſtantur, qvod exiſtiment ſe bonam fovere cauſam, & litem bonâ fide & absqve fraude ſe perſecuturos, *vid. §. 1. I. de pœn. tem. lit. l. 2. C. de jure propt. cal. num. 49. cap. 3. pract. add. l. 133. de V. S.*

§. 7. Juramentum calumniæ vel generale, vel ſpeciale eſt. Generale eſt, qvod ab utroqve litigantium ſuper tota cauſa præſtatur, *c. 1. c. pen. de juram. calumn. n. 49. c. 3.* Speciale, aliàs *juramentum malitiæ* (*ſcil. non committendæ*) dictum eſt, qvod in qvalibet judicii parte tam ante, qvàm poſt litem conteſtatam exigitur, *qvò pertinent text. in l. 8. §. 5. qvi ſatisd. cog. l. 15. ad exhib. l. 6. §. 2. de edend. l. 13. §. pen. de damn. inf. Vid. Gail. 1. Obſ. 87. Bacchov. ad Treutl. v. 1. D. 21. th. 3. lit. C.* Formulas utriusqve juramenti legas, *in p. 2. Ord. Cam. c. 65. 74. & apud* Wurmſer. *l. 1. Obſerv. tit. 14. O. 5. Roſbach. proceſſ. Cam. 50. num. 21.*

§. 8. *Juramentum teſtimoniale*, vocatur id, qvod à teſtibus de veritate dicenda exigitur, *Treutl. 1. d. 21. th. 5.*

§. 9. *Juramentum litis deciſorium* nihil aliud eſt, qvàm iuramentum litis finiendæ cauſa â parte litigante præſtandum, *Umm. diſp. 14. th. 1.* Qvod vulgò triplex faciunt, *voluntarium, judiciale, neceſſarium.*

§. 10. *Voluntarium* eſt, qvod ex conventione per modum trans-

tranſactionis à *parte parti extra judicium* defertur vel etiam refertur, *l.17.pr.l.28.§.10.l.39. de jurejur.*

§. 11. *Judiciale* vocatur, qvod *à parte parti in judicio*, accedente judicis (*per ſententiam interlocutoriam*) approbatione defertur, *l.12.§.1.C.de reb.cred.& jureiur. Vid. Carocius de jur. lit.deciſ.q.1.*

§. 12. *Neceſſarium* dicitur, qvod inopiâ plenæ probationis *judex*, etiam parte non petente, defert cauſâ cognitâ, vel actori vel reo, *l.3.C.de reb.cred.l.31.ff.de jurejur.Gail.1.O.108.n.3.& ſeqq.* Et hoc juramentum diſtingvitur in *ſuppletorium & purgatorium.*

§. 13. *Suppletorium* (der Erfüllungs-Eyd/) eſt, qvod cauſâ cognitâ *judex*, etiam non rogatus, imponit ei, *qvi ſemiplenè probavit*, ut per id perfecta fiat probatio & cauſa dubia decidatur, *l.3. de reb.cred.l.3.de jurejur. c.f. eod.*

§. 14. *Juramentum purgationis* (der Reinigungs-Eyd) eſt, qvod *judex*, cauſâ cognitâ, imponit ei, *contra qvem præſumtiones militant*, ut iis per ſe illud eximat, & cauſa dubia decidatur, *d.l.31.de jureiur.*

§. 15. *Juramentum in litem* eſt, qvo propter intervenientem dolum vel culpam adverſarii, rem non reſtituentis, *aut non exhibentis*, judice deferente, actor rem ſuam, qvam petit, æſtimat, ſeu tanti ſibi eſſe obteſtatur, *l.1.l.2.l.4.pr.§.1.de in lit. iur. Vid.Borcholt.tr.de juram.in lit.c.1.* Eſtqve duplex, aliud affectionis, aliud veritatis juramentum vocatur.

§. 16. *Juramentum affectionis* vocatur, qvo propter dolum adverſarii, qvi detrectat, aut facit, qvò minus poſſit rem reſtituere, res in judicium deducta ultra ejus pretium arbitrio domini æſtimatur, *l.1.2.8.de lit.jur.l.9.Rer.amot.l.25.§.1. Sol. matr.l.46.pr.de judic.*

§. 17. *Juramentum in litem veritatis*, nuncupatur illud, qvo res, qvæ culpâ actoris interiit, vel deterior facta eſt, qvanti verè eſt & qvanti revera intereſt rem non reſtitui, *l.5.§.f.de in. lit.iur.* ab actore æſtimatur, *dd.text.jung.l.179.l.8.de V.S.*

§. 18. *Juramenti annullatio ſ. irritatio* eſt, declaratio patris, domini, mariti, de iuramento ſibi ſubjectis præſtito pro nullo habendo. Qvi enim his ſubjecti, ſine ſuperiorum conſenſu jurare neqveunt: unde talibus juramentis ſemper adhæret conditio, ſi conſentiat ſuperior ejusq; juribus non officia-

 tur;

tur: in qvo ſolo voluntas ſuperioris ſufficit. *num. 30. c. parvuli. c. pueri. c. honeſtum 22. ſ. D. Hahn. ad Weſenbec. de jurejur. in fin.*

§. 19. *Juramenti abſolutio, ſive relaxatio* eſt, qvando magiſtratus ex juſtis cauſis juramentum, aliàs validum relaxat, hoc eſt, vim obligandi, qvæ revera ſuberat, aufert, tollit, & remittit, *Struv. exerc. 17. th. 77.*

§. 20. *Juramentum deferre* (*aliàs dictare, inferre, ab aliqvo petere*) eſt provocare aliqvem ad jurandum, & qvaſi neceſſitatem jurandi ipſi facere. Den Eyd einem anbieten. Cui opponitur *referre juramentum*/den Eyd wieder heimſchieben.

§. 21. *Juramentum minorationis*, Jure Saxon. receptum eſt, ut actor damnum *per vim* illatum poſſit æſtimare, ac petere, ut reus ſummam illam ſolvat, aut juramento eum diminuat, & tunc reus vel pecuniam, qvâ æſtimavit actor damnum, exſolvere, vel juramentum, qvod minorationis ſeu deminutionis, Minderungs-Eyd/ vocatur, præſtare debet, qvo præſtito in id ſolùm condemnatur, qvod juramento ſuo firmavit. Land-R. *l. 3. art. 47. & 51. Vid. H. Piſtor. 1. q. 16. p. 1. Conſt. Elect. 14. Berlich. 1. deciſ.* 83.

§. 22. *Juramentum perhorreſcentiæ* eſt aſſeveratio religioſa, qvâ judex inferior ex metu ob locum non tutum, vel qvòd qvis non ſperat ſe juſtitiam, ob potentiam adverſarii, aliasqve cauſas, æqvè & incorruptè apud eundem conſecuturum, ejeratur, *cap. 11. de Reſcriptis in 6. vid. D. Feltmann. tr. de juramento perhorreſcentiæ per tot.*

§. 23. Ut cauſa ex capite juſtitiæ denegatæ vel protractæ ad Cameram ſit devoluta, documento juſtitiæ denegatæ vel protractæ opus eſt, hinc qvæſtio orta eſt, An jurare volens ſe non ſperare apud judicem inferiorem juſtitiam conſecuturum eſſe, in Camera audiendus? Qvod per diſtinct. affirm. *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 37. n. 19.* Hujus juramenti ſedes eſt in *c. 11. §. cùm v. De reſcript. in 6.* & ſolet vocari juramentum *perhorreſcentiæ*, nomine ſumto à v. d. c. *Aut ſui adverſaris potentiam merito perhorreſcens. Blum. d. l. n. 20.*

JURISCONSULTUS. §. 1. JCti vocantur juris autores, *l. 1. §. f. Si pars her.* Item conditores legis, *l. 23. Cod. de procur.* qvia leges interpretandi jus habuerunt, & eorum reſponſa pro legibus ſunt accepta, *§. 8. J. de jur. nat. g. & civ.*

JURISDICTIO. §. 1. Vocabulum *Jurisdictionis* ex uſu legum Romanarum accipitur (1) propriè & freqventer pro poteſtate magiſtratus jus dicendi in cauſis civilibus, *arg. l. 5. de jurisd.* & minoribus qvoqve competit, *l. 1. Si qvis jus dic.* (2) *κατ' ἐξοχὴν*, denotat poteſtatem majorem magiſtratuum, *arg. l.* §. 33. *de orig. jur.* (3) *ἀνομάλως* poteſtatem de cauſis civilibus ſpecialiter conceſſam, §. 5. *J. de Att. tut. l. 8. §. 10. de transact. l.* 23. 7. §. 2. *de off. proc. l. 1. C. de off. prat.* (4) accipitur pro certa regione vel loco, in qvo jus dicitur, *l. 1. Si qvis de judic.* (5) pro fonte jurisdictionis, edicto ſcil. Prætoris, *l. 11. de in jus voc. l. 2. C. de condit. inſ. l. 1. C. ubi in rem. l. 20. fam. erc.* (6) pro jure, ſeu juris neceſſitate, §. 1. *ibi*, in aſſiduam jurisdictioneus, *Inſtit. de fideicomm. l. 3. §. 1. de rec. qvi arb.* (7) pro exercitio jurisdictionis, *l. 1. §. 1. de off. ei. Vid. Scip. Gent. tr. de jurisd. l. 1. c. 1. Hahn. ad Weſ. de jurisd. n. 2. Struv. exerc. 4. th. 52.*

§. 2. *Jurisdictio in genere* denotat cauſarum qvarumlibet, de qvibus jus eſt, & qvæ ad judicia pertinent, dijudicationem, & judicati executionem: *Vel* poteſtatem dijudicandi cauſas ad judicia ſpectantes, ſive civiles ſive criminales, ac in illis cauſis imperium exercendi: ſec. qvam generalem & nativam vocis ſignificationem, Jurisdictio in criminalem & civilem dividi poſſet, *add. l. 2. §. 23. de O. I. Vinn. tr. de jurisd. c. 1. num. 2.*

§. 3. *Jurisdictio* in L. L. Romanis notat ſolùm poteſtatem de cauſis civilibus cognoſcendi: & poteſtati vindicandi crimina opponitur, *l. 3. de jurisd. l. 1. pr. de off. ei. cui mand. jurisd. l. 1. §. 4. de ſuſp. tut. junct. l. 11. de off. pr. Suthołt. diſſ. de jurisd. th. 101. & ſeqq. D. Struv. exerc. 4. th. 50.*

§. 4. *Jurisdictio, & Notio* diſtingvuntur. *Jurisdictio* ſolius erat magiſtratus, *Notio* etiam judicis, *l. 5. de re jud.*

§. 5. In ipſo qvoqve magiſtratu *cognitio à jurisdictione* ſtrictiſſimè ſecernitur, l. 15. *de off. praſ. l. 1. §. 2. de R. V. l. 24. §. ult. de minor. l. 57. de re jud. Suthołt. diſſ. de jurisd. aph. 295.*

§. 6. *Jurisdictio* objecto qvidem convenit *cum mixto imperio*, ſcil. qvoad cauſas civiles, nec non qvoad perſonas: at differunt fine, effectu & eſſentia; qvæ in hoc eſt coërcitio ſeu executio, *l. 12. de jurisd. l. 5. §. 1. de offic. ej.* in illa verò cognitio. *Conf. Suthołt. de jurisd. aph. 261. & ſeqq.*

§. 7. *Juriſdictio ordinaria* eſt poteſtas legitima, ad civiles & privatas cauſas jus accommodandi, illi, qvi *magiſtratus* eſt conſtitutus, competens, *l. ult. de off. præſ. urb. l. 115. de V. S. l. 1. l. 4. de off. ej. cui mand. l. pen. de I. & I. l. 12. de L L. Struv. exerc. 43. th. 52.* *Seu* eſt poteſtas de civilibus, & privatis cauſis jus reddendi, jure magiſtratus competens, *Sutholt. diſſ. de juriſd. th. 173.*

Sive *juriſdictio ordinaria* vocatur, qvæ à lege defertur. Aliud autem eſt *ordinaria juriſdictio*, aliud *ordinaria judicia*. *Hæc* nihil aliud denotant, qvàm forum competens, ubi qvilibet Reus conveniendus. Eodem ſenſu dicitur *in Ord. Cam. p. 2. t. 1.* §. 1. Ordentlichen Richter / Judice Ordinario, *id eſt*, judice competenti. Sic penes judicem tam delegatum qvàm prorogatum eſt competens forum ſeu judicium, aſt penes neutrum eſt juriſdictio ordinaria, *J. Blum. proc. C. tit. 27. n. 17.*

§. 8. Notandum eſt, qvod non omnibus magiſtratibus æqva poteſtas. ſed alii fuerunt *Majores*, qvi imperium & poteſtatem habebant; alii *Minores*, qvi ſine imperio & poteſtate erant, *l. 32. de injur. l. 2. de in jus voc. l. 26. Ad municip. l. 12. §. 1. de ædil. ed. l. 4. de juriſd.* Denotant verò hæc verba: *Imperium & poteſtas*: majorem & anguſtiorem autoritatem, & excellentiorem jubendi poteſtatem, qvæ denegatur minoribus magiſtratibus. Habet nim. juriſdictio ſuos gradus, ac in majori magiſtratu excellentior eſt, in minori humilior: hinc qvæ non ſunt cuiuslibet magiſtratus, dicuntur magis eſſe imperii, qvàm juriſdictionis vulgaris, qvæ qvibuslibet, etiam minoribus magiſtratibus ineſt, *l. 26. ad munic. l. 12. §. 1. de judic. Struv. exercit. 4. theſ. 56.*

§. 9. *Prorogari dicitur juriſdictio*, qvando privatorum litigantium conſenſu juriſdictio in eo, qvi illam jure magiſtratus, aut ex mandato jam habet, extenditur & ampliatur, vel cùm eum, qvi aliàs non erat, competentem judicem partes litigantes faciunt, *l. 1. C. de juriſd. l. 18. ff. eod.*

§. 10. *Juriſdictio prorogata alia eſt ſpontanea, alia legalis. Illa* conſenſu fit, aut expreſſo, eoqve aditione judicis firmato, *l. 8. de juriſd. l. pen. C. de pact.* aut tacito, qvi intelligitur ex litis conteſtatione ejus, qvi alias ſexum declinare poſſet, *l. 4. C. de juriſd.* niſi qvis erraverit, *l. 15. eod.* Ante litis

tis conteſtationem verò pœnitentiæ locus eſt, *l. 33. de judic.* Fit autem prorogatio hæc vel de perſona ad perſonam, *l. 14. de juriſd. l. 1. de jud.* vel de re ad rem, *l. 74. §. 1. de jud. l. 28. ad municip. Vid. Bacchov. rubr. de juriſd. prorog. num. 5. Sutholt. de juriſd. aph.* 374. *Legalis & neceſſaria* fit non tam conſenſu, qvam lege ita diſponente, ut, qvi contra me in judicio agit, cogatur etiam judicem eundem contra ſe admittere, in qvo eſt fundamentum reconventionis, *l. 11. §. 1. de juriſd. l. 22. de judic. l. 14. cum Auth. ſeq. C. de ſent. & interloc.* Cæterum hodie non eſt locus prorogationi Jurisdictionis ſpontaneæ, *Vid. Paurmeiſt. de juriſdict. l. 1. c. 25. num. 41. Gail. 1. Obſerv. 40. Struv. exercit. 4. th. 58.*

§. 11. *Extraordinaria juriſdictio* eſt poteſtas jus reddendi de cauſis, qvæ ſpecialiter alicui conceſſæ, *arg. §. 4. I. de Attil. tut. l. 8. §. 8. de transact. D. Hahn. ad Weſ. de juriſd. n. 5. Struv. exerc. 4. th. 65. & ſeq.*

§. 12. *Juriſdictio propria* ſive principalis eſt, qvam qvis ſuo jure, ſeu vi muneris publicè delati habet, *l. 5. de juriſd.*

§. 13. *Juriſdictio mandata* eſt ea, qvam qvis beneficio & conceſſione ejus, in qvo principaliter ſive proprio jure reſidet, exercet: *Vel*, eſt exercitium alienæ jurisdictionis, *l. 5. l. 15. de juriſd. l. 1. §. 1. de off. ei cui. Vid. Sutholt. de juriſd. aph. 339.*

§. 14. *Juriſdictio voluntaria* eſt, qvæ in volentes juxta ſolam ipſorum petentium voluntatem exercetur, *l. 2. de offic. proconſ.* Voluntariæ autem jurisdictionis ſunt actus illi, qvi licèt inter duos privatos volentes citra diſceptationem & telam judiciariam fiant, confirmatione tamen & autoritate magiſtratus opus habent, atqve ideò voluntariæ jurisdictionis dicuntur, non qvod magiſtratus eam authoritatem pro libitu vel accommodare vel denegare, qvò tendit objectio Bartoli: aut partes eam vel adhibere vel omittere poſſint, ſed qvod adhibeatur actibus, qvi imperari regulariter non poſſunt, ſed à volentibus & ſponte eligentibus expediuntur. Hujusmodi actus voluntariæ jurisdictionis ſunt legis actiones, adoptio, manumiſſio, vindicta & emancipatio, *Sutholt. de juriſd. aph. 329. & ſeqq.*

§. 15. *Juriſdictio contentioſa* vocatur illa, qvæ exercetur in invitos litigantes, *l. 2. de off. proc.* Ad contentioſam ergò Jurisdictionem pertinet, qvando magiſtratus duarum partium

um litigantium jura perpendit,& cauſâ cognitâ jus dicit:qvod fiebat vel ordinariâ viâ,dato ſcil.judice pedaneo,vel extra ordinem, hoc eſt, ita, ut in jure, non dato judice, ipſe cognoſceret magiſtratus,*Sutholt. de jurisd. aph.294.& ſeqq. Struv. exerc. 4. th. 69.*

§. 16. Hodierno uſu Jurisdictio eſt vel *ſumma, abſoluta,* independens,vel ſub alterna ſeu dependens. *Summa* eſt abſoluta & perpetua poteſtas regendi & defendendi Rempublicam ad imperii utilitatem. Accipiturqve hoc modo vox jurisdictionis pro ipſa Majeſtate,ſive ſummo imperio, junctim Imperatori & Statibus imperii competente.

§. 17. *Jurisdictio Territorialis* eſt jus ac poteſtas ſummi poſt *Imperium* regiminis,eiqve annexorum regalium ſub nomine & qvalitate der Landes Fürſtlichen hohen Obrigkeit/vel in civitatibus Imperial. Landes hohen Obrigkeit Landes Ober/und Herrligkeit/cum territorio conceſſa,& legitime acqviſita,regulariter in omnes territorio incluſos, ordinario & proprio jure (*qvatenus ſcil.ſemel conſtituta*) competens *D. Hahn. de jurisd. n. 8. Limn. 4. c. 8.n.133.*

Etſi *jus Superioritatis* & *Regalia* inter ſe differant, qvia poſſit qvis juribus Regalium præditus eſſe, qvi jus Superioritatis non habeat: qvippe qvod penes civitates qvasdam Superioritatem Territorialem non habentes Regalia nonnulla reperiri qveant, *Cravett. conſ.973.num.15. Surd. dec.288.* ut rectè qvidem concludatur:cui conceſſa ſit Superioritas Territorialis, ei conceſſa eſſe Regalia, cùm hæc inſint illi *Paurm. l.2. c.4.n.43. jurisd.* minus rectè inferatur, qvod conceſſo Regalium jure ſimul conceſſum ſit jus Superioritatis, *Borcholt.ad 2. F.56. n. 20.* Attamen hodie ex uſu Germaniæ jus Superioritatis & Regalia permiſceri videmus; illud namqve Regalia ſecum trahit,*Daniel.Claſen. de jur.aggrat.cap.7.pag.77.*

§.18. *Omnimoda ſ. pleniſſima* vocatur, die Allgliche oder Alliegliche Obrigkeit/das Hohe und Niedergericht/oder die hohe und niedrige Obrigkeit/*Matth. de jurisd. l.1.c.2.n.6.*

§. 16. Jurisdictionem dividit *Bocer. de jurisd. c. 3. n. 88. in Communem* ſeu *Regularem*, qvæ jure communi competit ejusqve cancellis circumſcripta eſt,& *Singularem ſive regu-*

larem,

larem, qvæ præter regulas juris communis introducta, multaqve habet irregularia.

§. 20. *Juriſdictio Realis* vocatur, qvæ cum re, v. c. caſtro venit. *Perſonalis*, qvæ ſimpliciter oſſibus perſonis cohæret, ut Rectorem Acad. Cam. Imp. Milit. &c. *D. Hahn. ad* Weſ. *de jurisd. n. 8.*

§. 21. *Jurisdictio* alia eſt *ſecularis*, alia *Eccleſiaſtica*. Hanc habent canonici & clerici moderni, qvi in Collegiis victitant mediatis.

§. 22. Jurisdictio diſpeſcitur in *Superiorem* & *Inferiorem*, in das Unter- und Ober-Gericht. Qvid autem harum nomine veniat, id non tantùm deſumi debet ex jure Romano, qvàm ex uſu cujusqvè Reipubl. Superior etiam vocari ſolet, Blut-Bann / Peinliche Gericht Erb-Gerichte / Halß-Gerichte / Vogtey / *Vid.* Wehn. *obſ. pract.* v. Vogtey / *item* verbo Zent.

Inferior diverſis in locis, iterum diverſimodè exercetur & diſtribuitur in *Allodialem*, *feudalem*, *foreſtalem*, Fürſtliche Obrigkeit de qvibus & aliis vid. *Pauermeiſt. Stephan. Michael de Jurisdict.* Wehner. voc. Zehent. voc. Forſt / voc. Vogtey / *Carpz.* 1. *Reſp.* 49.

§. 28. Hodierno uſu vox *jurisdictionis* ferè tripliciter accipitur (1) pro ipſa Majeſtate, f. ſummo imperio, vel ſpecialiter illis juribus Majeſtatis, qvæ ſunt legibus ſtatuendis, ac dijudicandis cauſis tam ſecularibus, *iisq; & civilibus & criminalibus*, qvàm Eccleſiaſticis; ut & Magiſtratibus ordinandis Qvomodo in theſi definiri poteſt *poteſtas, ſeu jus faciendi circa ea, qva Superiori ſubduntur, ea omnia ad qva munus ſuperioris ſe extendit, Molin. de I. & I. tr. 4. diſp. 2. num. 5. D. Hahn. ad* Weſ. *de jurisd. n. 8.* (II.) Specialius denotat Jurisdictio illam, qvam Status Imperii rurſus in ſuos ſubditos per inveſtituram vel aliam conceſſionem transferunt, jus in civilibus & criminalibus reddendi poteſtatem, non adminiſtratoriam, ſed perpetuam, & ad hæredes tranſitoriam, ipſiqve territorio, caſtro ſeu feudo cohærentem *Germ.* die Gerichte. *D. Struv. exerc. 4. th. 79. Sic eſt poteſtas jus conſtitutum decernendi, competens ei, qvi aliis publicè praeeſt, in res & perſonas eorundem. D. Hahn. d. l.* (III) Strictiſſimè hodie accipitur jurisdictio, pro poteſtate Magiſtratibus jus reddendi de cauſis civilibus (*non*

verè

verò de criminalibus) etiam iis, qvæ olim jure magiſtratus non competebant, ſed ſpecialiter dicebantur concedendi, u. e. tutoris datio, *D. Struv. d. l. th. 80.*

§. 25. *Jurisdictio* qvando fundata dicatur, *vid. ſub voc. Forum.*

§. 26. *Concurrens Jurisdictio* (contentioſa) dicitur poteſtas eandem rem controverſam diſceptandi duobus pluribusvé judicibus diverſa tribunalia habentibus conceſſa. Sic cùm Dd. ajunt, Jurisdictionem Cameræ & Imperatoris' eſſe concurrentem, ſeu Cameram cum Imperatore (*vel, potius Judicio Aulico*, dem Käyſerl. Hoffgericht) concurrentem habere Jurisdictionem, idem eſt ac ſi dicantur, Eandem rem controverſam ſive litem, cujus diſceptatio Cameræ eſt conceſſa, Judicium Aulicum qvoqve diſceptare poſſe, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 25. num. 41.*

JURISPRUDENTIA. §. 1. *Jurisprudentia* eſt habitus practicus, qvo jus ad actiones civiles convenienter accommodatur; *Vel* eſt jus ad actiones in civili ſocietate obvenientes accommodandi prudentia. Cum qva definitione congruit illa Ulpiani: *Jurisprudentia eſt divinarum atq; humanarum rerum notitia, juſti atq; injuſti ſcientia l. 10. §. 2. de juſt. & jur.* Et Celſi. *Jus* (hoc diſciplina ſ. doctrina juris) *eſt ars boni &* æqvi, *l. 1. pr. eod. Vid. Dn. Frantzk. in tit. ff. de Juſt. & jur. n. 43. & 70. Struv. exerc. 1. th. 1.*

§. 2. Vocabulum *Jurisprudentiæ* ſumitur vel *impropriè* pro legibus *§. 3. J. de leg. agn. ſucceſſ.* vel *propriè*, & qvidem vel *Syſtematicè* pro artificioſâ præceptorum collectione, & tunc dicitur ars æqvi & boni *l. 1. pr. π. de J. & J.* vel *habitualiter*, & ſic deſcribitur vel *legaliter*, vel *doctrinaliter*. *Legaliter in §. 1. J. d. t. l. 10. π. eod. Doctrinaliter*, qvod ſit prudentia judiciaria rectè interpretandi & applicandi jus ad negotia civilia. *Dn. Schwend. ad Eckolt. de J. & J. §. 2. verb. Jurisprudentia.*

JUS. §. 1. *Vox juris* ſumitur (1) materialiter *pro objecto juſtitiæ, aeqvitate*, æqvali, ſeu æqvo illo & bono, qvod juſtitia in rebus conſtituit, *arg. l. 32. de reb. cred. l. 31. Depoſ. l. 15. de edit. edict. l. 2. §. f. de O. & A.* opponiturqve iniqvo, qvod in-

injuriam involvit, & ad juſtitiam particularem pertinet. (2) itidem materialiter, ſed latiùs, pro *juſto ſ. legitimo*, hoc eſt,qvod lege præſcriptum eſt, legive conſonat,cui adverſatur injuſtum in illa ſignificatione, qvâ is,qvi à lege diſcedit injuſtus,dicitur, *ſec. Ariſt.* 5. *c.* 1. *&* 2. Et ita accipitur *jus in tit. de ign. jur. & fact. it. c. jus generale. dict.* 1. (3) Jus ſubinde, neqve minùs materialiter denotat jus conſtitutum à magiſtratu alicui reddendum, hoc eſt facultatem alicui jure competentem, (4) pro actu hoc eſt *juſſu*, ſanctione, qvæ juſtum illud præcipit. Hinc aliud naturale, gentium & civile dicitur, jus Cæſareum & Pontificium, jus eſſe conſtitutum, jure qvid fieri, contra jus eſſe. Qvò pertinet *l. pen. de I. & I.* (5) pro jure reddito & applicato, *l.* 2. *§.* 13. *de Orig. jur. l. pen. de juſt. & jur.* (6) pro loco in qvo Jus reddebatur, *d. l. pen. l.* 4. *§.* 1. *de interr. in jur. fac. l.* 1. *de in jus voc.* (7) Jus ſumitur pro poteſtate, qvando perſonæ qvædam dicuntur eſſe ſuæ juris, qvædam alieni, *rubr. l. De his qvi ſunt ſui vel al. jur.* (8) pro rebus incorporalibus, *tit. I. de reb. corp. & incorp.* (9) pro titulo,qvo qvid acqviſitum, *l.* 10. *ib. non eſt neceſſe. ff. Si ſerv. vind. l. ult. ibi tametſi jus ff. De aq. & aq. pluv.* (10) Jus freqventiſſimè accipitur pro ipſa arte, qva cognoſcitur juſtum, ſeu habitu Jurisprudentiæ, *Rubr. Inſt. & ff. junct. l.* 1. *ff. de I. & I. D. Hahn ad* Weſ. *ff. de juſt. & jur. n.* 14.

§. 2. Licèt non rarò Jus cum lege confundatur, propriè tamen *Jus non eſt ipſa lex*,qvæ præcipit,ſed ipſum præceptum, qvod ex lege oritur, & ita Jus eſt objectum juſtitiæ, *Sutholt. diſſ.* 1. *aph.* 41.

§. 3. Jus *in genere* eſt ordinatio, regula ſ. principium à ſuperiori præſcriptum,ſecundùm qvod actiones hominum inſtituendæ,ut ſint juſtæ: vel ſecundùm qvod actionum bonitas & malitia,æqvitas ac iniqvitas æſtimatur, *Add. Franc. Suarez, de Legib. l.* 1. *c.* 1. *n.* 8.

§. 4. *Jus dicere* erat, jura ea, qvæ legibus aut edictis continerentur, de civilibus privatorum cauſis reddere; ſanè qvoties magiſtratus ſecundum Jus conſtitutum cauſas civiles explicat,idq; Jure magiſtratus,totidem offert ſeſe jurisdictionis exemplum. Dico, *ſecundum Jus conſtitutum*: ſeu ſecundum

Jus

jus qvod legibus aut edictis contineretur, qvia qvi jus de integro conſtituit, is von jurisdictione ſed ſuperiori qvadam poteſtate utitur, *Sſtholt. diſſ. de jurisd. aph. 283.*

§. 5. *Jus dicere & judicare* diſtingvuntur *t. t. C. N. qvis in ſua cauſ. l. 10. de jurisd. l. 57. ibi. jus dixerit ff. de re jud.* illud erat ſolius magiſtratus, ſive prætoris, hoc etiam judicis, *Suthelt. d. diſſ. aph. 295.*

§. 6. *Officium jus dicentis* latiſſimum ait eſſe *Ulp. in l. 1. de jurisd.* qvia extendit ſe ad omnes omninò cauſas civiles & privatas, non ſolùm qvæ de jure magiſtratus, ſed & qvæ ſpeciali conceſſione tribuuntur. Non tamen ſe protendit jus dicentis officium ad ea, qvæ meri ſunt imperii, ſeu ad cauſas criminales, *Sutholt. d. l. aph. 129. & ſeq.*

§. 7. *Jus in re* eſt facultas jure competens, qvæ ipſi rei inhæret, ideoqve actionem, ipſam rem (ſine perſonæ obligatione) perſeqventem producit. Das Dingliche Recht/oder dingliche Gerechtigkeit. Hoc jus in re qvintuplex ſtatuunt. Dominium, Servitutem, Pignus, jus hereditartum, Poſſeſſionem, *l. 13. §. 1. C. de judic. l. 9. l. 10. l. 25. §. 18. de pet. her. D. Hahn. tr. de jur. rerum concl. 53.*

§. 8. *Jus ad rem* eſt facultas jure competens, qvâ ad rem præſtandum, *hoc eſt*, dandum aliqvid vel faciendum aut aliqvando patiendum, perſonam ex facto ſuo obligatam habemus, *l. 3. l. 25. de O. & A. Conſ. Molin. t. t. de l. & l. tract. 2. diſp. 2. Bachov. ad* Weſ. *tit. de fidejuſſ. n. 3. in fin. Struv. exerc. 3. th. 87. & ſeqq.*

§. 9. *Publicum jus* dicitur præcipuè (1) in genere, ratione cauſæ efficientis, qvod publicâ autoritate ſit conſtitutum, qvomodo jus omne atqve ita privatum jus, publicum eſt, *arg. l. 1. & 2. de LL.* (2) in ſpecie & propriè, ratione objecti & finis, hoc eſt, qvod de rebus publicis eſt conſtitutum in reipublicæ utilitatem. (3) *Impropriè* juris publici eſſe dicitur, qvod ſingulorum qvidem ſpectat utilitatem, ſed tamen à jure publico ita dirigitur, ut in privatorum hominum, poteſtate non ſit: ut teſtamenti factio, *l. 3. qvi teſt. fac.* tutela §. *1. l. de exc. tut. Limn. de jur. publ. l. 1. c. 1. n. 4.*

§. 10. *Jus publicum* eſt, qvod ad ſtatum Rei Romanæ ſpe-

ſpectat, §. *ult. l. de juſt. & jur.* Vel eſt illud, qvod verſatur in iis, qvæ ſunt propria civitatis & Imperii, *Limn. d. l.*

§. 11. *Jus naturale* (1) ſumitur materialiter pro ipſo æqvo & bono, *arg. l. pen. de I. & I.* & convertitur cum æqvitate naturali, *arg. l. 1. de pact. l. de minor.* (2) pro actu, h. e. lege, ſeu juſſu, & tum iterum accipitur (1) *propriè* pro ipſo jure naturæ, §. *pen. I. de j. n. g. & civ.* & qvod natura, h. e. DEUS dictavit (2) *latè* pro eo jure, qvod per gentes conſtitutum eſt, §. *18. I. de Rer. div.* §. *f. I. de uſ. & hab.* (3) impropriè & per analogiam, pro ſimulacro juris, *pr. I. de j. n. g. & civ.*

§. *12. Jus naturale* eſt, qvod natura omnia animalia docuit, *l. 1* §. 3. *de I. & I. pr. de jur. n. g. & civ.* *Vel*: jus naturale eſt, qvod recta ratio cuilibet homini à Deo indita, honeſtum adeoqve agendum, & turpe adeoqve omittendum eſſe dictitat, *vid. Ariſt. 5. Eth. 10. D. Struv exerc. c. 1. th. 52.* Vel, ut *Grotius de J. B. & P. cap. 1. n. 10.* definit. Jus naturale eſt dictatum rectæ rationis, indicans ex ejus convenientia aut disconvenientia cum ipſa natura rationali, ineſſe moralem turpitudinem aut neceſſitatem moralem, ac conſeqventer ab Authore naturæ Deo talem actum vel vetari, vel præcipi.

§. 13. *Juris naturalis* dicitur qvid variè (1) *Propriè* tale qvod ex dictamine rectæ rationis: per modum cauſæ efficientis, *effectualiter, effectivè, conſtitutivè*, §. 1. *verb. conſtitui, I. de j. n. g. civ.* Minus propriè (1) qvod *per reductionem* tale cui jus naturale non repugnat, qvemadmodum juſtum, qvod injuſtitiâ caret, (2) qvod *honeſtum* aut meliùs, *etſi non debitum* (ex juſtitiâ ſcil. particulari) ut alere liberos, educare, *l. un. §. 5. verſ. ſileat. Cod. de rei ux. act. l. ult. §. 5. C. de bon. qvæ lib.* (3) qvod *actum voluntatis* humanæ *conſeqvitur*, qvomodo dominio introducto furtum contra jus nat. (ò) impropriè qvæ *naturalia* & non jure naturæ, ut liberorum procreatio, maris & fœminæ conjunctio. Addunt alii (5) qvæ fundamentum habent in conditione naturali, licet ſimpliciter non præcipiantur jure nat. ſeu qvod ex lege naturali, eſt *indicativè*, ſvaſoriè (ut lex naturalis indicet vel diſponat) ſaltim in *generali*. Ita diſtinctio dominiorum eſt a lege naturali, qvod hæc indicaverit ſtatu corrupto illam fuiſſe faciendam. Simile

mile eſt filium patri ſuccedere ab inteſtato, *l. ſcripto. in f. Und. lib. D. Hahn. ad Weſenbec. tit. de j. & j. n. 15.*

§. 14. Magna differentia eſt inter *agere naturaliter & agere ex jure naturæ.* Sic qvando homo edit, bibit, dormit, qvieſcit, currit &c. facit id homo non jure naturali, ſed naturaliter tantùm. Nam qvicqvid facit homo jure, ſive ſecundùm præcepta juris, id ſi faciant beſtiæ ex ſolo ſenſu & naturæ inſtinctu, illud eſt juris naturalis: at ſi qvid homo non facit jure, aut ſecundùm præcepta juris, idem ſi faciat beſtia, erit qvidem naturale, ſed non juris naturalis, *Manz. ad pr. J. de jur. n. g. & civ. n. 14.*

§. 15. Dividitur *Jus naturale* in *Primarium* & *Secundarium.* Illud eſt, qvod naturæ humanæ innotuit ſtatim ab initio & cum origine generis humani; Hoc verò dicitur qvod natura docet homines per illationem conſeqventiæ certæ, ſive illa petatur ab Effectu, ſive à Cauſa Efficiente, ſine finali. *Ziegler. ad Grot. d. l. §. 10.*

§. 16. Accipitur *jus gentium* JCtis, (1) *generaliter,* pro eo jure, qvo gentes *utuntur*, ſive ex rationis dictatu, ſive ex communi conſenſu: *ita in l. 1. §. f. l. 9. de j. & j. l. 1. de acqv. rer. dom. §. 11. I. eod. l. 8. de rit. nupt.* (2) *ſtrictius & propriè* pro eo, qvod communi gentium conſenſu *conſtitutum* (qvod in ſpecie vocatur jus gentium, aliis ſecundarium) §. 2. *J. de j. n. g. & civ.* §. 42. *de R. D.* (3) *impropriè*, qvod à Deo ex ratione naturali eſt (& in hoc ſignificatu priori opponitur, aliis primævum) *ut in* §. 1. *junct.* §. 2. *& in* § 1. *J. de R. D.* ubi qvod *in fine* vocatur jus gentium, dicitur jus naturale *in pr.* Addi poteſt, qvod jus gentium ſecundi ſignificatus iterum poſſit dici dupliciter, (1) qvod *omnes populi & varia gentes inter ſe obſervant, vel certè obſervare ſolent*, ut ſunt bella, ſervitutes, diſtinctio dominorum, contractus, (2) qvod *ſingulæ gentes & populi inter ſuas* Reſp. obſervant, ut ſunt uſus pecuniæ, poſtliminia, emphyteuſis &c. Ex qvibus prius qvidem propriè, poſteriùs per qvandam ſimilitudinem ſaltim ita dicitur, *D. Frantzk. comment. ad tit. ff. de juſt. & jur. n. 136. D. Hahn. ad Weſ. tit. de I. & I. n. 14.*

§. 17. *Jus gentium* eſt qvo gentes humanæ utuntur, *l. 1. §. ult. de juſt. & jur. §. 1. J. de jur. nat. g. &c. Vel*: jus gentium,

(das

(das allgemeine Völcker-Recht) eſt, qvod communiter homines ex ratione, propter communem neceſſitatem ac utilitatem, agendum eſſe colligunt: *ſeu*, qvod ſtatu univerſæ humanæ ſocietatis & conditionis exigente, ratio naturalis generaliter ac in univerſum inter omnes homines conſtituit, §.1.*2. I. de j. n.g.& civ.l.9.de juſt.& jur.junct.d.*§.*2. D. Struv.exerc.th.54.*

§.17. *Differt jus gentium à naturali* (1) qvod naturale à Deo ſit, ſeu divina providentia, §.*pen.I. de jur.n.g. & civ.* gentium verò jus ab hominibus, §.2.*I*.d.*t.l.1.de A.R.D.* (2) jus gent. jubendo aliqvid facit bonum, & prohibendo facit malum: jus nat. infert neceſſitatem rei præceptæ ex ſe & ſola natura rei, qvæ vel mala ſit vel bona. (3) Illud non poteſt eſſe tam immutabile qvàm hoc, conſtans ex principiis naturalibus. (4) Jus nat. in univerſitate & communitate ad omnes gentes commune eſt omnibus, ſolumqve per errorem poteſt alicubi non ſervari, jus autem gentium non ſemper omnibus, ſed regulariter & ferè omnibus eſt commune. Conveniunt tamen utraqve jura (1) qvòd utrumqve ſit qvodammodo commune omnibus hominibus, unde etiam utrumqve *gentium* appellatur, §.1 *& 2.de jur.nat.g. & civ. junct. l.9. inf.de juſt.& jur.* (2) ratione ſubjecti. Nam ſicut materia jur.gent. inter ſolos homines locum habet, ita etiam jur. nat. hominum propria eſt, *D.Hahn.ad* W*eſ.tit.de juſt.& jur.n.*14.

§.19. *Jus civile* (1) dicitur *latiſſimè*, à poſteriori & *ratione uſus*, ſeu ut eſt id, qvo qvilibet populus utitur. ſive illud civibus ſuis præſcripſerit, ſive alias receperit, *l.9.de juſt.& jur.* (2) *propriè*, qvod qvilibet populus ſibi *conſtituit*, ſeu civibus ſuis præſcripſit, *l.6.ff.eod.*§.*1.Inſt.de* j.*n.g & civ.*(3) per excell. qvod conſtituit populus Rom. §.*2.I.eod.* Et hoc modo iterum (1) ratione uſus ſeu abuſus, in genere pro qvovis jure in civitate Romana recepto, qvomodo & jus naturæ & gentium atqve Prætorium complectitur, *arg.*§.*3 pr.ibid.jus qvod utimur. junct.*§.*7.Inſt.d.t.* (2) à cauſa efficiente, ſtrictiùs pro illo jure Rom. ſumitur, qvod ex partibus juris civilis inductum, *ſc. legibus, plebiſcitis, SCtis, decretis principum, l.7.de juſt. & jur.* & tunc juri prætorio opponitur, *d. l. 7.*§.1. *eod. l.1.*§.*f.l.*3.§.*1. de conſtitut.pec.* Et hiſce duobus modis ſæpe contingit aliqvid dici juris civilis diverſo hoc reſpectu, ſc. illo modo *qvoad*

 reſce-

receptionem, approbationem & informationem (qvomodo nuptiæ, teſtamenta, patria poteſtas, tutela, actiones, juris ſunt civilis) *hoc modo* qvoad *introductionem*, ut ſtipulatio. (3) ſtri-ctiſſimè jus civile denotat, aliqvando L. 12. tabb. *l.7.C. de bon. damn.* qvandoqve interpretationes JCtorum, *l.2.§.5.& 8. de Orig. jur. D. Hahn. ad Weſ. de juſt.& jur. n. XVII.*

§. 19. *Jus civile* eſt, qvod qvisqve populus ſibi conſtituit, §.1. *I. de jur. nat. gent. & civ.* Aut Jus Civile eſt qvod à poteſtate civili proficiſcitur, *Grot. de I.B.& P. l.1. c. 1. n. 14. Seu,* Jus civile l. poſitivum eſt, qvod majeſtas peculiariter ad reipubl. cui præeſt, commodum & ſalutem conſtituit & promulgat, ut ſec. illud actiones ſuas ſubditi inſtituant, *l. 9. de juſt.& jur. §.1. I. de jur. nat. gent. &c. Add. Ariſt. V Eth. 10. & X. Eth. 10. & X. Et ff. ult. Frantz. ad tit. ff. de juſt. & jur. n. 142. Struv. exerc. 1. th. 57.*

§.20. *Jus ſcriptum* eſt jus, expreſsâ ſanctione in republ. viventibus latum ac promulgatum, *l.leges 9.C. de Legib.* Et jus ſcriptum denotat id, qvod expreſſo conſenſu & ſanctione latum eſt à Majeſtate, (2) ſignificat id, qvod in ſcripturam eſt redactum. Diſtingvitur jus ſcriptum in civile, in ſpecie ita dictum, & Prætorium, *l.7. de juſt.& jur.*

§. 21. *Jus Prætorium* eſt, qvod Prætores introduxerunt, adjuvandi, vel ſupplendi vel corrigendi juris civilis gratiâ, propter utilitatem publicam, *d.l.7.&* §.14. *Inſt. de action.*

§. 22. *Jus civile in ſpecie dictum eſt* illud, qvod ex Legibus, Plebiſcitis, SCtis, decretis Principum autoritate Prudentium venit. *d.l.7.*

§. 23. *Jus non ſcriptum ſ. conſvetudo,* (Gewohnheit/ Gebrauch/ alt Herkommen/) eſt jus ſubditorum uſu introductum, tacitoqve ſummæ poteſtatis conſenſu approbatum, §.9. *I. de j.n.g.& civ. l.32. §.1. de legib. l.35. eod.*

§. 24. (1) *Generaliter jus non ſcriptum* dicitur de jure qvolibet in ſcripturam non redacto (2) prædicatur id de jure Romano, & denotat mores. (3) *ſtricte* dicitur de reſponſis prudentum, *l.2 §.5. de Orig. Iur.* & appoſitivè ad illud jus Romanum, qvod protinus in tabulis ſcribebatur & promulgabatur: qvia eadem oppoſitivè ad conſvetudines ſunt pars juris

ris ſcripti, *arg. §. 3. I. de jur. natur. gent. & civ.* *D. Habn. ad Weſ. tit. de juſt. & jur. n.* 18.

§. 25. Inter iſta verba *Ipſo jure, & Ipſo facto*, qvoad juris effectum, non eſt differentia, *Archidiac. ad c. 1. de homic. in 6.* Et effectus iſtorum verborum eſt, qvod lex ipſa facit executionem ſuper diſpoſitione illa, in qva verba hujuſmodi ponuntur, ita tamen ut ſuper iſto facto, ſuper qvo fieri debet executio, ſententia proferatur, veluti ſi lege communi vel ſtatuto caveatur, qvod ſi qvis committat tale crimen, ipſius bona ſint *ipſo jure vel facto* publicata, vel ſit infamis, qvod adhuc ſit neceſſe, ut prius pronuncietur crimen eſſe commiſſum, qvo declaratio fiet, deinde executio primum per legem, deinde per judicium, *ſec. Archid. d. c. 1. Roding pand. Cam. lib. 1. tit. 7. in Comment. Schneidw. ad §. Recuperanda num. 15. inſtit. de interdict.*

§. 26. *Jus commune* definiri poteſt eſſe illud, qvod ubiqve per totum illud Imperium viget, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 2. num. 15.*

JUXTA. §. 1. Dictio, *Juxta* tenorem certæ ſcripturæ aliqvid fieri, importat idem, qvod *Secundùm.* Et eſt dictio relativa, ideò ſi confiteor aliqvid in mei præjudicium, qvòd non poſſim moleſtari, donec recuperem juxta formam inſtrumenti de tali tempore, certè cùm ſint verba relativa, ſi ex inſtrumento nihil apparet, falſa cauſa mihi non nocèt, *Dec. l. 2. conſ. 21. num. 17.* (2) Hæc dictio *juxta* idem importat qvod prope, ut ſi dicatur, *qvòd venditur talis fundus juxta flumen.* (3) Conceſſio inveſtituræ ſi fiat indiſtinctè de omnibus, de qvibus majores ſui fuerunt inveſtiti, juxta præceſſorum ſuorum inveſtituras, dictio, *juxta*, ſtat *conditionaliter*, & ſi non conſtat de antiqvis inveſtituris, nihil eſt conceſſum, *Dom. Card. Tuſch. lit. D. concl. 304.*

QVOD JUSSU ACTIO. §. 1. *Actio qvod juſſu*, eſt, qvâ pater vel dominus, juxta cujus expreſſam & directis verbis ſpecialiter declaratam voluntatem contractum filiusfam. vel ſervus celebravit, convenitur, ut qvod ex contractu debetur, in ſolidum præſtet, *l. 1. & ſeqq. ff. Qvod juſſu.*

Land. §. 1. Vox Land ſumitur (1) pro eo qvod muris civitatis non circumcingitur. (2) Latè pro univerſo Imperii

territorio complectente tam urbes, qvàm pagos. Eodem ſenſu dicimus, Teutſchland / Heſſen-Land / Thüringer-Land ꝛc. item, der Herr in ſeinem Lande: item, in dieſem Lande iſt der Gebrauch/ *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 29. num. 40.*

§. 2 Landſaß/ hoc eſt ſubditus, nihil aliud eſt, qvàm homo jurisdictionalis, cui in omnibus præcipi ac mandari poteſt à domino territorii, qvi homagium præſtat, Ducem pro ſuo agnoſcit ac nominat Erb-Herrn und Land-Fürſten/ & omnem debitam obedientiam promittit, hoc eſt, omni modo jurisdictioni Domini ſe ſubjicit: qvod novo qvodam vocabulo vocant Landſaßerey/ Landſaſſiatum, qvi perſonam activè & paſſivè ſeqvitur, ut umbra corpus. Landſaſſii igitur planè pro ſubditis habentur. Qvicunqve igitur ſub Principis territorio larem fovent, ſive feudum recognoſcant ſive minus, ſubjectionis juramento ſunt obnoxii, niſi exemtionem edoceant. Is autem qvi in provinciis non fovet larem vel bona provincialia non poſſidet, pro Landſaſſen non reputatur, nec cogi poteſt ad præſtandum Erbhuldigung. Sicut enim pater ſine prole, ſic Landſaß ſine prædio & domicilio dici neqvit. Nam Landſaſſerey magis onera qvàm honores præſupponit: onera autem illa propter fructus & commoda prædiorum & domicilii ſuſtinentur. Igitur ablatis commodis, ut cauſa ſuſpenduntur incommoda der Landſaſſerey/ ut effectus. Eſt tamen duplex Erbhuldigung perſonale & reale homagium, & utrumqve facit Landſaſſen/ & nihilominus manet differentia inter forenſem, & illam qvi jurat reale homagium. Nam forenſis ratione rei tantùm fert onera realia: & jurans Erbhuldigung ratione rei fert non tantùm onera realia, ſed & onera perſonalia, *Webner. pract. voc.* Landſaſſerey.

§. 3. Horum *Landſaſſiorum* alii vocantur Cantzley- oder Schrifftſaſſen/ qvibus imperitat vel ipſe Princeps, vel Conſiliarii ejusdem. Alii Ammtſaſſen indigitantur, qvi Toparchis, Præfectis ſeu Qvæſtoribus, den Ammtmännern ſubjiciuntur, & coram iis in prima inſtantia conveniuntur, *Reinking. 1. claſſ. 5. cap. 11. th. 47. Berlich.* 1. *concluſ. pr. 13. n.* 5.

§. 4. Landſaß eſt ſubditus: Beyſäſſe ſunt incolæ: Leibeigene ſunt homines proprii, vel adſcriptitii, *Ruland. de comm. p. 4. l. 1. c. 3. num. 21. Webner. d. l.*

§. 5.

§. 5. Nobiles *mediati* in Imperio noſtro pro provinciarum diverſitate, diverſas patiuntur diſtinctiones. In Frannia alii ſunt Lehen-Leute / alii Landſaſſen. Hi ſunt deterioris conditionis, qvàm die Lehen-Leute. Nam die Lehen-Leute coram Domino, nonniſi ratione cauſarum Feudalium comparent; in aliis cauſis alios judices ſingulares habent, vel judicium Rotvvilenſe, vel aliud. Sed *Landſaſſii* indifferenter, ratione omnium cauſarum, etiam non feudalium, coram Domino comparere tenentur. In Saxonia qvamvis pleriqve municipales & Landſaſſii ſint, (tales etiam ſunt in Bavaria, Marchia, Ducatu Brunſvicenſi, Principatu Haſſiæ, & in ſuperiori Palatinatu atqve Archiducatu Auſtriæ) alii tamen vocantur Cantzley- oder Schrifft-Saſſen / alii Ammt-Saſſen / *Vid. Limn. de jur. publ. lib. 6. cap. 4. n. 1. & ſeqq.*

LEX. §. 1. Verbum *Ex Legibus*: ſic accipiendum eſt, tam ex legum ſententia, qvàm ex verbis, *l. 6. §. 1. de V.S. l. 7. §. 2. ff. de juriſd. l. 17. de legib.*

Non ſolùm enim illud lege continetur & approbatur: qvod verbis legis exprimitur, verùm illud etiam, qvod ſententiâ & mente ſive ratione legis per certam ratiocinationem inducitur & eruitur, *l. 12. l. 29. l. 30. ff. de legib. Gædd. ad l. 6. §. 1. num. 11. ff. de V.S.*

§. 2. Lex (1) *latiſſimè* denotat *omnem regulam ſeu inſtitutum* civitatis, juſtum vel injuſtum. (2) *latè & generaliter*, juſſum Majeſtatis, qvo pacto unumqvodqve in civitate agendum ſit, vel regulam rectam, ſeu inſtitutum honeſtum, §. 10. *I. de jur. nat. gent. & civ. l. 1. 2. 7. l. 31 ff. de legib. l. 9 C. eod.* ſive ſit ſcriptum ſive non, *l. 1. C. ne fide juſſ dot.* (3) *Specialiter* ſignificat omne *jus ſcriptum*, S. expreſſo conſenſu ſancitum, & opponitur conſvetudini, *§. 1. & pen. I. de j. n. g. & civ. l. 6. §. 1. de juſt. & jur. l. 32. de legibus.* (4) *Strictiſſimè* ſumitur pro ſpecie juris Romani qvam populus conſtituit, qvâ plebiſcito, SCto &c. opponitur, *§. 3. & 4. I. de j. n. g. & civ. D. Hahn. ad Weſ. tit. de legib. n. 2.*

§. 3. Vocabulum *legis* aliqvando in jure noſtro civili ſumitur pro leg. 12. tabb.

Interdum accipitur pro privilegio, *l. 5. in. fin. de capt. & poſtl. rev.* Nonnunqvâ ponitur pro contractus forma, ſive conditione & pacto, *l. 21. de R. J. Manz. ad §. 4. I. de J. N. G. & Civ.*

§. 4. *Leges divinæ* ſunt ſanctiones à Deo latæ ordinantes, qvid in Eccleſiaſticis & civilibus fieri debeat. *Dan. Claſen. de jur. aggrat. cap. 16. pag. 166.*

§. 5. Lex divina dividitur in Ceremonialem, Forenſem, & Moralem. *Leges Ceremoniales* ſunt ſanctiones aut ordinationes a DEO per Moſen latæ de ritibus ſacris in Eccleſia Judaica obſervandis, cultui divino inſervientes. *Leges forenſes* ſunt Conſtitutiones Genti Hebrææ à Deo latæ de litibus & controverſiis judicialibus, qvomodo in judiciis illæ dirimi debeant, qvo juſtitia exerceatur, & tranqvillitas publica conſervetur. Et hæ vel ſunt Univerſales, omni generi humano latæ. *Grot. de I. B & P. c. 1. num. 15.* e. g. Lev. 18. vel Singulares, qvæ populo Judaico tantùm ſunt datæ. *Luth. tom. 1. Witteb. lat. Vol. 7 p 435* *Lex Moralis* eſt doctrina divina mentibus hominum in prima creatione inſita, & in monte Sinai miniſterio Angelorum, & Moſis repetita tum faciendorum, internam & externam reqvirens obedientiam promiſſa obſeqventibus vita, inobedientibus verò denunciata morte æterna, *Dan. Claſen. d. l.* Ceremoniales per Chriſtum ſunt mortuæ, *Zepper. tr. de LL. Moſ. lib. 1. cap. 1. p. 23. & c. 7.* Morales adhuc Chriſtianos obligant rectè, ſicut & forenſes univerſales, non tamen particulares. *Zepper. dict. libr. 1. cap. 8. 9. 10. 11. 12.*

§. 6. *Legis interpretatio* nihil aliud eſt, qvâm juris ſcripti ad ſingulares caſus, qvotidiè obvenientes, dextra accommodatio. *Tr. Mandic. Card. de tac. & amb. conv. tom. 1. libr. 2. tit. 16.*

§. 7. *Lex* omnis conſtat duabus partibus, *Verbis* ſcil. & *ſententia*, *l. 12. qvi & à qvib. manum.* *Verba* ſunt ſigna, qvæ ſententiam legislatoris ſolummodo nobis, qvoad ejus fieri poteſt, declarant. *Sententia* eſt jus ipſum, *arg. l. 17. de Legib.* qvæ potentior eſt, & in primis ſervanda, *arg. l. 7. §. ult. de ſupp. leg.*

§. 8. *Ratio legis*, à *ſententia* vel *mente legis* propriè differt. *Ratio* enim *legis* eſt aliqvid prorſus intrinſecum legis, nim. cauſa finalis, qvæ movit Imperatorem ad legem ferendam. *Mens legis*, qvæ ſemper cum lege eſt conjuncta, perpetuò manet, ratio verò legis aliqvando ceſſat. Et longè faciliùs men-

mentem legis aſſeqvi poſſumus. qvando nobis conſtat de ratione legis.

§. 9. *Doctrinalis interpretatio* eſt triplex. (1) *Explicativa*, (2) *Extenſiva*, (3) *Reſtrictiva*.

Explicativa, aliâs *ſimplex*, *declarativa*, eſt, ambiguitatis & obſcuritatis in verbis ſingulis vel tota oratione legis commoda expoſitio.

Extenſiva interpretatio eſt, qvâ verba juris ſcripti extendimus & producimus ad caſus ſimiles, qvos legislator verbis qvidem non exprimit, re ipſa tamen & mente illos comprehendit, ita, ut ſi hodie interrogatur, idem de iis caſibus eſſet reſponſurus, qvod de caſibus expreſſis, *l.11.l.12. ff. de LL. l. 13. l.24. eod. l.32. ad L. Aqvil. l.4. de fund. dot. l.7. §.2. de jurisd. l.16. de ſponſ.*

Reſtrictiva eſt, qvando ob legis, qvæ ſcil. verba videtur generalis, ſenſum & rationem anguſtiorem caſus obveniens iſtâ non cenſetur comprehenſus, *vid. l 32. de pact. l. 2. §. 1. ad SC. Vellej. l.6.C. de LL. l.6. §.2. de jur. patronat. l.40. pr. de pet. hær. 11. de in jus voc.*

Uſualis interpretatio eſt, qvando ſententia legis vel ſaltem ejus ad caſum ſingularem obvenientem applicatio dubia determinatur & ſuppletur ex eo, qvod retrò in ejusmodi caſibus eſt obſervatum, ac judicatum, *l.37. l.38. de LL.*

Authentica interpretatio aliqvando eſt ſolius Principis ſeu majeſtatis, aliqvando ejus Vicarii ſ. magiſtratûs ex poteſtate precaria, *vid l.12.13. de LL. l.1 l.f.C. eod.*

Hæc autem differentia eſt inter *interpretationem magiſtratus inferioris & Majeſtatis*. *Magiſtratus* enim inferioris ſive judicis deciſio in cauſa dubia, valet tantùm in iſta cauſa, nec extenditur ad alias. *Deciſio* verò *Imperatoris* facit legem, ita ut judices inferiores, eandem deciſionem in cauſis ſimilibus ſeqvi; ac ſecundùm eam in poſterum jus dicere teneantur: qvia videtur Imper. modum inferioribus præſcribere, ut poſtea in tali cauſa ſimiliter judicando procedant, *Vid. D. Hahn. ad* Weſenbec. *de Legib. num.* 8. *D. Struv. exercit. 2. theſ. 44. & ſeqq.*

§. 10. *Gradus ſunt legis permittentis.* Qvædam ſimpliciter permittit rem, qvia bona eſt aut indifferens: qvædam

permittit,ſed ſic,ut tamen dehortetur potius *ut* §. *8. I. de nupt.* aut dicat non vetari, qvod in iis locum habet,qvæ per ſe mala non ſunt,aliqvid tamen mali ſecum trahunt, ita ut per indulgentiam in iis procedatur, ferè exemplo diſpenſationis in matrimonio. Alia adhuc permittit rem per ſe malam aut certè non bonam, ſed connivendo,diſſimulando,tolerando,majoris mali vitandi cauſa: qvomodo permittitur concubinatus, *Vid. t.t.ff. de concubin. ubi D. Hahn. ad Weſ.n.3.*

§. 11. *Condictio ex Lege* eſt,in perſonam actio,qvâ id dari oportere intenditur,qvod debetur ex obligatione civili,qvæ introducta eſt nova lege,non exprimente qvo genere actionis experiundum ſit, *l. un. de condict. ex leg. Vid. l. 35. §. ult.C. de notat. junct. N. 172.c.1. l.27. §. f. l.28. ad L. 1. de adult. l. 21. de donat. l.2.C. de debit. civit.*

§. 12.Condictioni ex Lege affines ſunt, actio in factum. Condictio ex Canone, Condictio ex Moribus.

§. *13. Lex ſ. pactum commiſſarium* eſt,qvo convenit,ut ſi ad certum diem non ſolvatur pretium,res ſit inemta, *l. 2. de leg. com. l. 4.C. de pact. int. emt.*

§.14. *Lege agere*,eſt formam petendi adhibere, formulam verborum exeqvendo addere.

Legis actiones, ſunt qvædam formulæ verborum ſolenuium & certorum, à qvibus non licet diſcedere in petitionibus,perſecutionibus,conventionibus, adoptionibus & executionibus. Hinc apud illum magiſtratum dicitur legis actio eſſe,qvi plenam habet jurisdictionem & ordinariam, apud qvem experiri omni actione adverſus unumqvemqve poſſumus, *D. Hahn. ad Weſ. de Orig. Jur. n. 2.*

Alia olim hujus vocis ſignificatio fuit, alia procedente tempore uſu juris facta. *Lege agere*, ut jam notatum,nihil aliud erat, qvàm aliqvid eorum, qvæ lege continerentur, in jure obire,ſeu ſecundùm legem judiciariè aliqvid facere & exeqvi. Verùm id poſteà mutatum & nomen hoc *legis actiones* propriè tributum *jurisdictioni voluntariæ. l. 2. de off. proconſ. l. 4. de adopt. l. 1.C.eod. Sutholt. diſſ. de jurisdict. th. 170. & ſeq. & theſ. 330.*

§. 15. *Lex Regia* cujus mentio ſit *in* §. *6. I. de jur. nat. g. &c. l. 1. de conſtit. princ.* omninò differt à legibus regiis, qvas ſanxe-

ſanxerunt primi Reges Romanorum, hanc enim legem Regiam tulit populus Romanus. Vocatur hæc lex regia (1) lex Auguſti, *l. 14. de manumiſſ.* (2) privilegium Auguſtum, *l. un.* §. *14.* C. *de cad. toll.* (3) Apud Taci. dicitur lex Majeſtatis, (6) lex imperii, *l. 3. C. de teſtam.*

Ex *Legibus* autem *Regiis*, ſive ex illis legibus, qvas ſeptem priores Romanorum Reges ſanxerunt, ſupereſt ſola, *Lex.* 2. *ff. de mort infer.*

§. 16. *Actio L. Aqvilia* eſt, qvæ ob damnum, injuriâ à libero homine datum, competit ei, cujus rei nocitum, contra damnum, etiam leviſſimâ culpâ, inferentem, non ſolùm qvantum damni dederit, ſed ut qvanti res (*ſecundùm diverſos caſus*) vel eo anno vel triginta diebus proximis plurimi fuerit, præſtet, §. *9.* §. *14. I. Ad L. Aqvil.* §. *19. I. de action. l. 2. 29. § ff. l. 30.* §. *3. ad L. Aqvil.*

Eſtq; vel directa, vel utilis, vel in factum ſubſidiaria. Directa eſt, qvi agitur ob damnum immediatè de corpore in corpus illatum, veluti, ſiqvis ſervum alienum aut de ponte, aut de ripâ in flumen dejecerit, & is ſuffocatus fuerit. Utilis dicitur, qvando vindicatur damnum de non corpore in corpus datum v. g. Si qvis hominem aut pecus ita incluſerit, ut fame necaretur, aut jumentum ita vehementer egerit ut rumperetur. In factum eſt, qva agitur ob damnum de non corpore in non corpus illatum, v. g. ſi qvis miſericordia ductus, alienum ſervum compeditum ſolverit, ut fugeret. §. *fin. I. de Lege Aqvilia.*

§. 17. *Lex 12. tabb.* aliqvando (1) vocatur lex decemviralis: (2) aliqvando Jus civile, (3) interdum Jus antiqvum, leges antiqvæ. (4) nonnunqvam denotantur ſolo verbo duodecim.

De harum legum origine ac conſtitutione videatur, *l. 2.* §. *4. de Origin. jur. D. Struv. exerc. 1. th 63. Gothofr. man jur.*

§. 18. *Rogatur* lex, id eſt, fertur, Senatorio magiſtratu populum Romanum interrogante, *Velitis, jubeatis, Qvirites* §. *4. I. de j. n. g. & c. Derogatur* legi, cùm pars legi detrahitur, *l. 102. de V. S. Abrogatur*, cùm prorſus tollitur, *d. l. 102. Subrogatur*, çùm aliqvid legi adjicitur, *Ulp. in fragm. tit. 1.* §. *Lex aut rogatur. Obrogatur* legi, cum aliqvid mutatur in lege.

§. 19.

§. 19. *Mutare legem* non tantùm eſt alterare legem, & qvoad partes immutare, verùm etiam abrogare, tollere.

§. 20. Differentia omninò eſt *inter vincere legem* & *abrogare* legem. *Vincere legem* involvit autoritatem legis: ſic conſvetudo non vincit legem, *l.2.C. qvæ ſit long.conſvet.* id eſt, non eſt majoris autoritatis qvam lex, *vel* non habet majorem vim, qvàm ipſa lex. *Abrogare legem* eſt, effectus legis tollere. Abrogatio legis non eſt deſumenda ab autoritate majori, ſed à tempore, *l.ult.C. de conſtit. princ. Perez. in Cod. qvæ ſit long. conſ. n.*11.

LIS. §. 1. *Lis* ſignificat, (1) *Actionem*, ſive in rem illa ſit, ſive in perſonam, *l. 36. de V.S.* & ſive Civilis ea ſit, *d. l. 36. l. 4. de jud. l. 7* §. 1. *de Publ. in rem*, ſive criminalis, *l. 13. pr. C. de judic. l. f. Cod. ut intra cert. temp. criminal. l. 3. Cod. de his qvi arc. non poſſ.*

Qvanqvam & aliàs magna diſtantia ſit inter *litem* & *actionem*. *Actio* enim eſt jus rem controverſam, qvæ mihi debetur, judicio perſeqvendi. *Lis* verò eſt ipſa res controverſa, ſeu controverſia de certa aliqva re, atqve jus minimè appellari poteſt. Deinde *actio* eſt modus ſeu remedium lege conceſſum, qvo mediante illa controverſia ſeu lis in judicium introducitur inve eo proponitur vocaturqve nonnunqvam. Qverela, Germanicè eine Klage, Sic actio ob inofficioſum teſtamentum, dotem & donationem inſtituta, in jure Juſtin. nominatur Qverela, *Vid. D. & C. tit. de inoff. teſt. item tit. de inoff. tot. tit. de inoff. donat.* Similiter qvando officium judicis imploratur in his, qvorum nulla in jure Actio prodita eſt. *Qveri* dicitur, *l. 3. qvi ſui vel alien. l. 1. §. 1. & 2. de offic. præf. urb.* Et aliàs *Agere* ſæpe pro *Qveri* accipitur, uti patet ex Lexicographis. (2) Vocabulum *Lis* ſumitur pro re controverſa & in judicium deducta, *l. 47. De R.V. l. 8. De eo, qvod cert. loc. l. 13. pr. de jud. l. 86. & ſeq. de R.I.* Etiam Germanicum Sache / litem ſignificat & actionem, *Umm. diſp. 12. th. 1. Gœdd. ad l. 36. de V.S.* Notanter dixi; *Et in judicium deducta.* Qvoniam res controverſa, ſeu qvod idem eſt, controverſia circa rem ſit tum extra, qvàm in judicio. Poſtqvam verò eadem controverſia in judiciū introducta ſit, demū lis appellatur, *Marant. p. 5. l. ult.* Imò multi eò erroris devenerunt, ut opinentur controverſiam

inter

inter Actorē & Reum motam ante illius conteſtationem non poſſe vocari litem. Aſt illum errorem manifeſtat apertè, *l.73. §. ult. de judic.* Inſuper eundem patefacit & hæc ratio, qvòd ſi lis ante ſui ipſius conteſtationem non exiſteret, nullo modo poſſet conteſtari, qvoniam Non-Entis nulla ſunt accidentia. (3) Lis ſumitur pro judicio, *l.14.§.1.ff.de alien. mut. jud.l.* 13. *pr.& §.1.C. de judic.* Propriè tamen loqvendo *Lis & judicium* differunt. Nam hoc eſt inter tres perſonas, Judicem, Actorem & Reum, eandemqve judex decidendo demum tollit. (5) Sumitur pro Inſtantia, *Umm. diſp.12.num.1.per l.13. pr. & §.pen. ff.de judic.* Deinceps qvoqve hoc diſcrimen inter litem & Inſtantiam eſt, qvòd qvando appellatur, duæ ecfſiantur Inſtantiæ, una eademqve verò maneat lis, *Jac.Blum. proc. Cam. tit.25.n.48.& ſeqq.Gædd.ad l.36. n.3.de V.S.*

§. 2. Si reus *litem differre* vel declinare nullo modo poteſt, conſeqvens eſt, ut ad intentionem actoris reſpondeat, & litem debito modo conteſtatur.

Eſt autem *litis conteſtatio* actus judicialis fundamentalis, qvo per narrationem negotii principalis & petitionem in jure propoſitam, perqꝫ contradictionem objectam & reſponſionem ſecutam judex cauſam audire cœpit, *l.14.* § 1. *C. de judic. c.un.X. de lit. conteſt.l.un.C. eod.* Der Krieg Rechtens / item, die Kriegs-Befeſtigung.

§. 3. *Litis eventus dicitur dubius in l.51. de pecul.* qvòd verum eſt ratione probationis, *l.30. de teſt.tut.* qvia ſi actor ſuam cauſam, etiamſi juſta ſit, probare non poteſt, judex reum abſolvit: judex enim judicare debet ſecundùm acta & probata, (2) ratione ipſius judicis, qvia judex amore vel odio aliud judicare poteſt. Non verò eſt dubius ratione juris.

§. 4. *Res litigioſa* dicitur, ſuper qva lis inter aliqvos pendet, ſive mobilis ſit ſive immobilis, ſive corporalis ſive incorporalis, ut & nomen debitoris, ſeu chirographum ambiguum, *l.3.C.de litigioſ.*

§. 5. *Exceptio litigioſi* eſt, qvæ objicitur ei, qvi rem litigioſam, qvàm ab eo, cui de ea lis fuit cum altero, comparavit, perſeqvitur, *l.1.§.2.l.2 ff. de litigioſ.*

§. 7. *Pendere lis* dicitur inter aliqvos non tantùm, qvando lis eſt conteſtata, ſed ſimulatqve Reus ab Actore in jus vo-

vocatus eſt, addita & clarè expreſſa cauſa, ob qvam vocetur, *Clem. Ut lit pend. Vid. Mynſ. 4. O. n. 2.*

Vel, *Incipit lis pendere* per citationem Reo legitimè inſinuatam, modò iſta citatio ſic concepta ſit, ut Reus percipere qveat, ob qvam cauſam ab actore conveniatur, ſeu qvæ lis intendatur. *Gail. 1. Obſ. 74. num. 17.* Id eſt, Modò libellus citationi ſit inſertus vel adjunctus qvia anteqvam Actor libellum porrigat, Litis pendentia inducta non cenſeri debet, *Zanger. de except. p. 2. cap. 13. num. 10.* Ratio rationis eſt, qvoniam Reus antea adhuc inſcius, cujus rei controverſiam ipſi motum iri. Prædicta verò procedunt ſaltem qvoad Reum, nam *Actoris reſpectu* Lis pendere incipit, non qvidem à porrecta Supplicatione, *arg. l. 1. l. 2. C qvand. libell. princ. l. 1. C. ut lit. pend. Maſcard. de probat. concl. 988. n 2.* Sed qvam primum decreta citatio ad Actoris notitiam pervenerit, licèt nondum ſit expedita aut Reo inſinuata. *Menoch. de arb. jud. q. caſ. 202. n. 8. Jac. Blum. proc. Cam. tit. 25. n. 52. & ſeq.*

§. 8. Eſt & *qvaſi litis conteſtatio* in emergentibus ante litis conteſtationem, in qvibus licèt non expreſsè, qvaſi tamen lis per interrogationem & reſponſionem conteſtatur, & in judicio qvaſi contrahitur. Sic in caſibus ubi litis conteſtatio non eſt neceſſaria per actum proximum contradictorium, merita cauſæ concernentem, qvi eam alioqvi ſeqvi ſolet, lis pro qvaſi conteſtata habetur, *Rosbach. proc. civ. tit. 49. n. 17. Umm. diſp. 12. th. 6. n. 24.*

§. 9. *Litis conteſtatio* dividitur in *affirmativam* & *negativam*, diviſione inde ſumta, qvòd Actor ſua narrata eſſe vera affirmet, Reus autem è contra negat, *Jac. Blum. d. tr. tit 71. n. 6.*

§. 10. *Litis conteſtatio directa* eſt, qvando Reus ſimpliciter & directo intentionem Actoris negat; *Indirecta*, qvando Reus intentionem qvidem fatetur, ſed tamen illam per exceptionem elidere, atqve in eandem indirectò negat.

§. 11. *Generalis litis conteſtatio* eſt, qvando Reus in genere actionem, cujus formula eſt hæc: In Sachen &c. bin ich der Klage nicht geſtändig/bitt mich von derſelben mit Abtrag/ Koſten und Schaden zu erledigen. *Specialis eſt*, qvando Reus ſingulatim ad ſingula capita Actionis reſpondet. Qvod fit (1) ſi reus

reus reſpondeat ad articulos poſitionales, (2) Si reus ad qvævis puncta in libello Summario contenta ſingulatim reſpondeat, & in qvo factum aliter, qvam ab actore narratum, ſit comparatum in ſpecie oſtendat. Patet itaqve generalem litis conteſtationem ſemper ſpecialem præcedere.

§. 12. *Generalis* ſubdividitur in expreſſam verbis: *Animo litem conteſtandi. Tacita* eſt, qvæ absqve expreſſione iſtorum verborum fit per ſimplicem negationem.

§. 13. *Generalis litis conteſtatio* à parte Rei ſubdividitur qvoqve in *Eventualem* & *puram. Eventualis* eſt, ſi reus conteſtetur litem in eum eventum, ut ſi exceptiones litis ingreſſum impedientes ab ipſo objectæ à judice rejiciantur, qvòd tunc lis demum pro conteſtata habenda ſit. *Pura* eſt, qvando Reus ſimpliciter reſpondet negando narrata, prout narrantur, petitq; ab inſtituta actione ſe abſolvi. *Jac. Blum. d. tit. 71. num. 12.*

§. 14. *Cedere* dicitur Reus, qvando Actionem fatetur, & tunc inter actorem & reum ampliùs lis eſſe dici neqvit. *Contendere* verò dicitur, qvando Actionem diffitetur poſtulatoqve Actoris contradicit, & per hanc diffeſſionem atqve contradictionem demum lis, *id eſt*, controverſia inter Actorem & Reum oritur, dum qvod ille affirmet, iſtud hic neget, *Jac. Blum. d. t. 71. num.* 3.

LIBERATIO. §. 1. Differunt, *Liberatio & Solutio. Liberatio* refertur ad obligationem: *Solutio* ad pecuniam, eamvé rem qvæ ex obligatione debetur. *Liberamur* ab obligatione: *Solvimus* rem debitam *pr. Inſtit. de Obligat.* Ex *ſolutione* contingit *liberatio tit ff. de Solut. & lib.* Verbum *liberationis*, omnem tollendæ obligationis modum complectitur; *Solutionis* verò verbum illum tantùm modum, qvi fit naturali pecuniæ vel rei debitæ præſtatione, *l. 49. l. pen. l. 32. de ſolut. l. 15. §. 5. de pign. act. pr. tit. I. qvib. m. toll. obl.* à qvo differt ſatisfactio, *l. 9. §. 3. de pign. act. l. 6. §. 1. qvib. mod. pign. ſolv.*

At in Edicto Prætoris *de re judicata* promiſcuè *liberationis & ſolutionis* vocabulis utimur, *l. 54. de ſolut. l. 4. §. 7. de re jud. l. 17. de donat.* Qvò reſpicit etiam Paulus, dum ait.

Liberationis verbū eandem vim habet, qvam ſolutionis l. 47

ff. d.

ff. de V.S. §. *Si vir. l.8. ff. ſolut. matrim. l.f. de fund. dotal. l.9.* §. *ſed ſi ff. de uſufr. Gœdd. ad l.77. n.8. de V.S.*

LIBERI. §. 1. *Liberorum appellatione* continentur non tantùm, qvi ſunt in poteſtate, ſed omnes, qvi ſui juris ſunt: ſive virilis, ſive fœminini ſexus ſunt, exqve fœminino ſexu deſcendentes, *l.56. §.1. de V.S. Et ita latè uſurpatur Liberorum nomen in edicto de rebus autoritate judicis poſſidendis l.2. §3. qvi ſat. cog. l. pen. de pollicit. Strictè verò accipitur in tit. de Excuſ. tut.* (*ubi Liberorum appellatione non continentur nepotes ex filia pr. I. de excuſ. tut.*) *& in Edictis, Unde liberi: de conjungendis cum emancipato liberis ejus, ubi liberorum* voce ſignificantur ſui, vel qvi ſui futuri erant.

§. 2. *Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæteriq; qvi ex his deſcendunt, continentur*, hos enim omnes *Suorum* appellatione lex duodecim tabularum comprehendit; toties enim leges neceſſarium ducunt in cognatione ſingulorum nominibus uti, veluti *filii, nepotis, pronepotis*, cæterorumve qvi ex his deſcendunt. qvoties non omnibus qvi poſt eos ſunt, præſtitutum voluerint; ſed ſolis his ſuccurrunt qvos nominatim enumerent. At ubi non perſonis certis, non qvibusdam gradibus præſtatur, ſed omnibus qvi ex eodem genere orti ſunt, *liberorum* appellatione comprehenduntur, *l.220. pr. de V.S. vid. Tuſch lit. L. concl 337.*

§. 3. Sed & Papirius Fronto libro tertio reſponſorum ait, *prædio cum villico & contubernali ejus & filiis legato*, nepotes qvoqve ex filiis contineri: niſi voluntas teſtatoris aliter habeat. *Filii* enim appellatione ſæpe & nepotes accipi multifariam placere, *d.l.220. §.1. de V.S.*

§. 4. Divus qvoqve Marcus reſcripſit, non videri *ſine liberis* defunctum, *qvi nepotem ſuum hæredem* reliqvit, *d.l.220. §.2. de V.S.*

§. 5. Differunt *Sui & liberi*. Nomen *Suum* eſt legitimum. *l.7. pr. de bon. damn. Liberorum*, eſt naturale. *Sui* ſunt, qvi ſunt in patria poteſtate: Liberi etiam, qvi ſunt emancipati. Mater habet *liberos*, non habet *ſuos*: filium habet non filiumfamilias.

§. 6. *Liberorum* mentione ſimpliciter factâ *in legibus de juſtis* tantùm *liberis* intelligendum eſt. In *teſtamentis* verò

rò liberorum mentione habitâ, voluntatis qvandoqve admittitur qvæſtio, *l.17.§.4.de SC.Treb.*

§. 7. Non eſt *ſine liberis* cui vel unus filius unavé filia eſt: hæc enim enunciatio, *habet liberos*, *non habet liberos*, ſemper plurali numero profertur: ſicut & pugilares & condicilli, *l.1.§.8.de V. S.*

§. 8. Nam qvem *ſine liberis*, eſſe dicere non poſſumus, hunc neceſſe eſt dicamus liberos habere, *l. 149. de V. S. de SC. Treb. l.101. §. 1. de cond. & dem.*

§. 9. Qvi *mortui naſcuntur*, neqve nati, neqve procreati videntur, qvia nunqvam *liberi* appellari meruerunt, *l. 129. de V. S.*

§. 10. Dicitur qvis *ſine liberis decedere*, ſi liberi nati præmortui ſint, *l.ex facto.2.§.pen.ff.ad SC. Treb. Gail. 2. Obſervat. 1.36. num. 10.*

§. 15. *Liberorum* appellatio eſt generalis, qva comprehenduntur omnes in infinitum utriusqve ſexus, & utroqve ſexu deſcendentes: qviṗ inter deſcendentes allecti ſunt; ſive ſint ex legitimo toro nati, ſive illegitimo aut nullo, vel etiam damnato vel illicito coitu; aut per adoptionem aſſumti. Ideòqve pro re ſubjecta generalitas ejus eſt declaranda, *per l 56. §.1. de V.S. l.220. eod. l.4. ibi Dd. l.10. §. liberos ff. de in jus voc. l.4. §. 1. ff. de gradib. cognat. Gœdd. ad l.56.§.1.de V. S.n.6.*

§. 12. Liberorum ſex dantur ſpecies, Spirituales, naturales & legitimi ſimul, ſive ex juſtis nuptiis nati, aut poſtea legitimati, legitimi tantùm ſeu adoptivi, naturales tantùm, ſpurii ſive vulgò qvæſiti, & ex damnato coitu ſuſcepti. Gloſſ. ad c. tanta. 6. verb. repellendus. X. qvi filii ſunt legitimi, & in *c. liberi. 15. C.32. q. 4.*

LIBERTUS. LIBERTINUS. §.1. Olim erat diſtinctio inter *libertum & libertinum*, *Libertini* dicebantur, non ipſi qvi manumittebantur: ſed ingenui ex his procreati. *Libertus* dicebatur ſervus, qvi erat manumiſſus. Hodie tamen inter hæc nulla eſt differentia. Hoc tamen intereſt, qvia *Libertus* tunc dicitur, cùm vel de patrono vel jure patronatus agitur. *Libertinus* autem tunc dicitur, cùm ſtatum hominis ſignificare volumus ad differentiam ingenui vel ſervi, *Calvin. in* Lexico *jurisd. Bacchov. ad §.1.I. de ingenuis.*

X §. 2.

§. 2. *Libertini* ſunt, qvi ex juſta cauſa ſervitute manumiſſi, *l.6.de ſtat.hom.pr.Inſt.de libertin.*

§. 3. *Libertinorum fuit varia conditio*: alii enim *dedititii*, alii *Latini*, alii *cives Romani* dicebantur, *t.t.Inſt. de Libertin.* qvam differentiam Juſtinianus ſuſtulit, volens omnes libertinos inter cives Romanos connumerari, *t.t.Cod. de dedit. lib.toll.t.t.Cod.de Latin.lib.toll.* & tandem omnem libertinitatem ſuſtulit *Novell.78.* omnesqve manumiſſos reſtituit natalibus, & ita, ſalvò ſaltem patronatus jure, exæqvavit libertos ingenuis, *Bacchov.ad Weſ.de ſtat.hom.n.4.*

§. 4. *Libertus Orcinus* fit ſervus proprius, qvando teſtamento tutor datur, non appoſitâ licèt expreſsè libertate, *l.22.§.ult. de teſt.tut.*

§. 5. *Avitus, paternus libertus* rectè dicitur meus libertus, *l.58.§.1.de V.S.* ex ratione *l.7.pr.de bon.damn.l.11.de lib.& poſth.§.2.& 3. I.de har.qva ab int.Via.l.9.de divort.l.70. de V.S.l.4.§.1.de in jus voc.*

§. 6. Filii mei *libertus* meus *libertus* non eſt, *l.58.§.1. de V.S.*

§. 7. *Libertus* liberti mei non eſt meus libertus, *l.150. de V.S. vid.l.16.§.1. de alleg.l.38.§.1.de leg.3.*

§. 8. *Adſignari libertus* dicitur, qvi à patre alicui ex liberis qvaſi peculiaris ac proprius attribuitur, ut poſt mortem patris is ſolus filius patronus ei ſit, & *aſſignare* nihil aliud eſt, qvàm jus patronatus, ad plures pertinens, uni propriè àc peculiariter attribuere, in eumqve ſolùm contrahere, *l.107. de V.S.*

§. 9. Liberti appellatione etiam *libertam* contineri placuit, *l.172. de V.S.*

§. 10. Scævola reſpondit: ſemper acceptum eſt, *ut libertorum appellatione* etiam hi contineri intelligantur, qvi eodem teſtamento vel poſteriore loco manumitterentur, niſi ſi manifeſtè is à qvo peterentur, contra defuncti voluntatem doceret peti. *l.243.de V.S.*

LECTOR. §. 1. *Lectores Camerales* ſunt, qvi præcipuè in Camera Imperiali omnia acta, & producta colligant, & ſibi invicem ea in re mutuam & fidelem operam præſtant, & in

com-

compilendis actis Protonotariis & Notariis adjumento ſunt, *Ord.Cam.p.1.tit.30. Roding.pand.Cam.libr.4.tit.9.*

LOCUS. §. 1. *Locus* eſt, non fundus, ſed portio aliqva fundi. Fundus autem integrum aliqvid eſt, & plerumqve ſine villa locum accipimus. Cæterùm adeò opinio noſtra & conſtitutio locum à fundo ſeparat, ut & modicus locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo eum habuimus: non etiam magnitudo locum à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio, & qvælibet portio fundi poterit fundus dici, ſi jam hoc conſtituerimus. Necnon & fundus locus conſtitui poteſt. Nam ſi cum alii adjunxerimus fundo, locus fundi efficitur, *l.60.pr.de V.S.*

§. 2. *Loci* appellationem non ſolùm ad *ruſtica*, verùm ad *urbana* qvoqve prædia pertinere, Labeo ſcribit, *dict. leg. 60. §.1.*

§. 3. Sed fundus qvidem ſuos habet fines: locus verò latere poteſt, qvatenus determinetur & definiatur, *dict. l.60. §. 2.*

LEGATUM. §. 1. *Legatum* eſt donatio qvædam, à defuncto ſverbis civilibus ſeu directis relicta, ab hærede præſtanda, *§.1.J. de legat. l.36. de leg. 2. Vel*: Legatum eſt delibatio hæreditatis, qvâ teſtator ex eo, qvod univerſum hæredis foret; alicui qvid collatum velit, *l.116. pr. de leg.1.*

§. 2. Aliqvando genere legato vel etiam pluribus ſpeciebus nominatis, expreſsè *optio ſeu electio conceditur*, & tunc dicitur legatum optionis, *vid.t.t.ff. de opt. vel elect.leg.*

§. 3. *Legata caduca* dicuntur in genere ea legata, qvæ deficiunt, *vid. l.un.C.de cad.toll.*

§. 4. *In generali repetitione legatorum* etiam datæ libertates continentur ex mente legis duodecim tabularum, *l.80. de V.S.*

§. 5. *Legandi* verbum generaliter continet omnem diſpoſitionem teſtamentariam, ut inſtitutiones hæredum, libertatis & tutoris dationes. Verba Pomponii ſunt, *Verbis legis duodecim tabularum*, Uti legaſſit ſuæ rei ita jus eſto, *latiſſima poteſtas tributa videtur & hæredis inſtituendi, & legata & libertates dandi, tutelas qvoqve conſtituendi. Sed*

id interpretationis coanguſtum eſt vel legum, vel auctoritate jure conſtituentium. l. 120. de V. S. Hodie coanguſtum eſt, ita ut ad ſingulares donationes poſt mortem præſtandas, referatur, *Gædd. ad l. 120.*

§. 6. Vox legati ſumitur ferè qvadrupliciter (1) *Latiſſimè* pro qvalibet facultate diſponendi per ultimam voluntatem, *l. 120. de V. S. pr. Inſt. de leg. Falc.* (2) Pro actu liberalitatis, qvo in teſtamento directis verbis res particularis relinqvitur, *§. 1. I. legat.* (3) pro re ipſa, qvæ ſic legatur, *l. 19. de leg. 1.* (4) pro titulo transferendi dominii particularis *t. t. ff. pro legat. Hahn. ad Weſ. de leg. 1. n. 1.*

LINEA. §. 1. *Linea* eſt ſeries perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, gradus continens, & numeros diſtingvens.

§. 2. Eſtqve vel Recta, vel Transverſa, ſeu lateralis. Illa eſt, qvæ continet perſonas, qvæ parentum & liberorum nomine veniunt. Qvæ rurſus vel ſuperior, in qva ſunt parentes; vel inferior, in qva liberi.

§. 3. Hæc eorum eſt, qvi ex latere veniunt, h. e. à qvibus nec nos originem trahimus, nec illi à nobis, nobiſcum tamen ab uno communi ſtipite deſcendunt.

§. 4. Eſtqve vel Æqvalis, vel Inæqvalis. Æqvalis eſt, in qva latera coëunt, qvæ ſcilicet eorum eſt, qvi pari gradu diſtant à communi ſtipite. Inæqvalis, cum alter eſt remotior, alter propinqvior.

LITTUS. §. 1. *Littus* eſt, qvousqve maximus fluctus à mari pervenit, *l. 96. de V. S. §. 3. J. de R. D.*

Littus itaqve non infinitum cenſeri debet, qvatenus unqvam aqva maris pervenit: ſed qvatenus & qvousqve conſvetus maris fluctus maximè hyberno tempore excurrere ſolet, *Capoll. de ſervitut. ruſticorum. præd. c. 17. Gædd. ad l. 96. n. 3. ff. de V. S.*

§. 2. *Littus Publicum* eſt eatenus, qva maximè fluctus exæſtuat, *l. 112. de V. S.*

LACUS. §. 1. *Littus Publicum* eſt eatenus qva maximè fluctus exæſtuat. Idemqve juris eſt in *lacu*, niſi is totus privatus eſt, *l. 112. de V. S. Nam & lacus qvidam ſunt privati, l. 69. de contr. emt. l. 1. §. 2. Ne in flum. publ. l. 13. §. f. de injur.*

§. 2.

§. 2. *Lacus* eſt, qvi *citra fluxus* rigorem perpetuam habet aqvam, *l. un.* §. 3. *Ut in flum. publ.* Ein See. Unde vinarium vas, qvod uvarum liqvorem è torculari profluentem recipit, per metaphoram dicitur lacus, *in l. 27.* §. *f. ad* L. *Aqvil. Gœdd. ad l. 112. n. 2. de V. S.*

LENOCINIUM. §. 1. Concubitus illicitos ſui qvæſtus cauſa procurantes *lenocinium* committunt, *Vid. N. 14. Ord. Crim. art. 122. Dn. Carpz. q. 2 qv. 71.* Et *Lenocinium facere* dicuntur, qvi qvæſtuaria mancipia vel uxores habent, vel liberos qvæſtuarios. Exercetur illud vel *principaliter*, ſi qvis id profiteatur, vel *acceſſoriè* per occaſionem alterius negotiationis, ut cauponæ, ſtabuli, balnei, *l. 4.* §. *3. de his qvi not. l. 34.* §. *9. de rit. nupt. D. Hahn. ad Weſenbec. tit. his qvi not. inf. num. 5.*

LOCUPLES. §. 1. *Locuples* eſt, qvi ſatis idoneè habet pro magnitudine rei, qvam actor reſtituendam eſſe petit, *l. 234.* §. 1. *de V. S.* Etſi vocis compoſitione inſpecta locuples ille ſit, qvi locis, hoc eſt prædiis poſſeſſionibusqve dives eſt, pro re tamen ſubjecta ſumitur & pro pecunioſo, & qvi ſolvendo eſt, *l. 75. de man. teſt. l. 2. qv. ſat. cog.* vel idoneum fidejuſſorem habere poſſit *l. 95. de R. J.* Et in JuſtinianeaConſtitutione, qvæ eſt de libertis, *locupletes liberti* perhibentur, qvi centum aureos in bonis habent, §. 3. *Inſtitut. de ſucc. lib.* At Lege Julia & Papia, qvi centum millia ſeſtertiorum poſſediſſent, § *2. l. eod.*

LATROCINIUM. §. 1. *Latrocinium* eſt homicidium lucri & ſpolii cauſa commiſſum, *Vid. Ord. Crim. art. 130. Vid. Carpz. pr. crim. p. 2. qv. 22. n. 1. n. 18* Et differt à *rapina*. Latronum enim proprium eſt, homines occidere. Illi verò qvi in via publica furantur ſine interfectione, propriè dicuntur Graſſatores ſive Robbatores, *Carpz. d. qvaſt. 22. num. 2. & ſeqq.*

LAUDUM. §. 1. Laudum eſt ſententia arbitrorum ſuper eo, ad qvod de conſenſu partium pronunciandum fuerunt electi. Ein Urtheil des willkührlichen Richters.

§. 2. *Laudum homologatum* appellatur illa ſententia arbitri compromiſſarii, cui partes aut ſubſcripſerunt, aut intra X. dies non contradixerunt, *add. l. 4.* §. *f. C. de rec. arb. Tuſch. lit L. concl. 25.*

Dividitur etiam in definitivum & interlocutorium. *Bocer. cl.3. diſp. 24. th.55.*

LEGITIMA. §. 1. *Legitimum* in jure noſtro non uno modo dicitur. Nam (1) aliqvando capitur pro eo, qvod eſt, *ex l.12. tabb.* ut legitima agnatorum, parentum & patronum tutela, de qva agitur *Inſt. lib.1. tit.15. & ſeqq.* & legitima agnatorum ſucceſſio, *Inſt. in pr. de leg. agn. ſucc.* (2) Qvandoqve opponitur ei, qvod à voluntate & electione teſtatoris provenit, *ut in l.13. l.17. §. hares. l.22. l.39. de acq. her.* (3) Sumitur etiam abuſivè pro eo, qvod ex teſtamento deſcendit, *ut fit in l. 130. de V. S.* (4) Attamen aliqvando reſtringitur ad qvotam ſucceſſionis cognatorum lege ſtatutam. Qvomodo dupliciter iterum poteſt accipi, (1) *impropriè* pro jure ſuccedendi, *arg. l.7. ibi. Velut ad debitum ff. de bon. damn. junct. l.11. De lib. & poſthum.* (2) *propriè* pro determinata qvota ſucceſſionis, *Auth. Noviſſima. C. de inoff. teſt. junct. l.6. C. eod. & l. Papinianus. §.8. & 9. ff. eod.*

§. 2. *Legitima eſt portio* lege determinata, liberis, parentibus, & caſu inſtitutæ turpis perſonæ fratribus ac ſororibus germanis conſangvineisqve ex ſubſtantia defuncti debita titulo inſtitutionis, *per d. l. 6. §.30. & Auth. C. de inoff. teſtam.*

§. 3. Legitima alias (1) vocatur qvarta pars, *l.36. §.1. Cod. de inoff. teſt.* nempe reſpectu habito ad jus vetus. (2) qvarta debitæ portionis, *d. l. Papinianus. §.8. ff. eod.* (3) legitima portio, *l.30. pr. d. t.* (4) debitum bonorum ſubſidium, *l. ſi totas. C. de inoff. don.* (5) debitum de jure naturali, *N.18. c.1.* ſcilicet ut materialiter conſideratur legitima, (6) Falcidia, *l.31. C. de inoff. teſt.* licet negari non poſſit eam minus propriè ſic appellari. Germanicè dicitur Pflicht-Theil / Beſcheidentheil / Nothgebührniß.

LEGITIMATIO. §. 1. *Legitimatio* eſt actus, per qvem liberi *naturales* fiunt legitimi. *Vid. §. f. Inſt. de Nupt. N.18. c. ult. N.78. c.4. N.74. N.89. c.6.*

§. 2. *Legitimatio per ſubſeqvens matrimonium* eſt, qvando pater mulierem, qvam in concubinatu habuit, & ex qva filios naturale, ſuſcepit, in uxorem ducit, ac filii hi admittunt ſe transferi in familiam & poteſtatem patris, *§. f. I. de nupt. l. 6. C. de nat. lib. n.89. c.8. & 11.*

§. 3.

§. 3. *Legitimatio per Reſcriptum principis* vocatur, qvando Imperator, ſupplici libello à parentibus, non diſſentientibus liberis, (*vel mortuo parente à liberis*) rogatus, liberos naturales (*ut & hodie ſpurios*) jubet eſſe legitimos, *Auth. Præterea. Cod. de Natur. lib. n. 89. c. 2.*

§. 4. *Legitimatio per oblationem curiæ*, Dicitur qvando pater filios ſuos naturales curiæ offert, aut filias curialibus copulat, *Vid. §. f. Inſt. de nupt. l. 3. C de nat. lib. n. 89. c. 2.*

§. 5. In materia *legitimationis* diligentèr obſervanda eſt *differentia inter veram legitimationem, & diſpenſationem.* Vera legitimatio eſt, qvando legitimatus natalibus & ingenuitati plenè reſtituitur, ita ut omnis macula tollatur, perinde ac ſi de legitimo matrimonio natus eſſet, qvando qvis ad omnes, tam juris communis, qvàm municipalis effectus pleniſſimè reſtituitur. Sed *diſpenſatio* eſt, qvando tollitur tantùm defectus natalium qvoad qvid vel in certo caſu: veluti ſi qvis legitimatur qvoad honores, vel dignitates, vel ad ſucceſſionis, non obſtante defectu natalium, & tunc in caſu diſpenſationis pro vero legitimo habetur: ſed extra illum caſum non-ſit extenſio, qvia diſpenſatio eſt ſtricti juris, *Gail. 2. O. 142. n. 17.*

§. 6. Legitimare ſe ad acta vel ad cauſam qvid ſit, *Vid. ſub voc. Procuratorium.*

LEUTERATIO. OBLEUTERATIO. §. 1. *Leuterationis* remedium nonnullis in locis eſt uſitatum, Die Leuterung und Ober-Leuterung/ qvo novus proceſſus introducitur, & poſt finitam primam & ſecundam appellationis inſtantiam, nova incipit inſtantia, & ita ex duabus 4. inſtantiæ fiunt. In Saxonia ſuccedit in locum appellationis *Parth. litig. l. 20. 13. n. 32.* Eſtqve Leuteratio modus reformandæ ſententiæ iniqvæ extraordinarius, *Umm. diſp. 19. num. 55. th. 12.* *Wehn. Obſ. pract. voc.* Leuterung.

Obleuteratio, die Ober-Leuterung/ eſt declarationis declaratio, ſeu reviſionis reviſio, *Coler. de proc. exec. p. 1. c. n. 24.*

LIBERTAS. §. 1. *Libertas* ſumitur vel *materialiter*, & magis facti eſt qvàm juris, atqve hac acceptione omnes homines naturâ liberi dicuntur, *pr. I. de libert.* Vel *formaliter* pro aliqva conditione civili contradiſtincta ſervituti, qvo ſenſu magis eſt juris qvàm facti, & à jure gentium introducta, *d. pr.*

circ. fin. Conf. Grot. l. 2. de Jur. B. & P. c. 12. §. 11. D. Struv. exerc. 3. theſ. 8.

§. 2. *Libertas (formaliter ſumta)* eſt conditio hominum civilis, qvodlibet juri congruum in ſocietate civili faciendi & peragendi. Vel ut deſcribit Florentinus: *Libertas eſt naturalis facultas ejus, qvod cuiqve facere libet, niſi qvid vi aut jure prohibetur, l. 4. pr. de ſtat. hom. §. 1. Inſt. de I. P.* Et *liberi* ſunt, qvi ea conditione aut facultate fruuntur, *D. Struv. d. l. th. IX.*

§. 3 Verbis precariis relinqvitur *libertas fideicommiſſa ſ. fideicommiſſaria* in teſtamento aut codicillis, etiam non confirmatis, & ab inteſtato, *l. 47. de fid. lib.* Et hic manumiſſus ejus eſt libertus, à qvo manumiſſus eſt, eiqve jura Patronatûs debet, *l. 7. C. d. t.*

LIBELLUS. §. 1. *Libellus* eſt formula ſcripti complectens actionem, futuræ litis ſpeciem in judicio, *l. 1. C de edend. Vel* Nihil aliud eſt, qvam commoda verborum conceptio, futuræ litis ſpecimen exhibens. *Umm. diſp. 6 th 8. n 38.*

§ 2. *Libellus* alius eſt *ſimplex*, qvi qvaſi continua oratione ipſam actionem abſolvit, *Vid. Oldend. de form. libell.* alius *articulatus*, in qvo merita cauſæ per articulos proponuntur. Alius *conventionalis*, alius *reconventionalis*. Alius *principalis* ſeu primæ inſtantiæ, alius appellatorius, ſupplicatorius, qvi in ſecunda inſtantia proponitur, *D. Hahn. ad* Weſenbec. *de edend. num 3.* Alius ſcriptus, alius non ſcriptus. Alius civilis, alius criminalis. *Umm. diſp. 6. theſ. 8. Resbach. proceſſ. tit. 33.*

§. 3. *Libellus Summarius* eſt, qvi actionem ſeu merita cauſæ ſummatim, id eſt, *breviter & omnibus qvaſi ſimul comprehenſis*, continet. Dividitur in libellum Summarium ſtrictè dictum, & punctatum, *arg. Rec. Imper. Ann. 1654.* §. Dieſem nechſt. 54.

§. 4. *Summarius ſtrictè dictus* vocatur, qvi qvaſi continua oratione actionem abſolvit. Unde non immeritò libellum continuum ipſum dixeris, *Add. Umm. diſp. 6. num. 40.* Libellus *punctatus* eſt, in qvo actio per certa puncta diſtinctim proponitur, nim. hiſce verbis: Zum Erſten/ Zum Andern/ Zum Dritten ꝛc. ſimilibusqve verbis æqvipollentibus, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 68. n. 21. & ſeq.*

§. 5.

§. 5. *Reſpondere libello* duplici modo accipitur. (1) Latè, qvatenus tam reſponſiones ad articulatum libellum, ſeu ad articulos, qvàm defenſionales articulos aut exceptiones peremtorias complectitur. *Rec. Imp. 1654.* §. Wann nun. *45. Verb.* Auff des Klägers Libell oder Klage excipiendo und mit ſeiner Gegen-Handlung verfahren. (2) Strictè qvatenus excluſis defenſionalibus, *ſeu peremtoriis exceptionibus*, ſolas Reſponſiones complectitur. *Rec. Imp. Ann. 1654.* §. Im Fall. *46.* ubi verba Antwort und Gegen-Handlung (*id eſt*, *reſponſio & defenſionales*) ſibi invicem opponuntur. *Vid. Verb. Reſpondere.* Hodie priori modo ſumitur Camera, *Jac. Blum. proceſſ. Cam. tit. 69. num. 51. & ſeq.*

§. 6. Hæc reſponſio fit dupliciter. (1) Negando narrata libelli Actoris. Rec. Imp. Ann. 1654. §. Das jenige / was der Kläger Klagweiſe fürgebracht ꝛc. vom Beklagten in ſeinen Exceptionibus und Hauptſächlicher Gegen-Handlung nicht geſtanden / ſondern negirt worden. (2) Confitendo dicta narrata, idq; vel ſimpliciter, vel cum additamento prior confeſſio ſolet vocari *ſimplex*; poſterior qvalificata. *Vid. Voc. Confeſſio.*

§ 7. *Libellus* non eſt neceſſarius, qvotiescunqve aliqvid *nobili officio judicis* expeditur. *Umm. diſp. 23. n. 19. & Gail. 1. Obſerv. 146. num. 4. & 5.* In hiſce verò cauſis, in qvibus libellus opus non eſt, intentio Actoris judici proponenda vocatur *Summaria petitio*, ac Libello opponitur, *Gail. 1. Obſ. 49. num. 5. & O. 1. 6. num. 4. & 5.* Hæc petitio ut plurimum citationi inſeritur, atqve narrata citationis in primo termino non loco libelli, ſed loco ſummariæ petitionis repetuntur, *Gail d. Obſervat. 46. num. 5.* Neqve lis ſuper eodem conteſtatur. *Gail. 1. Obſ. 12. num. 2.*

§. 8. *Libellus regulariter ineptus* dicitur, qvando ex eo non concluditur jus agendi, ſeu qvando ex eo conſtat Actori actionem non competere, ſive nata fuerit & extincta, ſive nunqvam nata fuerit, ſed naſci ſperatur, ut qvando obligatio eſt conditionalis, *Gail. 1. O. 66. n. 14.*

§. 9. Libells-weiſe / Patents-weiſe. Circa ſigilli Cæſarei impreſſionem notandum, cum citationes (*idem obtinet in reliqvis Proceſſibus*) in Camera duplici modo ingroſſentur, nim. uno qvòd per explicatum & patens bifolium ſcribantur,

qvòd vocant Patents-weiſe Schreiben. Et tunc d. Sigillum dorſo citationis imprimi aſſolet. Altero, qvod in folio exarentur, & d. Sigillum calci citationis apponitur. Hoc nominant Libells-weiſe Schreiben / idqve fit, ſi Narrata citationis adeò prolixa ſint, ut in una pagina extenſi bifolii ſcribi neqveant, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 65. n. 32.*

§. 10. *Libellum emendare, corrigere* eſt, mendum & errorem tollere accidentalem, ut qvando obſcurus fuit libellus, generalis, incertus, *l. 46. de re jud. l. 66. de judic.* (Klage verbeſſern.)

§. 11. *Libellum mutare* eſt, veteri actione relictâ novam intentare, ſeu mutare eſſentialia, *hoc eſt*, rem petitam, cauſamvé petendi originalem, *D. Hahn. ad Weſ. ff. tit. de edend. n. 8. Jac. Ayrer. proc. p. 1. c. 9. obſ. 10. n. 3.*

§. 12. *Libellus* pro tabulis fideicommiſſariis accipitur, *in l. 1. p. ff. de tabb. exhib. l. 21. C. de fideic.* (2) appellatur ſcheda, qvam vulgò ſupplicationem dicimus, *t. t. C. qvand. lib. princ. dat. l. 35. de in jus voc. l. 2. §. 14. de rec. arbitr. l. 19. §. 9. locat. l. 3. de alim. leg.* (3) dicitur libellus, qvi à litigantibus recuſandi judicis cauſa exhibetur, *l. 16. C. de judic.* (4) accipitur pro epiſtola aſſertoria qvam vulgò credentiam vel certificationem vocant: cùm ſuperior magiſtratus pro ſubdito vel pro alio fidem facit, *l. 4. §. de reb. ff. de publ. & vectig.* (5) Libellus vocatur appellatorius, qvi appellationis cauſâ à ligatoribus proponitur, *l. 1. §. ult. ff. de appell.* (6) Apoſtoli ſeu dimiſſoriæ literæ nominantur qvoqve libelli, *in tit. de libb. dimiſſ.* (7) Dicitur oratio conſultatoria ab Imperatore Senatui propoſita. *l. 20. § 16. de petit. her.* (8) Dicitur Libellus repudii, qvem maritus uxori, vel contra marito uxor mittit repudii cauſa, *l. 7. de divort.* (9) Vocatur Scheda, qvæ in foro aut valvis Eccleſiarum proponitur, *l. 43. §. 8. V. Solent pleriq; ff. de furt.* (10) Significat ſcripturam, qvam actor reo exhibet, continens intentionem actoris adverſus reum, *Nov. 53. c. 3. §. Sancimus, l. 1. §. 1. ff. de edend.* (11) deſignat ſcripturam, qvâ alicui dolosè famoſum aliqvod crimen objicitur & imputatur, *t. t. ff. & Cod. de famoſ. libell.* vulgò nominatur paſqvillus.

LUCRUM. §. 1. *Lucrum* intelligitur illud eſſe, qvod omni-

omnibus impenſis, & damno deducto ſupereſt, *l. 30. pro ſoc.*

§. 2. Aliud eſt *damnum emergens*, aliud verò *lucrum ceſſans*. *Damnum emergens* dicitur, qvoties de vitando damno: *lucrum autem ceſſans*, qvando de lucro captando qvis certat, ut puta, ſi mercatori pecunia negotiationi expoſita, ſtatuto tempore non ſolvatur, & ſic lucrum, qvod ex pecunia mutuata augeri poterat, ceſſat ob moram debitoris, *l. f. §. Si qvis in fin. C. de codic. l. 2. C. de uſur. l. cum qvidam. §. pupillo. ff. eod. Vid. Gail. 2. O. 6. n. 1.*

§. 3. *Lucrum adventitium* dicitur, qvando patrimonio noſtro aliqvid accedit, ſine ullo noſtro labore, aut onere, *D. Eichel. in comm. ad R. J. cap. 2.*

LICERE. §. 1. (1) Interdum *licere* dicitur id, qvod rectū ex omni parte piumq; eſt, etiamſi forte aliud qvid fieri poſſit laudabilius. (2) Alias licere aliqvid dicitur, non qvod ſalva pietate & officiorum regulis fieri poteſt, ſed qvod apud homines pœnæ non ſubjacet: ſic apud populos multos ſcortari licet; apud Lacedæmonios & Ægyptios etiam furari licebat. Eſt autem hæc vocis licere ſignificatio minùs propria, *Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. n. 2.*

LOCATIO. CONDUCTIO. §. 1. *Locatio Conductio* eſt contractus de præſtando certo uſu rei, aut præſtandâ operâ pro certa mercede, *l. 14. l. 22. §. 1. 2. Locat. cond. pr. J. eod.*

§. 2. *Locator* in locatione rerum dicitur, qvi uſum rei pro mercede præſtat, *v. g. dominus ædium*. *Conductor* verò qvi uſum conceſſum percipit, & mercedem ſolvit: *v. g. ædes inhabitans*. *In locatione operæ* locator dicitur, qvi operas: *conductor*, cui operæ præſtantur. Qvando autem per operas producitur opus, is, qvi eſt locator operarum, *l. 11. §. pen. l. 13. §. 1. 2. de loc. cond.* ratione illius operis faciendi eſt conductor operis, qvod ſcil. ipſi concedatur illud faciendum, ſeu qvod ſuſceperit faciendum, *§. pen. J. de Locat. l. 21. §. 2. l. 11. §. 3. l. 13. §. 1. ff. eod.* & qvi eſt conductor operarum, eſt locator operis, qvod ſibi faciendum, alteri elocavit. *Ita faber eſt conductor domus ædificandæ, & locator ſuarum operarum, Dominus eſt locator domûs extruendæ, & conductor operarum fabrilium, l. 22. §. 2. eod. D. Struv. exerc. 24. th. 3.*

§. 3.

§. 3. *Bona Locata*, Laß-Güter/ ea vocantur, qvæ qvis ad certum tempus pro certa mercede ſolvenda conduxit, ut illis utatur, fruatur, *Vid. Berlich. p. 2. concluſ. 48. Carpz. Ov. p. 2. Conſt. 40. def. 1. n. 1.*

§. 4. *Locatio* accipitur (1) *impropriè*, pro qvovis rei conceſſione ad uſum. Ita mutuo locatio fit, *arg. Nov. 160. præf. & c. 1.* atqve contractum libellarium, cenſiticum, emphyteuſin comprehendit, *arg. §. 3. I. de Locat. l. 1. l. 21. Cod. eod.* (2) *Propriè* eſt ſolius uſus pro certa pecuniaria mercede conceſſio. Ita differunt planè mutuum, & locatio, *l. 1. locat. Hahn. ad Weſ. ff. d. t. n. 3.*

LIQVIDUM. §. 1. *Liqvidum* vocatur, qvod eſt certum, cujus ſpecies vel qvantitas, qvæ in obligatione verſatur aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione, qvæ nominis vice fungitur, qvalis qvantaqve ſit poteſt oſtendi, vel de qvo apparet, qvid qvale qvantumve ſit. *l. 6. de reb. cred. l. 75. de V. O. Vel* Debitum liqvidum faciunt juxta *Mindan. 8. de proc. 59. num. 2.* certi contrahentes, (2) certa debiti qvantitas, (3) certa cauſa, & (4) deniqve certa fides ſeu probatio, *Umm. diſputat. 23. th. 2. num. 12.*

LOCA PUBLICA. §. 1. *Loca publica* ſunt, qvorum proprietas ad populum ſpectat, uſus omnibus patet, *l. 1. pr. §. qvæ ſunt alicujus aut publica ſunt. ff de interd. junct. l. 1. ff de loc. & itin. publ. l. 2. l. 11. Ne qvid in loc. publ.* ut ſunt areæ, inſulæ, agri & viæ publicæ, *l. 1. §. 3. 4. Ne qvid in loc. publ.*

LEGATIO. §. 1. (1) Romanis uſurpata vox legati fuit, ut magiſtratum denotaret, qvi abſente Imperatore vel aliis occupato, præſtabat officium Imperatoris ac ſuſtinebat univerſam belli molem, id qvod liqvido probat *Roſin. X. Antiqv. c. 7. in pr.* (2) Pro eo accipitur, qvi legationem impetravit à Senatu ad negotium non publica, ſed ex ſua & propria utilitate felicius conficiendum, *vid. Lipſ. in comment. ad libr. 12. Ann. Tac. Schonborn. l. 3. polit. c. 27.* Explicuit de cætero hanc legationis ſpeciem Ulpianus, *l. reip. ff. Ex qvib. cauſ. maj. l. qvi libera ff. de legation* (3) Legatus ex uſu Rom. dictus olim fuit, qvi ad turbas militares & ſeditioſas cives à Rep. mittebatur, *cit. Phil. 11. Verb. Ergo nunqvam legatos &c. Tac. l. 1. annal.* (4) Communis apud Romanos & receptiſſima conſvetudo fuit, ut legati dice-

dicerentur Vicarii Proconſulum & Proprætorum,qvos in provinciam euntibus adjungebat Senatus Romanus, non aliam ob cauſam,qvam ad publicorum negotiorum molem communibus viribus ſuſtinendam, *l. ff. de offic. proconſ. & legat. Joan. Roſin. antiq. cap. 44.* (5) a Romanis titulo legatorum honoratos, qvi nomine alicujus municipii vel provinciæ ad Imperatorem erant cum mandato publicè miſſi teſtatum faciunt leges, qvæ ſub Rubrica de Leg. & Leg. tam in Digeſtis qvàm Codice inveniuntur.

§. 2. *Legati à latere ſ. laterales* vocantur, qvi de collegio Patrum purpuratorum ſeu Cardinalium deſumuntur, ſic dicti,qvaſi de latere S. Pont. miſſi ſint: qvemadmodum & circa latus Principis agere dicuntur,qvi in ejus ſunt comitatu, *c. 1. c. 3. c. 8. de offic. legat. l. 30. D. de excuſ.*

§. 3. *Legati conſtituti*, dicuntur illi, qvi ex numero inferioris Cleri accipiuntur, & aliter *Legati miſſi* dicuntur, non qvaſi priores non mittantur, vel ultrò ſeſe ingerant, ſed qvòd minùs ſolenniter mittantur, id eſt non ex Collegio Cardinalium, qvos Pont. Fratres appellat *c. 1. de offic. leg. in 6.*

§. 4. *Legati nati* ſunt, qvorum dignitati Eccleſiaſticæ munus Legationis annexum eſt; ſic dicti, qvaſi cùm eliguntur ad dignitatem, una etiam veluti naſcantur Legati, qvalis eſt Archiepiſc. Piſanus in Italia; Remenſis in Gallia, Salisburgenſis in Germania,Cantuarienſis & Eboracenſis in Anglia, *Valer. Andr. Deſſel. erot. jur. can. l. 1. tit. 30. Tuſch. lit. L. concl. 157.*

LAUDEMIUM. §. 1. *Laudemium* ſive laudimium, item,Laudativum,laudatitium,German. Lehenwahr. *Wehner. pr. obſ. Verb.* Handlohn dicitur præmium illud, qvod datur pro laudatione & approbatione novi emphyteutæ. Solvitur hoc domino directo,qvando in alium transfertur emphyteuſis, à novo poſſeſſore,honorarii loco pro nova inveſtitura, & receptione novi Emphyteutæ, veluti in recompenſationem ejus damni, qvod Dominus ex immutatione perſonæ ſentire poſſet, *l. ult. Cod. de jur. Emph. ubi Johann. Sichard. num. 38. Dom. Card. Tuſch. lit. L. concluſ. 15. Carpzov. p. 2. concl. 39. def. 11. n. 1. & ſeq.*

§. 2. Eſt verò *Laudemium* pars pretii vel æſtimationis rei

ex

ex alienatione certorum bonorum domino directo pro ſubſcriptione, inveſtiturâ ſeu receptione in poſſeſſionem à novo acqvirente perſolvendam, ad hoc ut is domino obligetur, & dominium in illius perſonâ recognoſcat. *Franz. tr. de Laud. cap. 2. num. 1.*

§. 3. Dividitur in *Civile*, qvod ex alienatione bonorum Emphyteuticariorum; & *Conſvetudinarium*, qvod ex aliis bonis, feudalibus, Cenſualibus & ſimilibus ſolvitur. *Id. de tr. cap. 3.*

LIBERUM. §. 1 *Tò liberum* tripliciter ad minimum dici poteſt. (1) Aut enim ita vocatur, qvicqvid alteri qvocunqve modo non eſt ſubjectum, qvemadmodum *liberas perſonas* dicit *Ulpian. in l. 11. pr. de interd. & releg.* & liber populus deſcribitur *in l. 7. §. 1. de capt. & poſtl.* qvin prætèrea qvis *liber* aliqvando eſt, *à miſeria, culpa vel pœna*, qvibus alii poſſunt eſſe gravati. (2) Aut denotatur id, qvod ipſum ſine vi aut coactione aliqva vel agit vel patitur: qvo referamus qvæcunqve per naturalem inclinationem & intrinſecum principium agunt, ut de brutis animantibus fit manifeſtum, (3) Aut deniqve id tantummodo *liberum* dicetur, qvoad ad utramqve partem *contradictionis* indifferenter ſe habet, ita qvidem ut poſito objecto & cæteris reqviſitis omnibus poſſit velle & nolle, agere & non agere, *add. l 3. de R. J. c. de illis X. de Sponſal. Ariſtot. 3. Eth. 6. & ſeq.* Sic verbum *libere* omnem conditionem & moram excludit. Ex lex concedens alicui aliqvid faciendum *liberè* intelligitur ſine reqviſitione alterius. *vid. latiùs, Dom. Card. Tuſch. lit. D. concluſ. 306. & lit. L. concl. 335. Brun. à Sol. loc. comm. h. voc.*

LUDUS. §. 1. *Ludus* eſt actus (*eſt enim certamen, pugna, arg. l. 2. §. 1. de aleator. Ariſt. 1. Rhet. 1. 9. qvi pertinent ad pugnas*) jucundus (*vid. Ariſt. d. l. ad animi oblectationem pertinens, qvo excluduntur ludi pœna*) qvo luditur in victoriam, utqve cedat vincenti qvod ejus cauſa depoſitum fuerit.

§. 2. *Ludi alii ſunt*, in qvibus ars prævalet, induſtria, dexteritas, alii, in qvibus fortuna ſeu caſus magis vel ſolus dominatur, *D. Hahn. ad* Weſenbec. *de aleator. n. 1.*

LATITARE. §. 1. *Latitatio* nihil aliud eſt, qvàm turpis

pis

piſ ſui occultatio fraudandi creditoris cauſa, *l. Fulcinius §. qvid ſit latitare ff. ex qvib. cauſ. in poſſeſſ. Tuſch. lit.* L. *concl. 12.*

LEGITIMUM. §. 1. *Legitimum* eſt juſtum æqvum conveniens lege, more atqve inſtituto majorum factum. Et *legimè* importat idem, qvod, *omni modo juridico*, ideo citatus ut legitimè compareat, intelligitur per ſe vel procuratorem. *Dictio hac legitimè* adjecta probationi, vel offenſioni importat plenam & veram probationem, non autem privilegiatam, prout per juramentum, *Tuſch. lit. D. concluſ. 305. Legitima judicia* intelliguntur de claris, ita qvod faciant probationem liqvidam. *Idem lit. L. concl. 180.*

§. 2. *Legitimi* heredes ſunt liberi ſui, ſunt conſangvinei, agnati, patroni, *vid. tit. ff. unde Legitimi.* vid. voc. Legitima.

§. 3. *Legitimi* tutores ſunt, qvibus ex *l. 12. tabb.* Ob ſpem ſucceſſionis tutela defertur. *pr. J. de leg. cogn. tut.*

LEGUMEN. §. 1. *Legumen* eſt fruges ſine ariſtis, qvæ ſiliqva, i.e. theca modo rotunda, ut ciceri, modò cylindracia, ut piſo, modò etiam longiſſima & pro menſa ſeminum lata continetur. Hujus ergò generis ſunt fabæ, lupinum, ervum, lens, cicer, linum, *Gædd. ad l. 77. num. 3. de V. S.*

LIGNUM. §. 1. *Ligni* qvidem appellatio generalis eſt. Sed illud ſic rurſum diſtingvitur, ut aliud lignum ſit *materia*, aliud *ſimpliciter lignum* vocetur, generis nimirum nomen retinens.

§. 2. *Materia* propriè eſt lignum, qvod ad ædificandum fulciendumqve paratum, *l. 55. de leg. 3. Lignum* verò eſt, qvicqvid comburendi cauſâ paratum eſt, *d. l. 55. l. 12. de uſufruct.*

§. 3. *Carbones* ſunt prunæ excoctæ & extinctæ, ein Kohlen/Doone Kohlen/*Titiones* ſunt torres extincti & ſemi uſti, ein ausgeleſchter Brand.

§. 4. *Cocta ligna* ſunt, qvæ igne vel ſole ita toſta, exſiccata, & peculiari ſtudio arida reddita, ut nihil ſucci inſit, qvo fumus excitari qveat, maximè ſi habeantur amurea (*h. e. foce & ſorde olei*) conſperſa.

§. 5. *Sulphurata* ſunt fomenta ad ignem ſuſcipiendum ſulphure in ſummo oblita.

§. 6. *Nucleus* interdum ſignificat illud, qvod dum contegitur dulce in nucibus, prunis & olivis; interdum verò cor-

ticem

ticem, qvi olivis aliisqꝫ ſimilibus detractus eſt ſuffimenti cauſa: & in hac poſtrema ſignificatione accipitur *in l.167. de V. S.*

§. 7. *Balanus* omnem glandem ſignificat, præcipuè autem hoc nomine *dactyli* appellantur, & ſi qvæ ſunt alia, qvæ nucleos intus habent.

§. 8. *Pinus* arbor eſt, picei generis nuces ferens, qvas *ſtrobilos* vocant.

§. 9. *Lignô legatô* non debetur lignum ad carbones coqvendos deputatum, *l.167. de V. S.* ſed nec debetur, carbone legato, *d.l.167 l. 55. §. 7. de leg. 3.*

§. 10. *Ligna & materia* uſu & finis deſtinatione diſcernuntur, *d. text.* Cæterum etſi qvædam lignoſa comburuntur, eamqve ob cauſam, ut comburendo conſumantur, habentur, *lignorum* tamen appellatione non venient: ſi alius ſubeſt finis principalior; cujuſmodi ſunt carbones, balani, nuclei olivarum ſulphurata &c. *d.l.167.* Unde *pro regionum conſvetudine*, ſpinæ, herbulæ, ſtipulæ, vepres, & ſi qvæ ejus generis alia *ligni* appellatione venient, qvæ aliis in locis minimè hoc nomine comprehenderentur *d. l. 55. Gœdd. ad d.l. 167. n. 10.* In qvibusdam regionibus editu ſive excremento boum utuntur pro ligno *d. l. 51. §. 6.* alibi glebæ foſſiles bituminoſæ, Torff/lignorum præſtant uſum. Hinc qværitur. An lignis legatis debeantur egeſtus boum? an glebæ uſtiles? Affirm. *Cujac. & Gœdd. ad d.l.197. de V. S.* Id verò ſimpliciter & ſine diſtinctione non putat admittendum, *D. Wiſſenbach. ad d. l. 167. de V. S.*

§. 11 *Legati ligno* non cedunt, qvæ fulciendi & ædificandi causâ ſuccifa ſunt. *d. l. 55.* neqve etiam ea, qvæ ſuffimenti causâ conciſa ſunt. Hinc obtinuit, *ut pali & pertica*, utcumqve ex ligno conficiantur, non debeantur, *l. 168. de V. S. l. 56. de leg. 3.*

§. 12. *Palus* eſt lignum acutum, qvod in terram defigitur ad fundanda vel fulcienda ædificiorum fundamenta, aut ad caſtra munienda, vel claudendos hortos, aut ſuſtinendas vites *Pertica* verò ſpecialius eſt vocabulum, & ad ſolas vites pertinet qvibus adhibetur ad eas ſtatuminandas: eſtqꝫ baculus oblongus, ſive teres, *Gœdd. ad d. l. tit. de V. S.*

LOQVI. §. 1. *Fari* denotat eum, qvi voces articulatas profert & loqvi incipit: ſed ſermone perfecto utitur, qvo à *lo-*

qvi

qvi differt: Siqvidem hi propriè loqvuntur, qvi cum qvodam judicio voces proferunt, atqve ideò ſingula ordine collocant, *vid.l.217.pr.de V.S. l.ſ.de R.J.l.2.l.6. Rom.pup.ſalv.for.*

LYCHNUS. §. 1. *Lychni* nihil aliud ſunt, qvàm candelabra, qvæ condignationibus & parietibus affixa, vel laqvearibus religata dependent. Cùm ergò hæc candelabra, licèt ſint affixa vel religata, non habeantur uſus ædium, ſed ornatus & voluptatis causâ: inde fit, ut ædibus venditis non cedant, *l.243. de V.S. ibiq; Gœdd. n. 2.*

LIBITUM. §. 1. *Pro libito voluntatis*, iſta verba important plenam & liberam authoritatem diſponendi, *Socin. lib. 2. conſ.170.n.7.Dom.Card.Tuſch. lit.D.concl.307.*

MASCULINUM. §. 1. Pronunciatio ſermonis *in ſexu maſculino* ad utrumqve ſexum plerumqve porrigitur, *l.1.l. 195. pr.de* V.S. *l.3.* §.1. *de neg. geſt.l.35. de pact.l.62.in fin.l.81.pr.de leg.3. l.45.pr.de leg.2. l.3.* §. 1. *de hom.lib. exhib. c. ſignificavit. X.de Reſcript.* Qvod axioma procedit in materia, in qva par eſt maſculi & fœminæ ratio. Dein, ſermo maſculinus utrumqve ſexum continet, niſi aliud loqventem ſenſiſſe probetur, *l. 93.*§.3.*de leg 3. vid. Brun. à Sole in loc. comm. voc. Maſculin. Dom.Card.Tuſch.lit.M.concl.101.& ſeq.Wiſſenb ad l.1.ff.de* V. S. *Gœdd ad l.1. n.50.ff.de* V.S.

§. 2. In cauſis & deciſionibus etiam pœnalibus maſculinus ſermo ad utrumqve ſexum regulariter pertinet, *per l. 1.ff. de* V.S. *l.7.ff.de juriſd.l.ait. Divus ff.de jur.fiſc.l.qvi domum. 8.junct.l.10.*§.*1.ff.ad L.Jul.de adult.Gœdd.ad l.1.n.5 ff. de*V.S.

MULIER. §. 1. (1) Vox mulieris qvasvis comprehendit puellas. Ita puellæ, virgines non viripotentes etiam vocantur mulieres, *l.81.*§.*1.de leg. 3.* Sic enim mulieres appellantur qvæcunqve ſexus fœminini ſunt, *l.25.*§.*9. de aur. & arg. leg.l.11.*§.*1.de contr.emt.* (2) Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur, *l.13.pr.de* V.S. (3) Mulieris vocabulo, de actu ipſo accepto, mulier opponitur virgini. Mulier hoc ſenſu dicitur, qvæ virum paſſa eſt, *l.11.*§.*5. de act.emt. l. 13. de manum.vind.l.38.* § *5.de pœn.vid.Gœdd.ad l.66.de* V.S. *n. 5.*

MACHINATIO. §. 1. *Machinatio* continet dolum in faciendo: fallacia in tacendo; calliditas demum in dicendo, *Rebhahn.in Hodog.jur.Chart. M.Cluv.* IV. *aph.35.*

MUNUS. §. 1. *Latè* acceptum tria ſignificat (1) *Donum* (largitionem qvamcunqve, ſive cum cauſa, ſive ſine cauſa, *l.18. de V.S.* (2) *Onus*, qvod cum dignitate & honore conjunctum non eſt, *d.l.18.l.14.§.1. de mun.& hon.l.10.eod.* Qvod onus crebro dicitur munus civile, munus publicum, *d. l.14. l. 1.C. de his qvi non impl.ſtip.l.un. C de infam.* Aliqvando minus propriè, *magiſtratus munere fungi* dicitur, & latiore ſignificatione *Muneris*, honor etiam continetur, *l.0.ff.de mun. & hon.* (3) Munus ſignificat *Officium*, *l.18. de V. S.* ut, conſulatum præturam &c. Etiam milites obeunt munera, ſcil. militaria, *d.l.18.l.3.§.ult.de teſtib.l.ult.de jur. imm.*

Anguſtè ſumtum *muneris* vocabulum pro largitione, ſignificat donum ob cauſam factum, ut Natalitium, Nuptalitium, *l.194.de V.S.* in priori ſignificatione, *Munus* eſt qvaſi genus *Doni*, *l.13.de V.S.* In poſteriori, eſt ſpecies doni, *l.194.de V.S. l.2.§.3. de off.proconſ.* unde ſæpè in legibus *Donum & Munus* ſeparantur, *l.6. §.2. ad L.Jul.rep.l.37. de Op. lib. l.53. de V.S. D. Wiſſenb. ad l.18.de V.S. Gædd.ad l.28.de V.S.*

§. 2. *Munus* eſt ſpecies doni, qvoties ad liberalitatem ejus, qvod confertur, refertur, *l.18.l.194.l.214. de V. S.* Qvandò verò ad civilem adminiſtrationem refertur, & onus & officium ſignificat, *d.l. 18. l. 1. ff. ad municip.l. 1. 2.3.8. l.fin. ff.de mun.& hon. Gædd.ad l.18.n.8.& ſeqq.ff.de V.S.*

§. 3. *Munus publicum* eſt officium privati hominis, ex qvo commodum ad ſingulos, univerſosqve cives remqve eorum imperio magiſtratus extraordinarium pervenit, *l.239.§.3. de V.S.* *Vel*: munera in genere ſunt qvæ neceſſariò ſubimus lege, more, imperiove ejus, qvi jubendi habet poteſtatem, *l. 214. de* V.S.

§. 4. *Munera perſonalia* ſunt, qvæ animi proviſione, & corporalis laboris intentionis ſine aliqvo gerentis detrimento, hoc eſt ſumtu, perpetrantur ſeu expediuntur, *l.1.§.3.l.3. §.3. l.18. de muner. & hon.* Suntqve vel *privato*, qvæ nimir. immediatè privatam ſpectant utilitatem, per conſeqventiam verò publicam qvoq; ſalutem promovent, *l. 14. §. 1. junct. l.18. §.28. d.t.* cujusmodi munus eſt tutela & cura, *l.1.§.f. l.18. §.1. eod. jung. l. 2. §.2. qvi pet. tut. l. 17. §.4. de exc. tut.* Vel

publi-

publica, qvæ ſcil. proximè utilitatis publicæ gratiâ indicuntur, *add. d. l. 14. §. 1.* Hæc alia in ſpecie honores dicuntur, qvi in ſpecie dictis muneribus tam perſonalibus qvàm realibus contra diſtingvuntur: alia in ſpecie munera perſonalia. *Rubr. l. 6. §. 3. l. 14. l. 18. §. 2. de mun. & hon.* Munera, *in ſpecie ſic dicta*, perſonalia ſunt vel præſtantiora, *vid. l. 14. §. 1. junct. l. 18. §. 2. & 14. d. t.* vel vilia ſeu ſordida, *l. 12. C. de exc. mun. vid. Mind. tr. de mun.*

§. 5. *Munera patrimonialia* vocantur, qvæ ex patrimonio ſeu bonis ea poſſidentis præſtantur, *l. 1. §. 3. l. 6. l. ult. §. 18. 21. de mun. & hon. l. 4. de cenſ.* Hæc vel (1) indicuntur de eo, qvod percipitur ex re, ut nim. certa portio fructuum ex fructibus rei præſtetur. *V. l. 9. C. de ſuſc. præpoſ. & arcar.* Vel (2) imponuntur rebus & bonis poſſidentium ita ut certam pecuniam ratione illorum certis temporibus ſolvant; cujusmodi onera in ſpecie dici ſolent tributa, *l. 4. §. 2. de conſ. t. t. C. de ann. & trib.* contributiones, *l. 1. C. de ap. publ. l. ult. §. 22. l. 6. §. 4. de mun.* Huc ſpectat qvoqve collecta, qvæ ratione eſculentorum & potulentorum ſolvitur, it. ratione animalium, *l. ult. C. de immun. vem. conc.* Vel (3) indicuntur ita, ut uſus rei noſtræ ſit ad reipubl. commodum concedendus, *l. 18. §. 11 de mun. t. t. C. de curſ. publ. l. ult. C. de nav. non exc. l. 7. C. de SS. eccleſ. l. 7. C. de op. publ.* Qvo etiam pertinet munus militem hoſpitem recipiendi, *l. 3. §. 14. l. ult. §. 29. 30. de mun. l. 11. de vac. & exc. mun. Struv. exerc. 32. th. 66.*

§. 6. *Munera mixta* dicuntur, qvæ & perſonæ operam & ſumtus gerentis exigunt, *l. f. 26. 27. de mun. Klock. de contribut. 6. 2. n. 10. Vid. Gail. 1. Obſ. 52. num. 3. & ſeqq. Weſenb. p. 1. conſil. 40. n. 1. & ſeqq.*

MODICUM. §. 1. *Cauſa modica* dicitur, qvæ ad ſumtus judiciales non ſufficit, die der Mühe nicht werth / noch der Gerichts-Koſten austräglich iſt / *c. anteriorum §. illud. 2. q. 6. c. 10. de vin. & hon. cler.* qvod tamen in arbitrio judicis poſitum eſt, qvi ponderatis perſonarum & cauſarum qvalitatibus, qvatenus cauſa modica dicatur, pronunciat, *gl. in c. fin. de re jud. in 6. Jac. Ayrer. proc. p. 1. c. 4. obſ. 7. n. 9.*

MEUS. §. 1. Rectè dicimus, eum fundum totum noſtrum eſſe etiam cùm uſusfructus alienus eſt, qvia uſusfructus non

dominii pars, ſed ſervitutis ſit, ut via & iter. Nec falsò dici totum meum eſſe, cujus non poteſt ulla pars dici alterius eſſe: hoc & Julianus & eſt vel jus, *l.25.pr.de V. S.*

§. 2. Latiore ſignificatione id *totum meum eſſe* dicitur, qvod mihi cum alio eſt commune, *l.25.in fin.de V.S.l.1. §. 6. de SC. Silan.l.239.§.f.de V.S. Vid. l.3.§.2.de leg.1. l. 74. de leg.3. l. 46.de rit.nupt.* Strictâ notione res mihi tecum communis, non eſt tota mea, propriè loqvendo, *l.17.§.4. ibi qvod pro domino fere videretur ff. de qvæſt. D. Wiſſenbach. add. l. 25. de V. S.*

§. 3. *Meum* non tantùm id dicitur, cujus habeo dominium, *l.27.§.2.l.34.pr.de aur.& arg.leg.* Verùm etiam qvod mihi debetur, cujusqve perſeqvendi jus factionem habeo, *l. 91.ff. de V.S. vid. Card.Tuſch.lit.M.concl.225.& lit.N.concl.59.*

§. 4. Horum pronominum, *Mei,Tui,Sui,* notio & ſignificatio duplex eſt,alia generalis & lata, alia ſpecialis & ſtricta. *Suo* generaliter ſumto continetur *debitum. l.91.de V.S. l.6. §.6. Qvæ in fraud.cred. l.5.C.de hær.pet.* Strictè verò acceptum opponitur *Debito l.27.§.2. de aur.& arg.leg.l.34.pr. eod. Wiſſenb.in Vindic.Diatr.de Mutuo.*

§.5. Hæc pronomina *Meum,Tuum,Suum,* qvorum propria natura eſt trahi ad *Nunc*, hoc eſt, ad tempus præſens, *l. ſi ita ff. de aur. & arg.leg.* aliqvando trahuntur contra propriam ſignificationem ad *Tunc*, & futurum, propter ſubjectam materiam, *Nic.Everh.à Middelburg.loc.l.93. n.15.*

MINUS. §.1. *Minus ſolutum* intelligitur, etiamſi nihil eſſet ſolutum, *l.32. de V.S.*

§. 2. Propriè minùs eſt, cui aliqvid deeſt, ut fiat ſolidum.

§. 3. Minus etiam ille conſeqvitur, qvi nihil eſt conſecutus. Nam ſi ita à te ſtipulatus fuero. *Qvanto minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare* ſpondes? non ſolet dubitari, qvin ſi nihil à Titio fuero conſecutus, totum debeas, qvod Titius debuerit, *l.150.de V. S.*

§. 4. Qvi nihil conſeqvitur, minus conſeqvi dicitur, *l. 116. de V. O.*

§. 5. Minus ſolvit, qvi tardiùs ſolvit, nam & tempore minus ſolvitur, *l.22. in fin.de V.S. l.85.de ſolut. vid.Tuſch.lit. M.concl.270.* MEM-

MEMBRUM. §. 1. *Membrum* appellatur, qvod habet officium diſtinctum ab aliis membris, ut oculus, manus, vel pes, *c. ſingula 89. diſt. Ang. in Aut. ſed novo jure C. de ſerv. fug.* Unde digitus non eſt propriè membrum, ſed pars membri, *ſecundùm eum & Salic. ibidem. vid. Nic. Everh. à Middelburg. loc. leg. 108. n. 14.*

MONSTRUM. §. 1. *Monſtrum* eſt propriè, cùm qvid contra formam humani generis, & alterius magis generis, aut animalis naſcitur, *l. 14. de ſtat. hom. l. 135. de V. S. l. 3. in fin. C. de poſth. her. inſt.*

§. 2. *Oſtenti* appellatio latiùs patet qvàm *Monſtri*, & ſignificat omne præter naturæ conſvetudinem natum, *l. 31. de V. S.* Omne qvidem *monſtrum* eſt *oſtentum*, at non omne *oſtentum* eſt *monſtrum*. Cùm enim natura vel ampliavit, vel imminuit membrorum numerum, non eſt monſtrum, ſed oſtentum, *ut in l. 14. de ſtat. hom. l. 10. eod. l. 15. §. 1. de teſtib.*

§. 3. Qværet aliqvis, ſi portentoſum, vel monſtroſum, vel debile mulier ediderit, vel qvalem viſu vel vagitu novum, non humanæ figuræ, ſed alterius magis animalis, qvàm hominis partum: an qvia enixa eſt, prodeſſe ei debeat? & magis, eſt, ut hæc qvoqve parentibus proſint. Nec enim eſt, qvod eis imputetur, qvi qvaliter potuerunt, ſtatutis obtemperaverunt. Neqve id qvod fataliter acceſſit, matri damnum injungere debet, *l. 135. de V. S. Hanc legem interpretes juris accipere plerunqve ſolent, qvotiescunqve agitur de damno vitando, l. 14. de ſtat. hom. autem accipiunt de lucro captando.*

MATER. MATERFAMILIAS. §. 1. *Mater* eſt, qvæ habet liberos: materfamilias eſt ſui juris, ſive nupta ſit, ſive innupta, *l. 4. de his qvi ſunt ſui vel al. jur.* (2) Mater eſt, etiamſi impudicè vivat. Materfamil. verò qvæ inculpatam degit vitam, *l. 46. §. 1. de V. S. l. 3. §. f. ad exhib.* (3) Materfamilias olim dicebatur, qvæ in manum, poteſtatem & familiam mariti conveniſſet. *Ulpian. in fragm. tit. 23. §. agnoſcitur. Gell. 18. Noct. Attic. 6.*

§. 2. Vocabuli *Matrisfamilias* triplex in jure noſtro eſt ſignificatio. (1) Prima eſt generaliſſima, qvæ comprehendit omnes fœminas ſuæ poteſtatis ſuiqve juris, ſive infantes ſint, ſive infantia majores & nondum viripotentes, ſive virgines,

 ſive

ſive nubiles aut nuptæ mulieres, ſive etiam viduæ: adeò ut concubinæ & meretrices, & impudicæ vitæ fœminæ liberæ, à poteſtate patria ſolutæ, *matres* etiam *familias* in hac generali ſignificatione dicantur, *l. 4. ff. de his qvi ſunt ſui vel al. jur.* Hæc ergò prima ſignificatio juridica refertur ad jus poteſtatis patriæ, ut intelligamus, qvoties diſputatio de ea fit, & qværatur, qvæ materfamilias, qvæ filiafamilias, ſciamus eas eodem jure diſcernere, qvo maſculi Romani omnes aſſeruntur patresfamilias & filiifamilias; nulla ætatis vel morum habita ratione, ſed ſola poteſtate patria.

(2) Altera ſignificatio hujus vocis ſtrictior eſt, & pertinet ad jus matrimonii, qvo diſcernitur ea, qvæ uſu vel farre uxor habetur ab ea, qvæ per coemtionem accipiebatur. Neqve rurſus in hac ſignificatione attenduntur mores, ſicut nec patria poteſtas, qvo poſtremo differt ab illa priore ſignificatione. Hinc Synecdochicôs accipitur pro qvalibet uxore legitima, *in l. 1. ff. de concubin. l. 18. C. ad L. Jul. de adult. l. 5. C. de donat. ant. nupt.*

(3) Tertia ſignificatio, eaqve in legibus noſtris freqventior eſt, qvâ denotatur ea, qvæ honeſtam & inculpatam degit vitam. Hujus igitur vis & uſus refertur ad mores, excluſa poteſtate patria, & originaria conditione. Sive igitur nupta ſit, ſive vidua, ſive adhuc virgo, niſi bonis ornata ſit moribus, hoc eſt, honeſtæ vitæ, matrisfamilias nomen non ſortietur *l. 46. §. 1. de* V.S. *l. mater autem familias. ff. ad L. Jul. de adult. Cujac. l. 3. Obſ. 18. Gædd. ad l. 46. §. 1. ff. de* V.S.

§. 3. Meretrix & qvæ ſe paſſim, vel palàm vel clàm proſtituit, aut qvovis alio modo turpiter vivit, materfamilias non eſt, *l. 41. l. 43. ff. de rit. nupt. Cujac. 3. Obſ. 18.* Sed nec concubina hoc nomine dignatur, niſi patrono concubina ſit, *d. l. 41. in fin.* Qvæ meretrix ante eſt, nunc verò nubit, matrona fit & materfamilias dicitur. Et tamdiu talis cenſeri debe, qvamdiu nupta honeſtè vivit, uno hoc marito contenta. Si verò ad priſtinos mores revertatur, non tantùm unum atqve alterum ſtupratorem vel adulterum, ſed multos admittendo, *l. 43. de rit. nupt. c. vidua ibi. gl. 34. diſt. c. meretrices. 32. qv. 1. l. 22. l. 29. C. ad L. Jul. de adult. Menoch. caſ. 219. caſ. 328. c. 2. de arb. jud.*

qvæſt.

qværit. non amplius matrona reputabitur, ſed adultera, meretrix, ſive nupta meretrix, *Gædd. ad l. 46. §. 1. n. 4. & 5.*

§. 4. Matris appellatione venit etiam avia, *l. 51. l. 20. de V. S.* Qvod tamen in odioſis & in pœna non habet locum, *Tuſch. lit. M. concl. 108.*

MAGISTER. §. 1. Cui præcipua cura rerum incumbit, & qvi magis qvàm cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus, qvibus præſunt, debent, hi magiſtri appellantur. Qvin etiam ipſi magiſtratus per derivationem à magiſtris cognominantur. Unde etiam cujuslibet diſciplinæ præceptores, Magiſtros appellari à monendo vel monſtrando, *l. 57. de V. S.*

§. 2. *Magiſter militum* eſt, cui in milites jurisdictio competit & imperium, *l. 1. Cod. de off. mag. mil. l. 6. C. de jurisd.*

§. 3. *Magiſter navis* vocatur, per qvem exercitor navem exercet, *h. e.* navi utitur, cui ſcil. totius navis cura incumbit & demandata eſt, *l. 1. §. 15. de exerc. act.*

§. 4. *Magiſter auctionum* eſt, qvi debitoris bonis auctione divendendis ità præerat olim, ut ei, qvi plurimò liceretur, rem addiceret. Ab hoc Magiſtro differt Curator bonis vendendis datus, *Vid. D. Wiſſenb. ad l. 58. de V. S.*

MERX. §. 1. Merx eſt res mobilis, mercandi, negotiandi, commutandiqve causâ comparata, *l. ult. ff. de cond. tritic.*

§. 2. Mercis appellatio ad *res mobiles* tantùm pertinet, *l. 66. de V. S. Joh. Marqvard. de commerc. l. 2. c. 1. n. 6. & ſeqq.*

§. 3. Neqve ſervi, mancipia, mercis appellatione continentur. Mercis enim appellatione homines non contineri Mela ait, & ob eam rem *mangones* non mercatores ſed venaliciarios appellari ait, & rectè, *l. 207. de V. S. l. 73. §. pen. de leg. 3. l. un. C. de nund.*

§. 4. Si maritus uxori uſumfructum domus, omniumqve rerum, qvæ ibi ſunt, legaverit, mercium qvoqve uſumfructum ei legaſſe non intelligitur, *l. 32. §. 2. de uſufr. leg. l. 44. de leg. 3.*

§. 5. Non qvælibet res mobilis merx eſt; ſed id tantummodo merx cenſetur, qvod inter res mobiles pretio emtionis venditionis æſtimatur, *l. 1. de contrah. emt. l. 1. de rer. perm.* & id qvod negotiandi, mercandi, qvæſtusqve faciendi causâ habetur, *l. 32. §. 2. de uſufr. leg. l. 203. de V. S. Marqvard. d. l. 2. c. 1. n. 13. Gædd. ad l. 66. n. 4. de V. S.*

MISCERI. §. 1. *Miſceri* propriè dicuntur, qvæ juncta diſcretas ſpecies retinent. Interdum & *confuſa* miſceri dicuntur, *l.7.§.8. π.de A.R.D.l.13.§.ult.π.de R.V. & contra*, mixta confundi, *l.5 pr.π.de R.V.*

MOVENTIA. MOBILIA. §. 1. *Moventium & Mobilium* appellatione idem ſignificamus, *l.93. de V. S.* Res ſe moventes & res mobiles non differunt. Unde ſub legato rerum *mobilium* ſervi qvoqve & boves & eqvi intelliguntur. Sicut è contrario res inanimæ, ſeu ſuqve carentes dicuntur *moventes*, *l.2.de ſupp.leg.l.ult.§.2.de reqvir.reis, arg.l.79.§.1.de leg.3.l.3.§.12.de acqvir.poſſ.* Niſi tamen appareat, teſtatorem v.c per *moventia*, animalia tantùm, qvæ ſe ipſa movent, intellexiſſe, *l.93.de V.S.*

MENSIS. §. 1. Cato putat, *menſem intercalarem* addititium eſſe, omnesq; ejus dies pro momento temporis obſervat, extremoqve diei menſis Februarii attribuit Qvintus Mutius, *l.98.§.1.de V.S.*

§. 2. *Menſis* autem intercalaris conſtat ex diebus viginti octo, *l.98.§.2.de V.S.*

§. 3. *Menſuatim* hæc dictio importat idem, qvod ſingulo menſe, *Card.Tuſch.lit.D. concl.310.*

§. 4. Singuli *menſes in Camera triginta* diebus conſtant *Mem.viſit.Ann.70.* §. Damit auch. *Ciſner.fol.393. Roding.pand. Cam.l.3.tit.22.§.2.* Jure civili tot dies pro qvolibet menſe computantur, qvot menſis qvilibet, in qvo terminus eſt conſtitutus, dies habet, *Schwanman.* 1. *proc. cam. c.27.num.* 1. *& ſeq.*

MORBUS. §. 1. *Morbus*, definitore Sabino, eſt habitus cujusq; corporis contra naturam, qvi uſum ejus ad id facit deteriorem, cujus cauſa natura nobis ejus corporis ſanitatem dedit, *l.1.p.7.de adil.ed.* Id autem alias in toto corpore, alias in parte accidit: namqve totius corporis morbus eſt, puta tabes, febris: partis, veluti cœcitas: licèt homo ita qvoqve natus ſit, *d.* §. 7.

§. 2. *Vitium à morbo* multum differt: ut puta ſi qvis balbus ſit: nam hunc vitioſum magis eſſe, qvàm morboſum, *d.l.1.* §. 7.

§. 3. Verum eſt, *morbum* eſſe temporalem corporis imbecillitatem, vitium verò perpetuum corporis impedimentum:

tum: veluti ſi talum excuſſit. Nam & luſcus itaqve vitioſus eſt, *l. 101. §. 1. de V. S.*

§. 4. *Morbus ſonticus* eſt, qvi cuiqve rei nocet, *l. 113. de V. S. l. ult. §. 1. de ædil. ed.*

MULCTA. §. 1. Inter *mulctam* & *pœnam* multum intereſt: cùm *pœna* generale ſit nomen, omnium delictorum coërcitio: *mulcta* ſpecialis peccati, cujus animadverſio hodie pecuniaria eſt. *Pœna* non tantùm pecuniaria, verùm capitis & exiſtimationis irrogari ſolet, & *mulcta* qvidem ex arbitrio ejus venit, qvi mulctam dicit, *pœna* autem non irrogatur, niſi qvæ qvaqve lege, vel qvo alio jure ſpecialiter huic delicto eſt impoſita: qvinimo *mulcta* ibi dicitur ubi ſpecialis pœna non eſt impoſita. Item *mulctam* is dicere poteſt, cui judicatio data eſt, Magiſtratus ſolos & præſides provinciarum poſſe *mulctam* dicere, mandatis principum permiſſum eſt, *pœnam* autem unusqvisqve irrogare poteſt, cui hujus criminis ſive delicti executio competit. *l. 131. §. 1. de V. S. Vid. Sixtin. de Regal. 2. c. 8. n. 4. & ſeqq.*

§. 2. Si qva pœna eſt: mulcta eſt, ſi qva mulcta eſt, pœna eſt. Paulus. Utrumq; eorum falſum eſt, namq; harum rerum diſſimilitudo ex hoc qvoq; apparet, qvod de *pœna* provocatio non eſt: ſimulatq; enim victus qvis eſt ejus maleficii, cujus pœna eſt ſtatuta, ſtatim ea debetur: at *mulctæ* provocatio eſt, nec ante debetur, qvam aut non eſt provocatum, aut provocator victus eſt, nec aliter qvam ſi is dixit, cui dicere licet. Ex hoc qvoqve diſſimilitudo earum rerum apparere poteſt, qvia *pœnæ* certæ ſingulorum peccatorum ſunt: *mulcta* contra, qvia ejus judicis poteſtas eſt qvantam dicat: niſi cùm lege eſt conſtitutum qvantam dicat, *l. 244. de V. S.*

MARCA. §. 1. *Marca auri* puri valet 72. Goldgülden & juxta obſervantiam ſolvitur Imperialibus 96. aureo pro duobus currentibus computato. *Roding. pand. Cam. l. 3. tit. 11. ſub §. 4.*

§. 2. *Argenti marca* 18. Imperial. valet, *Roding. pand. Cam. l. 2. tit. 10. §. 13. Schwanman. proc. Cam. libr. 2. c. 1. n. 3.*

Malefitz-Sachen. §. 1. Qværi ſolet, utrum omnes cauſæ criminales, an verò duntaxat eæ, qvæ pœnam corporis afflictivam continent, ſub verbo Malefitz-Sachen comprehendantur? R. prius veritati magis congruum eſſe putat *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 32. n. 43.*

 MI-

MILIARIUM. §. 1. Mille paſſus non à miliario urbis, ſed continentibus ædificiis numerandi ſunt, *l.1, 4. de V. S.*

§. 2. Mille paſſus, miliare & miliarium idem ſignificant, *Gædd. ad l. 2. n. 8. de* V.S.

MATERIA. §. 1. *Materia* eſt qvæ ad ædificandum, vel faciendum eſt parata. *Lignum*, qvicqvid comburendi causâ paratum eſt, *l. 55. &* §. *ſeq. de leg. 3. l. 167. de* V.S.

§. 2. *Pali & Perticæ* in numerum materiæ redigendi ſunt, & ideò *lignorum* appellatione non continentur, *l. 168. de* V.S. *l. 56. de leg.* 3.

MUNICEPS. §. 1. *Municipes* ſunt cives Romani ex municipiis, ſuo jure & legibus utentes: Muneris tantùm cum Populo Romano participes, à qvo munere capeſſendo appellati videntur, *l. 1. §. 1. ad municip. l. 18. de* V.S.

§. 2. Municipes intelligendi ſunt & qvi in eodem municipio nati ſunt, *l. 221. de* V.S.

§. 3. Hodie *civitates qvaslibet appellamus municipia*, & municipes abuſivè ſuæ cujusqꝫ civitatis cives, *l. 1. ad municip.* Olim autem dicebantur municipia, illæ civitates externæ, qvibus civitatis Romanæ jus datum erat, ita, ut muneris honorarii cum populo Romano participes eſſent, jus ſuffragiorum & magiſtratuum in urbe capiendorum non haberent, cætera pari cum civibus Romanis conditione eſſent, ſuis tamen plerumqve (nam qvando ſuffragio ornabantur, ſuis legibus ſpoliati, Romanis obſtringebantur) relicti legibus. Ab his municipiis differebant coloniæ, *Sutholt. de jurisd. aph. 220.* In hiſce municipiis imago qvæpiam erat & umbra reipubl. Romanæ, ut qvalia, qvotve Romæ eſſent munia miniſteriaqve, talia totidemqve in coloniis paſſim municipiisqꝫ extra Italiam conſtitutis effingerentur, *Sutholt. d. l. aph. 221. & ſeqq.*

§. 4. *Municipale jus* eſt, qvo municipia ſeu civitates, â populo Romano in ſocietatem ſuorum munerum recepta, ſuo interim jure utentes, reguntur, *l. 228. de* V.S. *Struv. exercit. 50. theſ. 45.*

§. 5. *Municipum* alii ſunt *Originarii*, alii *Voluntarii*. *Originarios* tria faciunt nativitas, manumiſſio, adoptio, *l. 1. π. ad Municip.* *Voluntarios* aut allectio facit aut incolatus. *D. Hahn. ad Weſ. ad Municip. n. 4.*

MEN-

MENSURA. §. 1. *Digitus*,* eſt minima menſuræ pars, qvemadmodum unum in numero: ein Zwerch-Finger / vier zwerch Finger Gerſten-Körner breit. Qvatuor digiti *Palmum* faciunt. Sedecim digiti *Pedem*. Deinde pes, tanqvam as dividit alias menſuras: ſechzehen digiti. *Semis ſeu dimidius pes*, dicitur qvantum extenſis articulis, à minimo ad pollicem amplecti poſſumus, ſechs Zoll/ein Spann. Qvod Græca voce Spithama, Latinè Dodrans, vel palmus major dicitur. *Cubitus* ſeſqvi pedalis eſt: anderthalb Schuh. *Greſſus*, duos pedes & Semiſſem continet, dritthalben Schuh. *Paſſus* qvinqve pedes; ſic dictus qvid paſſis, hoc eſt dilatatis manibus & brachiis talem dimenſionem conficiamus. *Ulnam* ſex pedibus interpretantur: qvod tamen uſus noſter non recipit; vier cubiti, ein Klaffter. *Pertica* duos paſſus continet, hoc eſt, pedes decem: unde decempeda qvoqve dicitur, zehen Schuh. *Plethrum* pedes centum, hundert Schuh & ſæpe pro jugero accipitur. *Jugerum* dictum eſt, qvod uno boum jugo per diem exarari poſſit, habet longitudine pedes ducentos qvadraginta: latitudine dimidia minus: zwey hundert und viertzig Schuh lang / und das halbe Theil breit / zween actus. *Stadium*, paſſus centum viginti qvinqve habet, hoc eſt, plus paulo pedes ſexcentos hundert und fünff und zwantzig paſſus. *Diaulus*, duo ſunt ſtadia, dritthalb hundert paſſus: zwey ſtadia. *Miliarium*, ſunt mille paſſus, hoc eſt, ſtadia octo, acht ſtadia; tauſend paſſus, eine Welſche Meile. *Dolicus* ſtadiorum eſt duodecim: anderthalb Welſche Meil. *Leuca*, dictio Gallica, mille & qvingentos paſſus ſignificat. *Paraſanga*, vox Perſarum, triginta cenſetur ſtadiis: qvæ menſura paulòminor eſt miliario Germanico; Vier Welſche Meilen / minder eines Viertheils. *Schœnus* Ægyptiis Sexaginta ſtadiorum eſt: achthalb Welſche Meilen. *Stathmus*, id eſt, manſio, miliaria habet ſeſqvi novem & viginti: acht und zwantzig Welſche Meilen / eine Poſt-Reiſe / cujus ſit mentio, *Novell. ut omn. prov. mag. obt. Conſt. 68.* *Manſum* deniqve, vulgaris dictio eſt, ſignificans tantum agri, qvantum pari boum ſingulis annis arare colereqve poſſumus, *Oldendorp. claſſ 3. act. 2 pag. 250.*

MERITA CAUSÆ §. 1. *Cauſa*, ſeu litis diſceptationis ipſa jura, vocari ſolent merita cauſæ, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 29. n. 131.* MA-

MALEFICIUM. MAGIA. §. 1. *Maleficium, Magia ſ. ſortilegium* in genere eſt, cùm qvis adhibitis illicitis artibus diabolo cooperante hominibus eorumvé bonis nocet, illos deludit, & miraculoſa facere conatur, aut divinandi curioſitatem profitetur, *l. 4. l. 5. l. 6. C. de malef. & mach. add. t. t. X. de frigid. & malef. c. 1. 2. de ſortileg.*

§. 2. *Maleficium ſ. Magia eſt duplex.* Vel enim *expreſſum* pactum cum Diabolo eſt initum, qvo qvis Deum abnegavit, & Diabolo ſe mancipavit. *Vel tacitum* pactum intercedit; qvando qvis, citra peculiare ſ. expreſſum fœdus, diaboli utitur ope & auxilio; idqve iterum *tripliciter* contingit (1) ſi qvid commercii cum ipſo dæmone habendo, & artes diabolicas exercendo, nocet. (2) ſi qvis ejusmodi artibus non nocet. (3) Si qvis ſuperſtitioſis remediis utatur, *Vid. D. Carpz. 1. q. 49. & ſeq. Struv. exerc. 49. th. 60. & ſeq.*

MAGISTRATUS. §. 1. Sumitur *vocabulum Magiſtratus* juxta Romanos duobus ferè modis (1) latiſſimè & impropriè, pro ſumma reipub. poteſtate, ſeu qvavis poteſtate politica, *ut l. 2. §. 14. de Or. Jur.* (2) propriè pro ea poteſtate qvæ ſummæ ſubjicitur & ab iſta jurisdictionem habet, *arg. l. 12. 13. de jurisd. & poſſ.*

§. 2. *Sec. jus Rom.* Magiſtratus eſt publica perſona, qvæ jurisdictioni præeſt, *Sutholt. de jurisd. aph. 204.* Explicatiùs dici poteſt, qvòd magiſtratus ſit, qvi ad jus reddendum de cauſis civilibus & privatis (*ſeu ut jus ad iſtiusmodi cauſas accommodat*) publicè eſt conſtitutus, *l. 1. de off. ej. cui l. 6.* §. 1. *de tutel. l. pen. de juſt. & jur. l. 12. de L. L. l. 57. de V.* S. *Struv. exerc. IV. th.* 8.

§. 3. *Urbani ſ. Urbici Magiſtratus* ſunt, qvi domi, i.e. in ipſa urbe Roma Remp. adminiſtrabant, jusqve dicebant. Et hi ſunt vel ordinarii vel extraordinarii.

§. 4. *Magiſtratus urbani ordinarii* erant, qvi ſtatis temporibus & ſemper in repubub. erant: uti Couſules, Præfectus Prætorio, Præfectus urbi, Qvæſtor, Prætor.

§. 5. *Magiſtratus urbani extraordinarii* dicebantur, qvi nec eodem tempore, nec ſemper, ſed emergente neceſſitate eligebantur, uti præfectus vigilum, *l. 2. §. 13. de Orig. Jur. l. 41. §. 1. de exc. tut.*

§. 6.

§. 6. *Magiſtratus provinciales* erant, qvi foris, *id eſt*, in provinciis imperii Romani, rempubl. adminiſtrabant, jusqve dicebant. Ut Proconſul, Legatus proconſulis, Præfectus Auguſtalis, Præſes, Procurator Cæſaris, Juridicus: Magiſtratus Provincialis in provinciis obibant vicem eorum, qvi Romæ jus dicebant, magiſtratuum, *l. 1. de off. praſ.* ita, ut qvi in urbe *conſul*, in provincia *proconſul* eſſet, qvi in urbe *prætor*, in provincia *proprætor*, ſeu pro prætore, hinc factum eſt, ut urbani propriè fuerint habiti magiſtratus, provinciales verò pro magiſtratibus, ideò provinciales propriè appellantur *poteſtates*, & opponuntur magiſtratibus, *l. 13. §. 1. de jurisd. l. 131. in fin. de* V.S. *Sutholt. de jurisd. aph. 215.*

§. 7. *Præfectum prætorio* qvilibet pluribus ſimul provinciis & integro diœceſi cùm præeſſet, ſub ſe habebat *præſides*, qvorum ſinguli ſingulas provincias tegerent, præfectis ipſis & dignitate & poteſtate longè inferiores. Sub præſidibus provinciarum viciſſim erant alii, qvi in qvalibet urbe ſeu civitate cujusq; provinciæ jus redderent. Ipſe enim præſes, in celebriori ac primaria provinciæ civitate reſidens, jura in unaqvaqve civitate reddendo vocare ſolus non poterat. Qvi ergo in unaqvaqve civitate cujusqve provinciæ juri dicundo præerant, & civitatem moderabantur, hi ſunt, qvi *magiſtratus municipales* in jure noſtro appellantur, *Sutholt. de jurisd. aph. 218. & ſeqq.* Erant autem in municipiis Decuriones, Duumviri, Defenſores. Per magiſtratus autem municipales plerumqve ſoli Duumviri ſignificantur, & Defenſores magiſtratibus opponuntur, *§ 3. l. de Attil. tut. l. un. C. de jurid. Alex.* Id verò & Duumviris & Defenſoribus atqve adeò omnibus Magiſtratibus municipalibus commune eſt, qvòd comparati ad magiſtratus populi Romani, vix magiſtratus dici mereantur. Imò ſæpe provinciales magiſtratus, ut præſides & proconſules magiſtratus eſſe negantur, *Vid. latè Sutholt. d. l. aph. 221. & ſeqq.*

§. 8. Magiſtratus *majores & minores* priſco ſeculo *majora & minora* auſpicia ab invicem ſecernebant. Tempore verò Impp. exoleto auſpiciorum & comitiorum jure, & tranſlata ad Principem magiſtratuum creandorum poteſtate magiſtratus majores dici cæperunt, qvi *imperium & magiſtratum* habent. Minores verò, qvi ſine imperio aut poteſtate ſunt, *l. 32.*

l.32. de injur. l.2. de in jus voc. l.26. §.2. *Ex qv. c. maj.* *Sut-holt. d.l. aph. 328.*

§. 9. Notandum eſt ea demum ex uſu juris noſtri dici *competere jure magiſtratus* (1) qvæ alicui à Majeſtate mediante magiſtratu (*hoc eſt dum magiſtratus dignitas datur, ſeu dum qvis præficitur juri de cauſis civilibus reddendo*) citra ſpecialem conceſſionem tribuuntur, & de iis cognoſcendi poteſtas, *D. Hahn. ad Weſemb. de offic. ej. cui mand.* (2) Deinde, qvando ſemel qvid lege, SCto aut conſtitutione nominatim alicui conceſſum eſt, *ſub nomine officii*, non reqviri deinde in ſingulis vel cauſis vel ſucceſſoribus iteratam conceſſionem, ſed tacite eam repetitam præſumi, reſpectu ſemper ad primam conceſſionem habito, *Sutholt. de jurisdict. aph. 137. & ſeqq. & aph. 385.*

CRIMEN LÆSÆ MAJESTATIS. §. 1. (1) Latè & impropriè ſumto vocabulo *majeſtatis*, omne illud, qvod magnum eſt, denotatur: atqve hoc ſenſu loco à Livio, orationi à Cicerone, Senatui, Conſuli, Judici, ab eodem *Cicerone Orat. in Piſon.* Prætori, *l. pen. ff. de juſt. & jur. 9. de jurisdict.* Majeſtas tribuitur. (2) *Propriè ſtrictè*, magnitudinem illam ſupremam & perpetuam, qvam antea populus habuit, poſtmodum verò in principem transtulit, *§. 6. I. de j. n. g. & civ.* denotat. Dicitur qvoqve hæc lex Imperatoria ſeu principalis, *l. 8. §. 3. ad L. Jul. Maj. l. pen. ff. de her. inſt.* Majeſtatis regnantis, *l. 4. C. de LL.* Majeſtas regia, *2. Feud. 27. §. 1. C. ut nemo priv.*

§. 2. *Læſæ Majeſtatis crimen* ſecundùm Legem Juliam Majeſtatis definitur ab Ulp. Qvod ſi crimen, qvod adverſus populum Romanum ejusqve ſecuritatem committitur; *l. 1. pr. ff. ad Leg. Jul. Maj.* Poſtqvam verò L. Regia populus omne imperium ſuum & poteſtatem in principem tranſtulit Majeſtatis crimen in genere rectiùs definitur: Qvòd ſi crimen publicum, qvod adverſus reipubl. aut ejus, penes qvem eſt ſummum Reipubl. imperium, ſecuritatem, vel contra dignitatem & poteſtatem committitur, *d. l. 1. §. 1. l. ult. ff. d. t.* Dividitur in perduellionem, & ſimplex crimen læſæ Majeſtatis, qvod committitur vel facto ad contumeliam principis vel reip. tendente, vel verbis ſeu maledictis, *D. Struv. exerc. 49. th. 17. & ſeqq.*

§. 3. *Crimen læſæ majeſtatis Eccleſiaſticum*, eſt, qvo Divina Majeſtas læditur. MAN-

MANCIPATIO. §. 1. Dicebantur *res mancipi*, qvæ mancipari poterant, nimirum prædia Italica: *nec mancipi*, qvæ mancipari non poterant, ſc. prædia provincialia. *Mancipatio* erat alienatio, qvæ certis verbis fiebat, libri pende & qvinqve teſtibus præſentibus, *Pac. Iſag. C. de uſuc. transform.*

§. 2 Publicanorum princeps, in ſpecie *manceps* dictus.

MANDATUM. §. 1. *Mandare* latè & generaliter eſt alicui faciendum aliqvid committere. Ita & præcepta, edicta magiſtratuum ſunt mandata, *t. C. de mand. Princ. n. 17.* mandari dicitur jurisdictio, *t. t. de off. ej. cui mand. jur.* tutela, cura. *gl in l. 1. ff. mandat.* (2) Reſtringitur ad officia inter privatos de negotiis gerendis, & ſignificat, alicui negotium aliqvod gerendum gratis committere, (3) Strictiùs adhuc mandatum procuratoris denotat judiciale.

Hinc de jure civili Mandata ſunt duplicia, *Jurisdictionalia*, & *conventionalia*. *Illa* ſunt, qvæ vi & authoritate Magiſtratûs judicialis decernuntur, ac emanant, *de qvibus agitur in Cod. tit. De mand. Princ. & Nov. 17.* *Conventionalia* dicuntur contractus bonæ fidei, *ut videre eſt ex §. 2.* & ſubdividuntur in *judicialia*, uti ſunt Mandata Procuratorum, & *Extrajudicialia*, qvæ verſantur circa negotia peragenda extra judiciû. *Jurisdictionalia* Mandata iterum ſunt vel *Monitoria*, vel *Mandata in ſpecie dicta*. *Hæc* ſunt præcepta judicis, qvibus nullâ citatione prævia Reum inauditum aliqvid facere vel omittere jubet. Hæc ſucceſſere in locum interdictorum, prout id demonſtrat, *Mindan. de interdict. c. 14. per tot.* *Jac. Blum. proc. Cam. tit 34. num. 2. & ſeqq.*

§. 2. *In ſignificatu ſecundo deſcribitur mandatum*, qvod ſit contractus juris gentium, bonæ fidei, nudo conſenſu initus, qvo qvis negotium aliqvod honeſtum & lege permiſſum, alteri gerendum committit, alter verò gratis exeqvendum voluntariè ſuſcipit, §. 11. *& ult. I. de Mandat. l. 1. l. 6. §. 1. l. 18. pr. l. 27. §. 2. ff. eod. l. 21. C. d. t.*

§. 3. Idqve dividitur (1) *à cauſa efficiente*, in tacitum & expreſſum. (2) *ab Objecto*, in Univerſale & particulare. (3) *à forma* in judiciale & extrajudiciale. (3) *à fine*, ut in pr. J. de Mandatis.

§. 4. *Mandans*, mandator dicitur. *l. 10. §. 11. l. 26. l. 8. l. 6 ff. Man.*

ff. Mandat. item dominus negotiorum, *l.* 1. *de procur.* Fidem autem dans de re mandatâ curandâ, procurator vocatur, *l.* 7. *l.* 8. *l.* 10 *l* 55. *Mandat.* item mandatarius.

§. 5. *Mandatum Principis* eſt præceptum ſ. monitum certis perſonis, veluti præſidibus aut procuratoribus reipubl. in ſpeciali negotio datum, *1. C. de mandat. princ.*

§. 5. In jure Canon. *Mandatum* eſt conſtitutio Eccleſiaſtica diſciplinam Eccleſiaſticam reſpiciens.

§. 6. *Mandata ſine clauſula* ſunt, qvæ parti, contra qvam diriguntur, recta paritionem & executionem ſub certa pœna ſine ulla clauſula de allegando, ſi qvis id ſentiat, gravamine injungunt, idqve propter ſingularem manifeſti juris, qvo nituntur, rationem, *Frider. de mandat. c.* 20. *n.* 1. *Gilhauſ. arb. judic. cap.* 4. *ram.* 1. die ohn alle Einred/ oder einige Widerred/ oder Verhinderung zu vollziehen.

§. 7. *Mandata cum clauſula* ſunt, qvæ annexam habent clauſulam, *ut vulgò appellant*, juſtificatoriam. *Clauſula juſtificatoria* formula hæc eſt, ut reus mandato pareat, rem ablatam reſtituendo, captivum relaxando, actorem non turbando vel in termino conſtituto compareat ad allegandum cauſas, qvamobrem mandato parere non teneatur, *Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 23. *pr. Gail.* 2. 8. 19. *n.* 2. *Roding l.* 3. *pand. Cam. tit.* 5. §. 3. & 4. *Gilb. d. t.* 4. *ram.* 1. §. 1. *n.* 9.

§. 8. *Mandata* ab effectu & forma rectè dividuntur in *Inhibitoria ſeu Prohibitiva*, qvibus judex coërcet, inhibet, vetat; *Compulſorialia*, qvibus inſtar, jubet, imponit, urget, & compellit: *Mixta*, qvibus partim jubet partim vetat, *Roding. d. l.* 3. *tit.* 5. §. 2. *Executorialia*, qvibus exeqvitur, *Mindan. de Mand. c.* 3. *num.* 1.

§. 9. *Mandata de non offendendo* ſunt, qvibus Camera Imperialis Reo, qvi vim alteri publicam minatur & inferre in animo habet, ſub pœna banni vel privationis ſine clauſula mandat, ut à propoſito violento deſiſtat, & jure atqve judicio potius, qvàm violentia & de facto jus ſuum perſeqvatur, *Ord. Cam. p.* 2. *T.* 9. §. und ob ſichs &c. *Gail.* 1. *de Pac. Publ. n.* 3. *c.* 3. *Roding. Pand. Cam. l.* 3. *tit* 8.

§. 10. *Mandata avocatoria* ſunt, qvibus Camera ſine clauſula ſub pœna banni & amiſſionis omnium privilegiorum man-

mandat arma & ſeditionem in Imperio moventibus, ut militem collectum dimittant, & militibus iſto modo ſtipendia merere ſub pœna banni vetat, & ab armis avocat. Unde mandata avocatoria, ſive de militia avocanda appellantur gemeine Abforderung/ *de qvibus vid. Ord.Cam.p.2.T.9.* §. wo aber der oder die *&c. Rec.Imper. Aug. Ann. 1548. Gail.1.de P.P.c.4. num.* 1.*&* 5.

§. 11. *Mandata avocatoria* ſunt vel generalia vel ſpecialia. *Specialia* contra certos diriguntur, & ut plurimum contra illos, qvi militem colligunt. *Generalia* ſunt gemeine Abforderung/ per qvæ omnes militantes & auxilium ferentes ſub pœna banni ſeu proſcriptionis avocantur, *Roding.pand.Cam. l.3.tit.8.* §.*6. & ſeqq.*

§. 12. *Mandata auxiliatoria* ſunt, qvibus Camera Imp. Statui imperat, ut alteri Statui vicino vim publicam metuenti vel ſuſtinenti auxilium ferat, *Ord.Cam.p.2.T.9.* §. Wo aber/ *verſ.* dergleichen. *Roding.d.t.8.*§.*9.*

§. 13. *Mandata prohibitoria*, ſive *inhibitoria*, ut appellant, decernuntur vel contra *Ædificatorem*, vel contra *Nunciatorem*. Illa dicuntur prohibitoria operis, hæc inhibitoria turbationis. *Prohibitoria contra Ædificatorem* ſunt, qvibus in ædificatione novi operis cœpti, ſed nondum perfecti pergere ædificans prohibetur, *Gail.1. obſ.16. num.1.* *Prohibitoria contra Nunciatorem* ſunt, qvibus ædificantem in novi operis ædificatione impedire nunciator prohibetur, *Roding.pandect. Cam. lib.3.tit.10.*

§. 14. *Mandata demolitoria* ſunt, qvibus novi operis absqve remiſſione nunciationis Cameræ Imperialis *ſine clauſula* ædificanti demolitionem imperat. *Gail.*1. *Obſerv.16. num. 13.* qvæ etiam vulgò *reſtitutoria* appellantur, *Roding. d.t. 10.* §. *8.*

§. 15. *Mandata* ſunt vel *ſimplicia*, vel *ulteriora*, vel *arctiora*. *Simplicia* dicuntur, qvæ prima vice & qvidem ferè ſemper ſub pœna 10. Marc. auri puri exeunt. *Ulteriora* vocantur, qvæ obedientiâ ſimplicibus non præſtitâ, ſub aggravatâ & qvidem ut plurimum 15. Marc. auri puri emanant. Deniqve *Arctiora* (qvæ non rarò etiam *ulteriores Proceſsûs* nominare ſolent) ſunt, qvæ ſimplicibus & ulterioribus contem

tis ſub pœna Banni regulariter decernuntur. Dixi regulariter, qvoniam pœna Banni aliqvando in pœnam pecuniariam commutatur.

§. 16. *Mandatum ſubreptitium* dicitur, ſi ipſa narrata ſint falſa, vel ea qvalitas, cujus intuitu Mandatum à judice decretum, vera non ſit, vel ſi taceatur id, qvo expreſſo Princeps non fuiſſet conceſſurus illud, aut ſaltem non ita facilè, *Gail.* 1. *obſerv.* 14. *n.* 4.

§. 17. Qvær. *Qvænam nominetur cauſa Mandati primi, ſecundi, tertii &c.* Reſp. *Verb. Gr.* Pignoratio prima vocatur cauſa Mandati primi: ſecunda, cauſa Mandati ſecundi: tertia, cauſa Mandati tertii, atqve ſic deinceps. *Jac. Blum. proc. Cam. tit.* 23. §. 105.

§. 18. *Mandatum de reſtituendo* & relaxando captivo, *vid. Pignoratio.*

MAXIME. PRÆSERTIM. §. 1. Dictio, *Maximè*, *Præſertim*, *Etiam*, & ſimiliter, implicat idem eſſe in caſu contrario. Ergò ubi hujusmodi dictio ponitur, non poteſt ſumi argumentum è contrario ſenſu. Adverte tamen, qvia interdum genus præcedit dictionem *Maximè*, *Præſertim*, vel ſimilem, *ut in Auth. habita Cod. ne fil. pro patr.* & tunc hujusmodi dictiones non ponuntur implicativè, ſed ſignificant in ſpecialiter expreſſis rationem fortiùs vigere. Interdum autem genus non præcedit hujusmodi dictionem, & tunc aut per dictionem *Maximè*, *Præſertim*, vel ſimilem adjicitur conditio, aut ratio. Si *conditio* adjicitur, hoc caſu innuitur idem eſſe in contrario, conditione ſcilicet non exiſtente; niſi ratione contrarietatis evitandæ oporteat dici, qvòd dictio, *Maximè*, vel ſimilis abundat, *l. f. Cod. de manum. teſt. l.* 1. *ubi Gl. & Cyn. C. de reſc. vend.* Aut debemus dicere hoc caſu dictionem, *Maximè*, vel ſimilem ſtare impropriè pro *Tantùm*, *Gl. in c. ſi qvis Epiſcopus*, 11. *qvæſt.* 3. *Gl. in c. illud. diſtinct.* 12. Qvando verò per hujusmodi dictionem adjicitur *ratio*, tunc indicat illam eſſe potiſſimam rationem, licèt etiam alia ſit ra- *l. & ſi maximè, ff. de ſerv. leg. Nicol. Everh. à Middelburg. loc. leg.* 110. *n.* 2. & 3.

§. 2. Dictio, *Maximè*, *Præſertim*, vel ſimilis, poſita in ſtatutis, debet capi propriè, ut ſtet comparativè, & deſi-

deſignet, item eſſe in ſenſu contrario, *Nic. Everhard. à Middelburg. d.l.n.3.in fin.*

MORGENGABA. §. 1. *Morgengaba* propriè vocatur illa donatio, vel largitas ſponſalitia, qvæ uxori non ex diſpoſitione juris Saxonici debetur, ſed ex liberalitate ſponſi, prima die nuptiarum ante prandium proficiſcitur, qvando ſcilicet ſponſus in præmiſſum amiſſæ virginitatis Sponſæ manè, anteqvam ad prandium diſcumbat, catenam aureã vel aliud qvoddam pretioſum donat. Eſt & alia ſpecies Morgengabæ, ſivè ſponſalitiæ largitatis, qvæ uxori Nobili ex bonis mariti defuncti debetur ex diſpoſitione juris Saxonici. Ad qvam referuntur, alles Feldgänge Weibliche Viehe/ als Kühe mit den Kälbern/Ziegen/Schweine und Sau-Mütter/ die für den Hirten gehen. Qvo & pertinent eqvæ, qvæ in campis & pratis victitant, *Vid. Wehner. pract. Obſerv. voc.* Morgengabe/ *Carpz. p.3. Conſtit. Saxon.33. def.20. & ſeqq.*

MANUMISSIO. §. 1. *Manumiſſio* eſt datio libertatis, *l.4. de I. & I.* dicta qvaſi ex manu, id eſt, ex poteſtate miſſio, *pr. Inſt. de libertin.*

§. 2. *Manumiſſio* qvandoqve idem eſt ac *emancipatio*, *§.6. J. q.m. j.p.p.ſ.* hinc *emancipati* vocantur *manumiſſi, d.l. §. fin. J. de legit. agn. ſucceſſ. & emancipantes manumiſſores, l.1. §.5. π.d.t.*

§. 3. Manumiſſio vindictâ fiebat apud magiſtratum majorem, ita nimirum, ut lictor juſſu magiſtratus virgulam capiti ſervi manumittendi imponeret, & qvidem olim ſolennia verba dominus, capite manuve ſervum tenens, proferebat: *hunc hominem liberum eſſe volo:* qvæ poſtmodum non fuêre neceſſaria, *l.23. de manum. vind.* Illam virgulam, *vindictam* appellatam, & hunc manumittendi modum ita dictum eſſe volunt à yindice Vitelliorum ſervo, qvi hoc modo primus perhibetur manumiſſus, *Vid. Briſſon. 5. antiq.* 11. *Bacchov. in Inſtit. de libertin. §.2. num.3.*

§. 4. *Manumiſſio* dividitur in *Legalem*, qvæ competit ex legis diſpoſitione facto nullo interveniente. §. *fin. Jur. de Adopt.* & *Actualem*, qvæ fit facto ad libertatem directò interveniente. *pr. J. de libert.* Eſtq; vel *Teſtamentaria*, vel *Non-teſtamentaria*, *§.1. J.d.t.* Utraq; vel *ſolennis*, vel *minus ſolennis*.

MATHEMATICI. §. 1. *Mathematici* dicuntur, rei criminis, qvod veneficium, It. Magia appellatur, ſi qvis ſuſurris magicis homines occiderit, *Vid. l. 7. l. 5. & t. t. C. de mal. of. & mathemat.*

METUS. §. 1. *Metus* eſt inſtantis vel futuri periculi cauſâ mentis trepidatio, *l. 1. qvod met. cauſ. Vel ſec. l. 5. d. t.* timor majoris malitatis, qvo impellente qvodcunqve geſtum fuerit, Prætor edicit ſe ratum non habiturum, *l. 1. eod.*

§. 2. *Metus* eſt *probabilis* vel *minus*. *Ille*, qvi in *hominem conſtantem* cadit, ſcil. non in abſtracto, ſed ratione circumſtantiarum, *l. 5. 6. Qvod met. cauſ. l. 9. C. eod. l. 3. in f. ex qvib. cauſ. maj.* Et hicce iterum qvintuplex. (1) *Minarum* (2) *facti*, qvando præverſatur, periculum ſalutis vel corporis (3) *potentiæ*, qvæ incutitur à ſuperiore ſubditis; (4) *reverentiæ*, puta ſi ab uxore, liberis, libertis &c. metu reverentiæ qvid geſtum. (5) *perfidiæ*, ut cùm qvis movetur ab alio, qvia timet ejus perfidiam, *Dn. Hahn. ad Weſenbec. Qvod met. cauſ. num. 3.*

§. 3. *Actio qvod metus causâ* eſt actio prætoria, in rem ſcripta, arbitraria, qvæ datur ei, qvi metu compulſus eſt aliqvid gerere, contra qvemvis, qvi locum inde habet, vel rem tenet, intra annum in qvadruplum damni accepti, ſi ſimplum non reſtituatur, poſt annum autem tantùm in ſimplum, *Struv. exerc. 8. th. 16.*

§. 4. *Vis & metus differunt.* Nimirum *actio violenta*, eſt cujus principium foris, & contra animi noſtri inclinationem, ita, ut nihil per ſe conferat ad id agens, hoc eſt, ut nihil ipſum actum adjuvet ſubjectum ſeu homo, ſed habeat ſeſe merè paſſivè. Actio autem *metu* peracta in ſe ultranea & ſpontanea, *Vid. Ariſt. 3. Eth. 1. l. 21. §. 5. ff. qvod met. cauſ.* qvia ſpontaneum dicitur, qvod petimus ſeu eligimus, & vel ſimpliciter, vel ob certum finem, ſeu ex metu majoris mali. Eadem in vita ſaltem per accidens, prout extra hunc caſum conſideratur in ſenſu diviſo, *Tom. 1. 2. qvæſt. 6. num. 6.* neqve enim ſic ipſi voluntatis libertati officitur, *arg. l. 21. §. 5. l. 11. Qvod met. cauſ. Dn. Hahn. ad d. t. n. 2.*

MISERABILIS PERSONA. §. 1. Non ſolùm viduæ & pupilli *miſerabiles perſonæ* dicuntur, ſed etiam ſenes decrepiti,

piti, item qvi diuturno morbo exhauſti & onerati: & generaliter omnes, qvi naturali commiſeratione, ob fortunæ injuriam, digni ſunt, horum numero contineatur, *Gail. 1. obſ. 1. num. 40.* Item carceratus, *Idem 1. obſ. 78. num. 3.* Peregrini, advenæ, cœci, mercatores. Eccleſia, mutilatus membris, agricola, civitas, Judæus noviter baptizatus, meretrix, ſcholaris, dicuntur perſonæ miſerabiles, ut privilegio fori gaudeant, *vid. Menoch. arb. Judic. qvæſt. libr. 2. cent. 1. caſ. 66. Treutl. 1. diſp. 3. th. 10.*

MILES. §. 1. *Miles* propriè dicitur, qvi in militari matricula autoritate Principis ſcriptus, & publico ſigno vocatus, armisqve cinctus à ſignis non recedere juravit, *l. 42. de teſt. mil. l. 2. de veter. l. 13. §. 5. de re mil.*

§. 2. *Veterani* dicuntur, qvi legitima viginti annorum ſtipendia confecerunt, *l. ult. C. de his, qvi non impl. ſtip.* Sed qvia tunc honeſtè dimitti ſolebant; idcircò veteranus in jure accipitur pro eo, qvi honeſtam dimiſſionem impetravit, ac militi opponitur, *l 8. §. 2. de proc. §. 3. J. de mil. teſt. l. 2. de veter. privil.*

§. 3. Multa ſunt genera *miſſionum*, (1) eſt *honeſta*, (2) *cauſaria*, e. g. ob ægritudinem, (3) *ignominioſa*. Miles verò notatur infamiâ ab exercitu ignominiæ causâ miſſus, qvod tribus modis fit: (1) ſi is qvi mittit, addit nominatim, ſe ignominiæ causâ hoc facere, *l. 2. § 2. de his qvi not. inf.* (2) Si inſignia militaria detrahantur, & fiat exauctoratio, *d. §. 2.* (3) ſi ſaltem expreſſa ſit cauſa famoſa, *l. 13. §. 3. de re milit. Dn. Hahn. ad tit. De his qvi not. infam. n. 5.*

MINOR. §. 1. *Minor* dicitur, qvi nondum annum 25. exceſſit, *l. 1. §. 1. de minor.* Jure Saxon. minores completo 21. ætatis anno majores efficiuntur, *Berlich. 1. dec. 6. n. 2. Carpzov. pr. crim. qv. 82. n. 23.*

§. 2. Verbum *Minor* variè in jure accipitur. (1) Aliqvando enim dicitur minor infans ad ſeptimum usqve annum, *l. 4. de in jus voc. l. 18. ubi Dd. C. de jur. delib.* (2) Aliqvando is minor dicitur, qvi nondum ad annos 25. pervenit, *l. 1. de minor.* (3) Aliqvando nomen Minoris, etiam pupillo, qvi minor eſt 14. annis, qviqve tutore indiget, attribuitur, *t. t. ff. &*

Inſt. de tutor. c. præſentia, ubi gl. & Dd. de proc. & talis dicitur aliàs impubes, *Jac. Ayrer. Proc. p. 1. c. 7. obſ. 1. n. 1. & ſeqq.*

MANIFESTUM. §. 1. *Manifeſtum* eſt publica ſeu famoſa proclamatio ex certa ſcientia, & à certis authoribus proveniens, *Maſcard. de probat. concl. 1017. num. 3.* Et continet ſub ſe duas ſpecies, videlicet *notorium & manifeſtum, Card. Tuſch. lit. M. concl. 71. n. 1.*

MELIORAMENTA. §. 1. *Melioramenta* & fructus ſic differunt, qvod illa ſint facientis bona propria; hi verò aliorum veniant.

MOLENDINUM. §. 1. *Molendinorum* tria genera vulgò recenſentur, qvædam enim (1) tanqvam ædificia ſeu domus in terra ad præterlabentem aqvam aliqvam ædificari ſolent, & communiter Waſſer-Mühlen/ appellantur. (2) qvædam pnevmatica ſeu vento agitata, vel alata vocantur, Wind-Mühlen/ (3) qvædam navalia, ſeu in aqvis natantia, vulgò Schiff-Mühlen/ nominantur, *Vid. Finckelthaus. diſp. feudal. 3. theſ. 20.*

MONOPOLIUM. §. 1. Diſtingvendum omninò eſt inter modos, qvibus contingit *monopolium*, (1) eſt, qvando unus aut plures ex privilegio principis facultatem habent, ut ſoli de re aliqva commercium inſtituant, ſeu res tales vendant. (2) Ubi privati conſpirant de non vendendo niſi certo pretio, qvo non emeretur absqve ejusmodi conventione. Idem eſt ſi conveniant mercatores, ne niſi pretio infimo emant à dominis mercium. (3) qvando aliqvi tempore meſſis emunt, v. c. omne triticum vel maximam partem, pretio vili, ut poſtea omnes ab iis cogantur emere pretio ſummo aut gravi, (4) ubi aliqvis, ut merces ſuas cariùs vendant, impedit ne alii merces ad eum locum deferant, *Dn. Hahn. ad* Weſ. *par. tit. de ſerv. expert. n. 1. add. Dn. Struv. exerc. 23. th. 69.*

§. 4. *Monopolium* nihil aliud eſt, qvàm qvando penes unum aliqvem aut paucos rei vendendæ poteſtas eſt, *Carpzov. l. 1. t. 5. Reſponſ. 41. num. 8.* Vel eſt lucroſa unius vel paucorum, libertati commerciorum contraria cum aliorum injuria & Reipubl. damno conjuncta negotiatio. Vulgò Ein ſchädlicher/eigennütziger Vorkauff/ *Reiger. theſaur. jur. voc. Monopolin.*

ME-

METALLUM. §. 1. *Damnatio in Metallum, & in opus publicum* ab invicem diſtingvebantur. Nam metallorum opus publicum qvidem erat, ſed gravius & durius, qvàm alia opera publica, *Proſp. Farinac. pr. l. 1. tit. 3 qv. 19. num. 14.* Ad opus ſiqvidem metalli pertinebant etiam Calcaria, ubi calx coqvenda, vel excavanda, & ſulphuraria. *l. 8. §. in calcariam. ff. de pæn.* fodina ſulphuris &c. *Petr. Gregor. d. tract. l. 31. cap. 36. num. 2.*

§. 2. *Pœna metalli, operis metalli, operis metallorum* ſecundùm JurisConſultum Ulpianum differunt, ita ut, qvi in metallum damnantur, gravioribus premantur vinculis; qvi in opus metalli, levioribus; in miniſterium verò illi illæve damnentur, qvis iſtis ſerviunt; qvales ſunt perſonæ, qvæ ut ſerviunt metallicis, in tempus vel in perpetuum adjudicuntur in qvod & fœminæ damnari ſolebant, ut in ſalinas, id eſt, ad præſtandas operas ſalinis, *l. 8. §. inter eos. §. in Miniſterium. ff. de pæn. Carpzov. practic. Criminal. qvæſt. 129. num. 6. & ſeqvent.*

§. 3. *Metallorum* appellatione continentur qvæcunqve mineralia ex aurifodinis, argentifodinis, ærifodinis, lapidicinis, & ejus generis aliis erui poſſunt, in tantum, ut & marmora, alios lapides complectamur, *l. 1. l. 2. l. 3. & ſeqq. C. de metall. l. aut damna. §. in calcariam. ff. de pæn. l. ſed ſi pecunia. §. f. de reb. eor. qvi ſub tut.* Metalla enim alia ſunt ductilia, alia friabilia. *Ductilia* ſunt, cùm *naturalia*, ut aurum, argentum, plumbum, æs, ferrum, electrum, tum *factitia*, ut chalybs, ſtannum, aurichalcum. *Friabilia* ſunt tum *terræ metallaris*, puta argilla, terra Lemnia, bolus Armenus, calx: tum *ſucci in terra concreti*, alumen, bitumen, calchantum, ſalpitrum, tum *metallica*, ut auripigmentum, chryſocolla, ſtibium; tum *colores*, ut ochra, cinnabaris, *Gœdd. ad l. 17. de V. S. n. 10.*

MORA. §. 1. (1) *Morari* accipitur in Jure & apud bonos autores pro habitare ſeu commorari, *l. 2. de ſerv. export. l. 20. pr. de ann. leg. l. 7. verſ. ſed & authoritatem, eod. l. 13. §. 1. de adim. leg.* An autem nomen moræ pro habitatione accipiatur, textus juris haud invenitur, (2) Uſurpatur latè pro qvavis ceſſatione, dilatione & temporis lapſu, & ſic absqve dolo & fruſtratione, ut ſi qvis juſtè ad judicium provocavit, *l. 24.*

de uſur. ſi reus inqvirit in litigandi cauſam, ſi ſolutionem differt, donec amicos roget, vel fidejuſſores vocet, qvi ſolutionis factæ poſſint eſſe teſtes, *l.21. eod.* (3) accipitur ſtrictè pro ceſſatione, qvæ ex juſta cauſa non provenit, & ſic pro dilatione cum culpa & dolo conjuncta, *d.l.21.& 22.eod. Arum.tr.de mora, cap.1.*

§. 2. *Mora* eſt ſolutionis debito tempore præſtandæ vel recipiendæ injuſta ſeu fruſtratoria dilatio, *Add. Dn. Arum. tr. de mora. Beym. libr. ſing. de mor. Tac. à Glans. tract. de mor. aphor. 1.*

§. 3. *Purgare* ſumitur (1) pro mundare mundum facere. removere ſordes, *l.1.§.6. de font. l.1.§.7. de riv. l.un.§.3. de via publ.* (2) purgare eſt ſe excuſare & innocentiam ſuam oſtendere, *l.5.pr.de publ.jud.l.22. de jur. fiſc.* uti fit in juramento purgationis, (3) accipitur pro corrigere & emendare, *l.8.l.14. de Novat.l.91.§.3.de V.O.* etiam pro excuſare, uti ſumitur apud Plautum in Amphyt. & idhuc revorti, ut me de hoc purgarem tibi.

§. 4. *Purgatio moræ* eſt fruſtrationis antea commiſſæ, tam à debitore qvàm à creditore adhuc integra excuſatio, ut penitus mora qvieſcat.

§. 5. *Ex re mora* contrahitur, ſolo tempore tardæ pretii ſolutionis, *l.3. C.in qvib.cauſ. in integr. reſt.* Qvam moram Dd. vocant irregularem. *Ex perſona* mora committi dicitur, ſi debitor opportuno loco, & tempore interpellatus non ſolverit, *l.32.pr.de uſur.l.23.de V.O.l.24. Qvand. dies leg.* Ex qvibus verbis moræ utriusqve differentiæ colliguntur. In illa ſiqvidem nulla reqviritur hominis interpellatio, hæc verò non aliter, qvàm per interpellationem conſtituitur, *l. 23. de V.O. Arum.tr.de mora cap.3.n.5.14. & cap.5.n.1. Joh. Saperta tr. de mora c.1 n.14.& ſeqq.*

MANUS. §. 1. JCti *manum* aliam faciunt *longam*, aliam *brevem*. Manu *longâ* fieri dicitur, qvod fit obliqvè, flexuosè, per circuitum, *l.1.§.pen.de acqv.poſſ.l.6. de ſolut.* Manu *brevi*, i.e. directò, non per anfractum, aut circuitum, *l.43. §. 1. ſi de jur.dot.* Veluti cum debitorem meum tibi jubeo dare pecuniam: qvia pecunia mihi videtur data à debitore meo, & à me ad te profecta, *l.15. ff. de reb. cred.* Celeritate conjugen-

jugendarum *actionum*, una *actio*, id eſt, unus *actus* occultatur, *l.3. §.f.ff. de don.int.vir.* Prior actio, puta, ut debitor meus mihi det pecuniam: qvod tamen perinde eſt, ac ſi pecunia mihi eſſet data, & rurſus à me ad te profecta, *d.l.15. Borch. de mutuo c.1.num.57. Hotom. comm.verbor.jur. verb. Manu brevi. Wiſſenbach. p.2. ff. diſputat.19. theſ.5.* Add.voc.Traditio.

MUNDUS MULIEBRIS. §.1. *Mundus muliebris (qvo nomine veniunt, qvacunq; ſexus fœminini ſunt, etiam infantes, puellæ, & virgines, l.25.§.9.de aur.arg.mund.leg.)* eſt qvo mulier mundior fit. *Si qvis ita legaverit: Uxori meæ mundum, ornamenta, ſeu, qvæ ejus cauſa paravi, do lego!* placet omnia deberi, hoc enim verbum *ſeu* ampliandi legati gratia poſitum, eſt, *l.30. ff. de aur. leg. Wiſſenbach. ad ff. d.t. theſ. 13.*

MUTUUM. §.1. *Mutuum* capitur (1) pro re data in mutuum, qvomodo dicimur dare, accipere mutuum, *l.2. de reb.cred.* (2) pro actu mutuandi & vel *impropriè* pro conceſſione ad uſum, *ut 4.Reg.4.& 6.* Vel *propriè* pro actu, qvo res fit accipientis, ut tantundem reddatur, *pr.J. qvib. mod. re contr.obl.junct.§ ult. de obligat.*

§. 2. *Mutuum* eſt contractus, qvo res in pondere, numero, menſura conſiſtens, adeoqve fungibiles, in hoc datur, ut accipientis fiat & tantundem ejusdem generis & qvalitatis reddatur, *l.2.§.1.3.de reb.cred.§.1.q.m.r contr.obl.*

§. 3. *Mutuum* dividitur in *naturale* & *Civile. Utrumqve* in *ſimplex* & *mixtum. Naturale* dicitur, ſi qvis nummos ſuos ſuo nomine numeret. *Civile* vocatur, ſi qvis ſpe futuræ numerationis chirographum dederit. *Mixtum* iterum duplex faciunt, vel enim *prædominatur jus Civile*, qvod fit, ſi qvis pecuniam ſolutam vel mox ſolvendam ſtipulanti promittat reſtituendam: vel *prædominatur jus naturale*, qvod fit, ſi qvis pecuniam ſuam ſolvat tertii nomine. Verùm hæc diviſio rejicitur *à Bachov. ad Treutler. V.I. D.20. theſ.1. lit. D.*

§. 4. Dicuntur *res pondere, numero, menſurâ* conſiſtere, qvæ non aliter in commercia hominum venire, diſcerni, de-

determinari, & certa ſpecies ſeu individuum fieri poſſunt, qvam per ponderationem, vel numerationem aut menſurationem. Nimirum omnes qvidem res corporales ſuâ conſtant qvantitate,ſed aliæ non mediante pondere, numero aut menſura in commercia hominum veniunt, ſed corpora ipſa jam determinatam qvantitatem naturâ ſuâ in ſe habentia conſiderantur,& de iis in genere,*ut ſervo*, vel in ſpecie,*ut Sticho*, contrahitur. Aliæ verò ſunt incertæ & non determinatæ qvantitatis: *ut triticum* adeoqve ſi in commercia deducantur, per pondus, numerum aut menſuram uſu hominum communi determinantur: atqve inde hæ res ſpecialiter *Qvantitates* vocari ſolent: qvæ in ſpecie qvidem traduntur, *ut hi nummi* 100. Sed ſi eædem reſtituendæ,cum uſu (*vel naturaliter,ut frumentum, vel civiliter, ut pecunia*. §.2. *I. de uſufr. I. 30. de pet. hær.*) abſumantur,in genere,non in ſpecie reſtitui poſſunt. *Numero* itaqve conſtant,& ratione ejus in mutuum veniunt e.g.Nummi. Non verò grex,non jumentum qvoddam. Ratione *ponderis*,aurum,argumentum,panis. Ratione *menſuræ*, vinum, triticum,frumentum &c. *Georg. Adam. Struv.Syntagm.jur. exerc. 16. th. 14.*

MOS. §. 1. *Mos* uſurpatur (1) *pro ſingulari humano actu*. (actiones enim brutorum,non niſi per metaphoram mores dicuntur)qvod genus moris ibi incipiat ubi dominium voluntatis invenitur, ſeu ſolus actus liber propriè denominetur moralis,qvod laude vel vituperio ſit dignus, *Vid. Ariſt. 1. Eth.* 3. Hinc Philoſophia dicitur moralis, (2) pro *habitu ex freqventia ſimilium actuum* genito: qvomodo dicimus hominem benè aut malè moratum. Et his modis puto in legibus dici *bonos mores*, & qvid eſſe contra bonos mores, *l. 15* §. *item ff. de injur, l. 5. C. de cond. ob turp. cauſ. l. f. C. de pact. l. 15. Cod. de cond. inſtit.* item more malo & improbato, h. e. doloſè & inciviliter, *l. 19.* §.1.*de neg. geſt. l.* 8 *qvod met. cauſ.* (3) ut idem ſit qvod conſvetudo, *Ariſt. 10. Eth. 10 & 3. pol. fin. D. Hahn, ad. Weſ. de Legibus n. 9.*

§. 2. *Condictio ex Moribus* dicitur, exemplo condictionis ex lege, ſi moribus obligatio introducta ſ. firmata, neqve cautum,qva actione ſit utendum, *Dn. Struv. exerc. 18. th. 18.*

ACTIO EX QVASI MALEFICIO. §. 1. *Hæc* eſt

actio

actio in factum, prætoria, in perſonam, qvæ ob damnum datum aut furtum factum in navi, caupona, ſtabulôve ab aliqvo eorum, qvorum opera exercitor utitur, datur ei, cui illud damnum datum vel furtum factum, contra exercitorem in pœnam dupli, *l. 6. §. 3. l. f. Naut. caup. §. f. Inſt. de Obl. ex qvaſ. del.*

MORS. MORTUUS. §. 1. *Actio ex edicto de mortuo non inferendo* eſt, qvâ contra eum, qvi mortuum intulit in locum, in qvem jus inferendi non habuit, is, ad qvem locus pertinet, agit, ut aut tollat aut loci pretium præſtet, *l. 2. §. 2. l. 7. pr. l. 8. §. 1. 4. ff. de relig. & ſumt. fun.*

§. 2. Appellatione *mortis* venit etiam mors violentia, item mors civilis, qvando eſt omninò ejusdem effectus cum naturali, *Nic. Everh. à Middelburg. loc. leg. 101. n. 10.*

§. 3. *Mors* eſt vel *naturalis* vel *civilis*. *Naturalis* eſt diſſolutio animæ à corpore, qva jura perſonalia, *l. 195. π. de R. I.* patria poteſtas *pr. J. qvib. mod. jus p. p. toll.* aliaqve tolluntur; Civilis dicitur, qvando civis Romanus è civium Romanorum numero & jure tollitur §. 1. *d. t.*

SCTUM MACEDONIANUM. §. 1. Continetur iſto SCto, ne cui, qvi qvacunqve ratione filiofam. mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis ejus, cujus in poteſtate fuiſſet, actio petitioqve daretur, *l. 1. pr. de SC. Mac.* & qvidem vel denegatur condictio it. petitio ſ. vindicatio exſtantis pecuniæ mutuò datæ, ſi nim. conſtet filium ſive tempore mutui qvem fuiſſe, *l. 9. §. 2. eod. l. 10. de jurejur.* vel exceptione actio eliditur, *l. 7. §. 10. l. 11. de SC. Maced.*

MONETA. §. 1. *Valor monetæ* eſt monetæ bonitas extrinſeca; ſed bonitas monetæ intrinſeca vulgò abuſivè appellatur valor, *Jac. Blum. proc. Cam. tit 34. n. 112.*

MEDIASTINUS. §. 1. Id eſt, viliſſimum mancipium, ita dictum, qvod in mediis ædibus ſtaret, ut ad cujusvis juſſum præſto eſſe poſſet, *Goth. ad l. 1. §. 5. Naup. caup.*

MIXTUM. §. 1. Leges τὸ *mixtum eſſe* ſaltim de actione prædicare ſolent, ſcil. ubi & res, qvæ in eam veniunt & præſtationes perſonales judicio perſeqvendæ, §. 20. *I. de action. D. Hahn. ad Weſ. tit. ff. de pet. hered. n. 8.*

MOE-

MÆNIANA. §. 1. Hujusmodi hodie ſunt, qvæ Germanis Aercker/Ausgebäu/Auslucht vocantur. Suntq; illa pars, qvæ ita provehitur, ut uſpiam qvieſcat. Dicuntur alias *protectiones* ſeu *protecta*, *l.242.§.1.π.de*V.S.

MAJORATUS. §. 1. *Majoratus* eſt fideicommiſſum qvoddam in bonis inſtitutoris eo modo relictum, ut ea in familia integra perpetuò conſerventur, proximoqve cuiqve primogenito ordine ſucceſſivo deferantur. *Vel*, Illud propriè eſt jus Majoratus, qvod aliqvando ita ſtatuitur in eos, qvi ſunt ejusdem familiæ, ut ſemper natu maximus præferatur, majorqve ætate, *Betſius de pactis fam. cap. 8. Engelbrecht. de jur. primogen. n.*124.

§. 2. *Majoratus* qvandoqve pro juribus & præcipuis illis prærogativis primogenituræ, *Gen.25. v.31. & c.27. v. 18. cap. 43. v.33. Deuteronom.*21. *verſ.*17. qvandoqve verò pro ipſo jure, qvod in bonis habent majoratuum poſſeſſores, aliqvando autem pro re ipſa majoratui ſuppoſita accipitur, *Bald. in l. 19. Cod. de jur. delib. num.*11. *Tiraqvell. de jur. primogenit. qv. 1. num. 14.*

§. 3. Hæc natura eſt *majoratuum*, ut præcisè in iis unus duntaxat ſuccedat, & qvidem natu major proximum ex ipſo genuino verbi ſignificatu, adeoqve in hoc â fideicommiſſo familiæ differt, qvòd in eo omnes eodem gradu proximiores de familia admittantur, *l.32.§.f.l.69.* §.3.*de leg.* 3.

§. 4. *Majoratus expreſſus* eſt, qvando expreſſis & diſpoſitivis verbis adjectaqve cauſa teſtator voluntatem ſuam exponit de perſonis ad majoratum admittendis repellendisve: nec non qvibus alienatio interdicta ſit aut permiſſa, *l. 69. §.3. de leg.2.l.38.*§.*2.& 3. de leg.3.*

§. 5. *Majoratus tacitus* eſt, qvando expreſſa diſponentis qvidem verba deficiunt, atqve ejus mens fuerit, ex ſubſtitutione fideicommiſſaria tacita vel aliunde rationibus & conjecturis facilè colligere licet, *l.f.* §. *3. C. comm. de leg.* De qvibus conjecturis, *Vid. Jaſon. ad l.114.§.14. de leg.* 1. *Petr. Ant. de Petra tr. de fideicomm. qv.3. & 4. Lud.Molin.l. 1. Hiſp. primog.c.3. Bologn.ad l.*114.*§.14.de leg. 1.*

§. 6. *Majoratus* ſeu fideicommiſſum familiæ *reale* eſt, qvan-

qvando citra commemorationem certarum perſonarum ipſis bonis talis conditio vel modus adjicitur, qvô ea perpetuò in familia conſervari præcipiuntur, *l. pen.* §. *1. de leg. 2. l. 38.* §. *2. 3. 4. ff. de leg. 3. l. 78.* § *3. de leg. 2. Joh. Jac. Agricola de fideic. fam. & jure majorat. th. 5. lit. c.*

§. 7. *Perſonalis majoratus* eſt, qvando verba & diſpoſitio relinqventis fideicom. ad certas & ſpeciatim nominatas Perſonas, qvas non egreditur, reſtricta eſt. *l. 78.* §. *3. de leg. 2. l. 114.* §. *14. 15. de leg. 1. l. 154. ad L. Falc. N. 189. pr. c. 1. Agricol. d. th. 5. lit. d.*

§. 8. *Simplex & abſolutus majoratus* inducitur, qvando fundator majoratus principaliter & verbis diſpoſitivis cauſam prohibitionis continentibus ordinat, ut bona ſua in familia permaneant, atqve ſic per modum cauſæ finalis & rationis verba perpetuitatem denotantia exprimit, *l. 114.* §. *15. de leg. 1. l. 69.* §. *3. l. 77.* §. *27. l. 78.* §. *2 de 2. Petr. d. tr. q. 5. 2. 3. Joh. del. Caſtil. qvotid. controv. c. 12. n. 9.*

§. 9. *Majoratus conditionatus* dicitur, qvando verbis enunciativis bona in familia permanere præcipiuntur, adeoqve alienationis prohibitio, ad certas duntaxat perſonas & caſus reſtricta eſt, *l. 38.* §. *3. de leg. 3. l. 67.* §. *5. de leg. 2. Ant. de Petr. d. tr. c. 65. n. 48.*

MAJORITAS. §. 1. *Majoritas* eſt prærogativa, qva qvis aliis eſt dignior & honorabilior. Vel eſt excellentia unius perſonæ præ alia, *vid. tit. de majorit. & obedient.*

MONITORIA. §. 1. *Monitoria ſive Monstoria* ſunt literæ, qvas vocent Monitoriales, Monitiones generales, ad finem revelationis, ut vulgò loqvuntur, qvas Epiſcopi aut Vicarii generales Epiſcoporum, ad inſtantiam cujuscunqꝫ petentis, in genere contra detentores rerum alienarum concedere ſolent, ut eas intra certum terminum reſtituant, conſcios, ut fures furtaqve indicent, ſub pœna excommunicationis qvod & in aliis cauſis, cùm civilibus, veluti ut qvis ſolvat, aut reſtituat qvod debet, cum criminalibus criminaliter intentatis, ut ſic monitus ſe ſiſtat perſonaliter, uſitatum, hac vel ſimili formula, *Moneatur N. vel qvemcunqꝫ alium; qvi furtum tale fecerit, aut damnum dederit, ut intra certum terminum ſatisfaciat, alioqvi noverit ſeſe per hunc noſtram ſententiam excommunicatum. Gutier. 1. Can. qvaſt. c. 11.* Vel,

Vel, *Monitoria ſive Monitorialia* ſunt, qvibus judex non tam mandat ſive imperat, qvàm monet, ut reus qvod debet ſolvat; aut præſtet. Qvanqvam *Monitoriorum* nomine etiam *Mandata cum clauſula*, qvidam intelligi velint, attamen ita differre dicant, ut Mandata cum clauſula cum aliqva cognitione cauſæ, monitoria verò ex abrupto ſine ulla cognitione non ſecus atqve citationes decerni putent, *Conſ. Frider. Mindan. l. 3. de proceſſ. c. 7. n. 1. Roding. pand. Cam. lib. 3. tit. 7. in pr.* Horum monitoriorum nonnulla ſub pœna pecuniaria, nonnulla absqve ejusmodi pœna emanant, *ut videre eſt latè apud Jac. Blum. proc. Cam. tit. 34. n. 245. & ſeqq.*

MALEDICUS. §. 1. *Maledici*, à maledicendo, nomine generaliter accepto, dicuntur Clerici litigioſi, adulatores, proditores, ſcurriles, & verbis turpibus jaculatores, *In tit. de Maledic.* ſtrictiùs accipitur nomen illud pro blaſphemis in Deum, in Sanctos, & maximè in B. M. Virginem. Eoqve majus eſt delictum, qvo major eſt is, in qvem peccatur, *can. 3. 5. 6. diſt. 46. c. 1. c. 2. de Maledic. Nov. 77. in fin.*

MISSILIA. §. 1. *Miſſilia* ſunt donaria omnis generis rerum, à Conſulibus, Prætoribus &c. magnificentiæ & munificentiæ cauſa ad illiciendū & conciliandū ſibi populum, omnibus apprehendenda, ſparſa. Talia qvoqve ſunt illa munera, qvæ hodienum in coronationibus Impp. Regum inaugurationibus aliorum, ſolennitatis cauſa e. g. novæ monetæ, ſpargi ſolent.

MODUS. §. 1. *Modus* accipitur pro cauſa & ratione cur qvid fiat, *l. 17. §. ult. de cond. & dem.* Concipitur utplurimùm per particulam *Ut ex l. 17. §. 2 l. 44. l. 52. de man. teſt. l. 2. C. de his qvæ ſub mod. l. 80. de cond. & dem.* in contrarium per particulam *Ne*, qvæ valet ut non, *l. 69. §. ult. de leg. 1. l. 108. de cond. & dem.* Interdum hoc modo *illis ad faciendum monumentum mille hæres dato l. 40. §. 5. eod.* Etiam per partic. *Reg. l. 67. §. 7. 5. de leg. 2.* Nonnunqvam per dictionem modo, *Add. Card. Tuſch. lit. M. concl. 299.*

MAJORES. §. 1. *Majorum* appellatione propriè ſumta tantùm continentur ii, qvi ſunt ultra tritavum. Tritavus verò & alii deinceps dicuntur parentes, *Tuſch. lit. M. concl.* 21. Ma-

21. Majorum verò appellatione etiam patrem, avum, proavum cohoneſtari non eſt obſcurum, *l. 22. §. nec. verò C. de admin. tut. Gædd. ad l. 51. n. 3. de* V. S.

MEDICAMENTUM. §. 1. *Medicamentum* victus appellatione continetur, *l. 18. §. 2. Commod. l. 45. de uſufr. l. 22. §. 8. Sol. matr. Gædd. ad l. 44. de* V. S. *n.* 3.

MENSA. §. 1. *Menſa* eſt nomen univerſale, & idem, qvod ſtatio, ſeu negotium, *l. 77. §. 16. de leg. 2.* & ideo continet debita & credita, *Tuſch. lit.* M. *concl. 196.*

MALUM. §. 1. *Malum* eſt qvicqvid herbâ & fructu virens, lignoſo operculo caret, extra habens, qvod eſui aptum eſt, licèt durum qvandoqve etiam initus contineat, cujusmodi perſica ſunt, aut acinos, cujusmodi ſunt punica mala, *Macrob. Saturn. l. 3. c. 19. Gædd. ad l. 205. n. 2. de V. S.*

NEGATIO. §. 1. Duæ *negationes* regulariter affirmant, *l. 237. de V. S. l. 37. de R. I. l. 1. ff. de cadav. pun. l. 1. C. de Serv. fug.* Sed hæc regula ita demum procedit, ſi una negatio ad unum idemqve verbum in eodem membro, unius rei intuitu referatur: ſi verò copulativè vel disjunctivè ſubjiciatur, utraqve retinet naturalem ſignificationem, *l. 216. de* V. S. *l. 1. §. ſi qvis ita de V. O. Vid. Tuſch. lit. N. concl.* 27. *Gædd. ad l. 237. de* V. S.

NOX. §. 1. Major pars *noctis* eſt horarum actio, vel ſeptem ſupremarum, *vid. l. 2. §. 1. de* V. S. *Wiſſenb. de V. S. diſp. 1. th. 12.*

NOMEN. §. 1. *Nominis* appellatione rem ſignificari Proculus ait, *l. 4. de V. S. l. 59. de leg. 3.*

§. 2. *Nominis* & *rei* appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet, *l. 6. de V. S.* Strictè *Nomen* accipitur de obligatione ex mutuo, *l. 1. in fin. pr. De SC. Maced.* Latè acceptum complectitur omnem obligationem ex contractu natam, *l. 34. pr. de leg. 3. l. 4. l. 17. l. 23. §. 1. de har. vel act. vend. l. 15. §. 8. de re jud. l. 59. in fin. de leg. 3. l. 44. §. 6. de leg. 1.*

Nomen ſignificat omnem obligationem tam pœnalem, qvàm aliam qvamlibet, ſive ex delicto ſit, ſive ex contractu, ſive qvalibet alia cauſa, *d. text. l. 1. ad SC. Maced. Gædd. ad l. 6. num 13. de V. S.*

NOVA-

NOVALIS. §. 1. *Novalis* eſt terra præciſa, qvæ anno ceſſavit, qvam Græci *νεατὸν* vocant, *l. 30. §. 2. de V. S.* Aliis dicitur *ager qvietus, vervactum*, Germ. Brachland.

NOVUM. §. 1. Cauſæ novæ, & in ordine novarum agendæ, ſunt citationes, inhibitiones, compulſoriales, mandata pœnalia & id genus alii proceſſus, *Ord. Cam. p. 3. T. 7. in pr. Roding. pand. Cam. l. 2. tit. 6. §. 8.* Add. voc. Ordo.

NARRATA. §. 1. Vox, *Narrata*, aliqvando ita latè ſumitur, ut etiam medium concludendi, atq; ſic omne id, qvicqvid in ſupplicatione inter exordium & concluſionem ponitur, comprehendat. Sic plerumqve accipitur, qvando decernitur: Auff fürbrachte Narrata abgeſchlagen. Item, qvando ſupplicans dicit: Er wolle Narrata ſupplicationis loco libelli repetiren. *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 64. n. 48.*

NUPTIÆ. MATRIMONIUM. §. 1. *Nuptiæ* ſ. Matrimonium eſt viri & mulieris (*legitima*) conjunctio, individuam vitæ conſvetudinem continens, *§. 1. de patr. pot.* Vel, conſortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio, *l. 1. ff. de rit. nupt.* Vel: Conjugium eſt unius maris & fœminæ legitima & indiſſolubilis conjunctio, juxta divinam inſtitutionem mutuo utriusqve conſenſu inita, ad generis humani propagationem, ac mutuum vitæ adjutorium. *Dn. Struv. exerc. 29. th. 19.*

§. 2. Hoc ſermone, *Dum nupta erit*, primæ nuptiæ ſignificantur, *l. 89. §. 1. de V. S.* Similiter promiſſio *Nuptiarum* nomine facta, de *primis*, non etiam de repetitis nuptiis interpretanda, *l. 68. de jur. dot. l. 77. §. 9. de leg. 2. l. 26. §. f. de pact. dot. l. 81. pro ſoc.*

§. 3. Cùm qværebatur, an verbum, *Soluto matrimonio dotem reddi*, non tantùm divortium, ſed & mortem continere, hoc eſt, an de hoc qvoqve caſu contrahentes ſentirent, & multi putabant, hoc ſenſiſſe, & qvibusdam aliis contra videbantur: ſecundùm hoc motus Imperator pronunciavit, id actum eo pacto, ut *nullo caſu* remaneret dos apud maritum, *l. 240. de V. S.*

§. 4. Matrimonium *clam* contrahi dicitur, qvod contrahitur absqve teſtibus, tribus aut minimum duobus, ac Parocho, vel alio Sacerdote, cui Paſtor hoc munus demandavit, & non

facta

facta publicè in Eccleſia parœciali trina denunciatione, inter qvos ſit contrahendum matrimonium, ut, ſi qvi matrimonio aliqvid objectum velint, interim compareant & objiciant, *c. 3. de clandeſt. deſponſat.* Matrimonium igitur *clandeſtinum* eſt, qvod ſine interventu *ἱερολογίας* eſt factum: *Publicum*, qvod in Eccleſia interventu *ἱερολογίας* eſt contractum, *Hahn ad Weſenb. §. de rit. nupt. n. 2.*

§. 5. *Nuptiæ licitæ* ſunt, qvæ ſecundùm leges aut canones de matrimonio proditos contractæ ſunt, *D. Hahn. dict. num. 2.*

§. 6. *Nuptiæ inceſtæ & nefariæ* ſunt, qvæ contra jus naturæ & divinum, inter aſcendentes & deſcendentes, item, (*ut volunt alii,*) collaterales primi vel ſecundi gradus lineæ inæqvalis contrahuntur, *arg. l. ſ. de rit. nupt. §. Ergo. §. inter eos Inſt. eod. D. Hahn. d. l.*

§. 7. *Nuptiæ inutiles* ſunt, qvæ contra præcepta juris civilis vel canonici contractæ, utpote in qvibus vel cauſa efficiens, vel materialis, vel ſimilis deficit, *arg. rubr. C. de inceſt. & inut. nupt. D. Hahn. d. num. 2.*

§. 8. Matrimonium *verum* eſt, qvod ſecundùm leges expreſſo contrahentium conſenſu contractum eſt, & probationibus veris oſtendi poteſt, *arg. l. 30. de R. J. l. 15. de cond. & dem. l. 22. de rit. nupt. D. Hahn. d. n. 2.*

§. 9. Matrimonium *præſumtum* vocatur, qvod tacito contrahentium conſenſu & præſumtionibus inducitur. Jure canonico inſigne exemplum matrimonii præſumti eſt in ſponſalibus de futuro copula confirmatis. *D. Hahn. d. l.*

§. 10. Matrimonium *initiatum* videtur dicendum (1) ratione conſenſus, & hoc modo initiatum matrimonium jure civili eſt, qvod conſenſu initum, *l. 30. de R. J. l. 22. C. de nupt.* Jure canon. ſunt ſponſalia de præſenti angefangene Ehe / (2) qvoad mores noſtros tale videtur ratione *ἱερολογίας*, qvæ acceſſit qvidem, ſed non unà cum corporis commixtione: qvomodo & inter ſponſos in diebus nuptiarum ad concubitum usqve, matrimonium apparet initiatum. Verùm rectiùs dicitur hoc eſſe conſummatum, *D. Hahn. d. l.*

§. 11. *Conſummatum* matrimonium eſt, (1) cui acceſſit *ἱερολογία*, *Carpzov. jur. Eccl. l. 2. t. 2. def. 17. def. 130. & 142.*

A 2 (2)

(2) conſummatum dicitur matrimonium ob concubitum nuptialem, *c.2. de conſerv. conjug.* Jure civili qvoqve conſummatum dici poteſt, qvando ſubſecuta in domum deductio, per *l.22. C. de nupt. Dn. Henr. Hahn. d. n. 2.*

NOTIO. §. 1. *Notio* in genere eſt, cauſas cognoſcendi judicandiqꝫ poteſtas.

§. 2. *Notionis* vocabulum latiſſimo ambitu ſub ſe comprehendit tum cognitionem nudam, tum jurisdictionem, *l.99. pr. de V.S.*

§. 3. *Notionis* duæ ſunt ſpecies, *Notio* in ſpecie ſic dicta, & *jurisdictio. Notio in ſpecie* eſt, cognitio nuda, cognoſcendi judicandiqve poteſtas ſola & nuda, judicum pedaneorum, centumvirorum, arbitrorum propria, *l.5. pr. de re jud.* Qvid verò *jurisdictio* denotat, vide ſuô loco.

NON, SED. §. 1. Hæ particulæ, *non, ſed,* ſæpè ἐλλειπτικῶς ponuntur, pro, *non tantùm, ſed etiam,* *Wiſſenb. th. ult. diſp. extraord. 4. ſubject. diſput ad Inſt. Imp.*

NEGLECTEN-Gelder. §. 1. *Neglecta,* die Neglecten-Gelder/ dicuntur qvicqvid ſalarii Aſſeſſoribus Cameræ Imp. officii ob ſuam abſentiam in Senatu & Audientia neglecti, ſeu non præſtiti ergò defalcatur. Hæc ſunt duplicia, *mortuorum* & *viventium.*

§. 2. *Mortui Aſſeſſores* hic dicuntur non duntaxat illi, qvi ultimum ſpiritum exhalârunt, ſed etiam officium ſuum reſignantes & ab eodem remoti, qvoniam utriqve æqve ac verè mortui deſierunt eſſe Aſſeſſores. Horum verò omnium *Neglecta* eodem jure cenſentur, atqve dicuntur, qvicqvid ſalarii illis usqve ad ingreſſum ipſorum Succeſſoris ſolvi debuiſſet, ſi iidem eò usqve ſuum officium continuaſſent.

§. 3. *Viventes Aſſeſſores* nominantur, qvi adhuc in ſuo officio qvidem perſiſtunt, ſed illud negligunt, eosqve ſubdividunt Dd. in abſentes & præſentes. Illi dicuntur, qvi extra civitatem Spirenſem peregrè profecti ſunt. Hi ſunt, qvi in loco judicii, nimirum civitate Spirenſi qvidem commorantur, ſed judicium absqve ulla aut etiam inſufficienti excuſatione non freqventant, *Jac. Blum. proceſſ. Camer. tit. 7. num. 124. & ſeqq.*

NUL-

NULLIUS RES. §. 1. *Nullius res* bifariam dicitur (1) *ſimpliciter*, h.e. qvæ planè nullius eſt, ſecundum actum & potentiam, veluti res ſacræ, religioſæ, ſanctæ. (2) *ſecundum qvid*, & qvoad actum tantùm, non verò qvoad potentiam, hoc eſt, ſecundùm naturam & habitudinem ſuam, ut feræ, beſtiæ, §. *12. J. de R.D.* res pro derelicto habitæ, *l.5. §.1. π. pro derelicto.* theſaurus, *l.31. §.1. π. de A.R.D.* hereditas jacens, *pr. J. de ſtipulat. ſerv.*

NASCI. §. 1. Habetur pro *nato*, qvi ex utero matris exſectus eſt, & teſtamentum rumpit, *l.12. de lib. & poſthum. her. inſt. l.6. in fin. pr. de inoff. teſt. l.141. de V.S. l.1. § 9. Und. cogn. l.1. §.5. ad SC. Tertull.*

NOXA. §. 1. *Noxa Privata* ſunt eædem cum privatis delictis. *Publica* eædem cum criminibus publicis, qvæ capitalem animadverſionem continent, *l.17. §.18. de adil. edict.*

§. 2. Hæc ſtipulatio, *noxa ſolutum præſtari*, non exiſtimatur ad eas noxas pertinere, qvæ publicam exercitionem capitalem habent, *l.200. de V.S. d. l.17. §.17.*

§. 3. *Noxa* eſt ipſum corpus qvod nocuit, id eſt, ſervus. *Noxia* ipſum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, injuria, §. *1. J. de nox. act. l.238.* §.3. *de V.S.*

§. 4. *Noxalitas* eſt qvalitas qvædam actionibus ex delictis privatis (*non publicis, l.2. ff. de accuſat.*) accedens, ita ut ſit actio noxialis furti, rapinæ &c.

§. 5. *Actiones noxales* dantur contra dominum (*vel etiam b. qvàm m. fidei poſſeſſorem, l.11.13. de nox. act. l. 27. §. f. de R.V.*) ſervi, qvi ſine culpa domini damnum delicto privato dedit, alternativè ad id, ut aut noxæ ſervum dedat dominus, aut litis æſtimationem ſolvat, *l.2.3.4. l.1. de nox. act. §. 1. Inſt. de offic. jud. l.6. §.1. de re jud.*

NAVIS. §. 1. *Malum* navis eſſe partem, *artemonem* autem non eſſe, Labeo ait, qvia pleræqve naves ſine *malo* inutiles eſſent, ideoqve pars navis habetur, *Artemo* autem magis adjectamentum qvam pars navis eſt, *l.242. pr. de V.S.*

NEGOTIUM. §. 1. *Negotium* (1.) *generaliſſimè* ſignificat qvodcunqve inter duos actum, *l.33. de cond. l. 1. §. 3. ib. negotiis contrahendi de pact.* (2) litem, *l.7. C. de jur. & fact. ign.* unde negotia liberalia, *l.40. C. de lib. conſ.* negotium ſtatus;

l.f.C. de ord.cogn. (3) qvemcunqve contractum ſeu conventionem, *l.48.de O.& A.* (4) Aliqvando ſtrictiùs in contractibus innominatis cauſam ſive dationem vel factum, *ut l. 15. de praſcr.Verb.* (5) freqventiſſimè denotat, qvod qvis ſine mandato agit vel adminiſtrat, & eſt qvaſi contractus, *l. 2. l. 10.* §.1. *de neg geſt. l.13.C.eod.* §.1.*l.de obl.qva ex qs.contr. D.Hahn, ad Weſ.ff. tit.de neg.geſt. n.3.*

§. 2. *Negotiorum geſtio* eſt qvaſi contractus, qvo qvis ſine mandato negotia alterius utiliter gerendo ſe ad rationem de iis reddendam & viciſſim alterum ſibi ad reſtituendum id, qvod impenſum, adſtringit, *l.2.l.10.§.1.de neg.geſt.l.1.l.15.l.13. C. eod. l.5. de O.& A.*

NOVATIO. §. 1. *Vox novationis* dupliciter accipitur (1) *impropriè* pro qvalibet obligationis innovatione. (2) *propriè* pro tali innovatione obligationis, qvâ prior perimitur & nova conſtituitur, qvæ definitur, *in l.1.ff. de novat.& deleg. l.1.* §.*1. l.18.29.d.t.*

§. 2. *Novatio neceſſaria* fit litis conteſtatione, qvam inſeqvitur ſententia, qvâ reus etiam invitus condemnatur, *l.11.*§. 1. *l.29. de novat. l.1.C.de jud. junct. l.3.*§.11. *de occult. l. 83.*§.1. *de V. O.*

§. *3. Novatio voluntaria* eſt prioris debiti in aliam obligationem vel civilem vel naturalem per ſtipulationem transfuſio atqve translatio: hoc eſt, cùm ex præcedenti causâ ita nova conſtituatur, ut prior perimatur. Novatio enim à novo nomen accepit, & à nova obligatione, *l.1.pr.de Novat.*

Expeditur hæc vel absqve interventu novi debitoris, & dicitur *novatio in ſpecie* vel *novatio ſimplex*; vel interventu novi debitoris, §.*3.J.q.m.toll.obl.*

§. 4. Novatio *ſimplex ſeu in ſpecie ita dicta* eſt, cùm per ſtipulationem prior obligatio, manente eodem creditore & debitore, animo novandi *verbis expreſſo*, mutatur, §.*3. verſ. Sed ſi eadem I.q.m.obl.toll. l.11.l.2.de novat.l.f.C.eod.*

§. 5. *Interventu novi debitoris fit* novatio vel volente priori debitore vel eo nolente, *l.8.*§.*f. de Novat.* illa in ſpecie *delegatio* dicitur: hæc verò ad *expromiſſionem* pertinet.

NOVI OPERIS NUNCIATIO §. 1. *Novum opus nunciare* dicitur, qvi alteri ne novum opus faciat, denuntiat & pro-

& prohibet, *l. 20 pr. & §. 9. de Op. nov. nunc.* Germanis novi operis nunciatio dicitur die Verkündigung eines neuen Baues. *Gail. 1. obſ. 16. n. 1.*

§. 2. *Novum opus facere* eſt, ædificando aut detrahendo priſtinam operis faciem mutare, *l. 1. §. 11. de Op. nov. nunc.*

§. 3. *Novi operis nunciatio* eſt legitima prohibitio alteri, contra priſtinam formam ædificium paranti, ab eo, cujus propter jus in re, qvod habet, intereſt id non fieri, facta, ne ædificando vel etiam *demoliendo* pergat, donec de jure conſtiterit, aut eo nomine præſtita fuerit cautio, *l. 1. §. 12. de nov. oper. nunciat.*

NOTARIUS. §. 1. *Notarii* Judicii Cameralis ſunt perſonæ in ejusdem Judicii Cancellaria in complendis Actis in Audientia in Receſſibus procuratorum excipiendis, & deniq; in Senatu in Decretis ſententiisqve inſcribendis præcipue occupatæ, *vid. Roding. pand. Cam. l. 4. tit. 8. in pr.*

§. 2. Vox *Notarius*, id eſt, Scriba, deſcendit à voce Nota, qvæ inter alia ſignificat certa ſigna ſeu characteres, qvibus olim compendio ſcribebatur, ac plerumqve omnia dicta loqventis tum in judicio, tum extra illud mirandâ ſolertiâ velociſſimè excipi ſolebant. Has Notas Sigla (*contractim pro Sigilla, id eſt, parva ſigna*) vocat Juſtinianus, & per ea ſuas leges ſcribere prohibuit, *l. 2. §. 22. C. de Vet. Jur. enucl. Jac. Blum. proceſſ. Cam. tit. 13. n. 1.*

§. 3. Hi *Notarii Judicii Cameralis* ſubdividuntur in *Notarios cauſarum privatarum, & Notarium Fiſci. Illi* ſunt qvi circa easdem cauſas verſantur. *Hic* autem illæ cauſæ omnes vocantur privatæ, qvæ ratione ſuæ originis non ſunt fiſcales, *Jac. Blum. d. tr. tit. 14. n. 3.*

§. 4. *Notarius Fiſci* dicitur, qvi circa ſolas cauſas fiſcales occupatur. *Jac. Blum. d. tit. 4. n. 18.*

§. 5. *Notarii publici & immatriculati* eo ſolo differunt, qvod hi, non verò illi, Proceſſus Camerales inſinuare poſſint, *Jac. Blum. d. tr. tit. 63. n. 37.*

NUNDINÆ. §. 1. *Nundinæ* dictæ ſunt qvaſi *Novendinæ*. Sic enim primùm à populo Romano inſtitutæ fuerunt nundinæ, inqvit Rutilius, ut octo qvidem diebus ruſtici opus facerent: *nono* autem die, intermiſſo rure, ad mercatum, le-

geſqve accipiendas Romam venirent, & ut ſcita atqve conſulta freqventiore populo referrentur: qvæ trinundino die propoſita à ſingulis atqve univerſis facilè noſcebantur, unde etiam mos tractus, ut leges trinundino die promulgarentur, *Macrob. l.1. Saturn. c.16.* Hodiè *nundinarum* nomine retento, res mutata eſt.

§. 2. *Nundinæ* ſunt mercatus celebriores, qvi certis ſtatutisqve temporibus maximo conventu mercatorum habentur, in illis locis, qvibus jus eos habendi datum eſt longa conſvetudine, aut beneficio principis, *l.1. de nundin. l. un. C. eod. Wiſſenb. in ff. d. t.*

§. 3. Differunt propriè *mercatus & nundinæ*: *illi* ſunt conventiones mercimoniorum cauſa certi vici & civitatis, qvi vel hebdomadarii, ſemeſtros ſeu ſtati, Wochen- und Jahr-Märckte: *hæ* ſunt ſolennes illæ feriæ & mercatus, Meſſen.

§. 4. *Solennes Nundinæ* iterum diſtingvuntur in nundinas *ſolenniores*, magisqꝫ privilegiatas, Meſſen/& in minus *ſolennes*, Jahr-Märckte. *Illæ* ut in loco qvodam inſtituantur ab Imperatoris conceſſione dependet. *l.1. ff. de nund. l. un. Cod. Minus ſolennes* inſtituunt principes imperii in ſuis provinciis, *Beſold. theſaur. pract. voc.* Meß.

Vulgares nundinæ, Wochen-Märckte / ſine Principis authoritate in civitate ab eo, qvi merum & mixtum imperium inibi habet, inſtitui qveunt, *Wehner. obſ. pract. 126.* Meſſe. *Sichard. ad d. l. un.*

NOBILITAS. §. 1. Vocabulum *Nobile* eſt τῶν μέσων. Accipitur enim vel *genericè* vel *ſpecificè*. *Genericè* rurſus ſumitur bifariam. Nam (1) ſignificat omne id, qvod in unoqvoqve generi excellit: ita Chionem, qvæ mille procis placuit bis ſeptem nubilis annis, *ap. Ovid. l. 11. Metamorph. fab. 9.* nobile ſcortum vocamus. (2) Eo nomine ſalutantur omnium Ordinum Principes rerumqve potentes. Nam Duces, Marchiones, Comites licèt hodie majoris dignitatis titulo vocentur, tamen appellatione Nobilium comprehenduntur. *Paurmeiſt. de jurisd. l. 2. c. 11. num. 12.* Nobilium titulus olim ſolis Ducibus, Comitibus, Baronibus tribuebatur, *Paurmeiſt. d. c. 11.* Reliqvi verò Nobiles Miniſteriales aut Feudatarii,

tarii, vulgò Edle Knechte/ Knechte des Heil. Reichs vocabantur. *Specificè* loqvendo olim apud Romanos Nobiles dicebantur, qvi novi hominis filii eſſent. Novus autem dicebatur, qvi primus in ſua familia Magiſtratum adipiſceretur, ac ſtatuæ ſibi erigendæ jus haberet. *D. Joſ. Nolden de ſtatu Nobil. cap.1. concl.3. & ſeq.*

§. 2. *Nobilitas* eſt dignitas, beneficio Principis ſeu Legis plebejum per gradus legitimè erigens, *D. Joſ. Nolden. d. tr. c.1. concl. 7.*

§. 3. *Nobiles* ſunt vel *titulares*, vel *non*. *Titulares* ſunt, qvi certum Nobilitatis ſpecialem habent titulum, ut Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, Baro, Eqves, Doctor, &c. *Non-titulares*, qvi in ſimplici nobilitatis conſiſtunt nomine, *Limn. de jur. publ. l.6. c.1. n. 59.*

§. 4. Inter *Eqvites* & *ſimpliciter Nobiles* differentia (1) eſt, qvod Eqves parens filium non procreet Eqvitem, ut nobilis nobilem. (2) qvòd ex ignobili qvis Nobilis fiat, at non ex ignobili Eqves. (3) Privilegiis differunt & dignitate Eqvites à Nobilibus, ſimpliciter ita nominatis. Habent qvidem Eqvites omnia Nobilium privilegia, at Nobiles non æqvè illa, qvæ Eqvitibus conceſſa. (4) Deniqve eqveſtres, milites, qvos vulgò Ritter dicimus veros eſſe milites, & militum dignos privilegio, qvod reliqvis indiſtinctè Nobilibus vix adſcribendum, *Limn. d. l.6. cap.2. n.8. & ſeqq.*

§. 5. *Nobiles* noſtro in Imperio alii *immediati* ſunt, alii *mediati*. *Illi* vocantur, die Freyen Reichs von Adel/ die Freye Ritterſchafft/ *Gailio*, Primarii Nobiles. *de pignorib. Obſ.1. n.1.* die ohngemittelte/ gefreyte Reichs-Ritterſchafft/ *Bidenbach. qq. Nobil. 1. num.7.* qvi nullum Statum pro Domino aut magiſtratu agnoſcunt, ſed immediatè ſoli Imperatori, Imperioq́; parent. Welche ohne Mittel der Käyſ. May. und dem Reich unterworffen. R. A. 1555. §. Und in ſolchen Frieden. R. A. 1576. §. Dann weiters wollen wir. *Ord. Cam. p. 2. tit. 5.* Und umb Ihrer Vorfahren Verdienſt willen/ von dem Reiche ihre Ehr und Würden/ auch den mehrern Theil ihres Guts haben/ R. A. 1500. *tit.* Wie man mit der Ritterſchafft.

§. 6. *Nobiles immediati* ratione loci ſeu territorii, ubi degunt, in tres diſtribnuntur claſſes (1) Franconicam, (2)

Svevicam. (3) Rhenanam. R. A. 1542 §. Demnach haben wir. R. A. 1500. tit. was man mit der Ritterſchafft / *Limn. de jur. publ. l. 6. c 3.*

§. 7. *Nobiles mediati* in Imperio Romano-Germanico, qvi ſcilicet Ordinibus Imperii, al ive immediatè. Imperio autem mediatè ſubjecti, pro provinciarum diverſitate, diverſas patiuntur diſtinctiones. Sic in Franconia alii ſunt Lehen-Leute / alii Landſaſſen / *Limn. d. l. 6. c. 4.* Add. voc. Landſaſſen.

§. 8. Generaliter *Eqvites* dicimus omnes Nobiles, & eorum ordinem, die Ritterſchafft / Ordn. des Regim. zu Augſpurg 1500. tit. Wir zweenzig Perſohnen. §. Die andern ſechs. *& tit. ſeq.* R. A. *de Anno 1555.* §. Und in ſolchem Friede. Specialiter verò & accuratâ loqvendi formulâ Eqves major eſt Nobili ſimpliciter ita dicto, & ab eodem diſtingvitur gradu, *Limn. d. l. 6. cap. 2. n. 2. & 3.*

NISI. §. 1. Dictio illa, *Niſi*, in oratione negativa, vim affirmandi habet, *Gail. 1. Obſ. 82. num. 23.* & è contra ſi præcedit affirmativa, importat negativam. (2) importat exceptionem à præcedentibus. (3) aliqvando importat dictionem, *Si Card. Tuſch. lit. D. concluſ. 314. Eberhard. à Middelburg. loc. leg. 82. num 27.*

NOTORIUM. §. 1. *Notorium* in genere deſcribi ſolet, qvòd ſit rei, cui adjungitur, valdè plena notitia, inducens indubitatam & finitam probationem diſcuſſione non egentem, *Ant. de Butrio in tract. de notorio, art. 1. num. 1. Benedict. de Capra, tract. de notorio, membr. num. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 1105. num. 3.*

§. 2. *Notarium facti* deſcribi poteſt, qvòd ſit finita & communiter indubitata probatio, probata immediatè natura facti, vel rei continuæ, aut interpolatæ, aut momentaneæ, oculis omnium aut majoris partis ita ſe exhibens, ut nulla tergiverſatione celari poſſit, *l. 11. §. 3. de inſt. act. l. 33. de V. S. cap. cum dilectus, X. de purgat. can. cap. fin. X. de cohab. cler. cap. de manifeſta 2. q. 1. Maſcard. d. concl. n. 4.*

§. 3. *Notorium juris* eſt, notitia inducens probationem finitam per medium in jure, ſive ex facto judicialiter diſcuſſo, ſive aliàs notorio, à jure ſumtam, approbatam, fictam vel præſumtam, *Maſcard. de probat. concl. 1106.*

§. 4.

§. 4. *Notorium facti continui, ſeu actu permanentis* eſt notitia ejus, qvod ita fit publicè, ut celari non poſſit, continet in ſe actus continuationem; exemplum eſt in eo, qvi in perpetuo carcere detinetur, modò carceres ſe oculis hominum exhibeant.

§. 5. *Notorium facti actu tranſeuntis* vocatur illud, qvod cùm ſemel notorium factum eſt, nulla poteſt tergiverſatione amplius celari aut negari, licèt nullam habeat actus ſui reiterationem: exemplum eſt, ſi qvis in publico loco coram populo occidatur, qvod nullam planè in eodem ſubjecto recipit iterationem, *Metzger. conſ. crim.* 15. *n.* 77.

§. 6. *Notorium facti interrupti ſeu interpolati* eſt, qvod etiamſi publicè factum non poteſt tergiverſatione aliqva celari, tamen admittit reiterationem, nec continuè oculis hominum ſe ingerit: exemplum eſt, qvando aliqvis in loco publico habet menſam paratam ad mutuandum ſub uſuris, *Abb. Panorm. in cap. Veſtra. 7. X. de cohab. cler. & mulier. num.* 14. *Metzger. d. l. Nicol. de Milis in ſuo repertorio Verſ. notorium facti continui, cum ſeq.*

§. 7. *Notorium juris, qvod dicitur approbationis & fidei* eſt omne id, qvod liqvet ex probatione in judicio facta, *cap. Qvæſitum. X. de tempor. ordin. Butr. dict. tract. art.* 2. *num.* 24.

§. 8. *Notorium diſpoſitionis* eſt, qvando ex aliqvo notorio notorietate facti approbationis vel fidei jus ultra progreditur diſponendo, exemplum eſt *in cap. ad decimas. 2. de Reſtit. ſpol. in 6.* velut qvando poſſeſſio eſt limitibus alicujus Parochiæ circumſcripta, jus diſponit & probat qvod ex fructibus illius debeantur decimum Parochiali Eccleſiæ, *Mil. in repertorio. Verſ. Notorium juris diſpoſitionis.*

§. 9. *Notorium præſumtionis* eſt, vel qvando lex per probabilem conjecturam ex certo ſigno provenientem aliqvid pro veritate habet tamdiu, donec contrarium probetur, cujus exemplum ſuppeditat, *cap. fin. X. de præſumt.* vel qvando lex ex aliqvo ſigno qvid præſumit & ſuper præſumto tanqvam comperto jus ſtatuit, exemplum eſt in *cap. 30. & 21. X de ſponſal.* unde oritur notorium juris præſumtionis. *Vid. Juſt. Meier.*

Colleg. Argentorat. ad tit. de probat. th. 15. & ſeq. Weſenb. Paratitl. eod. tit. n. 6.

NUDUM. §. 1. *Nudum* dicitur (1) ſine *ſecuritate*, ut nuda promiſſio, nuda cautio, *l. 56. de evict.* (2) ſine *ſolennitate*, ut nudus conſenſus. *l. 3. Cod. de emant.* nuda vox, §. *qvib. mod. teſt.* nuda voluntas, *l. 3. § fin. de ad leg.* (3) ſine *cauſa*, nuda ratio, *l. 26. de donat. l. 49. §. ult. de pecul.* traditio nuda, *l. 31. de A. R. D.* nuda ſolutio, *l. 1. §. 3. de edend.* nuda venditio, (*absqve animo obligandi, ſimulata*) *l. 35. de contr. emt.* adſeveratio nuda, *l. 14. C. de probat.*

NECESSITAS. §. 1. *Neceſſitate adſtringi* is maximè dicitur, à qvo invito per juris remedia qvid extorqveri poteſt, *l. 13. C. de contr. emt. Suthολt. diſſ. 12. aph. 17.*

NON-NUMERATÆ PECUNIÆ EXCEPTIO. §. 1. *Hæc* conceditur ei, qvi literis confeſſus eſt, ſe accepiſſe pecuniam, eamqve debere, nec accepit, adverſus eum, cui data eſt cautio, ejusqve heredem. §. 2. *J. de except. t. t. Inſtit. de lit. obligat.*

§. 2. Eſtqve duplex, alia, qvæ creditori, alia, qvæ debitori competit. Illa datur contra Apocham intra 30. dies, *l. 14. §. 2. C. de non num. pecun.* Hæc eſt vel privilegiata, vel non privilegiata. Privilegiata eſt, qvæ intra biennium oppoſita, onus probandi in Creditorem rejicit. Non privilegiata verò dicitur, qvæ poſt biennium oppoſita, inſtar aliarum exceptionum à Reo probari debet. §. *un. J. de lit. obl.*

NULLUM. §. 1. *Nullum* in jure idem denotat ac inutile, caſſum, infectum, & nullius momenti, *l. 57. §. 1. verb. nullam venditionem ſtare. ff. de contr. emt. l. 7. pr. ff. de dol. mal. l. 16. §. 1. de Minor. vid. l. 5. Cod. de Legibus.* Dupliciter autem in jure noſtro ſumitur, (1) qvod ſine aliqvo adminiculo, ipſo jure nullum eſt, (2) qvod adminiculis adhibitis qvoad effectum duntaxat eſt nullum. Utriusqve exempla ſuppeditant nobis, *l. 5. Cod. de Legib. l. 6. Cod. de pact. l. un. Cod. qvi pro ſua jurisdict. l. 36. de V. O. l. 5. Cod. de inut. ſtipulat. can. imperial. XXV. qvaſt. 2. cap. 21. X. de Reſcript. cap. 11. in fin. eod. in 6. cap. 6. de R. II. in 6. cap. 67. X. de appel-*

pellat.cap.fin.in fin.X. Ne ſede vac. Sutholt.diſſ.14. aph.37. Vant. tr.de nullitat.

§. 2. *Qverela nullitatis* principaliter intentata ſive deducta, eſt imploratio officii judicis, qva actor ſententiam nullam vel actum nullum reſcindi petit, nullâ appellationis mentione facta, *Ord. Cam. p.3. tit.34.* §. Wo aber von. 2. *Ord. p. 2. tit.21.* §. *Item* Nachdem auch 4. *Vid. Mynſ. c.5. Obſ.91. Gail. 1. Obſervat. 127. Roding. Pandect. Camer. libr. 1. cap.38.* §.*3.*

Vel, *Qverela nullitatis* eſt provocatio, qvâ in Judex Cameræ ad proceſſum in priori inſtantia nulliter inſtitutum, aut ad ſententiam ab inferiori judice latam reſcindendum imploratur, *vid. t. ff. qva ſent. ſin. appellat. & tit. C. qvand.prov. non eſt nec.*

§ 3. Illa *nullitas* eſt duplex: *Sanabilis* & *inſanabilis, per Rec. Imper. 1654.* §. In dem. *124. & ſeq.* *Hæc* dicitur, qvando ea, in prima inſtantia commiſſa, in ſecunda inſtantia ratificari neqvit. *Ord. Cam. p.3. tit.34. §.1. verſ.* Es wäre dann Sach. Id eſt, qvæ nullo jure à judice ex officio, aut etiam exceptionibus â provocato oppoſitis adjuvari, & ſic qvaſi ſanari ſeu validari poteſt. *Sanabilis* verò nullitas dicitur, qvæ huic opponitur.

§. 4. *Utraqve* verò *nullitas* oritur vel *ex ipſa ſententia*, vel *ex proceſſu*. Priori modo oritur, ſi proceſſus qvidem legitimè inſtitutus, ſed ſententia contra jura ſit lata. Nullitas ſententiæ *ex proceſſu* oritur, ſi hic ſecundùm normam in legibus præſcriptam non ſit inſtitutus, atqve ita nullus, *Jac. Blum. proc. Cam. tit.56. §.1. & ſeqq.*

NOMINATIO. §.1. Domini nominatio eſt remedium, qvo propter rem conventus rei alienæ detentor judicium evitare, illudqve in Dominum verum ſeu ejus nomine alium poſſidentem transferri intendit, *Add. Umm. Diſput. ad Proc. jud. direct. XI. theſ.9.*

§. 2. *Differentiam Nominationis domini & denunciationis*, vid. ſub voc. denunciationis.

NATALIBUS RESTITUERE. §. 1. *Libertini natalibus reſtituti à Principe* pleniſſimam habent ingenuitatem & jus patronatus exſtingvitur, qvia iis natalibus reſtituuntur,

qvi-

qvibus initio omnes homines fuerunt, anteqvam ſervitus jure gentium eſſet introducta, *l. 1. l. 5. ult. ff. de nat. reſtitut.* *Reſtituere natalibus*, eſt reſtituere ingenuitati & naturali libertati.

§. 2. Natalium reſtitutio ſumitur interdum pro famæ reſtitutione, *l. 23. §. 1. in fin. C. de nupt.* interdum pro ſtatus in dubium vocati confirmatione. *l. 1, π. de natal. reſtit.* interdum etiam pro actu, qvo conſenſu Patroni à principe, à principe liberto priſtina libertas naturalis redditur. *l. 1. 2. 3. 5, π. d. t.*

NUTRIMENTUM. § 1. *Nutrimentum* eſt, qvicqvid nutrit & ſuſtentat corpus, veluti cibus, potus, medicamenta: qvæ qvaſi in ſubſtantiam corporis transeunt & mutantur, *l. 66. in fin. de judic.* Et eſt ſpecies victus, *l. 6. de alim. leg. Gœdd. ad l. 44. n. 5. & 6. de V. S.*

NUX. §. 1. *Nux* eſt omne pomum, qvod eſui aptum, *ſecundum Varronem l. 1. de re ruſt. c. 11. Gœdd. ad l. 205. num. 2. de V. S.*

NEGATORIA ACTIO. §. 1. Eſt actio realis, *l. 3. l. 4. §. competit. verb. in rem actione, l. 6. § 2. verſ. Hac actio. Si ſerv. vind.* competens alicui, ratione rei ſuæ, qvoad adverſarium liberæ, contra utentem aliqva ſervitute, vel jure, ad hoc ut judex declaret, rem illam eſſe liberam, neqve ſervire rebus, vel perſonæ alterius, condemnetqve reum, ut ceſſet ab uſu, præſtetqve cautionem de non moleſtando inpoſterum, ac damna illata reſtituat, fructusqve & intereſſe præſtet, *Vid. §. 2. Inſtitut. de action. l. 2. Si ſerv. vind. Manz. & Schneidew. ad dict. §. 2.*

NEPOS. §. 1. Appellatione *nepotum* veniunt etiam pronepotes, maximè qvando concurrunt conjecturæ, (2) Filius fratris ex communi uſu loqvendi etiam nepos dicitur, ſed impropriè, *vid. Tuſch. lit. N concl. 44.*

NEC. §. 1. Dictio, *nec*; importat copulam eorum, qvæ ſeqvuntur, ideò ſi mandatur alicui, ut deponat eum, qvi eſt magiſter, ſi reperiat eum malæ vitæ, nec ſufficientem in literis, reqviruntur duo copulata, qvòd ſit malæ vitæ, & non ſufficiens in literis, *Bald. l. 5. conſ. 480.* (2) Idem importat, qvòd *& non. Card. Tuſch. lit. D. concl. 312.*

§. 2. Dictio, *nec*; eſt implicativa, *text. & Gl. in l. ſi filia, C. de*

C. de donat. ant. nupt. Auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ. ex qvo ſeqvitur, qvod ingreſſus monaſterium nedum non poteſt teſtari, *ut in d. Auth. ingreſſi*, ſed nec diſponere aliter per viam contractus, & ergò ſi confiteatur ſe uſuras extorſiſſe, vel dotem ab uxore ſua defuncta recepiſſe, per talem confeſſionem non præjudicat monaſterio, *Nic. Everh. à Middelburg. loc. leg. 110. in fin.*

NIHIL. §. 1. *Nihil*, eſt dictio univerſalis negativa, & qvi jurat ſe nihil impetraturum, excludit ſe ab omni impetratione, *c. ſtatutum §. proviſurus de reſcr. in 6.* Et poſita in lege, prout, *nihil penitus*, vel, *nihil omninò*, qvod eſt idem, importat univerſalem negativam ſine ulla diſtinctione vel temperamento, ſed abſolutè & omni caſu, *Alex. l. 6. conſ. 72. num. 10. & l. 2. conſ. 13. num. 7.*

NULLUS. NEMO. NULLATENUS. §. 1. Dictiones *nullus, nemo*, & ſimiles ſunt orationes univerſales negativæ, *Bart. l. 2. conſ. 47.* Item dictio *nullatenus*, importat univerſalitatem, ideò excludit qvamcunqve minimam partem, ideò revocatio privilegiorum conceſſorum, nullatenus exemtis non revocat, nec comprehendit privilegia conceſſa aliqvo modo exemtis, *Card. Tuſch. lit. D. concl. 315. & ſeq.*

NUNCIUS. §. 1. *Nuncius Apoſtolicus* communi vocabulo dicitur, qvi Cardinalis non eſt, ſed Antiſtes, miſſus à Pontifice, tanqvam legatus, *Limn. ad Capitulat. Imp. Matth. art. 40. voc.* Bothſchafften/ *n. 12.*

NUNC. §. 1. *Nunc*, hæc dictio eſt præſentis temporis, *Tuſch. lit. D. concl. 317.*

NATURALIS. §. 1. (1) *In genere & largo modo liberi naturales* tantùm dicuntur omnes, qvi extra matrimonium naſcuntur, *ſec. gl. in c. per venerabilem, 13. X. qvi fil. ſint leg.* (2) *Propriè* ſeu *ſtrictè* dicuntur naturales tantùm, qvi nati ſunt ex concubina, *c. liberi 15. cauſ. 32. qv. 4. Card. Tuſch. lit. N. concl. 10. Schneidvv. Inſt. de ſucceſſ. lib. natur. n. 1. & 4.* (3) *Naturalis* filius dicitur, qvi legitimè in matrimonio natus, qvatenus opponitur adoptivo.

OPUS. §. 1. *Opere* locato conducto, his verbis Labeo ſignificati ait id opus, qvod Græci *ἀποτέλεσμα* vocant. (non ἔργον) id eſt, ex opere facto corpus aliqvod perfectum, *l. 5 §. 1. de V. S. l. 139. §. 1. eod.*

§. 2.

§. 2. Multum differunt *opus & opera*. *Opera* eſt ipſa actio, induſtria, labor, conatus, ſtudium, qvo in opere faciendo utimur, *l. 38. locat. l. 6. l. 7. l. 22. l. 26. de op. lib.* *Opus* autem eſt operarum effectum, qvod fabricando & operando effectum relinqvitur, *l. ſi inſulam de V. O. l. 30. §. qvi adem. Locat.*

§. 3. *Opera* ſervorum in uſu & fructu conſiſtunt, *l. 4. & 5. π. h. t.* qvæ ab uſufructu ſervorum differunt. In illis enim continetur tantummodo ea utilitas, qvæ percipitur ex operis ſervi alieni, *l. 6. π. de Operis ſervorum*, in uſufructu autem ſimul comprehenditur id, qvod ſervus ex re ipſius uſufructuarii acqvirit, §. 4. *Jur.* per qvas perſonas cuiqve acqviritur.

OPORTEBIT. §. 1. Verbum *Oportebit*, tam præſens qvàm futurum tempus ſignificat, *l. 1. pr. de V. S.* tam in judiciis *l. noviſſimo. ff. judic. ſolv.* qvàm in contractibus & ultimis voluntatibus, *l. 30. de leg. 1. l. verbum erit. ff. de V. S. l. cùm in ſecund. verb. multum autem intereſt, ff. de injuſt. rupt. teſt. Gœddo ad l. 8. pr. num. 2. ff de V. S.*

§. 2. Verbum *Oportet* in ſtipulationibus præſertim conventionalibus, in judiciis ſecus eſt, *l. 76. §. 1. de V. O.* non refertur ad futurum. Præſens tantùm tempus ſignificat, *vid. l. 29. l. 76. §. 1. de V. O. §. 2. Jur. qvib. mod. toll. obl. Gœdd. dict. l. num. 10.*

§. 3. Verbum *Oportere*, non ad facultatem Judicis pertinet, qvi poteſt vel pluris vel minoris condemnare, ſed ad veritatem refertur, *l. 27. de V. S.*

§. 4. Verbum *Oportet*, non ſemper eſt nota neceſſitatis & coactionis, ſed interdum honeſtatis & modeſtiæ, *l. 84. §. 1. de R. J. l. un. §. 1. in fin. C. de rupt. virg. Everh. à Middelburg. loc. leg. 93. num. 17.*

ORATIO. §. 1. *Oratio* vel *ſimplex* eſt, vel *Compoſita*. *Compoſita*, vel *conjuncta* eſt vel *disjuncta*, vel *diſſoluta*. *Conjuncta* eſt, cujus verba ſunt conjuncta & copulata, qvoties duæ pluresve res conjunctim & copulatè enunciantur, ut, *Stichum & Pamphilum* dare ſpondes? *Disjuncta*, qvoties disjunctim efferuntur: ut, *decem aut Stichum* dare ſpondes? qvæ

qvæ etiam *alternata* vel *alternativa* dicitur, *c. in alternativis, 70. de R.J. in 6. l. §.5. de condit. inſtit.*

§. 2. *Oratio ſoluta, aut diſſoluta* eſt, qvæ neqve conjunctionem, neqve disjunctionem habet, *l.* 28. §. *de V.* S. Sive, qvæ conjunctionibus verborum è medio ſublatis, partibus ſeparatis effertur, ut, *Veni, Vidi, Vici.* Vid. *l.53. de V. S. ibi, Si donum, munus, operas ademerit.*

§. 3. *Oratio*, qvæ neqve conjunctionem neqve disjunctionem habet, ex mente pronunciantis vel disjuncta vel conjuncta accipitur, *l.28. §.1. de V.S. l.53. in fin. pr. ibi ex re pro conjunctiis. l.142. de V.S. l.28. §.1. de cond. & Dem. l. 30. de aur. & arg. leg.* Oratio autem ſoluta, pro disjuncta habetur, *l.10. § 3. de Reg. Jur.* niſi mens pronunciantis aliud ſvadet, *dd. text.*

§. 4. Conjunctionem nonnunqvam pro disjuncta accipi, Labeo ait, ut in iis ſtipulatione, mihi hærediqve meo, re hæredemqve tuum, *l.29. de V.S.*

§. 5. *Oratio Principis* eſt, qvæ initio mutatæ reipublicæ aliqvandiu à Principe in Senatu Romano habebatur, legis ſvadendæ causâ, qvam orationem deinde Senatus-Conſultum ſubſeqvi ſolebat, *t.t. de reb. eor. l.3. ib. oratione. C. de Legib. D. Hahn. ad* Weſenbec. *de Conſtitui. num. 1.* Hinc qvod uno loco oratione introductum dicitur, *l. 8. de transactionib. l.60. §.5. de rit. nupt.* id alibi SCto tribuitur, *l. 23. §.2. de cond. indeb. l.7. C. de interd. matr. Gothofred. in hiſtor. jur. D. Struv. exerc. th.64.*

OSTENTUM. §. 1. *Oſtentum* Labeo definit, omne contra naturam cujusqve rei gentium, factumqve. *Duo genera autem ſunt oſtentorum*: unum qvoties qvid contra naturam naſcitur, tribus manibus fortè aut pedibus, aut qvâ alia parte corporis, qvæ naturæ contraria eſt. *Alterum*, cùm qvid prodigioſum videtur, qvæ Græci φαντάσματα, id eſt, viſiones vocant, *l.38. de V. S.*

§. 2. Omne qvidem *monſtrum* eſt *oſtentum*; at non omne oſtentum eſt monſtrum, *Vid. l 14. de ſtat. hom. l.10. eod. l. 15. §.1. de teſtib. l.12. §.f. ad L. Corn. de ſic.*

Oſtentum enim generalius vocabulum eſt, cum etiam mon-

monſtrum ſub ſe comprehendat; & ſeipſum, *Gædd. ad l. 38. n. 19. de V.S.*

§. 3. *Oſtentum* & monſtrum propriè ad res animatas ſentientes, hoc eſt, animalia, referri debet, *per l. 38. de V.S. l. 14. de ſtat. hom. l. 3. C. de poſth. her. inſt. Gædd. ad l. 38. n. 17.*

§. 4. Cui forma generis ſui neqve interpolata, neqve mutata eſt, id neqve oſtentum, neqve monſtrum, multò minùs verò prodigium vocari poteſt, *per d. l. 38. l. 135. de V.S. d. l. 14. d. l. 3. in fin. l. 6. §. f. ff. de lib. & poſth. Gædd. ad dict. l. 38. num. 122.*

OPTIMUS MAXIMUS. §. 1. *Si* cùm fundum tibi darem, legem ita dixi, *Uti optimus maximusq; eſſet*, & adjeci, jus fundi deterius factum non eſſe per dominum præſtabitur, amplius eo præſtabitur nihil. Etiamſi prior pars, qva ſcriptum eſt, *uti optimum maximusq; ſit*, liberum eſſe ſignificat, eoqve ſi poſterior pars adjecta non eſſet, liberum præſtare deberem, tamen inferiore parte ſatis me liberatum puto, qvod ad jura attinet, ne qvid aliud præſtare debeam, qvam jus fundi per dominium deterius factum non eſſe, *l. 126. de V.S.*

§. 2. Teſtator unum habens fundum, legat Titio fundum *optimum maximum*, an is debebitur? Omninò. Nam & *optimus maximus* dicitur de uno & ſolo: qvemadmodum in edicto prætoris etiam *ſuprema tabula* dicuntur, qvæ ſolæ ſunt, *l. 163. pr. de V.S.*

§. 3. Non tantùm in traditionibus, ſed & in emtionibus & ſtipulationibus, & teſtamentis adjectio hæc, *uti optimus maximusq; eſt*, hoc ſignificat, ut liberum præſtetur prædium, non ut etiam ſervitutes ei debeantur, *l. 169. de V.S.*

ORIGINALE. §. 1. *Originale ſcriptum* hodierni practici vocant, qvod Avthenticum appellavit Juſtinianus *in l. 2. de fid. inſtr. l. ult. Teſt. q&. aper. l. 4. §. f. pr. Fam. erc.* Authenticum autem eſt vox Græca denotans authoratum. Hinc ſcriptum alicujus authoritate comprobatum & ita exaratum, ut fidem in aliqva re faciat. Authenticum ſeu Originale vocamus, & qvod inde deſcribitur Juſtinianus vocat Exemplum, *in alleg. text. & l. 2. de edend.* Exemplar Cicero & alii authores appellant, nos nominamus per catachreſin Copiam, Copey/ & magis latinè Deſcriptionem, Abſchrifft.

OB-

OBSERVANTIA. OBSERVATIO. Ein Herkommen. §. 1. Obſervantia differt à conſvetudine. (1) Qvòd in illa præſcriptio temporis, & alia in probanda conſvetudine neceſſaria, in ejusdem Obſervantiæ probatione non reqvirantur, *Speidel. Voc. Obſervantur.* (2) Qvod ad conſvetudinem introducendã ad minimum duo actus deſiderentur, *Gail. 2. Obſ. 21. num. 8.* Obſervantia autem unico etiam actu & ſententiâ inducatur, ſitqve freqvens ille uſus, ex qvo tandem conſvetudo oritur, *Speidel. dict. loc.* Ex qvibus etiam patet, qvomodo Stylus & Obſervantia differant, *Add. Voc. Stylus. Jac. Blum. proc. Cam. tit. 2. num. 23.*

OPPIDUM. §. 1. Oppidum ab ope dicitur, qvod ejus rei cauſa mœnia ſint conſtituta, *l. 229. §. 7. de V. S.*

§. 2. Romani *Romam* per excellentiam *urbem* appellarunt, cæteras urbes & civitates oppida dixerunt.

OBLIGATIO. §. 1. (1) Obligatio vel latiùs ſumitur & impropriè ſignificat qvodcunq; vinculũ juris, qvo qvis ex qvacunq; cauſa adſtringitur ad aliqvid alteri præſtandũ, ſive dorulũ, ſive reſtituendum, ſive faciendũ, §. 5. I. de except. *l. 4. & ſeqq. de pignor. & hypoth. l. 52. de O. & A. l. 1. pr. eod. l. 3. de Legib. l. 3. de cenſib.* (2) ſtrictiùs & propriè ſignificat juris vinculum, qvo qvis facto ſuo, ſeu conventione delictové, adſtringitur ad aliqvid dandum vel faciendum, *pr. J. &* §. 2. *I. de Obl.* §. *verb. nullo jure obligatus, l. de action.*

§. 2. *Obligatio naturalis* eſt vinculum juris naturalis ſeu æqvitatis, qvo qvis naturaliter adſtringitur ad ſolvendum; *l. 95. §. 4. de ſolut.*

§. 3. *Obligatio naturalis minùs plena eſt*, qvæ non ex facto aliqvo ad obligationem tendente oritur, nec ad juſtitiam commutativam ſpectat, ſed à nuda gratitudine, ob beneficium acceptum, dependet, adeoq; nec ullam actionem, nec alios effectus parit, cùm etiam ſufficiat grato animo beneficium agnoſcere, *l. 25. §. 11. de petit. her. l. 54. §. 1. de furt. conf. l. 5. C. de his qvib. ut ind. l. 5. Cod. de relig. Add. Sutholt. diſſertat. 12. aphor. 17.*

§. 4. *Obligatio naturalis plena* eſt, qvæ abſolutè & in genere eſt vinculum ſeu nexus juris naturalis ſeu gentium ad aliqvid præſtandum iſto jure adſtringens, *D. Struv. exerc. 6. theſ.*

theſ. 11. *Vel.* Eſt, ex qva jure naturali naſcitur actio; ſeu qvæ jure gentium efficax eſt ad petendum & agendum, jure civili verò licèt non actionem, alios tamen effectus, eosqve maximè inſignes, producit, *l.59.de cond.ind.l.95.* §. *4.* *de ſolut. l. 41.59. l.60.64. de cond. indeb. l.1.* §. *17. ad L. Falcid. Sutholt, diſſ.12.aph. 15.& ſeq.*

§. *5.* *Obligatio merè civilis* eſt, vinculum ſolius juris civilis, qvo qvis ita adſtringitur, ut competat in eum qvidem actio, ſed inefficax, id eſt, talis, qvæ per exceptionem oppoſitam jure prætorio infirmetur, *l.3.* §. *1. de conſtit. pecun. Sutholt. diſſ.12. th.21.*

§. *6.* *Obligatio mixta, ſeu naturalis & civilis ſimul* eſt vinculum æqvitatis & juris civilis, qvo qvis ita adſtringitur, ut actio efficax in eum detur, ſeu qvæ actionem parit & exactionem.

Hæc obligatio definitur *in pr. Inſt.de Obligat.* juris vinculum, qvo neceſſitate adſtringitur alicujus rei ſolvendæ ſecundùm noſtræ civitatis jura, *Sutholt.diſſ.12. th.25.*

§. *7.* Obligatio mixta dividitur in civilem in ſpecie ita dicta, & Prætoriam. *Civilis* eſt, qvæ aut legibus conſtituta, aut certo jure civili comprobata eſt, §. *2. J. de obligat.* *Prætoria* eſt, qvam prætor ex ſua jurisdictione conſtituit, id eſt, primùm introduxit æqvitatis cauſa, §. *1. J. d. t.* §. *3. & ſeqq. de action. Sutholt. d. l. aph. 28. & ſeqq. D. Hahn. ad Weſenbec. de O. & A. num. 9.*

§. *8.* *Obligare in conſcientia* eſt, ita obligare, ut ſecundùm dictamen rectæ rationis aliqvid ſit faciendum vel omittendum: adeoqve ſi contra qvis agat, Deum offendat, pœnæ, qvâ crimen divinitùs vindicetur, obnoxius fiat, *D. Struv. exercit.2. th. 13.*

§. *9.* Obligatio vel eſt Unilateralis vel Bilateralis. Illa eſt, ex qva unus ſolùm obligatur, alter non, ideoq; & uni ſolum contra alterum datur actio, ut in Mutuo, Chirographo, Stipulatione, Hæreditatis aditione, & ſolutione indebiti. Hæc dicitur, qva uterqve contrahentium obligatur, vel æqvaliter, & mutuo ſe ejusdem conditionis actione, ſeu utrinqve directa ſe poſſunt convenire, veluti in Emptione Venditione, Locatione, Conductione, Emphyteuſi, Societate, Rei communione,

ne, & Hereditatis Communione, vel inæqvaliter, ut unus principaliter, alter acceſſoriè obligetur. Unde ille directâ, ſic verò contrariâ convenitur actione, v.g. in Commodato, pignore, depoſito, mandato, negotiorum geſtione, tutelæ adminiſtratione.

ORNAMENTA. §. 1. *Ornamenta* dicuntur, qvæ ad aliam rem nullam parantur, niſi corporis ornandi causâ, *Vid. l. 25. §. 10. 11. de aur. arg. mund. ornam. leg.* cujusmodi ſunt armillæ, gemmæ, margaritæ &c. Inter veſtem igitur & ornamenta multum intereſt. Veſtis enim neceſſitati & cultui corporis inſervit, *l. 43. de V. S.* Ornamentum tantùm cultui vel corpori accedit, ut ornarius ſit corpus, *Gœdd. ad l. 74. de V. S. num. 4.*

ORDINATIO CAMERALIS. §. 1. *Ordinatio Cameralis* eſt Conſtitutio Imperii de perſonis, jurisdictione & proceſſu Cameræ peculiariter promulgata. Vocatur Die Kammer-Gerichts-Ordnung. *Ord. Cam. p. 1. tit. 1. §. ult.* Des Reichs Ordnung. *Ord. Cam. p. 2. tit. 8. §. 2. & 14.* Unſer ſc. Keyſerl. Maj. und des Reichs Ordnung. *d. p. 2. tit. 26. pract.* Reichs-und Kammer-Gerichts-Ordnung. *d. t. 8. §. 1.* Item ſimpliciter, die Ordnung. *d. t. 1. §. 3. & paſſim.*

OFFERRE. §. 1. (1) *Offerre* aliqvando denotat idem, qvod ultrò exhibere, ità accipitur *in l. 45. de her. pet. l. 4. de re jud. l. 25. de R. V. l. 2. §. 1. de adm. tut. l. 3. Cod. de locat. prad. ejuſ. l. 1. in f. C. de relat.* (2) Aliqvando eſt jure aliqvo exhibere, *ut in l. 9. Cod. de ſolut. l. 2. C. 19. ibiq; Goth. C. de uſur. l. 2. C. de pact. int. emt. l. 3. de diſtr. pign. l. 3. Cod. de luit. pign.* Indeqve & *jus Offerendi* (1) *latiſſimè* capitur pro qvacunqve poteſtate, etiam ex mero arbitrio, exhibendi, juxta textus primo loco adductos. (2) *Strictiùs* atqve freqventiùs denotat illud offerendi jus, qvod ex legitima facultate circa rem competente proficiſcitur, *arg. 2. Feud. 3. §. 1. & 2. Feud. 2. §. 1. l. 16. de reb. aut. jud. l. 2. Cod. de pact. int. emt. l. 19. C. de uſur. l. 13. §. 8. de act. emt.*

§. 2. *In ſecundo ſignificatu jus offerendi* definiri poteſt facultas debitoris aliisvè perſonis conducens, adverſus eos, qvibus

Digitized by Google

bus res oppignoratæ aut venditæ ſunt, ut oblato debito & ſolutâ pecuniâ easdem res reſtituant, *Andr.Cruſ.de jur.offer.*

ORDO. §.1. Vocabulum *Ordinum* propriè denotat eos, qvi ritu ſolemni ab Epiſcopo conferuntur, & ad certum miniſterium, non qvidem divini cultus, ſed ſacrificii referuntur. Alias *impropriè* ſumtum hoc nomen tam latè patet, ut omnes omninò fideles, qvi qvocunqve modo Domini obſeqviis mancipantur, comprehendat. Qvâ ratione etiam primam Tonſuram appellare ordinem licebit.

§.2. *Ordines* alii ſunt *Majores*, qvi & *Sacri*, ut Presbyterii, Diaconatus, Subdiaconatus: qvibus Canoniſtæ Epiſcopatum adjungunt, cùm & Epiſcopi certo ritu ordinentur, ſicq; novum characterem cum gratia recipiant. Alii *Minores*, non ſacri, ut Oſtiariorum, Lectorum, Exorciſtarum, & Acolytorum, qvibus iidem Canoniſtæ adnumerant Pſalmiſtas ſive Cantores; atqve ita in univerſum novem ordines ponunt, uti hierarchiam Eccleſiaſticam conſtituentes. Theologi verò qvia conſiderant Ordines, uti ſe habent ad divinum ſacrificium, non diſtingvunt Epiſcoporum & Pſalmiſtarum Ordines ab Ordinibus Presbyterorum & Lectorum, atqve ita ſeptem Ordinibus contenti ſunt.

§.3. Furtivè *ordinem ſuſcipere* dicitur is, qvi ſuſceperit Ordinem aliqvem Eccleſiaſticum ſine prævio examine, & ſine prævia admiſſione ad illum ordinem ſuſcipiendum, in numerum ordinandorum irrepſerit: veluti ſi qvis ad minores tantùm ordines admiſſus, etiam Ordinem ſuſceperit ſubdiaconatus; vel ſi contra inhibitionem ſui Superioris ſeu Ordinarii eodem tempore duas Ordines ſacros adeptus fuerit, *c.1. c.3.1. De eo, qvi furtivè. Ord. ſuſc.*

§.4. Terminus *ordinationis* abuſivè vocatur Terminus ordinis *in O.C.1533.§.antepen.* Rectè: *abuſivè*; dicitur, qvia *Ordinatio* eſt Lex, *Ordo* autem eſt ſeries; qvi igitur ſeriem pro lege ſumit, ſine dubio ſatis abuſivè loqvitur, *Jac. Blum.proc.Cam tit.01.n.*11.

§.5. In Camera Imperiali *Ordo* eſt vel *Procuratorum*, vel *Rerum* ab illis in Audientia ſolenni agendarum, *Ord.Cam. p.3.tit.40.§.ult.ibi* Und ſoll ein jeder Procurator vom Oberſten an biß auff den Unterſten in der Ordnung / darinnen er

ſte-

ſehet/handeln/und ſonſt die Ordnung mit den Umbfragen nicht confundiren.

§. 6. Ordo *Procuratorum* conſiſtit in eo, ut Procuratores circa Tribunal ſecundùm ſui receptionis ætatem collocati ſua agenda debito tempore à primo usqve ad ultimum, ordinatim, *id eſt*, juxta ordinem, qvo collocati ſunt, proponant, *Ord. Cam. p.3. tit.5. §.2. tit.6. pr. tit.8. eod.*

§. 7. Ordo *rerum agendarum* (die Ordnung mit den Umbfragen / *d.§. ult.* item, die Ordnung in Handlungen/ *Ord. Cam. p.1. tit.18. §. pen.*) dicitur, qvi certis rebus proponendis deſtinatus eſt. Aliàs per metonymiam Adjuncti pro ſubjecto appellatur eine Umbfrage. *Ord. p.3. tit.2.5.6. & paſſim.* Nam Judex antiqvitus Procuratores perrogare ſolebat, utrum in illo ordine agere haberent, *d.t.2. princ. in fin.* Hodie illa perrogatio à Pedello expeditur. Illa autem perrogatio impræſentiarum vocatur Eine Ordnung/qvemadmodum & olim vocata fuit. *Ord. Cam. 1517. art.* der Geordneten. *t. pr.* vocatur aliqvando Gerichtliche Ordnung. Gem. Beſch. 13. *Dec. 1659. pr. & §.* qvia in judicio obſervandus. Aliqvando Ordnung & Umbfrage in Gemein Beſch. *12. Nov. 1647. §.2. verb.* Der Umbfragen in allen und ieden Ordnungen tam novarum qvàm præfixarum, *Ord. Cam. p.3. tit.19. §. ult.*

§. 8. *Ordinis rerum agendarum* antiqvitus ſex ſpecies fuerunt, (1) Ordo ſententiarum. (2) Ordo Novarum, (*in Novis*) (3) Ordo præfixarum. (4) Ordo in ordinariis. (5) Primus ordo contumaciarum. *Ejus ſpecies hodie ſunt qvatuor,* ſcil. Ordo ſententiarum, Reproductionis, Notarum, & Terminorum.

§. 9. *Ordo ſententiarum*, Umbfrage auff Beſcheid/ eſt, in qvo Procuratores ad latas ſententias agunt, *Jac. Blum. d. t. 61. num. 7.*

§. 10. *Ordo Reproductionis* eſt, in qvo Proceſſus ex Cancellaria extracti ſimulqve cum adjunctis pro proceſſibus decernendis in eadem Cancellaria exhibitis, Reo inſinuari, in primo termino cum memoratis Adjunctis reproducuntur. Qvamvis etiam in jam dicto termino unà cum præfatis Proceſſibus Acta priora, Procuratoria, Inſtrumenta, aliavè Documenta antehac in Cancellaria non exhibita judicialiter exhi-

beantur, tamen illa propriè dicuntur *producti*, non verò *reproducti*. Verbum *Exhiberi* propriè uſurpatur de extrajudicialiter exhibendis. Hic ordo anno 1655. introductus eſt. Gem. Beſch. 30. Octob. 1655. §. 2. *Jac. Blum. dict. tit. 61. num. 20. & ſeqq.*

§. 11. *Ordo Novarum* (ordo in novis) eſt, in qvo cauſæ novæ, & qvæ ad ejus introductionem pertinent, proponenda ſunt, *Ord. Cam. p. 3. tit. 7. princ.*

§. 12. *Ordo Terminorum* introductus eſt Anno 1665. Qvæ noviſſima Ordinum mutatio, *Novarum ordini* haud minimam ſuæ molis partem, non tamen *Nomen* detraxit. Nam (1) in dicto ordine *Novarum* novas cauſas (*unde primitus ſuum nomen nactus erat*) reproducere vetitum eſt, *per* Gemein Beſch. 9. *Jan.* 1660. §. *pen.* (2) Termini collecti, conceſſi & acceptati anteà in ordine Novarum obſervandi ad noviter introductum ordinem *Terminorum* tranſlati ſunt. Ad qvem etiam *terminos admiſſos & præfixos* tranſportari libuit, ſublato ordine Paritionis. Gemein Beſch. 13. *Dec.* 1659. §. 1. & d. §. *pen. Jac. Blum. d. tit. 61. num. 23.*

§. 13. *Ordo paritionis* eſt, in qvo tenetur agere is, cui per ſententiam terminus fuit præfixus, vel admiſſus, & ſi qvis non agebat, ejus contumaciam in hoc ordine etiam licebat accuſare, Gemein Beſch. 30. Octobr. 1655. §. 5. Potuit deniqve in eodem ordine pars obediens clauſis ſex juridicis in contumaciam procedere. Hic *Ordo Paritionis* Anno 1655. introductus eſt. Anno 1659. iterum ſublatus eſt, *Jac. Blum. dict. tit. 61. num. 20. & 32.*

§. 14. *Ordo præfixarum* erat, in qvo qvis termino collecto, vel per ſententiam præfixo agere tenebatur. *Ord. Cam. p. 3. tit. 8.* Hic ordo communiter ſubdividi ſolebat in ordinem præfixarum & extraordinariarum, *ſcil. cauſarum.* R. A. 1654. §. Die Unterſcheidung. 88. Abrogatus eſt Anno 1654. eo Novarum ordini admixto, *per* Gemein Beſch. 3. *Mart.* 1651. *pr.* & §. 1. *Jac. Blum. d. t. 61. 61. n. 19. & 9.*

§. 15. *Ordo in Ordinariis*, Umbfrag ordinariarum, dicitur, in qvo qvis termino ordinationis, Zeit der Ordnung/ ſumto obtentove, aut etiam nullo termino præſtituto per ſententiam agere juſſus, aut ſubmittere cogebatur, *Ord. Cam. p. 3. tit.*

tit. 9. junct. tit. 6. §. 2. Hic Ordo Anno 1577. eſſe deſiit, *Jac. Blum. d. t. 61. n. 15. & 16.*

§. *16. Primus ordo contumaciarum* dicitur, in qvo qvis excuſationem, qvare in termino antehac in contumaciis conſtituto, (*id eſt, in termino ordinationis, Ord. Cam. p. 3. tit. 10.* §. Und ſollen demnach.) vel aliàs obtento non proceſſerit, exhibeat. *Ord. Cam. d. t. 10.* §. 1. vel ſuper cauſis excuſationis ſubmittebat, *d. p. 3. tit. 5. Verſ.* Oder auff Urſachen beſchlieſſen. Hic ordo anno 1567. ſublatus eſt per commixtionem cum ordine præfixam, *Jac. Blum. d. t. 61. n. 12. & 14.*

§. 17. *Secundus ordo contumaciarum* eſt, in qvo accuſabatur contumacia ejus, qvi in termino ordinationis excuſationem, qvare egiſſet, propoſuerit, *Ord. Cam. p. 3. tit. 10.* § *1.* Hic ſecundus ordo etiam *Ordo in accuſationib. & ordo accuſationum*, primus verò ordo *excuſationum* vocatur. R. A. 1566. §. Demnach ſtatuiren. 110. *& ſeq.* Hic ſecundus ordo contumaciarum, anno 1577. fermè obſolevit, ſed anno 1594. planè abolitus eſt, *Jac. Blum. d. l. n. 13. & 18.*

OBLATIONES. §. 1. *Oblationes* vocantur, qvæcunqve de propriis & licitis rebus de Altari DEO & Eccleſiæ à fidelibus pro peccatis offeruntur.

OBSTAGIUM. §. 1. Is, qvi ſe *ad obſtagium obligat,* nihil aliud promittit, qvàm in caſum moræ ad certum aliqvem locum ire, ibiqve manere, & non priùs recedere, qvàm ſolutio facta fuerit, *Berlich. 2. concl. pract. 26. n. 30.*

§. *2. Obſtagium* itaqve vulgariter die Leiſtung / eſt, qvo qvis ipſe vel ejus fidejuſſor ſe obligat de ſe, ſi conventio non ſervetur, in certo loco ſiſtendo, inde non receſſurus donec promiſſis ſatisfiat, *Gail. 2. Obſ. 45. num. 3. 4. & 5.* Si qvis olim ad inſtantiam creditoris ſe non ſiſtebat, cum creditor famoſis picturis publicè ubiqve affixis mirabiliter traducere ſolebat, *Gail. 2. de P. P. cap. 2. num. 6. Jac. Blum. proceſſ. Cameral. tit. 34. num. 90.*

OCULARIS INSPECTIO. §. 1. Ocularis inſpectio dicitur perfici, Den Augenſchein einnehmen / qvando Commiſſarius, ſi negotii qvalitas id reqvirat, in rem præſentem it, eamqve oculis ſubjicit, *Gail. 1. Obſ. 96. n. 2.*

§. 2. *Ocularis inſpectio* ſæpiſſimè à Juriſconſultis noſtris

evidentia facti nominatur· ideo hiſce terminis promiſcuè utuntur. Evidentia enim eſt ita notoria res, ut oculis cerni poſſit, qvod nos augenſcheinlich vocamus. In Italia vocatur viſum & re, *Ruland. d. de commiſſ p. 2. lib. 3. c. 1. n. 1.*

§. 3. Omnis *ocularis inſpectio* fit vel *principaliter*, vel *incidenter*. *Principaliter*, cùm commiſſio ad ſolam ocularem inſpectionem alicujus rei petitur. *Incidenter*, cùm teſtium examinationi, vel lapidum elevationi clauſula ocularis inſpectionis adjicitur. *Secundò*, aliqvando ex officio: aliqvando ad inſtantiam partis ſolet decerni (*Qvod alii ſic efferunt, vel pro inſtructione juſtitiæ, vel ad inſtantiam partis*) *Ruland d. l. 3. c. 2. n. 1.*

OBVENTIO. §. 1. *Obventiones*, eſt verbum generale comprehendens omnes reditus cujuscunqve qvalitatis ſint, *Card. Tuſch. lit. O. concl. 6.*

OCCUPARE. §. 1. *Occupare* vel invadere dicitur ille, qvi ingreditur animo acqvirendi poſſeſſionem, qvam alius habet, & talis occupatio dicitur invaſio, & ſpoliatio, & ſi per vim dicitur violentia. ſi verò poſſeſſio erat vacans, qvia in ea non poteſt cadere jus, erit ſimplex occupatio, vel ſimplex invaſio, *Caſtr. l. 2. conſ. 57.* Secus ſi qvis inferat damnum, vel turbationem, impediendo, ne pacificè laboret, & fructis colligat, qvia non eſt propriè occupare, ſed habet ſua interdicta, remedia juris particularia, *Caſtr. d. conſ. 57. num. 3. Tuſch. lit. G. concluſ. 94.*

§. 2. *Occupare* & Vulgariter ſumitur & juridicè. Vulgariter (1) idem qvod detineri ſignificat. Sic occupatus dicitur, qvi jam negotiis eſt detentus. (2) idem qvod prævenire, e.g. litis conteſtatione, *l. 9. ff. de V. O. l. 32. ff. de Procurat.* Juridicè vel generaliter, vel ſpecialiter. Generaliter denotat, qvod apprehenſio juſta; Specialiter ſumitur pro modo acqvirendi dominii rei alicujus, qvæ antea nullius eſt, ut modò dictum, & propriè eſt rerum corporalium mobilium, cum invaſio fit rerum immobilium, §. 1. *in fin. verſ. qvod non ſolùm J. de vi bon. rapt.* qvamvis & res mobiles nonnunqvam invadi, *l. 47. ff. de acqvir. poſſ.* immobiles verò occupari dicantur, *l. 5. C. de R. V.*

OMISSUM. §. 1. Omiſſum dicitur, niſi palam verbis expri-

exprimatur, *l. qvicqvid de V.O.* Omiſſum autem non dicitur id, in qvo par ratio invenitur, *Tuſch. lit. O. concl. 115.*

OMNE. OMNIMODA. §. 1. *Omne* eſt nomen collectivum, & diſtributivum, qvod deſignat individua, & verificatur in eis: *Totum* verò deſignat corpus integrum, & ex partibus integratum, non qvod verificetur in partibus, *Tuſch. lit. O. concluſ. 117.*

§. 2. *Omnimoda* hæc dictio eſt univerſalis, qvæ comprehendit omnia, *Dec. l. 2. conſ. 35. n. 47.*

§. 3. *Omnimoda*, eſt dictio denotans præciſam voluntatem, & habet vim decreti irritantis, *Tuſch. lit. D. concluſ. 320.*

§. 4. *Omnia & ſingula* ſunt geminata, qvæ enixam voluntatem important, *c. ut circa de elect. in 6. Alex. l. 2. conſ. 35. num. 27.*

ONUS. §. 1. *Onera* omnia diſtingvuntur in tres ſpecies, qvædam ſunt *realia* ſimpliciter, ut qvæ agris & ædificiis imponuntur, ut ſunt cenſus, tributa, decimæ &c. vocanturqve *patrimonialia.* Qvædam *perſonalia* ſimpliciter, qvæ perſonis merè & non habito reſpectu ad rem imponuntur: qvædam *mixta*, qvæ perſonis obtentu rerum imponuntur, *vid. Card. Tuſch. lit. O. concluſ. 118. & ſeqq.*

OCCASIO. §. 1. *Occaſione*, hæc dictio importat cauſam remotam, & impulſivam, ideò pater legans aliqvid filio occaſione dotis, non dicitur legatum conditionale pro dote, ut debeant exſpectari nuptiæ, ſed debetur ſimpliciter, qvia illa dictio, *occaſione*, denotat cauſam impulſivam, non finalem, *Bal. conſ. 237. t. 1. num. 4. & 5.* Et latiſſimè intelligenda eſt hæc dictio, ut comprehendat etiam qvamlibet occaſionem ſine ratione. Et importat hæc dictio idem, qvod dictione propter. *Vid. Card. Tuſch. lit. D concl. 318.*

OLIM. §. 1. Hæc dictio reſpicit tria tempora, præteritum, præſens & futurum, ideoqve ad omnia poteſt aptari, *Fulgoſ. conſ. 22. num. 3.*

OMNINO. §. 1. Dictio *omninò* importat idem qvod liberè, abſolutè. (1) omnimodò, (2) totaliter & indiſtinctè, præcisè, ſimpliciter, (3) penitus, *vid. Card. Tuſch. lit. D. concluſ. 322.*

PECUNIA. §. 1. Triplex eſt *pecuniæ* ſignificatio (1) *Latè* accipitur de omni eo, qvod qvis habet in patrimonio, *l. 5. pr. de V. S. l. 178. pr. l. 222. ff. eod. c. totum. 1. qvæſt. 3.* (2) *Strictè*, de rebus, qvæ conſtant pondere, numero & menſura, ut ſunt oleum, vinum, frumentum, pecunia numerata, *l 30. pr. de leg. 1. l. 2. de reb. cred. l. 1. §. ult.* Mandat. *l.* 1. *§. 9. Depoſ.* Qvæ res veniunt appellatione *qvantitatis.* Qvamvis κατ' ἐξοχὴν ſignata pecunia ſæpe vocetur qvantitas, *l. 8. §. ult. de transact.* Sola tamen in qvantitate non conſiſtit, *l. 8. C. de locat. l. 19. pr. de aur. vel arg. leg. l. 78. pr. de leg. 2.* (3) Strictiùs, de Pecunia numerata, *l. 88. de V. S. l. 5. §. 2. de praſcr. verb. l. 1. ad SC. Mac. l. 64. §. f.* Sol. *matr. D.* Wiſſenb. *de Verb. Sign. diſp. 3. th. 9. Gœdd. ad l. 4. de* V. *S.*

§. 2. Tantum qviſqve *pecuniæ* relinqvit, qvantum ex bonis ejus refici poteſt. Sic dicimus, centies aureorum habere, qvi tantum in prædiis cæteriſqve ſimilibus rebus habeat. Non idem eſt in fundo alieno legato, qvanqvam is hæreditariâ pecuniâ parari poteſt: neqve qviſqvam eum, qvi pecuniam numeratam habet, habere dicit, qvicqvid ex ea parari poteſt, *l. 88. de V. S. l. 12. de leg. 2.*

§. 3. *Pecuniæ* verbum *ſimpliciter* prolatum non tantùm rem ſignificat mobilem & qvantitatem, verùm etiam immobilem, neqve ſolùm ſpecies & corpora, ſed etiam jura & univerſitatem, *l. 4. l. 178. l. 222. l. 53. de V. S. l.* 1. *§. f. l. 2. ff. de calumn.* Nam & hæreditatem, *d. l. 53.* & res in hæreditate exiſtentes, *l. 97. de V.* S. & jura tam obligationum & actionum, qvàm ſervitutum, interdictorum & ſimilium comprehendit, *l. 222. de V. S. l. 1. §. f. l. 2. de calumn. l. ſingularia ff. de reb. cred. l. ſi liber. verb. peculiariter. ff. ad exhib. l. 11. l. 14. §. 1. l. 29. ff. de conſtit. pec. l. 2. C. eod. l. 20. §. 1. de ſtip. ſerv.* Unde eſt, ut & ipſam rei utilitatem, & uſum & fructum ſignificet, *d. l. 1. in fin. l. 2. de calumn. l. 1. pr. ff. ad L. Falcid. l. 2. C. de conſtit. pec. Gœdd. ad l. 4. de V.* S. *num. 7.*

§. 4. Etſi *pecunia* rem ſignificat, *l. 4. de V. S. l. 222. l. 178. ff. eod.* inter rem tamen & pecuniam tantùm intereſt, qvantum inter genus & ſpeciem, *l. 5. de V. S. §. f. Inſt. de reb. corp. & incorp. §. 1. & ſeqq. Inſt. de R. D. l. 1. 2. 3. 4. ff. eod. l.* 11. *de juriſd. l. 1. 2. 3. l. fin. de tritic. cond.* Unde eſt, ut qvod vocatur pecunia,

nia, mox etiam res vocetur, *l. 68. de V. O. l. ſ. de cond. cauſ. dat.* §. *pretium. Inſt. de emt. vend. l. 104. l. 58. l. 97. de V. S.* At non contrà, *per l. 5. de V.* S. Eſt enim rei appellatio latiſſima, *l. 23. de V.* S. *Gædd. ad l. 5. n. 4. ff. de V. S.*

PERIRE. §. 1. *Periiſſe* res dicitur non tantùm, qvæ in rerum natura eſſe deſiit, verùm etiam qvæ formam ſuam amiſit, ut ſciſſa fracta, *l. 9. de V. S. l. 13. §. 1. l. 14. pr. cod. l. 3.* §. 1. Et qvæ vi rapta eſt, eam Marcellus periiſſe dicit. *l. 9. de* V. S.

POPULUS. §. 1. In uſu juris Romani cùm *Populus* dicitur, intelligitur populus Romanus, *per l. 15. de* V. S.

§. 2. Appellatione *populi*, univerſi cives ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus, §. 4. *I. de jur. nat. gent. & civ.*

PLEBS. §. 1. *Plebs* à *populo* eo differt, qvo ſpecies à genere: nam appellatione populi, univerſi cives ſignificantur, connumeratis etiam patriciis & ſenatoribus. Plebis autem appellatione, ſine patriciis & ſenatoribus cæteri cives ſignificantur, §. *4. I. de jur. n. g. & civ. l. 238. pr. de V. S.*

PUBLICUM. §. 1. *Publicum jus* dicitur præcipuè duobus modis. (1) in genere, ratione *cauſa efficientis*, qvod publicâ autoritate ſit conſtitutum, qvomodo jus omne atqve ita & privatum jus, publicum eſt, *arg. l. 1. & 2. de Legib.* (2) in ſpecie & propriè, ratione *objecti & finis*: h. e. qvod de rebus publicis eſt conſtitutum in reipubl. utilitatem, *arg.* §. *f. I. de jur. n. g. & civ.*

§. 2. Bona civitatis abuſivè *publica* dicta ſunt. Sola enim publica ſunt, qvæ Populi Romani ſunt, *l. 15. ff. de V. S.*

§. 3. Eum, qvi vectigal populi Romani conductum habet, *Publicanum* appellamus. Nam publica appellatio in compluribus cauſis ad populum Romanum reſpicit: Civitates enim privatorum loco habentur, *l. 16. de V. S.*

§. 4. Inter *publica* habemus non ſacra, nec religioſa, nec qvæ publicis uſibus deſtinata ſunt: ſed ſi qva ſunt Civitatum velut bona, ſed peculia ſervorum Civitatum, procul dubio publica habentur, *l. 17. pr. de V. S.*

Ea enim demum publica bona vocari & inter *publica* referri poſſunt, ſive civitatum, ſive fiſci, ſive ærarii, ſive populi Romani ſint, qvæcunqve in patrimonii computationem civitatum & populi veniunt, *d. l. 17. de V. S.* In bonis publicis erant

res,

res, qvarum qvidem uſus poteſt eſſe omnium, ſed proprietas populi vel civitatis, ut ſunt prata, paſcua, ſylvæ, emphyteuſes, agri vectigales, nomina & credita, & ſimilia civitatum bona, in publicum elocata, vel uſui data pro aliqva exactione, vel canone: item pecunia qvælibet alia publica, *l. 1. l. 2. C. de adm. rer. publ. t. t. C. de vend. reb. civit. tit. C. de debit. civit. tit. C. de paſc. publ. & priv. tit. C. de div. præd. urb. & ruſt. templ. & civ. Gædd. ad l. 17. n. 19. de V. S.*

§. 5. Etſi *Publicum* propriè & in compluribus cauſis, ratione imperii & majeſtatis, ſeu dignitatis, ad ſolum populum Romanum referatur, *l. 15. l. 16. l. 17 de V. S.* Si qvas tamen res civitates & municipales habeant ſuæ civitatis vel municipii jure communes eæ inter publica habentur, *d. l. 17. d. tit.* ut iisdem gaudeant privilegiis cum his, qvæ populus Romanus inter ſua bona publica refert, *per d. text. & l. 9. de uſucap. l. ut inter C. de SS. Eccleſ. l. 13. §. 1. de publ. & vect. Gædd. ad d. l. 17. num. 15 de V. S.*

PARS. §. 1. Qvintus Mutius ait, *Partis* appellatione rem pro indiviſo ſignificari. Nam qvod pro diviſo noſtrum ſit, id non partem, ſed totum eſſe, Servius non ineleganter partis appellatione utrunqve ſignificari, *l. 25. §. 1. de V. S.*

§. 2. *Pars incerta* dicitur *ratione loci*, qvæ ubi ſit, non poteſt demonſtrari, qvod accidit in omni parte, qvæ cuiqvam accidit pro indiviſo. Ratione *qvota* dicitur incerta pars, de qva ignorantur, qvota ſit, tertia ne an qvarta vel dimidia, *Wiſſenb. ad l. 25. §. 1. ff. de V. S.*

§. 3. Freqventiùs in jure *pars virilis* ſignificat partem æqvalem, *l. 8. de leg. præſt. l. 38. §. 2 de leg. 3.* Interdum tamen *Virilis* appellatione continetur totum, ſolidum, integrum, *l. 1. 47 ff. de V. S. ubi vid. Gæddæum.*

§. 4. *Pars diviſa & indiviſa.* Vid. *voc. Dividuum.*

PARTUS. §. 1. Partus non eſt pars rei furtivæ, *l. 26. de V. S.*

§. 2. *Partus* ſumitur generaliter pro prole edita qvacunqve, ita ut omnibus animalibus ſit communis, *l. 17. §. 1. π. de R. V.* & ſpecialiter pro partura ſive prole humana tantùm, *l. 11. π. de ſtatu hominum. l. 20. §. 3. π. de hered. petit. l. 2. π. de R. V.* ita ut fæturæ, qvæ animalium reliqvorum eſt propria,

op-

opponatur, *l.12. π. Qvod met. cauſa, l.12. §.1. l. 68. π. de Uſuſructu.*

Probſt. §.1. *Præpoſiti Principes* vocantur Gefürſtete Pröbſte/ uti eſt Præpoſitus Weiſſenbergenſis, Elvvangenſis, & Berchtholsgadenſis, *Goldaſt. Conſtitut. Imper. tom.1. poſt Præfat. ad Lector. pag.15.*

PASCUA. §.1. *Paſcua ſylva* eſt, qvæ paſcendo pecori eſt deſtinata, *l.30.§ fin.de V.S.*

PRATUM. §.1. *Pratum* eſt, in qvo ad fructum percipiendum falce duntaxat opus eſt, ex eo dictum, qvod paratum ſit ad fructum capiendum, *l.31. de V.S.* Fœnum prati fructus eſt naturalis, non induſtrialis, *l.45. de uſur.*

PALAM. §.1. *Palam* eſt coram pluribus, *l.33. de V.S. Vid.l.12.C.de teſtam.§3. Inſt.eod.* (2) Palam, id eſt teſtamento vel codicillis relicta, *l.31 pr.de jur.fiſc. l.103. de leg. 1.* (3) Alibi *palam* ſignificat, *paſſim ſive delectu.* Palam qvæſtum facit, qvæ paſſim, ſine delectu, ſe proſtituit, *l.43. pr. junct. §. 1. de rit. nupt.*

PERSECUTIO §.1. *Perſecutionis* vox ſumitur vel *generaliter* vel *ſpecialiter.* *Generaliter* accepta *perſecutio*, tam latè patet qvàm *Actio*, *l.51. de O.& A. pr.tit. inſtitut. de action.* & vel *in rem* competit, vel *in perſonam.* *In rem*, ut pignoris perſecutio, *l. 27. de pign.* *In perſonam*, qvæ infertur, vel *Rei perſecutoria* eſt, *d.l.28. §.17. I d.t.* vel *pænalis*, *l. 33. de O.& A. § 18.I. de action.* *Specialiter* ſumta *perſecutio*, actio extraordinaria, *l.34.de V.S.* qvâ Prætor ipſe cognoſcebat, ſine formularum ſolennitate, nulloqve dato judice: ut erant fideicommiſſorum, ſalariorum, perſecutione, *l.* 178. §. 2. *de* V.S. l*.3.& t.t. de extr.cognit.* Et hæ perſecutiones extraordinariæ, qvæ erant cognitionis prætoriæ, itemqve imploratio officii prætoris, veluti pro præſtanda cautione damni infecti, *Actionis* verbo in genere ſumto continentur, l.*34. de V.S. l.37. de O.& A. D.Wiſſenbach ad d.l.34.*

§. 2. *Perſeqvi*, id eſt, *experiri & agere*, videtur qvi ſatis accipit, *hoc eſt, qvi poſtulat, ut ſatis accipiat*, *l.57. §.1. de V. S.*

PRÆLATI. §.1. *Prælati* dicuntur Abbates, Præpoſiti & Abbatiſſæ, qvi feuda ab Imperio habent, atqve horum ratio-

tione Imperio immediatè ſubjecti, non tamen Principum dignitate decorati ſunt, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 27. num. 34.*

§. 2. *Prælatis* annumerantur Ballivi ſeu Commendatores provinciales ut ſunt, die Land-Commenthür der Balley Coblentz/der Balley Elſaß und der Balley Burgund/*Reinking. de R. S. & E. l. 1. claſſ. 4. c. 21.* Reliqvi Commendatores non immediati, ſed Principibus, in qvorum territorio domicilia & poſſeſſiones habent, ſubſunt, *Reinking. d. tr. l. 1. claſſ. 5. cap. 10. n. 24.*

POSSESSIO. §. 1. *Incertus poſſeſſor* eſt, qvem ignoramus, qvi nobis incertus eſt, *l. 39. §. 3. de V. S. Exemplum vide in l. 4. §. 6. d. damn. infect.*

§. 2. *Pro poſſeſſore poſſidere* vel *latè* ſumitur; & dicitur *pro poſſeſſore poſſidere* omnis malæ fidei poſſeſſor, etiamſi habeat titulum, uti accipitur in *l. 33. §. 1. de uſufr.* (2) *vel ſtrictè* & tunc poſſeſſore poſſidere dicitur, qvi ſine titulo ſ. cauſa posſidet, *l. 13. pr. l. 16. §. 4. de petit. Vid. D. Struv. exerc. 1. th. 47.*

§. 3. Juris interpretatione *pro poſſidente habetur*, (1) qvi dolo deſiit poſſidere, *l. 13. §. 14. l. 25. §. de pet. hær. l. 157. de R. J.* (2) qvi liti ſe obtulit, *d. l. 13. §. 2. 3. l. 45. de hær. pet. 145. de R. J. add. l. 25. 26. 27. pr. de R. V.* Qvomodo autem liberetur, qvi dolo poſſidere deſiit, eſt *in d. l. 13. §. 14 l. 45. §. 9. de ſolut.*

§. 4. Aliud eſt *poſſidere*, aliud *in poſſeſſione eſſe*, qvod nudam notat detentionem, *§. 6. I. de interd. l. 9. 10. §. 1. de acq. poſſ.* Nonnunqvam tamen in poſſeſſione eſſe dicitur & is, qvi verè poſſidet, *d. §. 5. verſ. qvin etiam l. 11. §. 13. qvod vi aut clam*, ut & tenere, *l. 15. §. 3. ex q. c. maj. l. 21. in fin. de hær. vel act. vend. l. 44. §. f. de uſuc. D. Struv. exerc. 42. th. 2.*

§. 5. *Poſſeſſionem adipiſci* eſt poſſeſſionem, qvam nunqvam habuimus, conſeqvi *l. 2. §. adipiſcendæ ff. de interdict. §. adipiſcendæ Inſt. eod. Menoch. adip. poſſ. in prælud. n. 10.*

Retinere poſſeſſionem nihil aliud eſt, qvàm jam aſſecutam poſſeſſionem, & apud ſe exiſtentem tueri atq; conſervare. *Menoch. de retin. poſſ. in prælud. n. 3.*

Recuperare poſſeſſionem nihil aliud eſt, qvàm ſemel poſſeſſam & deinde amiſſam, iterum conſeqvi §. *Recuperandæ Inſt.*

Inſt. de interdict. Qvare dejectum (*qvem* ſpoliatum *noſtri vocant*) illum eſſe dicimus, qvi poſſedit ſemel, *Menoch. de recup. poſſ. in præl ud. n. 1.*

§. 6. *Remedium poſſeſſorium* triplex dicitur, *Adipiſcenda, Retinenda, Recuperanda. Adipiſcenda* agitur, cum novam qvis adipiſci vult poſſeſſionem ut in hærede, qvi prædeceſſore vita functo ſe mitti in poſſeſſionem bonorum hæreditatis contendit: qvare ſemel aſſecuta poſſeſſione & deperdita non amplius huic interdicto erit locus, *gloſſ. in c. 1. de confeſſ. in 6. Retinenda* verò poſſeſſionis interdictum poſſidenti, ut poſſeſſioni inſiſtat, conceditur. Idqve dupliciter dicitur. *Directum*, cùm rei corporalis poſſeſſori, ne turbetur, datur: *utile*, cum qvaſi poſſeſſori rei incorporalis conceditur. *Recuperanda* poſſeſſionis interdictum conceditur dejecto, qvem ſpoliatum appellamus, ut priſtinam ſuam recuperet poſſeſſionem, *Menoch. de recup. poſſ. in prælud. n. 34. & ſeqq.*

§. 7. *Vocabulum poſſeſſionis* (1) ſignificat proprietatem ipſam, qvæ aliàs dicitur dominium, *l. 17. de S. R. P. l. 78. de V. S. l. 4. C. de contr. emt.* (2) poſſeſſio aliqvando denotat rem poſſeſſam, immobilem, *l. 4. §. 2. de alien. jud. mut. l. 1. C. de prob. l. 8. C. de diſtr. pign. l. 41. §. 6. de leg. 3. l. 5. §. 10. 11. de reb. eor. qvi ſub tut. l. 11. C. de præd. minor. l. 3. C. ne ux. pro mar. l. 11. de evict. l. 2. C. de ſerv. l. 25. C. de R. V.* (3) ipſum rei uſum, abſqve proprietate, *l. 115. de V. S. ibiq; Gœdd.* (4) uſucapionem, *l. 19. l. 29. l. 130. Ex qvib. c. maj.* cauſam ſcil. pro effectu, (5) jus perſeqvendi, retinendi patrimonii, ſive rei, qvæ cujusqve cum moreretur, fuit, hoc eſt bonorum poſſeſſionem, atqve rerum poſſeſſioni opponitur, *l. 7. §. 1. de bon. poſſ. junct. l. 208. de V. S.* (6) Denotat illud ipſum in eſſe ſuo jam productum & acqviſitum, à qvo qvis poſſeſſor & res poſſeſſa appellatur. Hæcqve ſignificatio pertinet *ad tit. ff. de acq. vel am. poſſ.* Sic enim *aliud eſt*, dominium, aliud poſſeſſio, *l. 12. §. 1. de acq. poſſ.* aliud res ipſa, qvæ poſſidetur, ejusqve uſus, ut & continuatio poſſeſſionis, atqve dominii acqviſitio, qvæ fit per uſucapionem, *aliud* poſſeſſio, qvæ iſthæc operatur, *vid. D. Wiſſenb. ad l. 78. 208. de* V. S. *D. Hahn. ad tit. de acq. poſſ. n. 2. D. Struv. exerc. 42 th. 2.*

§. 8. Qvatenus vocabulum *poſſeſſionis* in ultima ſignificatione

ficatione ſumitur, dominioqve opponitur, poſſeſſio latè definitur, *jus ſeu facultas corporaliter rei inſiſtendi.*

Accipiturqve iterum dupliciter, *propriè* & *impropriè.*

Impropriè pro qvacunqve facultate rei inſiſtendi. Qvomodo poſſident (1) qvi non ſuo, ſed *alieno* nomine rei inſiſtunt, *l. 49. §. 1. l. 18. pr. de acq. poſſ. l.* 1 *§. 20. l. 18. eod. l. 31. §. 3. de uſuc. l. 10. §* 1. *de acq. poſſ.* (2) qvi ex primo decreto ventris, damni infecti nomine & legatorum ſervandorum gratiâ in poſſeſſionem miſſi ſunt, *l. 3. §. 8. Ut poſſ. l. 10. §. 1 l. 3. §. f. de acq. poſſ.*

Propriè poſſeſſio ſumitur, pro facultate rem detinendi conjunctâ cum animo ſibi habendi, *l. 3. §. 2. 3. 9. 20. l. 3. §. 3. l. 41. l. 46. de acq. poſſ. l. 67. de furt. l. 41. in fin. de R. C. l. 2. Verſ. eod. C. de præſcr. 30. ann.* Qvomodo poſſidere negantur illi, qvi impropriè poſſident, qvi verius in poſſeſſione eſſe dicuntur, *l. 10. §. 1. l. 18. de acq. poſſ. §. 6. I. de interd.* & ſpecialiter tenere & detinere, *l. 9. de R. V. D. Hahn. ad d. t. de acq. poſſ. n. 2.*

§. 9. *Jus poſſeſſionis* (*ſeu ex poſſeſſione oriens*) eſt facultas rem detinendi, cum affectu habendi, & commodis inde venientibus fruendi. *l. 44. pr. de acq. poſſ. l. 2. § 38. Ne qvid in loc. publ. l. 5. in fin. C. delib. cauſ. add. l. 13. §. 1. Verſ. ſive ſuper poſſeſſione ſive ſuper dominio litigetur, C. de judic. D. Struv. exerc. 42. th. 4.*

§. 10. *Civile* cum latè ſit, qvod jure civili eſt receptum, iſto ſenſu *civilis poſſeſſio* dici poteſt, qvæ recepta à Romanis, adeoqve & naturalis ita comprehenditur, *per l. 10. de acq. poſſ.* (2) Cùm civile & naturale etiam ſtrictiùs dicatur, qvod Jure civili vel naturali inductum eſt conſtitutum, hocce ſenſu *civilis* dicitur poſſeſſio, qvâ poſſidetur ſecundùm jus civile animo domini: & *naturalis*, qva ex alia ratione animo & jure ſibi habendi, qvamvis non jure domini.

Vox etiam *naturalis poſſeſſionis* tripliciter (1) non pro ſpecie, ſed *pro modo poſſidendi* ſcilicet corporali inſiſtentia, vel apprehenſione factove poſſidendi. Qvomodo ſumitur ubi vel ſeparatim ponitur naturaliter poſſidere, ut in *l. 1. de acq poſſ.* vel cum animo opponitur, *ut l. 23. 24. l. 2 § 3. & 13. eod.* (2) Denotat qvando nec animo dominii, nec alio jure ſibi habendi poſſidetur, *ut in l. 7. 11. Comm. div. l. 2. §. 1. pro hær. l. 38. §. de V. O.*

V.O.l.2.§.11.pro emt.l.24.l.49. §.1.*acq.poſſ.* (3) Ubi qvidem non animo dominii poſſidetur, ſed tamen alio jure ſibi habendi: qvo ſignificatu civilis & naturalis poſſeſſio jungi, & ſibi invicem opponi ſolent, §.9. *de vi & vi arm.l.3.§.f. ad exhib. Dn.Hahn. ad Weſ. de acq.poſſ.n.3.*

§. 11. *Civilis poſſeſſio* eſt, qvâ qvis rem detinet animo & opinione domini, *l.13.§.1. de publ.in rem act. l.22.* §.1. *de nox. act.* Cujusmodi poſſeſſor (1) eſt dominus, *l.1.§.2. uti poſſid. l.2.pro ſuo.* (2) bon. fidei poſſeſſor, *§.35.I. de R.D.l.1,pr.pro ſuo. l.3.§.21.l.11.de acq.poſſ.*l.136.*de R.J.*

§. 12. *Naturalis* eſt, qvâ qvis rem tenet animo qvidem ſibi habendi, ſed absqve opinione dominii, *l.* 13. §.*1. de publ. in rem act.* Qvi animus abeſt vel propter malam fidem, *l.* 1. §. *ult. uti poſſid. l.6.de acq.poſſ.l.67. pr. de furt.* Vel propter voluntatem tradentis & accipientis, non tendentem ad id, ut qvis rem ipſam traditam, in qva jus aliqvod rei omninò inhærens transfertur, jure & animo haberet, *l.13.* §.1.*de acq.poſſ.* Hujusmodi poſſeſſor eſt creditor, *l.2.§.10. comm. div.* emphyteuta, *l.15.§.1. qvi ſatisd.* ſuperficiarius, *l.1.§.1.2. l.2. de ſuperfic.* Seqveſter, *l.17.* §.1. *depoſ. junct.* l. 39. *de acqv.poſſ.* qvi precario poſſidet. *l. 14.* §. 1.*l.15.§.4.de precar.*

§. 13. Ratione acqviſitionis *poſſeſſio* alia eſt *juſta* ſeu qvâ poſſidetur bonâ fide, alia *injuſta*, ſeu qvâ poſſidetur non bonâ fide. Qvæ differentia eſt accidentalis & extrinſeca, *l.3.* §.*5.* §.*22.l.6.ff. de acq.poſſ.l.23 ff. uti poſſid. l.13.*§.1.*de publ.in rem act.5. verb. extrinſecus. C. de acq. & retin.poſſ.* *Juſtè* ſeu *bona fide poſſidere* dicitur, qvi rem ex legitima cauſa ipſe apprehendit, vel ex juſto titulo â domino, vel ab eo, qvem dominum eſſe, aut jus transferendi poſſeſſionem habere putavit, accepit, *§.35. Inſt.de A.R.D. l.109. de V.S. l.27.de contr.emt. d. l.3.* §.*21..l.33.* §.*1.ff.de uſucap.l.* 11.*pro emt. l. 6. de acqv. poſſ. Jul. à Beym.in l. 6.l.7.Cod. de acq.poſſ.* *Injuſtè* ſeu *malâ fide poſſidere* dicitur, qvi rem verè alienam pro ſua poſſidet ſciens eſſe alienam, *dd.text junct. l.33.*§.1.*de uſucap. l.55. de condict.indeb. l. 13.de nox.act. l. 28. de hered.pet.* Nimirum (1) qvi vi, clam aut precariò contra voluntatem domini rem occupat aut detinet, *l.6.de acq.poſſ.* qvi in ſpecie prædo vocatur, *l.126. de R.J. l.13.* §.*8.de petit.her.l.5.de acq.poſſ.* Et (2) qvi

C c titu-

titulum qvidem habet, ſed ſciens à domino, ſive eo, cui jus rem in ſe transferendi non competere ſcit, *l.2.§.1.pro emt. dd. text. Georg. Phil. Brunner. Diſſ. de jur. poſſ. th.15. Rennemann. D.6.th.20. Struv. exerc. 42. th.18.*

§. 14. *Bonorum poſſeſſio* eſt jus perſeqvendi (*ſi alii poſſident*) & retinendi (*qvod ipſi poſſidemus*) patrimonii ſive rei, qvæ cujusqve, cùm moritur, fuit, *l 3.§.2.de bon.poſſ.add.l.1.d. l.3.pr.§.1.eod.l.119.de V.S.*

Vel eſt jus (*ſive facultas*) ſuccedendi in univerſum jus defuncti à Prætore, eo nomine implorato, conceſſum, *dd. text.l.1.ff.ut ex leg.SCt.b.p.l.3.ff.und.leg.*

§. 15. *Judicium poſſeſſorium* eſt, qvod intenditur *de poſſeſſione*, ſive adipiſcenda, retinenda vel recuperanda, *per l. 14. §.fin.de except.rei judic. junct. Gl.in l.f.C.qvi leg.perſ.* vid. voc. Judicium.

§. 16. Introducta eſt à Dd. ac in foro recepta eſt diviſio poſſeſſorii judicii in *Ordinarium ſive plenarium, & extraordinarium ſummarium, vel ſummariſſimum.* Illud eſt, qvo ſolenni ordine ſervato proceditur: *ubi ſcil. opus eſt libello, litis conteſtatione & plenis probationibus. Gail.1.O.7.num.2. Summarium* dicitur, qvo non ſolenni ordine ſervato celeriter ac ſummariè proceditur, *vid. Ord. Cam. p.2.tit.21. Gail.1. Obſ.1. ibiqve D.Grav.in concluſion.ſuis. Fibig. de proceſſ. part.2.cap.1. membr.2.ſect.3. Vid. voc.* Judicium.

§. 17. Qvæſtio eſt, fundus à poſſeſſione vel agro vel prædio qvid diſtet: *Fundus* eſt omne qvicqvid ſolo tenetur. *Ager* eſt ſi ſpecies fundi ad uſum hominis comparatur. *Poſſeſſio* ab agro juris proprietate diſtat: qvicqvid enim apprehendimus, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere, hoc poſſeſſionem appellamus. Poſſeſſio ergò, uſus, ager proprietas loci eſt. Prædium utriusqve ſupra ſcripta generale nomen eſt: nam & ager & poſſeſſio hujus appellationis ſpecies ſunt, *l.115. de V.S.*

§. 18. *Poſſeſſio vacua* dicitur vel ſimpliciter, vel ſecundùm qvid. *Simpliciter*, qvando nullus alius in re vendita legitimum titulum poſſeſſionis vel juris habet, hoc eſt ſi nulla ratione res vendita ſit affecta, non pignori obligata, non ex primo decreto à creditoribus detenta, licèt fortaſſis ab alio ſimplici ju-

re

re uſus ut commodatario, depoſitario &c. detineatur. *Secundùm* qvid vacua eſt, qvando qvidem nullus rei veram poſſeſſionem habet; ſed tamen jus eam detinendi, & in certis caſibus diſtrahendi; ut creditores vel ex decreto Magiſtratus miſſi vel alia ratione pignus vel hypothecam adepti; hoc enim ſenſu vacua eſſe negatur, *in l.2.§.1.l.3.de act.emt.Frantzk.exerc.18.q9.2.in pr.* Menoch *recup:poſſ.remed.13.n.4.*

§. 19. Cauſa *litigioſæ poſſeſſionis*, qvæ fundat jurisdictionem Cameralem, eſt, ſi inter duos pluresve immediatè vel mediatè imperio ſubjectos qvis rem aliqvam poſſidendi vel poſſeſſionem adipiſcendi, jure potior eſſe contendat, & ex contentione illa armorum periculum immineat, *Vid.Rec.Imp.* Worm. *A.21.& Aug. anno 48.& ann.55. Ord. Cam. p. 2.T. 21. Roding.pand.Cam.lib.1.tit.9.*

§.20. *Poſſeſſio litigioſa* eſt, qvando unam eandemqve rem ſeu jus duo pluresve ex juſtis cauſis ſe poſſidere contendunt, atqve ita dubium ſit, cui poſſeſſio magis competat, *Jac. Blum.proc.Cam. tit.31. §.1.*

§. 21. *Turbatio poſſeſſionis* eſt actus, qvo poſſeſſor alterius dolo culpave, liberè qvietevè, rem poſſidere, eavè uti impeditur, vel moleſtia atqve incommodum poſſeſſioni affertur, *Ludov.Poſthius Mand. de manuten.obſ.41.n.4.5. Struv.exercitat.42.th.27.* Sive *Turbare poſſeſſionem* nihil aliud eſt, qvàm jus poſſeſſoris obſcurum facere, *Germanicè* Beeinträchtigen/ Eingriff thun/ *Hahn. ad* Weſenbec. *paratitl.ff. uti poſſid. num. 5.*

PROBRUM. §. 1. *Probrum* & *opprobrum*, id eſt, probra qvædam naturâ turpia ſunt, qvædam civiliter, & qvaſi more civitatis; ut puta furtum, adulterium naturâ turpe eſt. Enim verò tutelæ damnari, hoc non eſt naturâ probrum, ſed more civitatis, nec enim naturâ probrum eſt, qvod poteſt etiam in hominem idoneum incidere, *l.42.de V.S.*

§. 2. *Probrum* & *opprobrium* non ipſum eſt delictum, ſed facti cujusqve turpitudo atqve infamia, *per l.42.de V.S. l.41. ff.de rit.nupt.Gædd.ad l.42.n.5.de V.S.*

PRONUNCIARE. STATUERE. §.1. *Pronunciatum, Statutum* idem poteſt. Promiſcuè n.& *pronunciaſſe* & *ſtatuiſſe*

 ſole-

ſolemus dicere eos, qvi jus habent cognoſcendi, *l. 46. pr. de V. S.*

PARENS. §. 1. Appellatione *parentis* non tantùm pater, ſed etiam avus & proavus, & deinceps omnes ſuperiores continentur: ſed & mater & avia & proavia, *l. 51. de V. S. l. 4. §. 2. de in jus voc.*

§. 2. *Parentes* etiam pro *cognatis* uſurpari cœperunt, non tantùm apud Feudiſtas, *1. F. t. 24. & l. 2. F. tit. 33.* Canoniſtas, *c. ult. X. qvi cler. vel voven. c. cauſam. de off. deleg. c. cùm in tua. de ſponſal. & matrim.* ſed etiam apud Scriptores alios, qvos vid. ap. *D. Wiſſenb. ad l. 51. de V. S.*

PATRONUS. §. 1. *Patroni* appellatione & patrona continetur, *l. 52. de V. S.*

§. 2. Jure Civili patronus dicitur dominus ſervum mamittens, *l. fin. §. 2. C. de teſtam. manumiſſ.* item cauſarum Advocatus, *l. 14. §. 1. C. de judiciis.* Gubernator navis, *l. 46. π. ad SCt. Trebell.* Jure feudali patronus appellatur dominus, à qvo Vaſallus feudum habet. *Roſenthal. de feud. cap. 10. concluſ. 7. n. 6. 15.* Jure Canonico verò patronus dicitur is, qvi Eccleſiæ vacanti & à ſe vel majoribus ſuis fundatæ, vel congruè dotatæ jus ac poteſtatem habet præſentandi eum, qvi ordinari & ad miniſterium inſtitui debet. *can. filiis. 31. Cauſ. 16. qvæſt. 7.*

PENES TE. APUD TE. §. 1. *Penes te*; amplius eſt, qvàm apud te. Nam *apud te* eſt, qvo qvaliter qvaliter à te tenetur? *Penes te* eſt, qvod qvodammodò poſſidetur, *l. 63. de V. S. vide Gœdd. ad d. l. 63.*

PERTINERE. §. 1. Verba hæc, *Is ad qvem ea res pertinet*, ſic intelliguntur, ut qvi univerſum dominium, vel jure civili, vel jure Prætorio ſuccedit, contineatur, *l. 70. de V. S. l. 3. §. ult. de contr. tut. act. l. 1. §. 1. junct. l. 19. §. 5. de adil. edict. Conf. l. 3. pr. l. 22. §. 7. Rat. rem hab.* Pro ratione ſubjectæ materiæ hæc formula, *is ad qvem ea res pertinet*, latiorem recipit interpretationem, *l. 7. de jurejur. l. 181. de V. S. l. 12. de publ. l. 6. de acq. poſſ. vid. Gœdd. ad l. 70. de V. S.*

§. 2. Latiſſima eſt ſignificatio verbi *pertinere*. Nam (1) *pertinent* ad nos res, qvarum ſumus domini, *l. 181. de V. S.* (2) qvas jure qvodam poſſidemus, qvamvis earum non ſimus domini,

mini, ut ſunt res emphyteuticariæ, ſuperficiariæ, feudales, res pignori nobis traditæ, *d.l.188. l.68.pr. de leg.3.* (3) Ea ad nos *pertinent*, in qvibus habemus jus ad rem, id eſt, qvorum nomine habemus obligationem & actionem, *l.49.de* V. *S. Tuſch. lit. P.concluſ.324. Gail.2. O.81.*

§. 3. Etiam *id ad nos pertinere* rectè dicitur, qvod aliis acqvirimus, *l.130 de V.S.*

§. 4. Articulus *ad rem pertinere* dicitur directo, vel per interpretationem. Pro pertinenti habetur hic etiam articulus, qvi per indirectum, & qvalitercunqve cauſæ principali adminiculatur. Unde liqvet impertinentem articulum eum proprié dici, qvi neqve per ſe, neqve cum aliis adminiculis ad cauſæ fidem facit. Qvemadmodum in ſimili judex cum examinat dictum teſtis, an ſit pertinens ad propoſitum nec ne, illud pro pertinenti habebitur, qvod aliqvo modo ad propoſitum facit, *Jac. Ayrer. Proceſſ. p.1.cap. 4. obſervat. 7. num. 6. & ſeqq.*

PERVENIRE. §. 1. *Perveniſſe* illud propriè dicitur, qvod eſt remanſurum, *l.71.in fin.de V.S. l.23. pr. de pet. hær.* Cùm verò prætor in hæredem dat actionem, *qvatenus ad eum pervenit*, ſufficit ſi vel momento ad eum pervenerit ex delicto defuncti, *l.127.de R.J. l.17.Qvod met.cauſ.*

§. 2. *Perveniſſe* intelligemus non id tantùm, qvod jam exegit, ſed & qvod exigere poteſt, id eſt, de qvo actionem & perſecutionem habet, *l.143.de V. S. l.64.pr. & §.9. Sol. matrim.*

§. 3. Habere, ſicut pervenire cum effectu accipiendum eſt, *l.164.§.2.de V.S.*

§. 4. *Perveniſſe* ad te rectè dicitur, qvod per te ad alium pervenerit; ut in hæreditate à liberto per patronum filium familias patri ejus adoptivo acqviſita reſponſum eſt, *l.171. de V.S.*

PRÆDIUM. §. 1. Dicuntur *prædia ruſtica*, qvæ uſum ruſticum habent, ut ipſi agri, nec non ædificia, qvæ ad agros colendos, fructus recondendos, pecora habenda ſpectant, qvæ ſpeciali villæ vel etiam tugurii nomine veniunt, *l.211. l.180.de* V.S. *Ruſticum prædium non locus* facit, ſed *materia*, qvæ ſcil. in prædio illo tractatur, vel ad qvam id adhibe-

tur: hoc eſt, ipſum ædificium, qvocunqve loco poſitum, & ejus qvalitas ab uſu dependens, inſpicienda, *Add. l.166.de V.S. l.12.de ſupp.leg.l.10.inſ.l.12.pr.de uſ.& hab.*

§.2. Prædia urbana vocantur, qvorum uſus eſt urbanus, ut ædificia omnia ad inhabitandum, commercia exercenda, penſionem recipiendam parata, & ſi in villa, hoc eſt, ruri ædificata ſint, *§.1.J.de ſerv. l.1.comm.præd. l.198.de V.S. l.16. C. de præd.min.*

§.3. *Jura prædiorum* latiùs patent qvàm *Servitutes prædiorum*. Omnes ſervitutes prædiales ſunt jura prædiorum, *tit.Inſtitut. de reb.corp.& inc. in fin. l.2. de S.V.P. non contrà* non omnia jura prædiorum ſunt ſervitutes prædiales. *Hinc Celſus: Qvid aliud ſunt jura prædiorum, qvàm prædia qvaliter ſe habentia? ut bonitas, ſalubritas, amplitudo, l. 86. de V. S.*

§. 4. *Prædia aliqvorum eſſe* dicimus, non tantùm ſi ea communiter habeant pro indiviſo, ſed & qvæ ſingulorum ſunt propria. Ita ſcilicet: ut pro regione cujusqve prædii, ripæ proprietas ad poſſeſſores pertineat, *l.96.* §.1. *de V. S.* §. *82. J. de R. D.*

PROVINCIA. §.1. *Provinciarum* aliæ ſunt *continentes*, qvæ Italiæ junctæ ſunt, utputa Galliam. Sed & Provinciam *Siciliam* magis inter continentes accipere; nos oportet, qvæ modico freto dividitur, *l.89.§.1.de V.S.* Aliæ *Transmarinæ, l.1.C. de dilat.* ut Aſia, Africa, Syria, Cyprus, *Provinciæ* dicuntur exteræ nationes, *in l.3. Add. L.Jul.Maj.*

§.2. *Italia* diſtingvitur à *Provinciis*, id eſt, procul Italiâ ſitis regionibus, in jus ac ditionem populi Romani vincendo redactis, *l.99.* §.1. *de* V.S. *l.2.* §.5. *de jud.pr.tit. J. de exc. tut.* qvia Italia caput eſt Imperii, non Provincia, *Cujac. 12. Obſervat.33.& 27. Obſervat.2. Add. Sutholt.de jurisd. aphor.* 213.

§.3. *Provinciales* eos accipere debemus, qvi in provincia domicilium habent: non eos, qvi ex provincia oriundi ſunt, *l.190. de* V. S.

§.4. *Provincias* bello ſubactas Romani fecerunt tributarias (niſi qvædam ſpeciali beneficio Jus Italicum eſſent adeptæ,

ptæ, *Cujac.7.obſ.3.*) unde prædia Provincialia dicta ſunt *Tributaria* aut Stipendiaria, *§.40.J.de R.D.* qvorum non erat uſucapio, ſed longi temporis præſcriptio, utili in rem actione accommodata, ſi poſſeſſio longo tempore acqviſita amitteretur. Non enim pleno jure poſſeſſorum erant illa prædia, ſed qvodammodo in dominio Romanorum, qvibus Provinciales, qvaſi in recognitionem dominii ſtipendia & tributa dependere cogebantur, *l.12. §.2.de Publ.in rem Bacchov. ad §. 40. de R.D.& ad pr.tit.I. de uſucap.*

POENA. §.1. *Pœna* eſt delicti ſive criminis coërcitio, vindicta ſ. ultio, *l 131. l.144.de V.S.* Hugo Grotius dicit: Pœna eſt malum paſſionis, qvod infligitur ob malum actionis, *de jur.Bell.& Pac.2.cap.20. n.1.*

§. 2. Aliud *fraus* eſt, aliud *pœna*. *Fraus* enim ſine pœna eſſe poteſt: pœna ſine fraude eſſe non poteſt. Pœna eſt noxa vindicta: fraus & ipſa noxa dicitur, & qvaſi pœnæ qvædam præparatio, *l.131.pr.de V.* S.

§.3. (1) *Pœna* generale nomen eſt, omnium delictorum coërcitio: *mulcta* ſpecialis peccati animadverſio, *l.131.de V.S.* (2) Pœnarum variæ ſunt ſpecies, Pecuniaria, corporalis, capitis, infamia. *Mulcta* eſt pœna hodiè pecuniaria, *d.l.131.* (3) *Pœna* eſt *legitima*, ſive lege vel alio jure ſpecialiter delicto impoſita: *mulcta* eſt *arbitraria*, ex arbitrio ejus veniens, qvi eam dicit, *d.l.131.l.1.§. 4.de SC.Turp. c.cùm non ab homine X. de jud.* (4) Pœnam qvisqve irrogare poteſt, cui hujus criminis ſive delicti executio competit: *mulcta* verò dicendæ jus habet, cui judicatio data eſt, *d.l.131.* id eſt, qvi publicè & pro tribunali judicium exercet, *l.2.§.f.de jud.* (5) Pœnarum uſuræ non debentur, *l.ult.D. de mag.conv.* At *mulcta* deberi poſſunt uſuræ, ſi videlicet intra tempora judicari non ſolvatur, *l.1.C. de fiſcal. uſur.* (6) Mulcta non infamat, *l.1.C. de mulct.* *Pœna* verò infamat, non tamen omnis. (7) A pœna non licet provocare; licet verò à mulcta, *l.214.de V.S.* (8) Pœnæ certa à lege qvantitas eſt determinata: mulctæ non eſt, *d.l.244.* Alibi tamen Ulpianus promiſcuè mulctæ & pœnæ vocabulis utitur, *l.1.junct.§.2.verſ.Sed & in eum D.de fugitiv.*

§. 4. Gradus (1) eſt *pœnarum*, qvibus mors naturalis irrogatur. (2) Ad ſecundum pertinent pœnæ, qvæ à morte

naturali proximæ, qvando vel gravior coërcitio corpori infligitur morti affinis, *l.3.C.de ſer℣.fug.* vel vita civilis adimitur, *l.8.l.17.de pœn.* (3) generis ſunt coërcitiones leviores, qvæ fiunt ſalvâ libertate & civitate, ut relegatio, interdictio, fuſtigatio, flagellatio, caſtigatio, *l.4.l.7.§.3. de interd. & releg. l. 13. de bon. poſſ.* His addenda Mulctatio, Infamia, privatio dignitatis, actus alicujus privatio: ſeu ſuſpenſio, *l.28.pr.de pœn. l.3. de Senat.* Ex his ſunt qvædam coërcitiones mixto & mero imperio communes, ut mulcta, incarceratio &c. Si enim judicio criminali irrogentur, meri ſunt imperii, ſin jurisdictionis tuendæ causâ, mixti, *l.4. de interd. & rel.* ℣id. *D. Hahn. ad Weſ. in. ff. de jurisd. num.6. D. Stru℣. exercit.4. th.75. Carpzo℣. pract. crim. q℣.102. n. 13.*

§.5. *Alteratio pœnæ* eſt gratuita pœnæ ordinariæ in aliam genere diverſam mutatio facta per Poteſtatem abſolutam è ſufficiente qvadam ratione. Ejus ſpecies duæ ſunt. Nam pœna mortis alteratur, vel commutando eam in aliam corporis afflictivam pœnam, vel in pecuniariam. *Prior modus* eſt, cùm iufertur pœna, qva corpus ſenſibiliter affligitur, uti eſt abſciſſio auris, amputatio digiti, fuſtigatio &c. *Poſterior modus* eſt, cùm pro pœna mortis, aut etiam qvacunqve corporis afflictiva, mulcta ſolvitur, *Dan. Claſen. de jur. aggrat. cap. 17. circ. fin.*

§.6. *Pœnæ Capitales* dicuntur, qvæ caput tollunt, ſeu qvæ vitæ, libertatis aut civitatis important amiſſionem, *l.2. de publ. jud. l.6. §.ult. l.28.pr. de pœn. §.2. Inſt. de publ. jud. l.4. ff. ſi q℣is caut. in jud. l.13. de bon. poſſ. l.14. §.3. de bon. libert. l.10. de jur. patron.* Duplex namqve caput eſt hominis, aliud *Naturale*, aliud verò *Ci℣ile*, *Carpzo℣. pr. crim. p.3. q℣.102. num. 3.* Pœna capitalis etiam corporis afflictivam, qvæ tamen mortis non eſt, denotat, *l.103. ff. de V.S. l.1. pr. l. ſ. ff. ad L. Jul. de ℣i pri℣. l.2. de publ. jud. l.8. ff. de pœn. Carpzo℣. p.4. Juriſprud. For. Conſt.20. def.1. num. 5.*

§.7. Differentia pœnarum Capitalium qvandoqve aliis verbis ab Interpp. exprimitur: Ut ſcil. alia ſit pœna ſangvinis, alia verò qvæ ſangvinem non habet, *l. transigere C. de transact. l. ult. ff. de præ℣ar. l.7. ff. de bon. eor. l. ult. in fin. C. de judic.* Capitalis pœna *ſang℣inis* ea eſt, qvæ vitam adimit. Capitalis

lis verò pœna *ſine ſangvine*, qvæ mortem civilem affert, ademtâ civitate, vel libertate, *Carpzov. dict. qvæſt. crimin. 102. num. 9.*

§. 8. De jure Saxonico nulla pœna pro capitali propriè habetur, niſi qvæ amputato capite, aut aliter vitam delinqventis aufert, *Weſenb. in parat. ff. de qvæſt. num. 5. Petr. Theodor. in coll. crim. diſp. 10. th. 2. lit. B. Carpzov. dict. qvæſt. crim. 102. num. 18.*

§. 9. *Non capitales* pœnæ ſunt, qvæ non ad capitis periculum, ſed exiſtimationem pertinent, *l. 28. §. 1. l. 8. de pœn. l. 2. ff. de publ. jud. l. 13. de bon. poſſ. l. 103. de* V. *S.* Cujuſmodi eſt datio in opus publicum ad tempus, *d. l. 28. §. 1. l. 8. §. 7. de pœn.* mulcta pecuniaria, *d. l. 8. pr. de pœn. §. 2. I. de publ. jud. l. 12. §. 4. de accuſ. l. 131. §. 1. de V. S.* Relegatio, ſive temporaria, ſive perpetua, *l. 4. l. 14. pr. & §. 1. ff. de interd. & releg. l. 6. §. ult. l. 28. §. 1. §. 13. de pœn. l. 2. de publ. jud.* Infamia, *l. 1. & t. t. Cod. ex qvib. cauſ. inf.* Dignitatis depoſitio, *l. 12. C. de dignit.* Corporis coërcitio, qvæ fit ictu fuſtium, *l. 7. l. 28. §. 1. & 2. ff. de pœn.* flagellatione & vinculorum verberatione, *d. l. 7. l. 6. ff. de accuſ. Carpzov. d. qv. 102. num. 12.*

§. 10. *Pœna legitima* eſt, qvi citra conventionem irrogatur ex eo ſolo, qvod delictum fuit admiſſum, *Jul. Clar. l. 5. ſent. §. ult. qv. 1. Gædd. ad l. 103. num. 20. ff. de V. S.* *Conventionalis* illa eſt, de qvâ præſtanda ſi qvid fieret, aut non fieret, per legem contractûs cautum eſt, *§. conventionales. Inſt. de diviſ. ſtip. l. conventionales. ff. de V. O.* Pœna *Teſtamentaria* dicitur, qvæ coërcendi hæredis, qvo magis aliqvid faciat, aut non faciat, vel legatarii juvandi, & ei relicti confirmandi causâ adjicitur. Cujusmodi eſt pœnæ nomine relictum, *§. ult. Inſt. de legat. l. un. C. de his qvæ pœn. nom.* Item clauſula pœnam privationis continens, *Carpzov. dict. qvæſt. 102. num. 16.*

§. 11. *Pœna ordinaria* dicuntur legibus expreſsè definitæ, & delictis indictæ, *l. 14. de pœn. l. 8. §. §. ult. C. ad L. Jul. de vi publ. l. 1. §. 1. ff. de effract. l. ult. ff. de privat. del.* *Extraordinaria* autem pœnæ arbitrio judicis commiſſæ ſunt, qvæ ex circumſtantiis modò graviores, modò leviores infliguntur, *l. 11. l. 13. l. 14. l. 16. ff. de pœn. l. 7. & t. t. ff. de extraordinar. edim.*

judicis tamen arbitrium non ex opinione propria, ſed legibus & rationibus oportet eſſe moderatum, *Menoch. arb. jud. qvæſt. in proœm. num. 6. Peck. in cap. in pœnis. 49. in pr. de R. Jur. Carpzov. d. q. crim. 102. n. 17.*

§. 12. Dicitur *pœna Civilis* pecuniaria de re familiari & ad commodum privatum ſpectans, *l. 4. de jud. publ.* §. 7. §. 10. *Inſtit. de injur. l. 7. §. 6. l. 37. in fin. D. eod. l. f. de privat. del.* Ad qvam conſeqvendam non tantùm ex privatis, §. *18. Inſtitut. de act. §. 5. §. f. Inſtit. de oblig. qvæ ex del.* ſed etiam publicis delictis agitur, *l. 9. l. 11. l. pen. l. ult. C ad L. Corn. de falſ. l. un. Qvand. civ. act. crim. præjud. Criminalis* verò in jure civili dicitur pœna, qvæ non intereſſe privatum, ſed vindictam publicam reſpicit, §. *20. Inſtit. de injur. l. 9. §. 5. de public. & vectig.* tam in privatis delictis, qvam reliqvis criminibus publicis, *l ult. ff. de furt. d. §. 20. l. 10. §. 2. ff. de compenſ. t. t. ff. & C. de pœn.* De moribus hodiernis & in foro Saxonico ex ſolummodò pœnæ dicuntur *Criminales*, Peinliche/ qvæ corpori infliguntur, Veluti mortis pœna, fuſtigatio, manus amputatio &c. Reliqvæ verò pœnæ leviores, ut mulcta pecuniaria, pœna carceris, vel relegationis &c. *Civiles* appellantur, Bürgerliche Straffen/ *Carpzov. d. qvæſt. crim. 102. num. 27. & num. 51.*

§. 13. Vocabulum Leibes-Straffe/ dupliciter accipitur, *Generice* & *Specificè. Genericè* hoc vocabulum complectitur omnem pœnam, mortis & corporis, Leib- und Lebens-Straffe/ Nam & pœna mortis pœna corporalis eſt. *Specificè* verò opponitur der Lebens-Straffe: perinde ſicuti & pœna corporalis ſeu coërcitio mortem qvoqve complectitur, ſpecificè autem accepta à pœna ultimi ſupplicii diſtingvitur, *l. ſi qvis forte. l. ſeq. ff. de pœn.* Qvocunqve autem modo hoc vocabulum accipiatur, genericè vel ſpecificè, pœna corporis afflictiva, Leibes-Straffe/ ſemper eſt criminalis, Peinlich/ *Carpzov. d. qv. 102. num. 54.*

PARERE, §. 1. Falſum eſt eam peperiſſe, cui mortuæ filius exſectus eſt, *l. 132. §. 1. de V. S.*

§. 2. Ter enixa videtur etiam, qvæ tergeminos peperit, *l. 37. de V. S.*

PEL-

PELLEX. §. 1. Libro memorialium Maſſurius ſcribit, *pellicem* apud antiqvos eam habitam, qvæ cùm non eſſet, cùm aliqvo tamen vivebat, qvam nunc verò nomine *Amicam*, paulò honeſtiore *Concubinam* appellari. Granius Flaccus in libro de jure Papiriano ſcribit, pellicem nunc vulgò vocari qvæ cum eo, cui uxor ſit, corpus miſceat: qvosdam eam, qvæ uxoris loco ſine nuptiis in domo ſit, qvam παλλακὴν Græci vocant, *l.* 144. *de V. S.*

POSTHUMUS. §. 1. *Poſthumus* fictione juris habetur pro nato, qvo tempore pater moritur. Intelligendus eſt mortis tempore fuiſſe, qvi in utero relictus eſt, *l.* 53. *de* V. *S.*

§. 2. *Poſthumos* verè ac propriè dicimus eos duntaxat, qvi poſt mortem parentis naſcuntur, *l.* 164. pr. *de V. S. l.* 3. §. 1. *de injuſt. rupt.*

§. 3. Qvod dicimus, eum, qvi naſci ſperatur, pro ſuperſtite eſſe, tunc verum eſt, cum de ipſius jure qværitur: aliis autem non prodeſt, niſi natus, *l.* 231. de V.S.

§. 4. *Poſthumi* ſunt vel *propriè & naturaliter* tales, qvi nim. poſt patrem, matrem, avum, aliumvè aſcendentem; naſcuntur, *l.* 29. *pr. de lib. & poſt. her.* vel *civiliter* ſeu analogicè tales, qvi qvoad effectus civiles & ſuccedendi rationem inſtar verorum poſthumorum habentur: atqve inde alii dicuntur agnaſci, alii qvaſi agnaſci, §. *1. J. q. m. teſt. inf. l.* 13. *l.* 8. *l.* 3. §. 3. 4. *de injuſt. rupt. irrit.* Hujusmodi ſunt, (1) qvi poſt teſtamentum ab aliqvo aſcendentium vel naturaliter naſcuntur, *l.* 13. §. 1. *l.* 12. *eod.* §. 1. *J. q. m. teſt. inf.* vel fiunt filii, ſive per adoptionem & arrogationem, *d. l.* 8. *d.* §. 1. *l.* 26. §. 1. *verſ. non qvidem. ff. de lib & poſth.* ſive per legitimationem. (2) Qvi tempore facti teſtamenti jam nati, ob intervenientem mortem aliumvè caſum, fiunt ſui heredes, vel proximi deſcendentes ejus, de cujus ſucceſſione qværitur, cujus ante non erant ſui heredes vel proximi deſcendentes. Qvod ferè dupliciter contingit: vel enim (I.) filius, qvi erat in poteſtate avi, poſt mortem avi venit in poteſtatem patris, atqve ita hujus fit ſuus heres, *l.* 28. §. 1. *de lib. & poſth.* vel (II.) ſuccedit qvis in locum ejus, qvi proximè erat in poteſtate, atqve ita, poſteaqvam hic mortuus eſt, vel alia ratione ex poteſtate exiit, fit ſuus heres, vel ſaltem, ſecundùm jus novum ſcil. proximus de-

fun-

functi in linea deſcendenti ſucceſſor, *vid.* §. 2. *l. de exher. lib. d. l. 28.* §. 1. *l. 29.* §. 5. *&* 15. *de lib. & poſth. l. 13. de injuſt. rupt. D. Struv. exerc. 32. th. 27.*

PUPILLUS. §. 1. *Pupillus* eſt, qvi cùm impubes eſt, deſiit in patris poteſtate eſſe aut morte, aut emancipatione, *l. 239. pr. de* V. *S.*

§ 2. Non eſt *pupillus*, qvi in utero eſt, *l. 161. de* V. *S.*

§. 3. *Impubes* eſt nomen naturæ: *Pupillus* nomen juris. Qvisqvis minor eſt annis qvatuordecim, *impubes* eſt, ſive ſit in poteſtate, ſive ſui juris. *Pupillus* eſt impubes, qvi eſt ſui juris, ſuæ poteſtatis, *l. 239. de* V. *S. l. 4. de his qvi ſunt ſui vel al. jur.* (2) abuſivè tamen interdum appellatione *pupilli* continetur tantùm ætas hominis impuberis, licèt ſit in poteſtate alterius, *l. f.* §. *2. de* V. *O. l. 7.* §. *3. de pecul.*

PUER. §. 1. *Pueri* appellatione etiam puella ſignificatur, nam & fœminas puerperas appellant recentes ex partu, & Græcè παιδίον communiter appellatur, *l. 163.* §. 1. *de V.* S.

Triplex eſt pueri ſignificatio (1) Puer ſignificat ſervum. Omnes ſervi appellantur pueri, *l. 204. de* V. S. *l. 81. pr. de leg. 3.* (2) Puer ponitur pro maſculo, & opponitur Puellæ, *d. l. 204.* (3) Puer ponitur pro ætate puerili, *d. l. 204.*

PRÆVARICATIO. §. 1. *Prævaricator* eſt ipſe accuſator, qvi colludit cum reo, & translatitiè munere accuſandi judicio publico (*vel etiam criminali extraordinario*) defungitur, eò qvòd proprias qvidem probationes diſſimularet, falſas verò rei excuſationes admitteret, *l. 212. de V. S. l. 1.* §. 1. *6. ad SC. Turp. l. 1.* §. 1. *l. 3. pr. de prævaricat.*

§. 2. *Prævaricationis judicium duplex eſt*, publicum & privatum. Publicum in accuſatorem, qvi judicio publico non ex animo agit. Privatum in eum, qvi crimen extraordinarium donavit adverſario, l. *1. inf.* l. *3. pr.* §. 1. *& 2. de prævaricationib*

§. 3. Qvi viſis unius partis juribus ac fundamentis cauſam agendam ſuſcepit, poſtea adverſæ parti patrocinatur, crimen prævaricationis incurrit, etiamſi prior cliens ipſe operam ejus recuſaverit, vel etiam ſalarium præſtare renuerit, *D. Struv. Exercitat. 7. theſ. 3.* Peinl. Halß-Gerichts-Ordnung/ *artic. 115.*

PIUM.

PIUM. §. 1. Qvicqvid vel pro ſublevanda anima, vel pro ſublevando corpore animato relinqvitur, illud pium dicitur, *Bald. in Auth. ſimpliciter. n. 2. Cod. ad L. Falcid. Jac. Ayrer. proc. p. 1. c. 5. obſ. 6. n. 12.* vid. voc. Cauſa.

POTESTAS. §. 1. (1) In *Magiſtratu poteſtas* ſignificat imperium & jurisdictionem, *l. 215. de V. S.* (2) in *liberis* poteſtas arguit patriam poteſtatem, *d. l. 215.* (3) In *ſervis* poteſtas denotat dominium, *d. l.* (4) In edicto Prætoris de noxalibus actionibus *Poteſtas* ſignificat exhibendæ rei facultatem, *d. l. 215. l. 21. §. 3. de nox. act.* (5) In lege Arinia *Poteſtas* notat vindicandæ rei facultatem, *d. l. 251.* *Res furtiva* in poteſtatem domini rediiſſe dicitur, cujus ille vindicandæ habet copiam, etiamſi nec dum apprehenderit, *vid. Gœdd. ad l. 215. n. 2. & ſeq. de* V. S.

§. 2. *Poteſtas* vel eſt publica, vel privata. Illa in Notionem & Imperium dividitur. Notio vel eſt Notio in ſpecie, veluti judicum pedaneorum, aut etiam Magiſtratus in cauſis ſpecialiter commiſſis, vel extra ordinem expediendis, vel jurisdictio. Imperium verò vel eſt merum, vel mixtum. Hæc vel eſt patria vel dominica. *Biccius* Sect. V. *Rer. qvotidian. num. 48.*

PIGNORATIO. §. 1. *Pignorationes* ſunt turbationes, qvas alter alteri poſſeſſionis intervertendæ, & ſibi novi juris acqvirendi cauſa *captis perſonis vel rebus infert*, unde cauſa pignorationis naſcitur. *Cauſa* igitur pignorationis eſt, qvando Status aliqvis Imperii immediatus qvreitur, ſe ab alio immediato, ſuosvè ſubditos ulla ex cauſa, ſed extra maleficium oppignoratos captosvè eſſe novi juris adqvirendi cauſa, *vid. Gail. X obſ. 8. num. 1. & 2.*

§. 2. Ad reqviſita jurisdictionis Cameralis fundandæ reqviritur (1) ut uterqve litigantium tam pignoratus ſcil. qvàm pignorator immediatè imperio ſubjectus ſit. (2) Reqviritur poſſeſſio à parte pignorari, ut pignoratus ſit in poſſeſſione ejus loci vel juris, ubi & cujus reſpectu pignoratio facta eſt. (3) Reqviritur novi juris uſurpatio. (4) Ut res perſona capta tertia, ſeu, ut vulgò appellant, innocens, id eſt pignorata vel capta ſit propter rem aut perſonam aliam, & talis, qvæ extra rem litigioſam, vel extra jus litigioſum ſit, &

extra

extra rei ſive juris, de qvo litigatur, uſum, & qvæ rei litigoſæ non ſit, vel qvæ ſine controverſia ex confeſſione ipſius pignorantis alterius ſit vel ſaltem eſſe non negatur, & qvæ nihil commune habeat eum jure controverſo, in qvo neqve jus controverſum, neqve ejus fructus conſiſtat. (5) reqviritur, qvod pignoratio facta ſit ob cauſam civilem, non criminalem. (6) Si pignoratio per officialem Domini facta fuerit, reqviritur mandatum vel ſaltem ratihabitio Domini, *Vid. Roding. Pand. Cam. lib. 3. tit. 10. Schwamm. obſerv. Cam. 61. & ſeqq. Proceſſ. Cam. lib. 1. cap. 12.*

§. 3. *Pignorare* dicitur non ſolùm, qvi rem aliqvam aufert, ſed etiam qvi gregem abducit. Imò etiam pignorare ſeu potius capere dicitur, qvi gregem in ſtabulum vel locum aliqvem includit, ut inde exire neqveat. Nam paria ſunt rem auferre, vel ita includere & arctè cuſtodire, ut uſus ejus intercidat, qvando autem uſus rei haberi neqvit, iſta dicitur peremta perditaqve, *Gail. de Pignor. Obſerv. num. 1.* Et carceri mancipatus dicitur non ſolùm, qvi in carceribus eſt, ſed etiam qvi extra carcerem ita anguſtè certo loco eſt circumſcriptus, ut ab eo recedere ipſi ſine pœna non liceat, v. g. ſi alicui domus vel tota civitas pro carcere detur, *Gail. d. Obſ. 9. num. 3.* Deniqve in vinculis qvoqve eſſe dicuntur, qvi interpoſita ſtipulatione ita relaxati ſunt, ut moniti ſe iterum certo loco ſiſtant, *ibid. num. ult.*

§. 4. *Repignoratio* duplici modo fit (1) ſi qvis in venatione alteri retia atqve canes pignoret, venatorem capiat: Et poſtea alter è diverſo idem faciat. Atqve *hæc eſt vera repignoratio*, qvæ fit in una eademqve re, uno eodemqve jure, ubi uterqve ſe in ſua poſſeſſione tueri ſatagit. (2) Si qvis alterum prædicto modo qvidé pignoret, ſed alter pignoratori eqvum, vaccam, ſuem &c. ſurripiat, vel ruſticum capiat. Hoc qvia non in actu venationis ſeu fundo, in qvo uterqve jus venandi ſe habere, vel in ejusdem juris poſſeſſione eſſe prætendit, *ſed alio tempore & loco*, & qvidem eo duntaxat fine fit, ut pignorantem ad reſtitutionem pignorum adigat, pro vera repignoratione, non reputatur, ſed erit vel vis publica, vel ſpolium, *Jac. Blum. proc. Cam. tit 32. n. 110.*

§. 5. *Mandatum de reſtituendo* eſt, qvo Camera pignoratori

tori ad implorationem pignorati ſub certa pœna (*qvæ hodie ſemper 10. Marc. aur. pur.*) & ſine clauſula juſtificatoria mandat, ut incontinenti absqve ulla exceptione ac detrimento (ohne Entgelt/) pignora reſtituat vel ſi iſthæc culpâ negligentiâve pignoratoris deteriora facta aut planè perdita ſunt, ſeu etiam ad avertenda ejusmodi damna per pignoratum pretio redemta, juſtum pretium, vel loco pignoris redemti acceptam pecuniam reſtituat, *Gail. de pignor. obſ.* 11. Idqve cum omni intereſſe & damno, *Jac. Blum. d. t. 32. n. 35.*

§. 6. *Mandatum de relaxando captivo* eſt, qvo capienti ſub eadem pœnâ & S.C. mandatur, ut captivos ſub veteri conſveta Urphedâ, non aliter tamen, qvàm ſe rurſum ſiſtendi, ſi ita judicatum fuerit, relaxat, *Ord. Cam. p. 2. tit. 22. princ. in med. Blum. d. l. num. 60.*

PIGNUS. §. 1. *Pignus* appellatum à pugno, qvia res, qvæ pignori dantur, manu traduntur. Unde etiam videri poteſt verum eſſe, qvod qvidam putant, pignus propriè rei mobilis conſtitui, *l. 238* §. 2. *de V. S.*

§. 2. Sumitur *pignus* (1) *ſtrictè*, pro actu oppignorationis, l. 9. §. 2. *de pign. act.* qvando res pignori data tranſit ad creditorem, unde à pugno dicitur, *d. l. 238.* (2) Latiùs, cum qvoqve modo res oppignoratur, ſive non ſit, *l.* 5. §. 1. *de pign.* §. 7. *Inſt. de action.* Et in hoc ſignificatu iterum tripliciter capitur, (1) pro reipſa oppignorata, *t. c. de diſtr. pign.* (2) pro conventione pignoris, qvæ re fit, & contractus eſt realis, §. 4. *Inſt. qvib. mod. re contr. obl. l. 1.* §*f. de pact.* (3) pro obligatione reali, hoc eſt jure pignoris ſeu in re oppignorata conſtituto, *l. 1. de pign. act. l. 4. de pignor. Vid. Gœdd. ad l. 238.* §. 2. *de V. S. Meier. in colleg. Argent. ff. de pignor. n. 2.*

§. 3. *Pignus ſeu jus pignoris*, in genere ſumtum comprehendit hypothecam, *l. 1. de pign. act.* & hypotheca dicitur pignus, *l. 17.* §. 2. *de pact. l. 5.* §. 1 *de pign. act. l. 3.* § 3. *ad exhib.* In ſpecie verò pignus ab hypotheca diſtingvitur ita, ut pignus dicatur, qvod *rei traditione*; hypotheca, qvæ, re creditori non traditâ, pacto nudo vel etiam lege conſtituitur, *l. 9.* §. 2. *de pign. act.* Hinc cùm rerum mobilium ſimplici obligatione non ſit conſultum, res mobiles ſolent pignori tradi, immobiles verò per hypothecam oppignorari, §. 7. *J. de action. l. 238.*

de

de V. S. Poſſunt verò hæ qvoqve tradi, *l.11.§.1.de pign. act. l. 4.C.eod.* & illa debitori relinqvi, *Add.Bachov.ad Weſ. de pignor.act. num.1.& ad. tit.ff. de pignor.act. num.3.* Deinde qvatenus hæc vocabula denotant conventionem, diſtant & in hoc, qvod pignus ſit contractus realis, hypotheca verò pactum legitimum, *arg.l.17.§.2.de pact. Conf. Bacchov. tr.de pign. & hypoth. lib. 1. cap.1.*

Pignus in ſpecie ſic dictum & hypotheca conveniunt in effectu, qvi eſt (1) jus in re, *l. de pign. act.* (2) actio hypothecaria, ſeu rei perſecutio, *§.7. I. de action.* (3) diſtractio, *t. t.ff.de diſtr.pign.* Hocqve ſenſu verum eſt, qvod inter pignus & hypothecam ſaltem nominis ſonus interſit, *l.5. §.1. de pignor. D.Hahn.ad Weſ. de pign.act.n.1.*

§. 4. *In generali ſignificatione*, Pignus eſt jus in bonis debitoris creditori legitimè conſtitutum in ſecuritatem crediti, *Add.Bacchov. tract.de pignor. Mercur. Merlin. tract. de pignorib.*

§. 5. *Pignus* eſt contractus, qvo debitor in ſecuritatem crediti rem creditori tradit, ſoluto debito in ſpecie reſtituendam, *l.1. §. 4.de pact. §. 4.I q.m.r.contr.obl.*

§. 6. *Pignus expreſſum* eſt, qvod verbis expreſſis, non modò inter præſentes, ſed etiam per literas inter abſentes, cum conventione, *l.23. §.1.l.pen.§.1.ff. de pignor. l.2. de pact.* Vel citra conventionem conſtituitur, *l.fin.C.de prætor. pign.* Illudqve in tres diſpeſcitnr ſpecies: In conventionale, prætorium & teſtamentarium, *fac.l.26.de pign.act. l.44.§.non mittat ff.de uſur.Bacch.tr.de pign.lib.1.c.4.*

§. 7. *Pignus conventionale* eſt, qvod ex conventionibus, & pactis hominum naſcitur, *l.1. de pign.act.l.fin.Cod. de præt. pign.* Eſtqve vel generale vel ſpeciale. *Generale* eſt, cùm omnia debitoris bona ſine ulla certarum rerum deſignatione vel enunciatione, pignori obligantur, *l.1.l.6.& 29 ff. de pign. l.2.C.eod.l.17.C.de diſtr.pign.l.fin.C.qvæ res pign. Speciale* pignus vel hypotheca eſt, cùm conventio in ſpeciē, certæ alicujus rei, vel plurium confertur, *l.1.§.2. l.15. §. 1. l.16. §. ult.ff. de pignor.*

§. 8. *Prætorium pignus* eſt, qvod authoritate ſeu Imperio Magiſtratûs conſtituitur, *t.t.C.de præt.pign.* Eſtq; vel in ſpe-

ſpecie ſic dictum, vel judiciale. *Bacchov. tr. de pign. libr. 1. cap. 3. n. 4. & tr. de action. diſp. 3. th. 35.*

§. 9. *Pignus Prætorium ſpeciale* eſt, qvod permiſſionem, ex primo decreto, in poſſeſſionem vel qvaſi, bonorum debitoris, ex cauſa legatorum, domui infecti, novi operis nunciationis, & aliâ qvavis causâ legitimâ, putâ propter abſentiam, contumaciam vel fruſtrationem adverſarii inducitur, *l. 1. & 2. Cod. de prætor. pign. l. 26. de pign. act. l. 7. § 1. & ſeq. ff. qvib. ex cauſ. in poſſ. l. 3. §. 1. verſ. Sed et. ff. de reb. cor. qvi ſub tut. §. 9. Inſtitut. & l. 7. §. 2. ff. de ſuſpect. tut. c. tuæ fraternitatis. X. ut lit. non conteſt. Neguſant. tr. de pignor. & hyp. part. 3. membr. 3. num. 1.*

§. 10. *Judiciale* eſt, cùm judex in cauſa judicati definitivam ſententiam â ſe latam executioni mandat, captione & diſtractione pignorum, ex bonis condemnati, *t. t. Cod. Si in cauſ. jud. pign. l. 10. qvi pot. in pign. fac. l. 7. Cod. qvæ res pign. l. pen. Cod. de pign. act. l. 13. Cod. de evict.* & incipiendo a mobilibus, iisqve deficientibus, ad immobilia & nomina progreditur, *l. à D. pign. 15. § 2. ff. de re jud.*

§. 11. *A Prætorio differt judiciale.* Illud datur, hoc capitur: *Cujac. parat. Cod. ſi in cauſ. jud.* miſſus creditor occupat Prætorium, *arg. l. 2. Cod. qvi pot. in pign.* hoc non occupatur ab eo, ſecundùm qvem lis data eſt, ſed executor ſive apparitor Magiſtratus, ex officio capit & diſtrahit: *l. 2. Cod. ſi in cauſ. jud. l. 74. §. 1. de evict.* Prætorium datur adverſus debitorem non victum; hoc capitur tantùm ex judicati bonis, *Cujac. d. l.* Prætorium ex edicto jure ordinatio conſtituitur; hoc extra ordinem, *l. ſi pignora. 50. D. de evict.* Prætorium in rem conſtituitur, *l. 3. Cod. qvi pot. in pign. l. 12. de reb. aut. jud.* hoc in perſonam, *l. ex. 30. Qvi pot. in pign.*

§. 12. *Pignus teſtamentarium* vocatur, qvod conſtituitur, cum teſtator teſtamento, creditori ſuó rem pignori eſſe jubet, *l. 26. de pign. act. l. 12. de alim. leg. l. 8. §. 15. de transact. l. 1. verſ. cùm enim. Cod. commun. de leg.*

§. 13. *Tacitum pignus*, qvod communiter Dd. *legale* appellant, eſt qvod ex præſumta contrahentium voluntate, *l. 1. & t. t. ff. in qvib. cauſ. pign. tac. contr.* vel ex diſpoſitione legis, *l. 1. C. comm. de leg. l. 6. §. fin. C. de bon. qvæ lib. Donell. tr.*

de pignor. ead. 4. pr. vel ex privilegio introducitur, *l. un.* §. 1. *Cod. de rei ux. act.* abitqve in duas ſpecies; *tacitum ſpecialiter* ſic dictum, & *privilegiatum*, *Treutl. 2. diſp. 1. th. 4. lit. A.* Ex præſumta contrahentium voluntate *tacitum pignus* (*qvod aliàs etiam à [illegible]e expreſſum dici poteſt*, *t. t. ff. & C. in qvib. cauſ. pign. tac.*) conſtituitur domino in rebus in prædium urbanum illatis vel invectis, non ſolùm pro penſione, ſed etiam pro deterioratione ipſius rei locatæ, *l. 2. l. 4. ff. in qvib. cauſ. pign. tac. l. f. C. eod. l. 4. ff. de pact.*

Privilegiatum pignus conſtituitur favorabili legis diſpoſitione, idqve vel ratione *perſonæ*, vel *rei & cauſæ*, *vid. l. 2. & 3. Cod. de privil. fiſc. l. 20. Cod. de adm. tut. l. un.* §. 1. *C. de rei ux. act. l. 1. C. comm. de leg. l. 1. ff. in qvib. cauſ. pign. tac.*

§. 14. Creditor perſeqvitur pignus vel *remedio petitorio*, *actione ſcil. hypothecaria*, eaqve vel *Serviana*, vel *qvaſi Serviana:* vel *poſſeſſorio*, *interdicto* ſcil. *Salviano*; item *interdicto ne vis fiat ei, qvi in poſſeſſionem miſſus.*

Actio Serviana (à Servio Prætore dicta, aliqvando & *pignoratitia* dicitur, *l. 3.* §. *ad exhib. l. 7.* §. *12. comm. div. l. 19 l. pen.* §. 1. *de exc. rei judic.*) eſt actio realis, qvâ locator res coloni in prædium ruſticum illatas, pro penſione ac damnis *expreſsè* obligatis perſeqvitur, §. *7. J. de act. l. 17. qvi pot. in pign.* adverſus debitorem, & qvemvis poſſeſſorem, *l. 12. C. d. diſtr. pign. l. 14. l. 24. C. qvi pot. in pign. Vid. Manz. ad* §. *7. Jur. de actionib.*

§. 15. *Actio Qvaſi Serviana* eſt, actio prætoria, realis, qva qvilibet, creditor res qvaslibet generaliter ſive ſpecialiter, tacitè vel expreſsè oppigneratas à qvovis poſſeſſore petit, ut eas tradat, vel pignoris nexu, ſolvendo, *l. 16.* §. *3. qvi pot. in pign. l. 12. qvib. mod. pign. ſolv.* §. *7. Inſt. de action.*

§. 16. *Interdictum Salvianum Directum* eſt, qvo locator prædii ruſtici agit contra colonum etiam *partiarium* ad poſſeſſionem conſeqvendam rerum conductoris, qvas is pro mercibus fundi pignori futuras *expreſsè* pepigiſſet, §. *3. in fin. J. de interdiction. l. 1. pr. ff. de Salv. interd. l. 3. C. eod.*

§. 17. *Utile interdictum* competit aliis creditoribus con-

contra alios debitores ad perſeqvendam poſſeſſionem rerum oppignoratarum; *d.l.1.C.d.t.* Et admiſsâ ſententiâ communi, hoc interdictum etiam contra qvemlibet poſſeſſorem datur, excuſſo tamen prius principali debitore. Hodiè pragmaticis noſtris ferè incognitum & inauditum eſſe nomen Salviani interdicti, ſive directi ſive utilis notat, *Daſſel. ad Zæſ. Struv. exercit. 45. th.172.*

§. 18. *Inter actionem Servianam & interdictum Salvianum* hoc intereſt: qvod in *illa* locator neceſſe habeat probare rem, qvæ pignori illata eſt, fuiſſe in bonis, ſeu dominio conductoris, *l.3.pr.l.15.§.1.de pignor. l. 23. de probat. in hoc* autem ſufficit, eſſe pignoris cauſa inductam, & à conductore eo tempore poſſeſſam, *l.1. de Salv. interd. ubi Weſenbec. in paratitl. Tholoſ. in ſyntagm. l.23. c.10. num. 11.* Deinde *hac* poſſeſſorium eſt judicium, illud petitorium, *Weſenbec. dict. l. Bach. lib. 3. c. 10. num. 4.*

§. 16. Solutâ pignoris obligatione, intenditur *actio pignoratitia:* qvæ duplex eſt, *directa*, & *contraria*. *Directa* eſt, qvâ debitor, qvi rem pignori oppoſuit, debito ſoluto agit adverſus creditorem, ut rem oppignoratam unà cum fructibus ſibi reſtituat, *l.12. §.2. l 9. §.3.l.40.§.f. de pign. act.* nec datur contra tertium extraneum rei obligatæ poſſeſſorem, cum perſonalis ſit, *l. fin. C. de diſtr. pign. Neguſ. tr. de pign. part. 1. membr. 2. num. 5. & ſeq.* qvamvis jure Pontificio etiam in tertium ex æqvitate dari receptum ſit, *cùm conſtat. X. de pignor. Neguſ. p. 2. membr. 2. num. 2. Weſenbec. paratitl. de pign. act. num. 7.*

§. 20. *Actio pignoratitia contraria* competit creditori, ejusqve heredi, adverſus debitorem, pro eo, qvod ſibi pignoris nomine abeſt; ut ſi in conventione deceptus ſit, aut qvid damni, ejus rei gratiâ ſenſerit, aut impenſas in eam fecerit, *l.8. pr. ff. de pign. act. l.7. C. eod.*

§. 21. *Differentia actionis pignoratitiæ & hypothecariæ* præcipua hæc eſt. (1) *illa* ex contractu nominato deſcendit, *hæc* ex jure in re per traditionem vel pactum conſtituto. (2) *Illa* datur debitori adverſus creditorem, ad pignus ſolutâ pecuniâ repetendum: Hæc creditori propter jus reale conſtitutum, adverſus vel debitorem, vel tertium qvoqve, ad

rem pignori vel hypothecæ ſuppoſitam perſeqvendam, §.7. *J. de act. D.Hahn. ad Weſ.tit.de pign.act.n.1.*

PISCATIO. §.1. *Piſcatio juxta LL. Roman.* eſt captura piſcium cuilibet permiſſa, non ſolùm in mari & fluminibus, *§.1.2.5.12.de Rer.div. l.10. §.2. de acqvir.rer. dom.* ſed & in ſtagno alieno, *l.3.§.14. de acqvir. poſſ.* dominus tamen ne qvis in lacu ipſius piſcetur, prohibere poteſt. *l.13.§.ult.in fin. de injur.*

PLAGIUM. §. 1. *Plagium* eſt crimen, qvod committitur fraudulentâ liberi hominis vel ſervi alieni *aliâ ſcil. qvàm ejus lucrifaciendi causâ factâ*, ſuppreſſione. Ejus pœna eſt capitalis, *l.ſ.C. Ad L.Fab.de plagiar. vid.t.t.ff.eod. Dn.Carpz. 2.q.crim.83.n.89.& ſeqq.*

§. 2. *Plagiarius* eſt, qvi liberum hominem, vel ſervum alienum, ſciens vendit, vel aliter alienat, vel ipſum vinctum retinet, vel celat, vel ei ſvadet, ut à Domino fugiat, *vid. tit.ff.& C.ad L. Fab. de plag.* & multò magis, ſi qvis liberum hominem, vel ſervum de Civitate in civitatem, vel qvemvis alium locum exportaverit, *l. qvoniam. C. d.t. §.9. Inſtitut. de obl. ex delict. Proſp. Farinac. part. 7. qvæſt. criminal. 166. num. 56.*

PEREGRINITAS, PEREGRINUS. §.1. *Peregrinitas* civitati opponitur, *l.10. §. 16. π. de in jus vocando.*

§. 2. Eſtqve vel Originaria, vel Adventitia, & hæc vel voluntaria, qvæ fit per renunciationem, vel neceſſaria, qvæ fit per capitis deminutionem, *§.1.2.Jur. de Cap. dem.*

PLEBISCITUM. §. 1. *Plebiſcitum* eſt, qvod plebs plebejo magiſtratu interrogante (*veluti Tribuno*) conſtituebat, *§.4.J. de jur.n.g. & civ.*

§. 2. Differentia *inter legem & plebiſcitum* hæc fuit, qvòd videlicet *lex* ſuffragio omnium civium, ſive à toto populo, *plebiſcitum* autem à parte tantùm populi fieret, *d.§.4.J. de jur.n.g.& civ.*

POENITENTIA. §.1. (1) *Pœnitentia* denotat voluntatis aut propoſiti cujusvis mutation[em]. Sic *Livius lib.31. cap.32. pœnitentiam celerem*, dicit, *ſeq[u]i celeritatem Conſiliorum. Add. l.24. §.4. Locat.cond. l.41.de Minor. l.25. §. pen. de acq.her. l.2.3.4. C. de revoc.donat.* (2) deſignat *animi* dolo-

dolorem, vel paſſionem qvandam cum dolore, tædio, vel verecundia conjunctam, licet res vel cauſæ, ex qva oritur, qvandoqve poteſtati noſtræ non ſit ſubjecta. Ita in jure accipienda videtur vox pœnitentiæ, *l.11. de in jus vocand. l.23.pr. Cod. de nupt. l.2. Cod. de Libert. & cor. lib. num.51.pr. l.17. §.1. de ædil. edict. l.3. de apoſtat.* (3) Hoc nomine venit tota hominis converſio ad Deum jure Divino, *Matth.3. verſ. 2. & cap. 4. verſ.17. Luc.3. verſ.3. Actor.2. verſ.38.* Canonico, *cap. Nemo.50. diſt.1. tr. de pœnit. cap. Pœnitentiam.7. cap. perfecta, 2. cap. ſeq. & pluribus aliis diſt.3. eod.1. de pœnit.* (4) Contritio cordis, *cap. ecce nunc. diſt.1. t. de pœnit. c. qvem pœnitet. ead. diſt. & t. cap. Judas & ſeqq. diſt.3. c. de pœnit.* (5) Actus confeſſionis, *c. offic. X. d. t. de pœnit. & Rem. Qvod in te 12. X. eod.* (6) Satisfactio operis, qvam ſacerdotes pro circumſtantia & qvalitate delicti ac perſonarum pœnitentibus imponere ſolent, *c. Menſuram. diſt.1. c. pœnitentia. cap. qvamvis ibiqve Gl. diſt.3. de pœnit. c. Latores. 4. X. de Cleric. excomm. it. t. Si morient. ſit indic. pœnit. ſub qvan. temp. C. XXVI. q.7. it. c. Deus 8. & t.t. X. de Pœnit. & Rem.* (7) Abſolutio ſeu remiſſio peccati, *c. Qvod in te c. ſin. X. d. t. Conf. Corvin. in Jus Canon. in lib.2. te 7. §. 2. &c.* (8) Nova obedientia, *c. pœnitentia, 2. c. Reperiuntur. c. Ille & cc. ſeqq. diſt. 3. tr. de pœnit.* (9) In noſtris Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſioni addictis qvandoqve ſic denominatur publica exhibiti ſcandali deprecatio, *Carpzov. Jurispr. Eccleſ. lib.3. tit.7. defin. 82. & ſeqq.* (10) Jus Civile per pœnitentiam imprimis deſignat efficacem actus ſive negotii aut facti alicujus, circa jus & juſtum verſantis, retractationem, ex nuda voluntatis immutatione, ac geſti diſplicentia ortam, *arg. l.3. §.2. §.3. l.5. pr. §. 2. de cond. cauſ. dat. l.25. §. pen. de acqvir. hered. l.4. de adim leg. 27. Cod. de fideicommiſſ. l. 30. de donation. mort cauſ.*

§. 2. *In ultimo ſignificatu* deſcribi ſolet pœnitentia, qvod ſit actus voluntatis, qvo qvis proprii dicti vel facti retractationem abolitionemvè deſiderat.

PRINCIPATUS. Fürſtenthumb. §. 1. Vocabulum *Principatus*, aliqvando ſumitur *generaliter*; ſub qva enunciatione etiam comprehenduntur Electoratus, Churfürſtenthumb/

thumb. *A.B. Caroli IV. c.7.* §.2. *& 3. cap.2.* §.1. *cap.20. cap. 25. pr.* & inter eosdem etiam regnum Bohemiæ, *d. c.* 21. §. 1. (2) Aliqvando ſumitur *ſpecialiter*, aliqvando *ſpecialiſſime*. Illo ſenſu, Principatus etiam dicuntur, qvi propria ac peculiari nomine aliàs appellantur Ducatus, Landgraviatus, Marggraviatus &c. *Specialiſſime* accipitur de Principatibus, qvibus hoc nomen peculiariter inditum eſt, qvales ſunt das Fürſtenthumb Anhalt/ das Fürſtenthumb Rügen/ & alii, *Limnæus ad Capitulat. Caroli* V. *art.* 24. *vocab.* Fürſtenthumb/ *num.* 1.

§. 2. Et ſi propriè Imperatori *Principis* nomen competat, atqve hic ea appellatione denotari ſoleat in legibus Romanis, *l. Princeps ff. de Legib. l. 1. ff. de conſtit. Princ* §. 6. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* & in libris feudorum, *c.* 1. *de natur. feud. c.* 1. *Qvis dicat. Dux March. Comes*, tamen tandem eo deventum eſt, ut Duces etiam, Marchiones, Comites & ſimilem majorẽ regalem dignitatem habentes, generaliter vocentur Principes, idqve fit expreſsè à Friderico I. in jure feudali, *in c.* 1. *in princ. in verb. à Principibus Italicis De prohib. feud. alien. per Frider.* & paſſim à Carolo IV. in Aurea Bulla, *Sixtin. lib.* 1. *de Regal. cap.* 4. *num.* 23. *& ſeq.* Specialiter verò vocabulum Principis accipitur de iis, qvi de Principatu, einem Fürſtenthumb. ab Imperatore, unà cum dignitate des Fürſten/ inveſtati & decorati ſunt, *Limn. l. 4. jur. publ. cap.* 2. *num.* 4. *& ſeqq.*

§. 3. Nomen *Principis*, in Gallia diverſa ratione variis attribuitur. (1) Regi competit. Propriè loqvendo in Gallia non datur alius Princeps, præter Regem, qvi ſolus inibi Supremam poteſtatem obtinet. (2) Illis, qvi ex ſangvine regio nati ſunt. Ubi tamen hæc differentia notari debet, qvod *Princes du ſang*, Principes ſangvinis, & inter illos proximior Regi, ſimpliciter *Prince* vocetur; Alio nomine ſed eadem ratione vocantur principes Coronæ, vel Regni, tanqvam in corona ſubſtituti ſucceſſores. (3) Principis nomen etiam illis tribuitur, qvi prognati ſunt à principibus exteris, ſuperiorem non recognoſcentibus, & in qvorum familia iſta ſuperioritas adhuc continuat. (4) Sunt etiam alii minorum gentium Principes in Gallia, qvi hoc titulo inde utuntur, cùm terras, qvæ nomen principatus honorarium à Rege obtinuerunt, poſ-

poſſideant, *Limnæus in addit. ad l. 4. jur. publ. cap. 2. num. 2.*

POLLICITATIO. §. 1. *Pactum & Pollicitatio* differunt. *Pactum* eſt duorum conſenſus atqve conventio: *Pollicitatio* verò ſolius offerentis promiſſum, *l. 3. pr. de pollicitat.* Conventionis ergô ſpecies non eſt: tranſit tamen in conventionem, qvi fuerit acceptata: veluti ſi qvid ultrò pollicitus ſim, tu gratum acceptumqve habueris, *ut l. 34. Mandat.* Qvo caſu conventio eadem & pollicitatio & pactum appellari poteſt. Pollicitatio, inſpecto initio: Pactum inſpecto exitu, ut *l. 5. C. de contr. emt.* eadem conventio, & nuda pollicitatio dicitur, & pactum, *Cujac. 19. obſ. 32. Alc. 3. parerg. 9.*

§. 2. Freqventiùs in uſu juris *Pollicitatio* ſignificat Promiſſionem μονόπλευρον, Reipubl. & univerſitati factam: ex qva obligatio civitati acqviritur, *l. 1. §. 1. 2. l. 3. pr. l. 7. l. 9. de pollicit. D. Wiſſenb. ad tit. ff. de pollicit.*

§. 3. Pollicitatio fit vel DEO, & dicitur Votum, vel Reipubl. & dicitur Pollicitatio in ſpecie ſic dicta.

POSTLIMINIUM. §. 1. *Poſtliminium* eſt jus amiſſæ rei recuperandæ ab extraneo, & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos ac liberos omnes populos regesqve moribus ac legibus conſtitutum, *Weſenbec. in parat. tit. de capt. & de poſtlim.* Vel *Poſtliminium* eſt priſtini ſtatus, in qvo qvis ante captivitatem fuit recuperatio integra perinde, ac ſi medio tempore in hoſtium poteſtate non fuit, *Wiſſenb. ad tit. ff. de captiv.*

PARTITIO. §. 1. *Partitionis nomen* non ſemper dimidium ſignificat, ſed prout eſt adjectum, poteſt enim juberi aliqvis & maximam pariri poſſe, & viceſimam & tertiam, & prout libuerit: ſed ſi non fuerit portio adjecta, dimidia pars debetur, *l. 164. §. 1. de V. S.*

PERNOCTARE. §. 1. *Pernoctare* extra urbem intelligendus eſt, qvi nulla parte noctis in urbe eſt. *Per* enim totam noctem ſignificat, *l. 166. §. 1. de V. S.*

PECULIUM. §. 1. Paterfamilias *peculium* non poteſt habere, qvemadmodum nec ſervus bona, *l. 182. de V. S. l. f. §. ult. C. de inoff. teſt.*

§. 2. *Actio de peculio* eſt, qvâ pater vel dominus,qvi conceſſit peculium,ex contractu,ipſis etiam ignorantibus,à ſervo vel filiofam. inito convenitur, & peculiotenus condemnatur, §.10.*J.de action.* § 4 *J. Qvod cum eo*, *l*.1.*l*.3.*de pecul.*

§. 3. *Peculium* eſt, qvod ſervus domini permiſſu, ſeu filiusfam. patris permiſſu, ſeparatum à rationibus dominicis aut paternis habet, deducto inde, ſi qvid domino aut patrifam. à ſervo aut filio debetur, *l*. 5.§.*f.de pecul*, *l*.7. §.3. *l*. 8. *l*.39. *eod.* & viciſſim computato eo, qvod dominus vel pater ipſi ſervo vel filio naturaliter debet, *d.l*.7.§.*pen. eod.* aut dolo fecit, qvo minus in peculio eſſet, *l*.21.*pr.eod.*

Et eſt *peculium* qvædam univerſitas conſtans ex variis plerunqve generis rebus,*l*.56.*de R.V. add.l*.40.*l*.32. §.*ult*.*l*.33. 34.*l*.7. §.4.*de pecul.*

Vel; eſt univerſitas bonorum, qvam ſervus vel filiusfam. habet, domino aut patre connivente, à rationibus domeſticis ſeparatam, *l*.4.*l*.40.*de pecul.arg.l*.58.*de R.V.*

§. 4. *Peculium profectitium* eſt, qvod filiusfamil. patris permiſſu, ex re ipſius patris profectum, ſeparatum à rationibus paternis habet, *l*.5.§. *f.de pecul.*

Vel: qvod pater ipſe concedit filio ſuo, fortaſſis ad negotia apto, ad hoc, ut cum illo negotietur, vel alias utiliter impendat & adminiſtret: & hoc totum patris eſt, qvemadmodum de jure antiqvo, ita & de novo, ut ſi qvid filius cum eo lucretur & acqvirat, totum patri acqvirat, *l*.8.*de R. J. Manz. ad* §.10.*I. de action.*

§. 5. *Peculium adventitium* eſt, qvod non ex re patris, ſed aliunde, neqve tamen ex cauſa caſtrenſi, vel qvaſi,filiofam. obvenit, §.1.*I. per qvas perſ. l*.6. *pr. Cod. de bon. qvæ lib.* Ex hujus fructu regulariter qvidem patri acqvirit filiusfam.apud eum autem dominium remanet, *D.Struv.exerc*.20.*th*.60. Idqve vel Regulare eſt, vel Irregulare. Illud modò eſt deſcriptum; Hoc verò dicitur, cujus plena proprietas ad filium pertinet. *Auth. Excipitur. Auth. item hereditas. Auth Idem eſt in his. C.de bon.qvæ liberis.*

§. 6. *Peculium caſtrenſe* eſt, qvod filiusfam. occaſione armatæ militiæ, vel à patre vel ab alio acqviſivit, *l*.11. *de caſtr. pec.* eſtqve ipſe filiusfam. plenus hujus dominus.

§. 7.

§. 7. *Peculium qvaſi caſtrenſe* eſt, qvod filiusfam. acqviſivit ex militia togata, ſeu ex officiis publicis, *l. ult. Cod. de inoff. teſt. l. 6. in f. pr. Cod. de bon. qvæ lib. l. 14. C. de adv. div. jud.* Et hoc peculium itidem pleno jure eſt liberorum, *dd. t. t. l. 4. de judic. pr. in f. J. q. non eſt perm. teſt. fac. l. 2. C. de SCt. Mac.*

§. 8. Hodie *Peculium Clericorum* eſt triplex: *Vel* enim conſtat ex propriis Clericorum bonis, ſive ea patrimonialia ſint, ſive qvaſi patrimonialia, qvæ ſcilicet Clericis ab amicis & cognatis obvenerint, qvæqve ſua induſtria & labore acqviſiverint; *Vel* ex bonis Eccleſiæ; *Vel* ex bonis intuitu Eccleſiæ acqviſitis, *de qvo paſſim in tit. de Pecul. Cleric or.*

PATER. §. 1. *Patris* nomine etiam *avus* demonſtratur, *l. 201. l. 52. de V. S.*

§. 2. *Patria p teſtas* eſt, jus *patri* competens, liberis legitimis, qvi in ejus familia ſunt, imperandi, qvoad perſonas & res earundem, ad communem familiæ utilitatem, *add. Ariſt. 1. Pol. 12. & 8. Eth. 12. D. Georg. Adam. Struv. exercit. 3. theſ. 36.*

PLUS. §. 1. Hæc adjectio, *plurisve*, non infinitam pecuniam continet, ſed modicam: ut taxatio hæc, *Solidos decem plurisve*, ad minutulam ſummam refertur, *l. 192. de V. S.*

§. 2 Hæc enunciatio, *qvæ ſunt pluris aureorum triginta* ſimul & qvantitatis & æſtimationis ſignificativa eſt, *l. 232. de V. S.*

§. 3. *Plus* poteſt intelligi dupliciter: (1) ut idem ſit qvod major qvantitas ſive numerus; (2) qvod potius jus, *D. Eichel. in Comm. ad R. J. cap. 2. pag. 122.*

§. 4. *Plus petitur* qvatuor modis, (1) *Re* plus petere dicitur, qvi majorem ſummam vel qvantitatem petit, qvàm debetur. (2) *Tempore*, qvi petit ante diem, vel conditionem obligationi adjectam, necdum ſcilicet exiſtentem. (3) *Loco*, qvi petit alio loco, qvàm ubi convenit, ut ſolveretur. (4) *Causa*, qvi id, qvod in genere vel alternatim debetur, in ſpecie vel præcisè petit, §. 33. *Inſtit. de action. add. t. t. X. de plus petit. Zanger. de except. 2. cap. 11.* Et differt plus *cauſa* petens à petente plus *re*, qvia is, qvi plus *re* petit, agit

 ad

ad id, qvod in obligationem non eſt deductum. In *alternativis* verò debitis ambo qvidem ſunt in obligatione, ſed eſt in electione debitoris, qvam rem dare velit. *vid. Schneidvv. ad §. 33. verſ plus autem n. 7. Inſt. de action.*

§. 5. Notanda differentia inter *plures & multos*. Plures non ſunt pauciores, qvàm duo, *l ubi numerus ff. de teſtibus.* Multi ſunt non pauciores, qvàm tres. *l. 1. §. hoc reſcriptum ad SC. Syllan. l. 85. de* V.S. *Gœdd. ad l. 85. in fin. & l. 148. num.* 1. *de* V. S.

PROJECTUM. IMMISSUM. §. 1. Inter *projectum & immiſſum* hoc intereſſe ait Labeo, qvod *projectum* eſſet id, qvod ita proveheretur, ut nusqvam reqvieſceret, qvalia mœniana & ſuggrundia eſſent: *immiſſum* autem qvod ita fieret, ut aliqvo loco reqvieſceret, veluti ligna, trabes, qvæ immitterentur, *l. 242. §. 1. de V.* S.

CRIMEN FRACTÆ PACIS PUBLICÆ. §. 1. Singularis ſpecies vis publicæ *juxta Conſtitutiones imperii de Pace Publica*, vom Land-Frieden / de Anno 1594. 1500. 1521. &c. eſt crimen fractæ pacis publicæ, der Land-Fried-Bruch / qvando nimirum qvis, ſive Princeps, ſive privatus, contra Conſtitutiones de Pace Publica vi armata majori congregatis hominibus aliqvem ejusvè ædes aut bona dolo malo injuriæ inferendæ causâ invadit, *dd. text. vid. latiùs Gail. de Pac. Publ. Carpzov. l. qv. crim. 35. 36.*

§. 2. *Pax religioſa* eſt conventio unanimi Imperatoris ac Statuum Imperii de ſe invicem Religionis intuitu non turbandis conſenſu inita, R. A. de Anno 1555. §. In ſolcher. 13. verſ. haben wir uns.

§. 3. Conſtitutio ſuper hac pace promulgata vulgò vocatur *Pacificatio religioſa, Pax religioſa*, item *Pax Religionis.* Ejusqve ſpecies ſunt *transacti*[illegible]*ſſavienſis. Pax Religioſa strictè dicta*, qvæ habetur *Rec. Imp.* 1555. §. Setzen. 14. usqve ad 33. atqve Inſtrumentum Pacis, *arg. Inſtument. Pacis. art. 5.* §. 1.

§. 4. Pax *publica* (*prophana*) eſt conventio unanimi Imperatoris & Statuum de ſibi invicem vim publicam doloſè non inferendo, ſed inferendam aut illatam fideliter removendo conſenſu inita, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 26. § 8.*

PRO-

PROCLAMA. §. 1. *Proclama* eſt citatio, qvam Pedellus Cameræ contra partem litigantem, alterutram contumaciter abſentem in primo termino vel aliis ſeqventibus proclamando exeqvitur, *Roding. Pand.Cam. l.3. tit 53.*

PEDELLUS. §. 1. Nomen *Pedellus* eſt Germanicum, qvod tamen diverſimodè ſcribitur. Nam Germani inferiores ſcribunt Bädell/ oder Bödell. Superiores verò Bidel / Büttel/oder Püttel. Latini Pedellus & Bidellus.

§. 2. Denotat autem hoc nomen nihil aliud, qvàm Præconem ſive Nuncium Judicii, einen Gerichts-Botten. Sic dictus, qvoniam exeqvitur juſſa judicialia. Die Gerichts-Gebott. *Et Gloſſa* Sächſiſchen Land-Recht. *lib. 3. tit. 61. art.* Ein Büttel heiſt darumb alſo / daß er des Richters und Gerichts Botte iſt. Botte verò Germanis inferioribus pronunciatur Bade. Hinc eſt Bädel oder Bedell. Jam B. in P. transmutato, qvod apud Germanos inferiores & ſuperiores freqventiſſimum, habes nomen Pedell.

§. 3. *Pedelli Judicii Cameralis* ſunt perſonæ imprimis circa executionem Juſſorum à judice atqve Aſſeſſorum Cameræ occupatæ. *Jac.Blum.Proc.Cam. tit. 19. num. & ſeqq.*

PACTUM. §. 1. *Pactum* à pactione dictum, *l. 1. ff. de pactis.* generaliter & latè (1.) notat qvamvis de negotio civili conventionem, & comprehendit qvoqve contractus, *l. 1. §. 2. 3. l. 27. §. 2. de pactis. l. 3. de pollic. l. 8. l. 15. de P.V. l. 6. C. de jur. dot. l. 61. pro ſoc. l. 20. Cod. de pact.* l. 72. *de contr. emt.* §. 1. *J. de uſufr.* §. *ult J. de ſerv. præd. Add. Arn. Vinn. tr. de pact.* (2) Specialiter & ſtrictè ſumitur pro illa conventionis ſpecie, qvæ opponitur contractui, l. 6. *junct.* l. 7. §. 5. *de pact.* l. 10. l. 13. *C. eod.* l. 15. *de P.V.* l. 1. *C. de pact. conv. eam ſup. dot.*

§. 2. *Pactum* dicitur aliàs conventio, pactio, conventum, Germanicè Handlung: qvanqvam enim aliàs à pacto & convento proprietate ſermonis differant pactio & conventio, in uſu tamen juris hæc differentia non obſervatur, modò obſerves, pactum in generali ſignificatione ſumi. Sic *pactum & conventionem* ſenſu juridico nihil diſcriminis habere, *patet ex* l. 6. l. 23. *de pact.* l. *ult. Cod. de pact. int. emt. & venđ.*...

nima ſunt, qvam in generali *pacti* ſignificatione; ſi enim pactum in ſpecie accipitur & qvâ nudum eſt, tum conventio genus eſt, pactum verò ejusdem ſpecies, *Emund. Merill. lib. 1. Variat. ex Cujac. c. 7.* Sic *pactum & pactionem* in uſu juris Synonyma eſſe, docetur *in l. 7. §. 12. §. 4. de pact. l. 14. Cod. de uſur. l. 15. de præſcr. Verb.* *Pactionem & conventionem* idem denotare probatur *ex l. 5. 29. Cod. de pact. l. 7. §. pacta Vent. ff. eod. l. f. §. 1. de pact. dot.* De *convento & conventione* eſt *l. ult. §. 3. de pact. dot. l. 5. l. 11. 12. 21. 29. de pact.*

§. 3. *Pollicitatio in ſpecie* ſumta differt à *pacto*, in ſpecie dicto, qvod pactum ſit conventio duorum vel plurium, *pollicitatio* ſaltem unius ſit promiſſum, *l. 3. de pollicit.*

§. 4. *In generali acceptione Pactum ſeu pactio* eſt duorum pluriumvè in idem placitum conſenſus ſeu conventio, *l. 1. §. 2. de pact. l. 3. de pobic.* Pactum verò in genere acceptum, vel eſt *Pactum in ſpecie* ita dictum, vel *contractus*, *l. 1. § 3. 4. l. 5. 6. 7. de pact. l. 15. de P. V.*

§. 5. *Pactum in ſpecie* acceptum, eſt duorum pluriumvè in idem placitum conventio, deſtituta & nomine & cauſa, *l. 1. §. 2. junct. l. 7. pr. §. 1. 2. de pact.* *Vel*: eſt conventio mutuo conſenſu de aliqvo præſtando inita, deſtituta vi intrinſeca civiliter obligandi. Et diſtingvitur in *nudum* & *non nudum*, *l. 7. §. 4. l. 6. de pact. l. 15. de P. V.* Et hoc rurſus vel eſt *legitimum* vel *adjectum*, *d. l. 6. l. 72. de contr. emt.*

§. 6. *Pactum nudum* eſt, qvod in ſimplicibus conventionis finibus ſubſiſtit, *l. 27. l. 15. Cod. fam. erc.* indeqve naturalem ſolùm, non civilem obligationem ſeu actionem jure civili efficacem parit, *l. 7. pr. & 4. de pact. l. 10. l. 21. C. eod. l. 15. de præſcr. Verb. l. 1. C. de pact. convent. l. 3. C. de rer. permut. l. 1. ff. eod. l. 27. C. locat. l. 5. § 2. de ſolut. D. Struv. exercitat. 6. theſ. 13. Vinn. tr. de pact. c. 5. 6. & ult.* Seu, qvæcunqve conventio neqve nomen ſpeciale, neqve cauſam habet, dicitur pactum nudum, *Sutholt. diſſ. 12. aph. 40. 45. & ſeq. D. Hahn. ad Weſ. tit. de pact. n. 2 pag. 377.*

§. 7. Cùm *pacta nuda* de jure civili non producant actiones; ideò ad nuda pacta firmanda introducta eſt jure civili (1) ſtipulatio, *l. 5. in fin. de I. & I. l. 1. Loc. junct. l. 45. de pact. l. 3. C. rer. permut.* qvæ poſtea etiam ad magis firmandum

con-

contractus adhibita, *l.3.§.1. de act.emt.l.4.§.ult.de uſur. l.71. pro ſoc. l.40. de reb.cred.* (2) Similiter qvoqve poſtmodum introducta eſt obligatio literarum, *t.t.l.de Liter. obl.*

§. 8. *Pacti nudi & non nudi* differentia principalis eſt, qvòd *pactum nudum* non producat actionem, ſed tantùm exceptionem jure prætorio, *l.7.pr.& §.4. de pact.* & illos effectus, qvi jure civili relicti etiam obligationi naturali tantùm. Ex *pacto verò non nudo* omninò naſcitur aliqva actio.

§. 9. *Pacta nuda & contractus conſenſuales* Differunt, qvia contractus conſenſuales habent ſuum proprium nomen, ſive ſpecialem formam, qvam non habent pacta nuda.

§. 10. *Pacta nomen vel cauſam habentia*, ſtatim ex ſe & natura ſua pacti (*generalis*) nomine in legibus rariſſimè appellantur, ſed ex formâ (*unde eſſe ſuum, ideoq; & denominationem ſortiuntur*) dicuntur contractus, *l.1.& 2.de pact.* In ſpecie verò *pacta* dicuntur reliqvæ conventiones, ſive non producant obligationem, ut pactum nudum (κατ' ἐξοχὴν tale) *l.7.§.4.d.t.* ſive producant ex adminiculo aliqvo, ſed non naturali, verùm extrinſeco, utpote legis, ut pacta legitima, *l.6. eod.* aut cohærentiæ contractus, ut pacta adjecta *d.l.7.§.5. & ſeqq.* Accuratè ergò diſtingvendum eſt (1) inter pactum in ſpecie ſic dictum & pactum nudum. (2) pactum nudum dicitur vel *latè*, qvod caret omni fomento; vel *ſtrictè*, qvod non habet veſtimentum naturale: indeqve omne qvidem pactum nudum etiam eſt pactum in ſpecie ſic dictum, ſed non omne pactum in ſpecie ſic dictum eſt nudum, ſed qvoddam veſtitum, fomento tamen accidentali, *Dn.Hahn.ad Weſ.tit.de pact.n. 2. pag.377.& ſeqq.*

§. 11. *Pactum non nudum, ſeu veſtitum* vocatur illud, cui ultra ſimplices fines conventionis vis aliqva civiliter ac efficaciter obligandi extrinſecus accedit, *l.6.l 7.§.5.de pact.* Seu dicitur conventio, qvæ ex forma, qvam à jure habet, obligationem producit ad agendum efficacem.

§. 12. *Veſtiri pactum* dicitur dupliciter (1) *Intrinſecè*, ex ſe, & ſui naturâ. (2) *Extrinſecè* & *ex accidenti. Primo modo* veſtitur, vel *nomine*, qvod habet, vel *cauſa*, *arg. l.7. §.1. de pact.* Ejusmodi ſunt (1) contractus *nominati. l.7. §. eod.* ſive jure gentium, ſive civili, hoc veſtimentum (*nomen*) acce-

acceperint, ſive conſenſu, re, verbis, aut literis perficiantur. (2) *Contractus innominati*, qvia ex æqvitate ſynallagmatos, ſeu cauſæ interventu obligationem producunt, *d.l.7.§.2.l.5.* §.1.*& ſeqq. de praſcr. Verb.* Ex *accidenti* veſtitur pactum, qvod adminiculum *extrinſecum* aſſumit, *arg. l.fin. ibi. ex lege noſtra eſſe foVendum Cod. de pact. int. emt.* Hoc autem duplex. (1) *Aſſiſtentia legis*; per legem autem intelligimus legem ſpecialem, ſive civilem, ſive prætoriam, qvæ adminiculatur pacto ad producendam obligationem & actionem, *l.2.de pact.* Atqve exinde pactum hoc à veſtimento ſuo dicitur *legitimum*; (2) Alterum fomentum extraneum eſt *Coharentia contractus*, unde dicitur pactum adjectum, *d.l.7.§.5. D.Hahn. d.l.num.2.*

§.13. *Pactum* in ſpecie ſumtum, aliud eſt *obligatorium* vel *promiſſorium*, qvo alter ſe alteri ad dandum vel faciendum adſtringit: aliud eſt *liberatorium*; qvo alter alteri debitum remittit. *D.Hahn. ad* Weſenbec. *tit. de pact. num.9.pr.* Pactum *nudum promiſſorium*, naturalem obligationem, alioſqve inde dependentes effectus producit: *liberatorium* naturalem obligationem, ſi ſola eſt, ipſo jure tollit, *l.9.4. de ſolut.* Civilem autem obligationem non tollit ipſo jure, ſed per exceptionem, *l. 27.§.2.17. §.2. l.10. §.3. l.25.§.1. de pact. §.3. J. de except. D.StruV.exerc.6.th.16.*

§.14. *Nudum pactum* dicitur (1) qvod ſine acceptatione, ſolius offerentis promiſſio, *l.34. pr. Mandat.* (2) ſine ſtipulatione, *l.12.l.30. de uſur. num.136. cap.4. l.3. l.4. Cod. de uſur. l.2.Cod. de eVict.* (3) ſine traditione, *l.45.de pact.* (4) ſine translatione dominii vel poſſeſſionis, ut emtio, *l.20. C. de pact.* pignus nuda conventione conſtitutum. *l.1. de pign. act.* (5) freqventiùs in materia actorum, qvod ſine productione obligationis; *Vel latè*, qvod ſine omni fomento, *Vel ſtrictè*, qvod ſine fomento naturali. *D. Hahn. ad* Weſenbec. *de pact. num.9. pag. 399.*

§.15. *Pactorum nudorum* forma eſt nudum placitum ſeu placitum de dando vel faciendo aliqvid in genere, *arg.l.27. Cod. de locat. cond.* Pactorum verò veſtitorum forma, eſt placitum de negotio, *arg.l.1.de pact.* ſeu placitum *de certo* aliqvo negotio dando vel faciendo.

§.16.

§. 16. *Pactum legitimum* eſt, qvod manente ſimplici conventionis formâ (*ſi in proprium contractum non tranſiet, nec inſecutâ cauſâ firmatum*) ſpeciali aliqvâ lege civili ſingularem ob rationem confirmatur & adjuvatur: indeqve vel obligationem civilem & actionem producit, vel obligationem & actionem ipſo jure tollit, *l. 6. de pact. Add. Vinn. tr. pact. c. 8. n. pen. & ult.*

§. 17. *Legitimum pactum dicitur duobus modis* (1) *Latè* id, qvod à jure civili eſt introductum, aut alias qvocunqve modo productum atqve confirmatum, *arg. l. 2. §. 6. de orig. jur.* (2) *Strictè*, illud, qvod origine juris gentium, poſtea verò lege aliqva civili aut prætorio jure ad actionem (*in hoc enim legis comprobatio præcipuè conſiſtit*) confirmatum legitimum factum eſt, *d. l. 6.* Priori modo omnes contractus tam juris gentium qvàm civilis rectè vocantur, conventiones legitimæ. Poſteriori verò non item, *Conf. Bacchov. ad tit. ff. de pact. rubr. de pact. ligit. n. 2.*

§. 18. *Pacta legitima liberatoria* ſunt, qvibus alterutri paciſcentium qvid remittitur. Ut acceptilatio, novatio, item pactum, qvo remittitur injuria, aut furtum, *l. 11. §. 1. l. 17. §. 6. de injur. l. 17. §. 1. l. 27. § 2. §. 4. l. 7. 14. de pact. Vid. Bacchov. in tit. ff. de pact. cap. de pact. leg. num. ult. Vinn. tr. de pact. c. 4. num. 8.* Et hæc legitima liberatoria tollunt obligationes ipſo jure. *Pacta legitima obligatoria* dicuntur, qvibus aliqvid promittitur. Ex his actio *civiliter efficax* (*ſcil. condictio ex lege, n. 176. c. 1. § 1. in fin.*) naſcitur.

§. 19. *Pacta legitima obligatoria* confirmantur, & vim accipiunt, vel ex jure civili in ſpecie ita dicto, vel prætorio. Unde alia ſunt *civilia, vel legitima in ſpecie* ſic dicta, qvibus Lex civilis, SCtum aut conſtitutio adſiſtit: alia *Prætoria*, qvibus Edictum Prætoris ad producendam actionem efficaciam tribuit, *Exempla vide apud D. Hahn. ad* Weſ. *tit. de pact. D. Struv. exercit. 6. th. 20.*

§. 20. *Pactum adjectum in genere* dicitur, qvod contractui accedit ſive additur. *In ſpecie* verò pactum adjectum non nudum, *ſ. fines nudi placiti excedens*, eſt, qvod *in ſe nudum*, vim producenti obligationem civilem & actionem à nominato contractu b. f. cui, incontinenti additum, cohæret,

le-

lege ita diſponente, participat, *l.7.§.5. de pact. D.Struv.exercit.6.th.21.* *ſeu definiri poteſt*, conventio nuda, ob cohærentiam contractus jure civili efficacem obligationem producens, *arg.d.l.7.§.5. D. Hahn. ad* Weſenbec. *ff. tit. de pact. ad p. 401.*

§. 21. Aliud rei veritate eſt *pactum cui adjicitur, ab illo qvod adjicitur. Illud* ordine naturæ præcedit, *hoc* ſeqvitur; *Illud* ſe ut ſubjectum gerit, *hoc* ut accidens: *illud* ex ſe vim habet abſolutam, per ſe ſubſiſtens, *hoc* propter adjectionem: *illud* dicitur contractus, *hoc* lex contractus, *l.24.Depoſit. t. de Leg.commiſſ. D. Hahn.d.p.401.*

§. 22. *pactum adjectum* dividitur à fine & effectu (1) in *detrahens* ſeu *minuens*, & *adjiciens ſeu augens*, *l.72.de contr.emt.* Illud eſt, qvo aliqvid aufertur de obligatione vel actione, qvò minùs agi poſſit. Hoc, qvo additur, qvo amplius agi poſſit, qvam antea agi poterat. *l. 7.§.5. & ſeqq. de pact.* (2) Dividitur ex eadem cauſa ſextupliciter (1) in *informativum*, qvod actionem informat, ita ut etiam ad id, qvod in pactum deductum eſt, competat, *c.f.de for.compet. l 7.§.1.l.21. §.4. de act.emt. l 7.§.5. l.13. Cod.eod.* (2) in *Reformativum*, qvod mutat ſubſtantiam contractus prioris, & inducit novum ejusdem ſpeciei, *arg. l. præcipiunt de adil.edict.* Exempla ſunt *in l.7.§.6. de pact. l.27. §.2. v.idem dicimus, eôd.l.72. l.f. de contr.emt.* Aliàs dicitur renovativum, *arg l.27. §.2. ibi, poteſt renovare primum.* (3) in *Transformativum*, qvo à primo receditur contractu, & inducitur novus ſpecie diverſus, *arg. l. 24. in f. de P. V. l.27. de donat. m.c. l.2.pr. de reb. cred.* (4) in *Conformativum ſeu conforme*, qvod conforme eſt contractui, cui adjicitur, *ut in l. 14. C. de pact.* ubi pactum continens pœnam, eſt conforme ſtipulationi pœnali, (5) in *Deformativum ſeu deforme*, cujus exemplum *in c. ad noſtram, de emt. & vend.* ubi pactum de retrovendendo deformavit contractum emtionis, ut cenſeatur uſurarius; *ut in c.cùm clericus. de pact.* ubi pactum de ſolvenda majori penſione, deformavit titulum beneficii, (6) deniqve in *Reſolutivum*, qvo reſolvitur prior contractus, & ab eo omninò receditur, ut *l.58. de pact. l 1.l.2. qvand. lic. ab emt.diſc.l.2 C. de pact. int.emt. l.7.§.6.de pact.* Eoqve pertinent duo inſignia pacta,

pacta, in diem addictionis, & leg. commiſſoriæ. Cæterùm ex his 4. & 5. non magnam utilitatem habent, reliqva autem, licèt ab effectibus ita vocata, ſatis ſunt inſignia. *D. Hahn. d. pag. 401. ex Fornundo ad l. pacta conventa. de contr. emt. in 5. præfat. n. 5. & ſeqq.*

§. 23. *Adjicitur pactum contractibus* vel in continenti (*ſeu continenti, in ingreſſu, in initio, tempore contractus, anteqvam contrahentes ad alia divertant*) qvod ſcilicet additur nondum abſoluto contractu, aut perfectum contractum illicò ſubſeqvitur, & dicitur ineſſe, cohærere, *l. 13. Cod. de pact. l. 7. §. 5. verb. ſubſecuta, & §. 8. l. 33. ff. eod. l. 3. C. de adil. ed.* Vid. *Bacchov. ad tit. ff. de pact. cap. de pact. adject. num. 2. Vinn. tr. de pact. c. 9. n. 11. & ſeqq. Vel ex intervallo:* & hoc ſubſiſtit in natura & vi pacti nudi, nec obligationem & actionem civiliter efficacem producit, *l. 7. §. 5. de pact. l. 72. de contr. emt. l. 3. Cod. de pact.* Utroqve modo aut adjicitur de ſubſtantialibus, aut de naturalibus contractuum; *Struv. exercitat. 6. theſ. 22. & ſeqq.*

§. 24. Pacta alia ſunt *expreſſa*, alia *tacita*, *l. ff. de pact. Tacita dicuntur*, in qvibus conſenſus de aliqvo negotio civilis præſumitur. Exempla pacti taciti potiora ſunt (1) redditio chirographi, *l. 2. §. 1. de pact. Confer l. 59. de leg. 3. §. 1. de lib. leg. l. 14. C. de ſolut.* non verò redditio pignoris, *l. 9. C. de remiſſ. pign. l. 6. §. f. de proc.* (2) invectio, illatio rerum in conductum prædium urbanum, *l. 4. de pact.* (3) in fructibus prædii ruſtici, *l. 3. C. in qvib. cauſ. pign. l. 7. ff. eod.* (4) Promiſſio dotis, purè facta ante nuptias, *l. 4. §. 2. d. t. l. 22. de jur. dot.* (5) Qvando qvis in futurum tempus uſuras accepit, *l. 57. de pact.* (6) inutilis acceptilatio habet vim taciti pacti, propter conſenſum, *l. 27. §. pen. de pact. Vid. D. Hahn ad Weſenbec. ff. tit. de pact. p. 383. & ſeq. D. Struv. Exercit. 6. theſ. 34.*

§. 25. *Pacta perſonalia*, *ſive in perſonam* dicuntur, qvæ ad perſonam paciſcentis ſunt reſtricta, *l. 7. §. 8. de pact.*

§. 26. *Pacta realia, ſeu in rem* vocantur, qvæ in rem ſunt concepta ſine reſtrictione ad perſonam. *d. l. 7. §. 8.*

§. 27. *Pactum* & *transactio* differunt omnino (1) *transactio* propriè non eſt *conventio* ut *pactum*, ſed *deciſio*, qvæ

fit per conventionem, (2) *Tranſactio* ſemper fit aliqvo dato vel retento vel promiſſo, qvod ejus formale, *l.38.de tranſact.* pactum autem regulariter eſt gratuitum, *l.1.eod. junct.l.6.§.3. de his q*v*i not.infam.l.4.de jur.fiſc.*

PARRICIDIUM. §. 1. *Parricidium* eſt homicidium in perſonas conjunctas commiſſum. Sunt verò conjunctæ vel ex cognatione, vel ex affinitate, vel ex conjugio, *Vid. t. t. ff. ad L. Pompej. de parricid.*

PASCENDI JUS. §. 1. *Jus paſcendi (q*v*â ſer*v*itus eſt,* die Trifft-Gerechtigkeit / Hudt und Weide) eſt jus in alieno fundo paſcendi pecora noſtri prædii, *pr. Inſtit.de ſer*v*.præd. l. 15.§.1. de ſer*v*it. l.2. ff. de S.V.P.* Vid. *Co*v*arr. 1.*v*ar.reſolut. 17. & pract. q*v*æſt.c.37. Berlich.2.concl.49.Cæpoll.de ſer*v*.ruſt. præd.c. 9. Wetzenegger.tr. de ſer*v*it. diſſ. 4. c.6.*

§. 2. A ſervitute paſcendi fecerunt hodie receptum (*differens ab eo, cujus fit mentio in l. pen. Si ſer*v*. *v*ind.*) *Jus compaſcui,* (die Koppel-Weyde) qvod eſt, qvando duo pluresvè vicini ex familiaritate in prædiis & territoriis ſuis ſibi invicem mutua paſcua concedunt, *Vid. Co*v*arr. de pract. q*v*. 37. num.6. Speidel. in notab. *v*oc.* Koppel-Weid. *Dn. Carpz. p.2. c.41. def. 9.*

§. 3. *Actio de paſtu* eſt actio, qva dominus animalis, qvod ultro & ſine cujusdam culpa fruges in alieno depavit, convenitur, ut damnum depaſcendo datum reſtituat, aut animal noxæ dedat, *l.14. §.ult.de præſcr.*v*erb.*

PAUPERIES. §. 1. *Pauperies* eſt damnum ſine injuriâ facientis datum, *l.1.§.1. Si q*v*adrup.paup.* Sic dicta, qvod pauperiorem faciat, *Bacho*v*. ad Treutl. de L. Aq*v*ilia. th. 1. lit. d.* nonnunqvam tamen idem, qvod paupertas ſignificat apud *Horat. I. Carm. Od. 24. ib.* magnum pauperies opprobrium & Mantuanus *Eclog.* 1. ibi: pauperies inimica bonis eſt moribus.

§. 2. *Actio de pauperie* eſt actio perſonalis, civilis, rei perſecutoria, arbitraria, qvâ ob damnum à qvadrupede, aliové animali irrationali, contra naturam generis ſponte commoto illatum, convenitur dominus iſtius animalis, ut aut animal, qvod nocuit, dedat, aut æſtimationem noxiæ ſolvat, *l.1 pr. & ſeqq. ff. Si q*v*adrup. paup. fec. dic. pr. §.2. Inſt. eod. Manzius ad §. pen. 1. d.t.n.39.*

PE-

PECORIS AD AQVAM APPULSUS, Vieh-Tränke. §.1. Eſt jus pecora prædii mei appellendi ad fontem aliamvè aqvam vicini, *l.4.l.5.ff.de ſerv.ruſt.præd.*

PECULATUS. §.1. *Peculatus* nomen dupliciter accipitur (1) *latè*, & definitur pecuniæ *publicæ* aut *ſacræ* furtum, non ab eo factum, cujus periculo res eſt, *l.1.l.4.l.9.* §.*Labeo.Ad Leg.Jul.pecul.* (2) *Strictè*, ubi qvis ſurripit pecuniam aliamqve rem publicam, & opponitur ſacrilegio, *l.9.*§.2.§.*9.d.t.* Unde peculatus dividitur in peculatum in ſpecie ſic dictum, & ſacrilegium.

PENUS. §.1. *Penu legatâ* continentur, qvæ eſui potuiqve ſunt, & qvæ illarum rerum ad uſum patrisfamiliæ uxoris, liberorumve ejus, familiæ amicorum & univerſorum, qvos circa ſe habet, parata ſunt, nec non jumentorum, qvæ uſibus ipſius & amicorum deſerviunt, *Vid.l.3. pr.* & §§.*ſeqq. de Pæn. leg.* item vaſa, ſine qvibus penus non poteſt haberi *d.l.3.*§.*f.l.6. eod.* nec non ligna, & carbones, *d.l.*§.*9.* non verò medicamenta, *l.5.eod.* Vid.*Beſ.theſ.tract.* & Wehn. *obſ.pract.* Verb. Mußtheil.

PERDUELLIO. §.1. Crimen læſæ *Majeſtatis* dividitur in crimen *ſimplex* & *perduellionem*. Læſio enim concernit vel ipſam ſalutem Principis aut Reipubl. & dicitur crimen Perduellionis; vel Superioritatem, dignitatem atqve exiſtimationem Principis aut Reipubl. & vocatur ſimplex crimen læſæ Majeſtatis. Ad crimen itaqve perduellionis pertinet qvævis machinatio & factum ad Reipubl. everſionem & labefactionem, eorumvè qvi Reipubl. præſunt, & per qvos ea regitur, interitum tendens, *Vid. l.1.ad L.Jul.Maj. l.5. Cod. eod. Bocer. de crim.læſ.maj.c. 2.n.7.*

PERJURIUM. §.1. *Perjurium* committitur, qvando qvis ſcienter falſum jurat. Et eſt mendacium jurejurando doloſè firmatum, & ſpecies criminis læſ.Maj. divinæ, *juxta* Weſenbec.*ad L.Jul.Maj.n.6. D.Carpz.prax.crim.pag.*1. qv.46. *D. Hahn.ad* Weſ. *tit.de jurejur.* Et committitur, qvoties qvis contra datum juramentum venit, idqve volens & ſciens, *arg.l. 26.pr.de jurejur.can.q*varitur.Verſ.*Epiſcopus c.22.q.2.c.3.eod. c.* & *q.* juris verò vel facti ſupina & craſſa ignorantia non excuſat, *arg.l.6.9.*§.*3.ff.de jur.* & *fact. ignor.*

PERMUTATIO. §. 1. *Nomen permutationis eſt commune*, aliis etiam contractibus conveniens, locationi, doti, diviſioni, emtioni, *l.20.§.3.fam.erc.l.77.§8.de leg.2.l.1.pr. de contr.emt.*

§. 2. *Permutatio*, (Ein Tauſch/) eſt contractus innominatus, qvo res propria datur, ut hanc accipiens viciſſim aliam propriam rem det, *l.1.§.2.ff. de rerum permutat. l.5. C. eod.*

PERSONA. §. 1. *Perſona* vocabulum (1) ſignificat individuum rationale per ſe ſubſiſtens. (2) Individuum, qvod jure utitur, *tit.Inſtitut.de jur.perſon.* & tunc idem eſt, qvod homo, *l.2.de ſtat.hom.* (3) (κατ' ἐξοχὴν) individuum civile, ſeu perſonam habentem caput civile. Poſteriori modo ſervus perſona non eſt civilis ſeu gaudens jure civili, *pr.Inſt. de ſtipul.ſerv.l.31.ff.de her. inſtit.* Primo verò modo, ut & ſignificatu ſecundo, ſervus eſt perſona, *l.2.de R.J.l.32. eod. l.1.& 2.de ſtat.hom.* D.*Hahn.ad* Weſenbec.*ff.de ſtat.hom. num.4.*

§. 2. *Perſonale*, aut in perſonam dicitur ſimpliciter, (1) Qvod cum perſona qvaſi commoritur, qvemadmodum uſusfructus eſt perſonalis. (2) Qvod perſonam adſtringit, ita tamen, ut & heredem obliget, qvemadmodum obligatio dicitur jus perſonale, & actio perſonalis, *§.1.inſt.de action. junct. pr.Inſt.de obligat.*

§. 3. *Jus perſonarum*, qvod juri rerum opponitur, *pr.J. de rer. div.* eſt facultas ſive poteſtas tributa homini ex conditione ſuæ perſonæ, *arg.tit.Inſt.de jur.perſon. Donell.2.Comm. jur.civ.9. Vel* eſt jus, qvod ad ſtatum hominis vel perſonæ civilem pertinet.

Jus perſonarum differt *à ſtatu*, qvia hic eſt ipſa perſonæ conditio, qvalitas & cauſa efficiens ut, homo hoc vel illo jure utatur; jus perſonarum effectus.

Diſtat *à jure ad rem ſeu perſonali*, qvòd hoc adſtringat perſonam extrinſecus ad dandum qvid vel faciendum, *l.3.de O. & A.* & operetur actiones perſonales, *jus perſonarum* autem adficiat perſonam intrinſecus ratione conditionis civilis, producitqve actiones præjudiciales, *§.2.13.J.de action. Vid.D. Hahn.ad* Weſ.*tit.de ſtat.hom.n.1.& tr.de jur.rer., concluſ.10. num.4.*

PU-

PUBLICIANA IN REM ACTIO. §. 1. Eſt qvâ is, qvi à non domino bona fide & juſto titulo rem accepit, indeq; potius jus habet, adverſus qvemlibet, jure infirmiori poſſidentem, intendit rem, nondum uſucaptam, perinde ac ſi uſucepiſſet, ſitam eſſe, ſibiqve eam reſtituendam, §. 4. *J. de action. l. 1. l. ult. de publ. in rem act.*

PILEATI. §. 1. *l. 10. Cod. de teſt. manum. l. un. §. 5. C. de Latin. lib. toll.* Qvi manumiſſi & libertate donati erant, raſo capite pileum geſtabant, libertatis inſigne, *Roſin. l. 1. antiqvit. Roman. c. ult.* Deinde notandum eſt, pileatos ſervos venum ire ſolitos, *Gell. 7. cap. 4. Gothofr. ad d. l. un. §. 5.*

POSTULARE. §. 1. Perſona, qvando litem peragunt, *poſtulare* dicuntur. Et enim poſtulare deſiderium ſuum vel amici ſui in jure apud eum, qvi jurisdictioni præeſt, exponere; vel alterius deſiderio contradicere, *l. 1. §. 2. de poſtul.*

§. 2. Verbum *Poſtulare* interdum dicitur de cauſis criminalibus, & eſt accuſare, ut poſtulare reum, *l. 38. §. 6. ad L. Jur. de adult.* poſtulare criminis, *l. 41. de ſolut.* & ſimpliciter poſtulare, *l. 31. §. 4. de nodat.* Qvandoqve autem ad cauſas civiles refertur. Et tum iterum dupliciter accipitur. (1) *Latè*, qvomodo haud differunt poſtulare & advocatum eſſe, ſeu advocati officio fungi, *l. 1. de poſtul.* qvod alibi dicitur pro tribunali petere, *l. 4. § 8. de damn. inf.* (2) *Strictè* ſignificat advocati officio fungi, *ut l. 2. 3. & t. t. Cod poſtul. l. 1. §. 4. ff. eod.* Deniqve vulgariter ſumitur, & idem denotat, qvod petere, poſcere.

§. 3. Secundùm jus Canonicum *Poſtulatio* eſt concors & ſupplex capituli vel collegii apud Superiorem petitio de certa perſona, ad dignitatem Eccleſiaſticam admittenda, qvæ aliàs propter defectum aliqvem ad regendam & adminiſtrandam Eccleſiam eligi & adſumi non poteſt, *c. 4. §. cæteri. & t. t. de poſtulatione.*

PRÆFIXÆ. §. 1. Ordo *præfixarum* in Camera, ſeu ut vulgò appellant, in præfixis eſt, in qvo res ſive cauſæ aguntur, qvibus agendis certus terminus præfixus eſt, intellige, vel per ipſos litigatores, vel per Ordinationis legem, vel per ſententiam judicis, *Ord. Cam. p. 3. T. 8. Verſ.* durch Urtheil/oder ꝛc. *Roding. pand. Cam. l. 2. tit. 7. in pr.* vid. voc. Ordo.

PRÆJUDICIUM. §. 1. Vox *præjudicii* qvemadmodum in jure non uno modo dicitur, ita etiam actiones præjudiciales non ſunt uniusmodi, *In tit. autem ff. de liberali cauſa & §. 13. Inſtitut. de action.* actiones præjudiciales nihil aliud ſunt, qvàm actiones, qvibus de ſtatu perſonarum agitur.

Species harum actionum præjudicialium rectè diſcernuntur ex ſtatus diverſitate, qvi triplex eſt, *libertatis, civitatis, & familiæ.*

1. *Ex libertatis* ſtatu datur actio præjudicialis, cum diſceptatur, utrum qvis liber vel ſervus, ingenuus vel libertinus ſit. Eſtqve *directa*, vel *utilis*. Si itaqve dominus hodie, ubi homines ſunt proprii, aſſerat aliqvem hominem ſuum vel proprium eſſe, reus verò neget, petitorio agendum eſt, dicta *utili* actione præjudiciali.

2. Ex *ſecundo ſtatu*, cujusmodi etiam præjudicialis eſt actio, cùm qvæſtio inſtituitur, an qvis civis ſit vel peregrinus.

3. Ex *tertio*, nempe familiæ ſtatu competit actio præjudicialis, cùm diſputatur, an qvis ſit paterfam. aut filiusfam. & duplex eſt actio ex hoc ſtatu, (1) de partu agnoſcendo, (2) de filiatione, *vid. Schneidevv. ad §. 13. J. de action. n. 7. D. Hahn. ad Weſ. ff. tit. de Liber. cauſ.*

§. 2. *Præjudicium* in jure, & à Dd. noſtris, in triplici potiſſimum ſignificatu accipitur. Nam præjudicium aliqvando (1) ſignificat, damnum, injuriam, detrimentum, læſionem, incommodum, &c. Hoc ſenſu dicere ſolemus, qvod privilegia Principis intelligantur ſine præjudicio tertii, *l. 3. C. de Solut. & Dec. lib. 12. l. 2. §. 16. Ne qvid in loc.* (2) Aliqvando præjudicium accipitur pro ſententia, ſive judicio, à ſuperioribus lato, qvod affert inferioribus deinde magiſtratibus judicaturis exemplum, qvod ſeqvantur in eadem vel pari cauſa, ut ita præjudicare hoc ſenſu aliud nihil ſit, qvam antè ſive prius judicare. (3) Aliqvando per præjudicia intelligimus illas qvæſtiones, qvæ in concurſu aliarum prius debent decidi, vel illas cauſarum cognitiones. Illaqve judicia, qvæ cum aliis concurrentia ob ordinem judiciorum priùs debent expediri, ut ita præjudicium hoc ſenſu aliud nihil ſit, qvàm ante judicium, ſive prius judicatum, qvàm de alio judicium ſuſcipiatur, *Manzius ad §. 13. Inſt. de action.*

§. 3.

§. 3. *Prajudicium, ſive exceptio prajudicii eſt*, qvâ reus ita excludit actorem, ut dicat, per actionem inſtitutam non debere præjudicium fieri alteri cauſæ potiori, qvæ prius intentando probanda & decidenda erat, *l.16.17.18.19.21. de except. praſcript. & prajud. l.1.§.1. fam. erc.* Wiſſenb *ad tit. ff. de except. praſcript. & prajudic.* *Schneidevvin. ad §.13. I. de actionib. num. 5.*

§. 4. Stylo Cameræ affinia ſunt *Prajudicia Cameralia*, qvæ à nonnullis etiam *Obſervationes Camerales*, Item *Res in Camera judicata* indigitantur. Cujusmodi collegêre *Gailius, Mynſingerus, Gylmannus, Schvvanmannus*, Wilhelmus *Scipio, & alii.* Nomen Præjudicium verò, qvod à voce *pra*, id eſt, antè ſeu priùs, & verbo *judicare* deſcendit, nihil aliud denotat hic qvàm res antehac judicata. Hinc *Prajudicium allegare eſt judici oſtendere*, hunc vel illum caſum judicando antehac ita deciſum eſſe, qvocirca etiam præſentem caſum, qvi caſui priùs deciſo *per omnia ſimilis* ſic decidi oportere. *Jac. Blum. Proc. Cam. tit. 2. n. 24.*

§. 5. *Prajudiciales* actiones dicuntur, (1) ratione contingentiæ, qvando cauſæ ita ſe contingunt, ut ſententia lata in una, faciat præjudicium, & pariat exceptionem rei judicatæ in alia. Ut, ſi intendatur actio fam. erc. tunc concurrunt duo judicia: unum diverſorium hæreditatis: & alterum declaratorium, An ſim heres. Prius igitur, declarandum eſt, an ſim heres: qva ſententia lata præjudicabitur alteri petitioni. (2) Ratione præeminentiæ, ut qvia una cauſa eſt majoris dignitatis, & magis ardua, qvàm alia, qvæ immiſcetur: & tunc major cauſa præjudicat, & facit minorem ſilere, donec major expediatur, etiam in cauſis ſe invicem non contingentibus. Exemplum eſt *in l. f. C. de ord. jud.* ubi cauſa criminalis præfertur civili, qvæ ſe invicem non contingunt, *& tit. Cod. Qvand. civil. act. prajud. crim.* (3) Ratione ſtatus perſonæ, *ut ſuprà* §. 3. *Schneidvv. d. l. n. 1.*

§. 6. Sunt & *exceptiones* inde *prajudiciales.* Qvibus adjici poreſt exceptio præjudicialis (1) ratione præpoſterationis, ut ſi petam debitum anteqvam petam hæreditatem, *l. ut delictum C. de hered. action.* (2) Alia eſt ratione perplexitatis, qvoties crimen unum alteri, (tanqvam gravius) præ-

 judi-

judicium facit. (3) Eſt & alia adverſus eum, qvi agit in id, qvod ſua intereſt, cùm ejus nullo modo interſit: qvod actor ante omnia uno teſte ſaltem probare debet. Qvod qvoniam priore loco qværitur, præjudiciale dicitur, *Goth. ad Schneidvvin. d. l. 3.*

§. 7. Replicæ præjudiciales ſunt, in qvibus replicans priùs auditur, & admittitur ad probandum, qvàm reus, *Schneidvv. d. l.*

PRÆSCRIPTIO. §. 1. *Præſcriptio* denotat (1) vulgariter qvemvis actum præſcribendi qvippiam: (2.) Juridicè circumſcriptionem, hinc actiones qvædam dicuntur præſcriptis verbis, qvæ cùm certum nomen non habeant circumſcribantur verbis præſcriptis, *t. t. ff. de præſcr. verb. D. Hahn. ad Weſ. par. de exc. num. 4.* (3) Vel etiam denotat exceptionem & qvidem dupliciter 1) Strictè exceptionem temporis. Et oritur vel ex ſolo lapſu temporis, citra ullam conſiderationem tituli, aut bonæ fidei, vel ex aliis cauſis. Hinc hodie duo præſcriptionum ſunt genera. Altera præſcriptio eſt, qvæ uſucapioni æqviparata: & eſt modus acqvirendi dominium rei à non domino, b. f. & *juſto titulo* accepta, per continuatam definito tempore poſſeſſionem vocariq; ſolet *præſcriptio rerum, D. Hahn. ad Weſ. de uſucap. num. 3.* Hujus generis ſunt præſcriptio longi temporis, *rubr. I. de uſucap. l. un. C. de uſucap. transform.* Præſcriptio longiſſimi temporis illa, qvæ cum lapſu temporis qvalitatem qvando poſſeſſionis reſpicit, *d. l. un. junct. l. 8. C. de præſcr. 30. ann.* & ſimiliter poteſt etiam huc referri præſcriptio immemorialis. *Altera* præſcriptio *in ſpecie* ſic dicta, & naturam præſcriptionis retinens, eſt modus elidendi jus alienum illud, qvo alter contra eum, à qvo petit, negligenter per tempus lege definitum non fuit uſus, cùm uti debuiſſet & potuiſſet. *Seu* eſt nihil aliud qvàm exceptio ex lapſu temporis lege definiri competens. Vocatur à Dd. *præſcriptio temporalis.* Hujus exempla ſunt præſcriptio iſta, qvâ ſolus lapſus temporis & negligentia ejus, contra qvem præſcribitur, attenditur, *l. 2. C. de præſcr. 30. vel 40. ann.* item aliæ præſcriptiones temporales, *tit. de diverſ. temp. præſcript. D. Struv. exerc. 43. th. 6.* Præſcriptio itaqve ſic dicta *in ſpecie (item temporalis)* differt à præſcriptione ſeu uſucapione

rerum,

rerum, ut hæc ſit ſpecies acqviſitionis, *l.3.de uſurp. & uſucap.* illa verò ſit ſpecies exceptionis, *l.3.l.4.C. de except.* Hæc oritur ex facto & poſſeſſione uſucapientis, *l. 28. de uſucap.* illa ex ſola negligentia & ſilentio ejus contra qvem allegatur, junctâ legis definitione, *l.3.& 4.C. de except. l.2.l.3.pr.C. de ann. exc. D.Hahn. ad* Weſ. *parat. de uſurp. num.3.* 2) *Latè* præſcriptio denotat qvamcunqve exceptionem, *t.t.ff.de except. & præſcript. l.2. C. Si contr jus.* non modò dilatoriam, *ut l.pen. l.ult.C. de except.* Sed & peremtoriam, *l. 8. C. eod.* ut rei judicatæ, *l.29.pr.de except.rei judic.* doli, *l.9.C.de ſolut.* transactionis, *l.9.pr. de transact. D.Hahn.ad* Weſ. *par. tit. de except.præſcript.& præjud.n.4.*

§. 2. *Uſucapio & præſcriptio* olim multum à ſe invicem differebant, & qvidem (1) objecto, ſeu rebus poſſeſſis, (2) tempore, (3) effectu, *Vid.*Wiſſenb. *ad ff. diſput.20.th.30. D. Struv. exercitat. 43. theſ. 5.* Non differunt hodie *l.un.C. de uſucap.transf. Vid. Harprecht. ad prax. Inſtitut. de uſucap. num. 41.*

§. 3. *Præſcriptio immemorialis* eſt, in qva nulla bona fides, nullus titulus, nulla rei (*commercio tamen ſubjectæ*) qvalitas attenditur, ſed tantùm rem vel jus eſſe neglectum tanto tempore, cujus initii memoria non extat, *l. 23. cum Auth. ſeq. C.de SS.Eccl. c.26. §.præterea de V.S. c.1.de præſcr. VI.* Sub iſta qvoqve continetur centenaria.

§. 4. *Actio præſcriptis Verbis.* Cùm deficiunt vulgaria atqve uſitata actionum nomina, præſcriptis verbis agendum eſt, *l.2.ff.de præſcr.Verb.* Olim cogebantur litigantes dicere nomen actionis, vel ſimpliciter factum, prout geſtum erat, narrare. Et Prætor, ſi factum habebat nomen, dabat formulam & nominatam actionem: ſi nomen non habebat, tum etiam certa & nominata actio dari non poterat, ſed dabatur actio ſecundùm id, uti factum erat narratum, vel ut erat præſcriptum. Ita in genere actio in factum, vel præſcriptis verbis eſt, qvæ certis formulis non eſt concepta. *Præſcriptis Verbis agere*, eſt præſcriptis verbis rem geſtam demonſtrare. Hæc actio narrativè rem qvaſi oculis ſubjicit, prout geſta eſt, qvod negotium non poteſt nomine exprimere, id totius rei geſtæ

enarratione declarat, citra formulæ ſolemnitatem, *l. 6. C. de transact.* Wiſſenb.1.*ff.diſput*.37.*th*.12.

PRÆSUMTIO. §. 1. *Præſumtio* eſt probatio negotii dubii ex probabilibus argumentis, *Add. Bachov. ad Weſ. de probat. & præſumt. n*.14. Seu eſt rei controverſæ ex aliis poſitis adducta demonſtratio, *Umm.diſp.15.th.6.*

§. 2. *Præſumtio hominis* eſt, qvâ à judice argumentis probabilibus ex ipſius negotii qvalitatibus ac circumſtantiis qvid inducitur, & inductum pro vero habetur, usqve dum ab eo, contra qvem eſt præſumtio, elidatur, *Vid.l.2.de pact.l.14.l.9. l. 8. de probat.l.18. de adim.leg.*

§. 3. *Præſumtio juris eſt*, qvâ à lege ex probabilibus rationibus civilibus circa negotium aliqvid inducitur: ac ita inductum itidem pro vero habetur, usqve dum probationibus vel præſumtionibus legitimè elidatur, *c.20,de præſumt. Gail*, 2.*O*.144. *Menoch,1.de præſumt.60.n.2.*

§. 4. *Præſumtio Juris & de Jure eſt*, qvâ à lege ex fortioribus qvid infertur rationibus probabilibus, idqve illatum adeò pro vero habetur, ut probatio in contrarium non admittatur, *Menoch. de præſumt. l.1.q 3.n.19.* Confeſſioni tam judiciali, & notoriâ veritate, & ipſius rei evidentiâ hæc qvoqve infringitur.

§. 5. Accuratè loqvendo à præſumtione differt *conjectura*, qvæ capitur ex indiciis, antecedentibus, ſeqventibus, conjunctis, *D.Hahn.ad Weſenb.tit.de probat.n.XV.*

PRÆTOR. §. 1. Tam latè patuit *Prætoris* vocabuli ſignificatio, ut veteres Prætorem appellaverint omnem magiſtratum. Succeſſu verò temporis nomen prætoris uni peculiari magiſtratui fuit attributum, illi nimirum, qvi juri dicendo præficiebatur, & qvi ſummam judiciorum poteſtatem habebat, *Vid.l.2. §.27. de Orig. jur.* Fuit autem prætor alius *urbanus*, alius *peregrinus*, alius *provincialis*. *Vid. Manz. ad §.7. Inſtitut. de Jur. Nat. Gent. & Civ. & Dd. ad tit. ff. de offic. Prætor.* Noviſſimè Juſtinianus novum creavit Prætorem, qvem *Plebis* appellavit, cui jurisdictionem corrigendi mores & abuſum populi dedit, *N.13. N 79 c.2.* & *vid. Pancirol. in not, imper. orient, c. 29.*

§. 2.

§. 2. (1) Vel *Prætor uni* petenti decernit jus; qvò referunt dationem bonorum poſſeſſionis & qvibusdam in caſibus miſſionem in bonorum poſſeſſionem, tunc enim exercet juriſdictionem, non verò mixtum imperium. (2) vel inter *duos* jus reddit: & qvidem vel inter *duos non litigantes* nimirum qvoties actus voluntariæ jurisdictionis apud eum peragitur: vel inter *duos litigantes* jus dicit: & qvidem vel *dato judicio, ſeu judice pedaneo*, eiqve præſcriptâ formulâ; vel *ſine judice* & ſine formula, qvorum illud *ordinaria via & modo* conſveto, hoc verò extra ordinem fieri dicebatur, *t. t. de extr. cogn. Extra ordinem* jus dicebat Prætor, qvoties non data actione, ipſe in jure decernebat, jubebat, cognoſcebat, qvò referunt præjudicia, juſſum de cavendo prætoria ſtipulatione, interdicta & cognitiones prætorias, ſive extraordinarias. Hinc facilè patet, in cauſis ferè omnibus conſveto ordine, & regulariter prætorem jus dixiſſe dato judice. Prætor ut ipſe cognoſceret de cauſa & judicaret, initiò ordinarium fuit, poſteà tamen Prætori datum eſt, ut ſi non ipſe, ſed per judicem datum jus redderet, exinde qvòd antè ordinarium erat, poſteà extraordinarium eſt factum, *vid. Suthol. de juriſdict. th. 289. ad th. 322.*

PROMOTORIALES. §. 1. *Promotoriales*, Promotorial-Schreiben / ſunt, qvibus judex Cameræ inferiori judici juſtitiam protrahenti aut deneganti & ſuperiorem, qvam Cameræ judicem, non habenti imperat, ut ſupplicanti jus atqve juſtitiam adminiſtret, & certum temporis ſpatium adminiſtrandæ præfigit, *Mynſing. 3. Obſervat. 57. Gail. II. Obſerv. 28. num. 7. Roding. Pandect. Cameral. libr. tit. 12. Jac. Blum. proc. Cam. tit. 37. num. 21.*

PROVOCATIO. §. 1. *Provocatio* ad Cameram eſt, qvando cauſa propter gravamen, ſive læſionem, per decretum ſive factum Magiſtratus, aut ſententiam judicis inferioris illatam, eò defertur, ut decretum vel ſententia impugnetur; *Roding. pand. Cam. l. 1. tit. 19. in pr.*

§. 2. *Provocatio* genus, *appellatio* verò, *petitio reſti-*

reſtitutionis in integrum, *qverela nullitatis &c.* Species provocationis ſunt, *Marant.ſpecul.p.6. De appell. n.1. in pr.* Nam provocatio eſt omnis actus, per qvem judicis officium ſeu auxilium imploratur, *Roding.d.l. in comm.*

§. 3. In cauſis *primæ inſtantiæ* ſimplex qverela, *per provocationem* multiplex ad Cameram defertur. Tot enim qverelæ in cauſa provocationis eſſe cenſentur, qvot gravamina, aut nullitatis capita proponuntur; & appellans non ſolum de lite inter partes exorta, verùm etiam de judicis aut Magiſtratus inferioris tum iniqvitate tum nullitate qverelam inſtituit: qvanqvam ſint, qvi illas ſimplices ſive ſimplicis qverelæ, has verò ad illas qvaſi relatas conſiderari & dici exiſtiment, *Roding. d.l.1.tit.19.§.2.*

PRÆVENTIO JURISDICTIONIS. §. 1. *Hæc* eſt qvando ejusdem rei perſonæqve jurisdictio penes judices plures eſt, ſeu concurrens, atqve alter prius aditus & cœpit cognoſcere, *arg.l.f. §.7.C.de re mil. Vid.Zanger. de except. p. 2. c.3. n 8.&c.12.* *Seu* Præventio eſt legitima judicii circa cauſam à jure non improbatam præoccupatio, facta ab eo, qvi jurisdictionem cum aliis communem habet, ut lites eò citiùs terminentur.

§. 2. Propriè loqvendo de jure civili differunt *præventio & litis pendentia*, *Vid. Dn.Frantzk. de judic. n. 50.& ſeqq.* moribus autem noſtris differentia ferè confuſa eſt.

§. 3. Dupliciter conſideratur *præventio*: Vel (1) ratione cauſarum connexarum, qvas conjunctim in foro Saxonico tractare non licet, ſed cauſa ejus primò tractanda eſt, qvi alterum prævenit, nec ante diſcuſſionem ac litem finitam alter audiri debet, *Zanger.de exceptionib.p.2. c.1. num.385.* Vel (2) ratione duplicis fori, qvod Reus in una eademqve cauſa ſortitur, ubi conventus in uno, alterum exceptione præventionis declinare poteſt, *arg.l.7.l.30.de judic.Zanger.d.p.2. c.3. num.3.* Sed utraqve præventio inducitur per citationem, *c. propoſuiſti. 19. X. de for. compet. Zanger. de c.3. num.14. Gail.1. Obſervat. 11. num. 1. Carpzov. p.1. Conſtitut. 71.def. 20.& def.26. num.1.*

PRECARIUM. §. 1. *Precarium* eſt, qvod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, qvamdiu is, qvi conceſſit, patitur, *l.1.pr.l.2.§.f. D. de precar.* §. 2.

§. 2. *Interdictum de precario* eſt, qvo Prætor jubet, ut qvod qvis precario ab aliqvo habet, id illi reſtituat, *l.2.pr. de precar.*

§. 3. *Precarium differt à donatione. Donatio* eſt, qvando qvis ſic dat, ne recipiatur, *per §.41. Inſt. de rer. diviſ. precarium* non item, *l.1.§.1.de precar.*

§. 4. Diſtat *à commodato precarium* per conceſſionem ad libitum revocabile, *juxta l.1.ff.de precar.* qvodqve *commodatum* contineat conceſſionem uſus certo fine & modo præſtituto. *l.17.§.3.Commod.l.1.§.2.de precar.*

§. 5. *Precaria, vel contractus Precariarum* eſt contractus, qvo veluti precarius uſusfructus prædii Eccleſiaſtici alicui ad vitam, vel in perpetuum, aut ad longum tempus conceditur, ea lege, ut de qvinqvennio in qvinqvennium renovetur, ad perpetuam rei memoriam. Et qvamvis inter *Precariam* & *Precarias*, qvidam diſtingvant, ut Precaria duret ad vitam tantùm, nec innovationem deſideret: *Precaria* verò etiam ultra, qvinto qvoqvo anno renovandæ: tamen verius eſt, ſecundùm Canones non differre. Ut nihil aliud ſit *Precaria* ſive *Precariæ*, qvàm jus percipiendi fructus ex prædio Eccleſiaſtico, conceſſum alicui vel gratuitò, vel certâ mercede numeratâ, vel in compenſationem ac remunerationem dati beneficii Eccleſiaſtici, *c.1.de precar. can. precaria. X.q.2. can. longinqvitate. XII. qvæſt. 2. Val. Andr. Deſſel. erotem. jur. c. l.3. tit.14.*

PRIVILEGIUM. §. 1. Olim plerumqve *vox privilegii* in malam partem accipiebatur, *notante Coraſio in l. jus ſingulare, de legibus* hodie verò ſemper pro prærogativa aliqva. Et (1.) latiſſimè denotat qvamcunqve prærogativam, *Nov. 40. c.1.* (2) juris prærogativam ab auctore legitimo conceſſam. Et tunc vel ſignificat *jus, qvod conceditur,* vel *jus conceſſum, l.14.C. de uſufr. l.9.C.de teſtam. junct. l.2.l.7. & ſeqq. de teſtam. mil.* vel *inſtrumentum, reſcriptum,* qvo jus tale exprimitur & continetur. *Alb. in c. contingit de fid. inſtrum. D. Hahn. ad Weſ. parat. de conſt. princ. n.2.*

§. 2. *Privilegium* uti denotat jus, definitur *lex. l.5. de teſtib. l.2.C. de legib. l.18.C.de collat.* vel conſtitutio, *l.1. §. item cum ff. qva ſent. ſin. appell. l.1. §.2. de conſtit. princ.* privata, *c. abbate de V.S. c. privilegium diſt. 3.* aliqvid ſpeciale, *d.c. abbate.*

bate. c. in his de privileg. ex ſingulari ratione, §. *6. I. de jur. nat. gent. & civ.* concedens.

§. 3. *Privilegium perſonale* eſt, qvod perſonæ propter ejus ſingulare meritum, aliamvè conditionem peculiarem conceditur. *Perſona* autem hic non denotat eum, qvi privilegio fruitur, alias enim omnia privilegia forent perſonalia, nulla realia, ſed *ſubjectum*, cui velut immediatè adhæret privilegii immunitas.

§. 4. *Privilegium reale* vocatur, qvando ex ratione ſingulari cauſæ vel rei tribuitur, ut ob iſtam cauſam vel rem perſona, ad qvam pertinet, ſingulari fruatur jure. Hæc cum perſona non exſtingvitur, ſed ad qvemlibet in illa re vel cauſa ſuccedentem tranſit, *l. 68. l. 96. de R. J.*

§. 5. *Privilegium gratioſum, & remuneratìvum* dicitur, qvod vel gratis vel propter merita, propria aut aliena, conceditur, *arg. c. mandata de præſumt.*

§. 6. *Conventionale*, qvod interveniente, conventione ſ. pacto conſtitutum, cujus reſpectu privilegiatus qvodammodo cenſetur emere vel compenſare.

§. 7. *Perpetuum vocatur*, qvod adhæret rei de ſe perpetuò, vel ſine limitatione temporis conceſſum, v. c. Eccleſiæ, monaſterio, *c. qva ſemel 16. q. 3. Temporale*, qvod ad certum tempus, ſolam perſonam, ad conditionem reſtrictum, *l. qvoties C. de prec. Imp. offer. c. 7. de R. I. in 6. c. ſi gratioſè de reſcript. in 6.*

§. 8. *Affirmativum, Negativum. Illud* eſt, qvod concedit facultatem agendi, *hoc*, qvod dat licentiam aliqvid omittendi. Ex qvibus *hoc* ſemper eſt contra legem, & perdi non poteſt per non uſum, qvia ejus uſus in omiſſione conſiſtit, & ideo qvi omittit, jam utitur privilegio, atqve ex vi omiſſionis non amittit.

§. 9. *Scriptum* privilegium eſt, qvod in ſcripturam redactum. *Non ſcriptum* duplex eſt (1) Per accidens, qvod ore qvidem prolatum à concedente, contingit autem, ut non ſcriberetur vel literis minus authenticis: (2) Per ſe tale, ex tacita Principis conniventia comparatum, conſuetudine introductum, *arg. c. duo ſimul. de off. ord.*

§. 10. *Privilegium Referens, & Abſolutum.* Referens vocari

cari ſolet *Ad inſtar, ex l. 34. C. de Epiſc. & Cleric. Dn. Hahn. ad Weſenb. parat. tit. de Conſtit. Princ. n. 3.*

§. II. *Privilegium à Jure ſingulari* differt: *Jus ſingulare* ſenſim agit à juris communis ratione & rationem ſtatus pro ratione habet *l. 16. ff. de LL. l. 162. ff. de R. I.* *Privilegium* communi juris rationi ſubeſt, illamq; applicat ſubjectis propriis & adæqvatis, in qvantum illa illud recipiendo ſunt.

PRÆDO. §. I. *Prædo* dicitur (1) ſtrictè & propriè, qvi ſcil. rem ad ſe non pertinere, nec poſſidendi cauſam habere: qvod contingit præſertim, cum is per vim dejecto poſſeſſore ingreſſus fuit poſſeſſionem, *l. ſed & ſi §. qvod autem ff. de pet. hær.* (2) Largè verò dicitur prædo, qvi juſtam habet poſſidendi cauſam, cùm rem ad ſe pertinere ſcit, invito tamen poſſeſſore, eoqve dejecto eſt ingreſſus poſſeſſionem. *l. ſi ex ſtipulatione ff. de acq. poſſ.* (3) Largiſſime verò prædo dicitur, qvi rem ab initio bona fide poſſidet, & tamen ſuperveniente ſcientia malæ fidei efficitur, *d. l. 25. §. 7. ff. de hæred. petit. Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. num. 120.*

PROBATIO. § I. *Probare* (1) ſignificat laudare, approbare; *l. 10. qvi ſatisd. cog. l. 36. 38. l. f. Loc. conduct. l. 7. §. 2. Ad. L. Jul. repet.* (2) Denotat de re aliqva fidem facere, *Ariſt. 1. Rhetor. 2.* (3) qvandoqve idem eſt atqve tentare, explorare, ut probare amicos, aurum &c. *Umm. diſp. 15. th. 1. n. 2.* (4) Senſu juridico Probare eſt judici fidẽ facere, causâ controverſiæ ab eo decidendæ, *arg. l. 12. l. 19. de probat.* Sicq; probatio dici poteſt (1) *Latè* rei dubiæ apud judicem oſtenſio; *arg. l. 3. l. 4. C. de probat.* Qvomodo ideoqve & jusjurandum, confeſſionem & rei claræ oſtenſionem complectitur. *Vid. Maſcard. de probat. Vol. 1. qvæſt. 4. & ſeqq.* (2) Strictè κατ' ἐξοχὴν probatio eſt plena illa, qvæ per teſtes fit aut inſtrumenta; *arg. c. form. de V. S. Maſcard. d. V. qvæſt. 3.*

§. 2. Verba implere *l. 1. C. de probat.* oſtendere, *l. 3. l. 4. C. eod.* monſtrare, *l. 20. C. d. t.* ſignificare, *l. 6. C. eod.* docere, *l. 13. 16. C. eod.* detegere, *l. 14. C. d. t.* ſæpiſſimè ponuntur pro verbo *probare, Maſcard d. q. 3. num. 9.*

§. 3. *Probatio in genere* ſignificat aſſerti confirmationem; *in ſpecie* verò ad facta civilia controverſa refertur, & qvidem,

ſi

ſi in judicio fiat, deſcribi poteſt. *Probatio*, qvòd ſit actus judicialis, qvo per idonea argumenta de facto aliqvo, de qvo in judicio controverſia eſt, judici fit fides, *Perez. in tit. C. de probat. n. 2. Umm. diſp. 15. th. 1. num. 3.*

§. 4. *Probatio plena* vocatur illa, qvæ tantam fidem facit, qvantum ad finiendam controverſiam ſufficit, *Maſcard. Vol. 1. qvæſt. 4. n. 15.* Hujus ſpecies Dd. ponunt Teſtes, Inſtrumentum, hoc eſt ſcripturam, Confeſſionem, Evidentiam facti, Juramentum, Præſumtionem juſtam, Famam, *Vid. Maſcard. d. Vol. 1. qvæſt. 4. n. 16. Umm. diſp. 15. th. 1. n. 5.*

§. 5. *Semiplena probatio* eſt illa, per qvam rei geſtæ fides aliqva fit judici, non tamen tanta, ut jure eam debeat ſeqvi in ſententia dicenda. Qvò referunt unum teſtem, Privatam Scripturam. Præſumrionem non ita urgentem, Deniqve cùm de ſcripto dubitetur, fit comparatio jurium, *Maſcard. d. q. 4. num. 17.*

§. 6. Probation-Schrifft. *Deductio probationis* dicitur ſcriptum, in qvo producens teſtes & inſtrumenta, oſtendit à ſe allegata per iſtos teſtes & inſtrumenta eſſe probata, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 73. n. 105.*

§. 7. Dividitur porrò in *Ordinariam*, & *Demonſtrationem*, in *Regularem* & *Irregularem*, in *probationem in ſpecie* ſic dictam, & *Reprobationem.*

PROCESSUS. §. 1. Vulgariter vocabulum *Proceſſus* ponitur pro augmento, & pro progreſſu in literis & honoribus adipiſcendis, hinc progreſſus dicitur qvis facere: & pro pompa uſurpatur, *ut in l. 41. de donat. int. Vir. conſ. l. 1. C. de ſent. paſſ.* (2) Juridicè & propriè in foro ſumitur duplici modo, vel enim ordinem judicarium denotat: vel *ſecundò*, qvandoqve etiam voculâ iſtâ Citationes, Mandata, & alia ejus generis Judicum decreta ſignificantur, *p. 3. tit. 12. §. 2. Ord. Cam. ib.* und erſtlich was die Ladung/Mandata und andere Proceße antrifft. Hinc dicitur Proceſſum in Camera, non niſi fundata jurisdictione obtinere, Mynſ. 2. Obſ. 9. Et in obtinendo Proceſſu tantiſper Supplicantis narratis fidem adhiberi, donec in progreſſu cauſæ contrarium probetur, *Gail. 1. Obſ. 31. n. 1. Gothofr. Fibig. proceſſ. in pr.* (2) Procedere propriè dicuntur animantia, cum ab uno loco in alium progredi pergunt.

Sed

Sed per Metaphoram & uſum, hoc verbum fori qvaſi proprium factum eſt: & procedere dicuntur, non ſolùm litigatores, dum litium negotia in judicio gerunt, & cauſas viva voce vel in ſcriptis proponunt, aguntqve, verum etiam judex; cùm Proceſſus in judicio emittendo, interloqvendo vel alia ratione officio ſuo in judicio fungitur, *Roding.pand.Cam.lib.2. tit.2. in Comment.*

§. 2. Prout ſecundo modo juridicè ſumitur per vocabulum *proceſſus* denotantur literæ, qvæ tam in proceſſu inchoando, qvam eodem proſeqvendo ad partem adverſam emanent, qvas per ſynecdochen vulgò vocamus *Proceſſus*, qvia proceſſui expediendo inſerviunt, Germanicè Gerichts-Brieffe. Hujusmodi autem proceſſus non ſunt unius generis, veniunt enim eorum nomine non ſolùm Citationes & Mandata, ſed etiam monitoria, promotoriales, Schreiben umb Bericht/Commiſſiones, dilationes, documenta, ſententiæ, litis pendentiæ, acceptati privilegii, Ordinationis tutorum, confirmationis contractuum &c. Imò omnes literæ ſub nomine, Titulo ac ſigillo ex Cancellaria Camerali extractæ vocantur proceſſus, *Jac. Blum proc.Cam. tit.64.n.2.& 57.*

§. 3. Proceſſus Cameralis qvid ſit, *vid.voc. Cameræ.*

§. 4. Prout priori modo juridicè ſumitur, *deſcribitur proceſſus*, qvòd ſit modus tractandorum judiciorum, jure ſcripto traditus aut conſvetudine obſervatus, vel qvod ſit forma qvædam procedendi in cognoſcendis cauſis forenſibus, *Joh. Emer. à Rosbach.* *Seu* Proceſſus eſt modus legitimus in judicio circa cauſam in id deductam à judice & partibus vitandæ confuſionis causâ obſervandus, *c.1.de ſent.& re jud.in 6. D. Struv. exercitat.9.th.64.*

§. 5. *Proceſſus Summarius* nihil aliud eſt; qvàm ordo judiciorum competentium minùs ſolennis, hoc eſt, in qvo ſolennis & ordinaria procedendi & tractandi forma non reqviritur nec obſervatur: Sed ſummariè & absqve ſtrepitu Judicii & uno verbo de ſimplici & plane proceditur, *vid.Fibig. proceſſ. part.2.cap.1.membr.1.ſect.1.*

§. 6. *Proceſſus ordinarius* eſt, qvo ſolenni juris ordine controverſiæ in judiciis ritè & ordinariè pertractantur.

PROCURATORIUM. §. 1. *Procurator*, qvando de

facta

facta conſtitutione & Mandato Domini judici ſufficienter docet, vulgò vocatur, *ſe legitimare ad Acta ſeu ad cauſam*. Legitimatio Procuratorum igitur eſt ipſorum alieno nomine comparentium in judicio ad agendum ſufficiens habilitatio. Dividiturq; in veram & qvaſi legitimationem.

§. 2. *Qvaſi legitimatio* dicitur, qvando Procurator alterius nomine agere volens, qvi ſufficiens procuratorium ſtatim ad manus non habet, cavet de eo intra certum tempus inferendo, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 67. n. 57.*

§. 3. *Vera legitimatio* eſt, qvando Procurator ſufficiens Mandatum ad agendum nomine ſui Domini in judicio exhibet.

§. 4. *Sufficiens Mandatum* dicitur, cui clauſulæ ſubſtantiales, qvæ in judicio reqviruntur, inſertæ ſunt, *Vid. Ord. Cam. p. 1. tit. 13.* Illud Mandatum, qvod non rarò *Mandatum procuratorium*, item ſimpliciter *Procuratorium*, item *Conſtitutio* nominatur, eſt generale vel ſpeciale.

§. 5. *Generale Mandatum*, General-oder gemeiner Gewalt/gemeine Vollmacht/ dicitur, qvod ad totam cauſam in judicio peragendam conceptum eſt. Hodie generale mandatum conceptum eſſe debet non ad unam cauſam, multò minùs ad iſtius cauſæ unum actum, ſed ad omnes cauſas in judicio Camerali jam pendentes, atqve in futurum penſuras, *Rec. Imp. Ann. 1654.* §. und demnach 101. Antiqvitùs qvidem pro ſufficienti habebatur, qvod ad unam totam cauſam eſſe conceptum, *Ord. Cam. p. 3. tit. 12. §. 8.* qvod etiam generale, *Ord. Cam. p. 1. tit. 21. & paſſim* vocantur, qvatenus nimirum ei, qvod non ad totam aliqvam cauſam, ſed duntaxat ad unum actum conceptum eſt, opponitur. Verùm hodiè ejuſmodi procuratorium in Camera pro ſufficienti non habetur, ſed reqviritur ut ad omnes cauſas activas & paſſivas, tam præſentes qvàm futuras conceptum ſit, *d. §. 101.* Atqve hoc vocatur procuratorium *generale*, illud verò, qvod ad unam cauſam conceptum eſt, *ſpeciale* appellatur, qvo reſpectu iſtud, qvod ad unum actum conceptum eſt, *ſpecialius* vocatur, *in d. §. 101. Jac. Blum. d. tit. 67. num. 26.*

§. 6. Spe-

§. 6. *Speciale procuratorium* dicitur, qvod ad qvosdam actus præſtandos ſingulariter reqviritur.

PROCURATOR. §. 1. *Procurator* (1) *latiſſimè* dicitur, qvi curat negotia aliena, *arg. l. 3. §. 13. d. tut. & rat.* Sicqve de negotiorum geſtore, perſonis conjunctis, defenſore ſine mandato (*ſ. in ſpecie ſic dicto*) & ejusmodi aliis prædicatur, *arg. l. 24. de neg. geſt. l. 13. §. 12. de har. pet. l. 58. de ſolut. l. 22. §. 1. Rem rat. hab.* (2) Reſtringitur procurator ad eum, qvi aliena negotia curat ſeu adminiſtrat *mandato domini*. Et ſic dicitur iterum dupliciter, (I) *latè* qvi ſive ab actore ſive à reo, *l. 8. de procurat.* ſive in judicio, ſive extra, mandatum habet, *l. 33. eod.* (II) *Strictè*, qvi eſt à parte actoris in judicio, & Defenſori (*ſine mandato*) à parte rei opponitur, *l. 9. §. 6. l. 34. §. 1. de Jurejur. Umm. diſp. 3. th. 1. num. 1. D. Hahn. ad Weſenb. parat. tit. de procurat. n. 1. 2. 3.*

§. 2. Alieno nomine qvi poſtulat, litemqve inſtruit, ac jus ſuggerit, *patronus* vel *advocatus* dicitur. Qvi verò ipſam litem adminiſtrat, ſeu qvi vice domini ejusq; mandato ipſam litem inſtituit aut ſuſcipit, procurator appellatur, *Add. Perez. in Cod. de procurat. Jac. Buric. advoc. c. 1, 2.*

§. 3. *Poſtulare & Procurare* differunt. (1) Procuramus non tantùm negotia judicialia, ſed etiam extrajudicialia, poſtulamus tantùm judicialia. (2) procuramus tantùm negotia aliena. (3) poſtulamus non tantùm pro abſente, ſed etiam pro præſente: procuramus verò plerumqve cauſam abſentium.

§. 4. *Procurator judicialis* eſt, qvi ex mandato ſive actoris, ſive rei jus in judicio perſeqvitur tueturvè, *l. 1. l. 71. l. 72. ff. de procurat. l. 2. C. eod. Umm. diſp. 3. theſ. 1. num. 2.* Gevollmächtiger Anwald.

§. 5. *Procurator extrajudicialis* vocatur, qvi ad negotia extra judicium adminiſtranda conſtituitur; & aliàs *procurator bonorum* dicitur.

§. 6. *Defenſor* in ſpecie appellatur procurator, qvi reum in judicio defendit, *Umm. diſputat. 3. theſ. 1. num. 3.* Alii appellant eum defenſorem, qvi *ſine mandato* rei partes agit, *D. Struv. exerc. 7. th. 5.*

§.7. *Procurator in genere* eſt, qvi aliena negotia mandatu domini adminiſtrat, *l.1.pr. de procurat.*

§. 8. *Procurator* eſt vel *generalis* ſive omnium bonorum aut actionum, *l.58.l.63.l.60. de procurat. Procurator omnium bonorum* dicitur etiam omnium rerum, totorum & univerſorum bonorum, *item cui* generaliter rerum ſive bonorum adminiſtratio commiſſa eſt, *l.1.§.1.l.58.l.60.l.63.d.t. l.12. de pact. l.61.de inſt.act.l.7.de calumn.* Hunc Dd.iterum dividere ſolent in ſimplicem procuratorem omnium bonorum, & procuratorem cum liberâ (*ſcil.adminiſtratione*) qvorum hic laxiorem habeat qvàm ille adminiſtrandi poteſtatem, *D.Struv. exercitat.7.theſ. 26.* Qvam diviſionem rejicit, *D. Hahn ad Weſenbec. paratitl. tit de procurat.ad num.1.2 3.*

§. 9. *Procurator* alius eſt in utilitatem domini, & ſic *rei aliena* præficitur, alius *in rem ſuam, l.1 pr.l.32.in fin.l.34.l.39. §.1.& ſeq.de procurat.* alius deniqve partim proprio, partim alieno nomine litigat, *l.1.§ in propria. ff. qvand. appellat. Umm.diſp.3.th.2.n.4.* Procurator *in rem ſuam* & qvidem à parte creditoris (*de eo qvi eſt à parte debitoris, vid.l.29.l.61.de procur. Bacchov. comm.ad d t.num.8.*) eſt, in qvem juſto titulo omne jus ſuum circa rem aliqvam transfert dominus, ut ipſe actionibus inde competentibus in ſuam utilitatem experiatur, *l.25.§ plane de procur.l.19.C.eod.l.2.l.6.C.de O.& A.l.3.C. de novat.l.22.in fin.C.de mandat.l.2.de donat.l.3.7.& 8. C. de her.vend.l.12.C.de legat. D. Struv. exerc.7. th. 26.* In rem autem ſuam alter tribus modis conſtituitur, (1) Si cui mandatæ ſint actiones directæ & ceſſæ utiles, *l.1.ibiq; Gl.C.de O.& A.* (2) ſi ſunt ceſſæ utiles, & non directô mandatæ, *juxta gloſſ.& Br.in d.l.1.* (3) ſi ſolûm directæ, mandatæ & utiles, non ceſſæ, *l ſi procuratorem, §.f.Mandat. Umm. d.l.* Vel *fit qvis procurator in rem ſuam* dupliciter (1) cùm debitor creditorem ſuum ita facit procuratorem, ut qvod hic exigit apud alium, ipſi cedat creditori, *l.4. C. de procurat.* Exempla vid. in *l.1.C.de O.& A. l 8.C.de her.vel act.vind.l.ult. §. 2. de cond.indeb.l.34.l.42.§.2.de procur.l.ult.de transact. l.70. de procur.§.21. I.de legat.* (2) Fit etiam procurator in rem ſuam cum qvis eum, à qvo cauſam, & qvem inde ſibi obligatum habet, dat procuratorem in rem ſuam, ut is periculo ſuo experiatur.

atur. Exempla *vid. in l. 42. §. 2. de procur. l. 66. §. 2. de evict. l. 163. de re jud. l. 4. §. 3. ſeq. de appell. Conſ. Bacchov. ad tit. de procur. & ad Treutl. v. 1. diſp. 9. th. 1. A. v. nec abſqve D. Hahn. ad Weſ. parat. ff. tit. de procurat. num. 1, 2. & 3.*

Procurator in rem ſuam adminiſtrat qvidem negotia aliena, ſed non in alterius utilitatem, ſed ſuam, & hoc reſpectu dicitur procurator in rem ſuam. Res enim hic ſignificat utilitatem.

§. 10. *Procurationes.* Jure canon. dicuntur expenſæ acceſſoriæ, vel exhibitio expenſarum, qvas Eccleſia vel monaſterium ſuppeditare debet Prælato illi, cui ex officio incumbit viſitare Eccleſiam vel monaſterium, ſive ſit Epiſcopus, ſive Archidiaconus, ſive Decanus, ſive etiam Legatus S. Pont. Et tum tantùm debentur, qvando ipſimet Prælati viſitant, non ſi alios ſubmittant ad viſitandum, *c. 6. pr. de cenſib. c. 17. c. 23. eod.*

§. 11. *Falſus procurator* eſt (1) qvi nullum habet mandatum. (2) qvi habet, ſed inſufficiens. (3) qvi ſufficiens, ſed ad cauſam pendentem impertinens habet, *Gail. 1. Obſerv. 47. num. 1.*

§. 12. *Procuratorem conſtituendi facultatem* dicuntur habere, qvi non prohibentur, *Hoc recenſet Ummius diſputat. 3. theſ. 3.*

PRODIGUS. §. 1. Diſtingvendum omninò eſt inter *Ethicè ſive moraliter, & juridicè* prodigum. *Juridicè* qvi prodigus eſt, etiam ſimul Ethicè eſt prodigus, non verò contra. Ut autem qvis *juridicè* prodigus ſit, reqviritur (1) conſtitutio, ex corruptis moribus, ut ſcil. qvis revera ſit prodigus, & habebat habitum ex pluribus actibus, *l. 1. pr. de curat. fur.* (2) Declaratio, qvæ fit à magiſtratu poſt diligentem cognitionem circumſtantiarum, *l. 1. l. 6. d. t.* (3) Interdictio, *l. 1. eod.* Qvam primum autem qvis declaratur à magiſtratu prodigus, ei ſtatim ſine ulteriori aliqva prohibitione interdicitur ipſo jure, ita ut ſententia judicis non ſit opus. (4) Datio curatoris, *l. 6. d. t.* qvi curator olim erat legitimus, hodie eſt dativus, *l. 1. pr. eod.*

PROTOCOLLUM. §. 1. Significat memorialem tabel-

bellionis ſcripturam, in qva geſti negotii annotatio breviter continetur.

§. 2. Cum illa, qvæ *Verbis* tam à litigantibus qvàm Judice propoſita & aliàs geſta ſemper ſcripturæ mandentur, hæc Scriptura conſvevit nominari protocollum. Qvomodo verò *Protocollum* & *Acta* differant, *Vid. ſub Voc.* Acta.

§. 3. Nomen verò *Protocollum* eſt compoſitum ex verbo πρῶτος, id eſt, *primus*, & verbo κολλα, id eſt, *Gluten*. Nam id, qvod antiqvitùs in glutine ſeu cera, qvæ per tabulas extenſa erat, ſcribebatur, nominatum fuit *Protocollum*, qvaſi diceres prima conglutinatio ſeu concinnatio: hinc deinde Protocollum qvoqve appellatum, qvod breviter & ſuccinctè primò annotatum, ut poſteà extendi & in melius componi poſſit, *Schard. in Lexic. Voc.* Protocollum.

§. 4. Qvam ob rem Codicem, in qvo Notarius publicus actuum coram ipſo geſtorum ſubſtantiam annotat, hodie vocamus Protocollum. Ob eandem rationem qvoqve Protocollum nominamus Codicem, in qvo Actuarii, id eſt, Scribæ judiciarii, verba litigantium & judicis, ac reliqva in judicio geſta deſcribunt.

§. 5. In Judicio Camerali varia habentur protocolla, & qvidem ſunt *Protocolla Aſſeſſorum*, in qvibus Aſſeſſores annotant ſuas relationes, ut & motivas, ob qvas Proceſſus extrajudicialiter petitos decreverint vel denegaverint, & qvid in Senatu alioqvin peregerint, *qvorum ſit mentio in Rec. Imper.* 1654. §. den *modum referendi*, 143.

§. 6. *Protocolla Proto- & Notariorum.* In his Proto & Notarii omnes ſententias, in Camera publicatas, conſcribunt unà cum nominibus Aſſeſſorum ac motivis, ex qvibus ſententia promanat. Hæc Protocolla vocari ſolent Raths-Protocoll. Deinceps in iisdem Protocollis Decreta ſuper ſupplicationibus in prægnantibus cauſis concepta, & illorum motivæ unà cum nominibus referentium conſcribuntur, *Ord. Cam. p.* 1. *tit.* 28. §. 1. *R. A.* 1566. §. Wann auch 94. *Viſit.* 1556. §. Wann auch.

§. 7. *Protocolla judicialia*, Gerichts-Protocoll / ſunt Codex, in qvo Proto- & Notarii in Audientiis à Procuratoribus dictata & geſta conſcribunt.

§. 8. *Protocolla Procuratorum* ſunt, qvæ hi domi in proprium uſum conſcripta habent.

§. 9. *Protocolla Actorum* ſunt, qvæ ex Protocollis judicialibus in diverſis cauſis promiſcuè in Audientiis dictata continentibus ſeparatim ad ſuam qvamcunqve cauſam conſcribuntur inſertis ſententiis in illa cauſa latis. Nominantur *Protocolla cauſarum*, & paſſim ſimpliciter vocantur Protocolla, atqve Actis ſtrictè Acceptis opponuntur, *Vid. Voc. Acta. Jacob. Blum. Proceſſ. Cameral. tit. 63. num. 5. & ſeqq.*

PROTONOTARIUS. §. 1. Nomen *Protonotarius* eſt compoſitum ex voce πρῶτος, id eſt, primus, ſive primarius, & voce Notarius, id eſt, Scriba. Ratione originis igitur nomen *Protonotarius* nihil aliud denotat, qvàm Scribam primarium ex pluribus, Der fürnehmſte oder oberſte Schreiber. Atqve eodem modo illos, qvi inter Scribas, ſeu Notarios Judicii Cameralis, Gerichts-Schreibern / primarium locum occupant, Protonotarios appellare placuit.

§. 2. Protonotarii Judicii Cameralis ſunt perſonæ in ejusdem judicii Cancellaria in concipiendis Proceſſibus, in Audientia in Procuratorum Receſſibus excipiendis, ut deniqve in Senatu in votis Aſſeſſorum annotandis ſententiisqve inſcribendis præcipuè occupatæ, *Jac. Blum. Proceſſ. Cam. tit. 13. num. 1. & ſeqq.*

PUBLICANUS. §. 1. *Publicani* ſunt vectigalium, ſeu in genere redituum publicorum, *vel populi Romani vel municipii*, conductores, *l. 1. §. 1. l. 12. §. 3. l. 13. pr. §. 1. de Publican. l. 16. l. 17. de V. S.* Dicti etiam mancipes, *l. 11. C. de Vectigal. l. 53. locat.* Qvi enim à populo emebat conducebatvè manu ſublatâ ſignificabat, ſe auctorem emtionis vel conductionis eſſe, *Feſt. Voc. Manceps*, vel ſibi emtionem ſeu conductionem in licitatione placuiſſe, *Add. Ant. Matth. tr. de action. l. 2. c. 2. num. 5.*

PURGARE. §. 1. Vocabulum *purgare* ſumitur (1) pro mundare, mundum facere, removere ſordes, *l. 1. §. 6. ff. de fonte. l. 1. §. 7. ff. de rev. l. un. §. 3. ff. de via publ.* (2) Purgare eſt ſe excuſare & innocentiam ſuam oſtendere, *l. 5.*

pr. de publ.jud. l.22. de jur. fiſc. uti fit in juramento purgationis, qvæ purgatio jure Canonico qvoqve approbata eſt, eoqve jure porrò conſtitutum, ut non aliter innocentiam purgare liceat, qvàm per jusjurandum, *c.6.* §. 17. *cauſ.2. qv.4.* vel per venerabilē ſacramenti Evchariſtici ſumtionem, *c.23.* & *26. cauſ.2. qv.4.* & hæc purgatio dicitur *purgatio Canonica*, *c.3. c.13. X. de purg. can. Heig. p.1. qv.4. n.28. Frantzk. lib.12. ff. tit.2. num.66.* Altera verò purgatio, qvæ *Vulgaris* dicitur, qvam vulgus olim uſurpavit, qvæqve ſolebat fieri vel *duello*, *cap.1. X. de purg. Vulg.* vel judicio aqvæ frigidæ, *cap. 8. X. de purgat. can.* vel ferventis, *cauſ.2. qv.3. c.7.* & *20.* vel tactu ferri candentis, *cap. fin. X. de purg. Vulg.* expreſsè jure canonico improbata eſt, *d. cauſ.2. qv.5. c.20.* (3) accipitur pro corrigere & emendare, *l.8.* & *14. de noVat. l.91.* §.3. *de V.O.* etiam pro excuſare, uti ſumitur apud Plautum in Amphyt. & idhuc reverti, ut me de hoc purgarem tibi.

§. 2. Qvando in Camera proclama decernitur, pro illo faciendo pedello debetur florenus Cameralis ſeu 20. Baz. Qvem florenum primò ſolvere tenetur is, qvi proclama urſerit, contumax verò poſteà comparens illum refundere debet. Nam anteqvam iſte florenus refuſus eſt, contumax non auditur, *Magenh. ad O.C. p.3. t.42. Verſ. Qvid ergò.* Et hoc vulgò dicitur *contumaciam purgare*, aliàs: Sich mit den Pedellen des Ruffens halben abfinden / *Jac. Blum. proceſſ. Cameral. tit. 66. num. 39.*

PRODUCTA. SCRIPTA. §. 1. Scripta, *aliàs etiam Producta, Producten*, Schrifften / Handlungen / Schrifftliche Handlungen / ſunt literæ, qvibus deducitur cauſæ, ſeu ejus alicujus puncti controverſia. Ejusmodi ſcriptorum præcipua nomina ſunt Libellus, Exceptio, Replica, Duplica, Triplica, Qvadruplica.

§. 2. *Productum inſcribere Exhibitis in Camera qvid ſit?* Omnia ſcripta in Camera in duplo exhiberi debent. Utraqve copia Pedello porrigitur, qvi unam ad partem adverſam, alteram ad Lectorem in eadem audientia penes menſam Proto & Notariorum aſſidentem defert, qvi lector copiæ ſibi oblatis inſcribit diem factæ oblationis hiſce fermè formalibus:

Pro-

Product. Spiræ 7. *Jan.* 1668. qvod *ſigniren* vocatur. *Jac. Blum. proc. Cam. tit.* 63. *num.* 30. *&* 15.

PARAPHERNALIA BONA. §. 1. Das ſind Gaben/ die den Weibern über ihre Mitgifft gegeben werden zu ihrem Schmuck und Gezierde dienſtlich und gebräuchig/ *Beſold. in theſaur pract. Voc. Gerada.*

§. 2. *Paraphernalia* dicuntur à præpoſitione παρὰ & φερνὴ, qvod eſt dos, qvaſi bona data præter dotem. Suntqve bona, qvæ mulier non dat in dotem, i.e. ea mulieris bona, qvæ ſunt extra dotem, *l.* 9. §. *ult. ff. de jure dot.*

§. 3. Diſtingvi autem poſſunt ex poſſeſſione. Vel enim mulier poſſeſſionem paraphernalium ad libelli ſeu inventarii deſcriptionem meritò permittit, qvæ *in ſpecie* dicuntur *Paraphernalia*; vel ipſa eam poſſeſſionem qvoqve ſibi recipit, à rationibus & rebus mariti ſeparata, qvæ in ſpecie bona *receptitia* vocantur, in qvibus maritus nullum, ne qvidem adminiſtrandi, jus habet. *Bachov. 2. d. 7. th. 9. lit. I.* Weſenbec. *parat. de jure dot, num. ult. Gail. 1. Obſervat.* 132. *num.* 5. *Mynſing.* 3. *Obſerv.* 57.

PRINCIPALE. §. 1. Id qvod primò intenditur & propter qvod reliqva fiunt, dicitur *principale*, ea verò, qvæ id ſeqvuntur, vel ad id perficiendum ordinantur, dicuntur *acceſſoria*; qvia accedunt, *D. Eichel. in comment. ad tit. ff. de R. J. cap.* 2. *p.* 124.

PRETIUM. §. 1. Rei ei abeſſe videtur, cui *pretium* rei abeſt, *l.* 14. *pr. in fin. de V. S.*

§. 2. Differunt, *Res* & *Pretium* ejus rei, *l.* 12. *Cod. de jur. dot. l.* 7. §. *ult. qvi pot. in pign. l.* 48. § *f. de furt. l.* 6. *l.* 8. *C. de R. V.* Et tamen actionum & negotiorum qvorundam eſt natura, ut pretium ſuccedat loco rei, *l.* 18. *Qvod met. cauſ. l.* 21. *de her. petit. l.* 70. §. *f. de leg.* 2. *Vid.* W*iſſenbach. ad l.* 14. *ff. de V. S.*

§. 3. *Pretium* propriè intelligitur, qvod conſiſtit in pecunia numerata: ideò diſpoſitio odioſa loqvens de pretio non habet locum, niſi pretium ſit in pecunia numerata, *Bald.* 1. *conſ.* 98. *&* *l.* 5. *conſ.* 383. *Tuſch. lit.* P. *concl.* 485.

PHILOSOPHIA JURIS §. 1. Dicitur illa, qvâ qvis novit dare legum rationes, *D. Hahn ad* W*eſenb. tit. de Juſt. & Jur. pag.* 40.

PROTIMISEOS JUS. §. 1. Qvid ſit, qvære voc. Retractus.

ACTIO DE POSITO AUT SUSPENSO. §. 1. *Actio de Poſito* aut *Suſpenſo* eſt, qvæ contra eum, qvi *poſitum* aut *ſuſpenſum* qvid habet ſupra eum locum, qvâ vulgò iter fit, invé qvo conficitur, qvod poteſt, ſi ceciderit, alicui nocere, competit cuivis de populo ad pœnam decem ſolidorum, §. 1. *I. de obl. ex qvaſ. del. l. 5. §. 6. §. 11. Si qvis dejec.*

PERPETUARE. §. 1. *Jurudictionem perpetuare* eſt eam ſine intermiſſione continuare. Fit autem hoc per citationem, non modò jure canonico, *c. gratum 20. de offic. deleg. c. relatum eod.* ſed & jure civili, *arg. l. 6. ibi res geri capit. de juriſdict. l. 7. de judic. Conf. Mindan. de proceſſu mandat. libr. 3. cap. 3. num. 7.* D. *Hahn. ad* Weſenbec. *de in jus vocand. pag. 301.*

§. 2. *Perpetuari* dicuntur actiones, qvæ tempore perituræ perpetuæ fiunt, ita ut deinceps durent, *D. Hahn. d. l.*

PROROGATIO. §. 1. *Prorogatio* termini affinis eſt dilationi: & eſt dati nec dum elapſi termini in alium extenſio, ſeu productio, *24. §. 1. Rem. rat. hab. l. 5. de procur.*

§. 2. Omninò certum eſt, licere non ſubditos, ſeu qvi de juris neceſſitate coram hoc vel illo judice reſpondere non tenentur, alium judicem eligere, & ejus jurisdictioni; aliàs non fundatæ, ſe ſubjicere, *l. 1. & ibi Dd. de judic.* Qvod dum faciunt, dicuntur *jurisdictionem prorogare*, ut ob id poſt factam prorogationem neceſſariò coram eo judice comparere teneantur, cujus jurisdictionem prorogarunt, *Umm. diſput. 4. theſ. 17. num. 92.*

§. 3. *Prorogatio jurisdictionis* tantùm duplex eſt: de perſona ad perſonam, & de re ad rem. Utraqve fit conventione & conſenſu partium aut expreſſo, *l. 18. de jurisdict. l. 14. & ſqq. eod. l. 1. C. d. t.* aut tacitò per litis conteſtationem, *l. 4. C. eod.* & per reconventionem, *l. 11. §. 1. eod. l. 22. de judic. Suthol t. de jurisdict. aph. 379.* Si qvis ergo compulſus eſt, *l. 2. pr. de jud.* vel ſi per errorem litigantes adierint judicem non ſuum, nulla erit prorogatio, *l. 13. ff. de pact. d. l. 2.* Neqve tamen ſtatim ſimulatqve ita convenit, prorogata eſt jurisdictio, ſed reqviritur, ut partes eandem mentem durent, & ſicut convenit, ita

etiam

etiam judicem adeant; nam ante factam aditionem licita eſt pœnitentia, *Vid. l. 18. de pact.* *Add. Sutholt. diſſertat. de juriſdict. aph. 373. & ſeqq.*

PERMISSIO. §. 1. *Permiſſio*, qvæ *lege* fit (*non qva nudi eſt facti*) aut plena eſt, qvæ jus dat ad aliqvid omninò licitè agendum, aut *minùs plena*, qvæ tantùm impunitatem dat apud homines & jus ne qvis alius impedire licitè poſſit, *Hug. Grot. de Jur. Bell. & Pacis. l. 1. c. 1. n. 17.*

PROTESTATIO. §. 1. Hæc vox (1) qvandoqve latiſſimè & tropicè uſurpatur, de qvovis indicio, teſtimonio aut probatione, §. *qvorum* 1. *Proœm. Inſt. c. eum qui 2. de del. & centum. in 6.* (2) Latè & minùs propriè, de qvacunqve ſententiæ noſtræ ſignificatione, ſive proteſtantis, ſive alterius factum reſpiciat. (3) Propriè Proteſtatio fit ſuper his, qvæ dependent à voluntate & facto ſolius proteſtantis.

§. 2. *Proteſtatio* eſt animi declaratio, ſuper facto proprio, conſervandi juris gratiâ legitimè facta, *Add. Martin. Negrin. tract. de proteſt.*

§. 3. Clauſulâ, *Extra proteſtationem*, utuntur procuratores, qvando acceptant comparitionem partis adverſæ, qvæ tamen non aliter vult comparere, qvàm cum proteſtatione ſolitâ, *qvod ſcilicet non conſentiat in juriſdictionem judicis, niſi qvatenus & in qvantum de jure teneatur.* Extra (*id eſt, præter*) hanc igitur proteſtationem acceptant, Actores comparitionem rei. Utuntur autem hac clauſula ideò, ne videantur acqvieſcere proteſtationi ex adverſo factæ, & eam tacendo approbare. Tacens enim in judicio & non opponens contra adverſarii proteſtationem cenſetur illi proteſtationi acqvieſcere, *Jac. Blum. proceſſ. Cameral. tit. 63. num. 53.*

PRIMOGENITURA. §. 1. *Primogenituram* rectè diſtingvit *Arnold. Engelbrecht. tr. de juriſd. Vet. reipubl. n. 142.* à Majoratu ſpecialiſſimè ita dicto in eo, qvod in ea primogenitura ſit fundamentum, ad qvod ætas & gradus referri debeant, unde rectè dicitur eundem eſſe ſeniorem, proximiorem & primogenitum, *Surd. conſ. 403. num. 35. 36. in*

Majoratu verò prærogativa ætatis eſt fundamentum, & ſic ille vocatur, qvi in familia poſt mortem poſſeſſoris major reperitur, *Springfeld. de jur. Apanag. c. 5. num. 8. 9. Beſold. conſ. 258. num. 92.*

§. 2. Sæpe *major natu & primogenitus* æqvipollent, uti ex *Panormitano & Paulo Pariſio conſil. 72. refert Tiraqv. de jur. primog. qv. 1. num. 12.* & hac ſignificatione Hiſpani vulgò primogenitum majorem *Joan. le Cirier. de primog. l. 1. qv. 2. n. 62. & l. 2. q. 1. n. 6.* & jus primogenituræ Majoriam, Majoricatum & Majoratum vocant. Aliàs multum intereſt, utrum qvis ut major ſimpliciter, an verò ſub ordine genituræ primo, ſecundo vel tertio genitus vocetur; *priori caſu* reſpicit tempus futurum, & tractum habet ſucceſſivum, hoc verò inſtantaneum & ſic momento impletur, *Engelbrecht. de jur. primog. n. 124. & eleganter Tiraqv. de jur. primog. qvæſt. 40. num. 160.* qvod primogenitura ſit qvalitas inſtantanea, qvam continuò qvis acqvirit ut natus eſt, & ita etiam confeſtim excludit poſteà natos qvamdiu ſupereſt, vel aliqvis ex eo, cui hoc jus veluti ex propagatione atqve ex traduce ipſius competit, *Ludov. Molin. lib. 3. de Hiſpan. primog. cap. 6. num. 29. & 30. & cap. 10. n. 10. Nicol. Betſius de pact. fam. pag. 456.* unde jus inſtantaneum à JCtis dicitur, *Lud. Molin. d. l. 3. c. 6. num. 9. Andr. Knichen. de Saxon. non provocand. jur. verb. Electorum c. 3. num. 9. Rob. à Vall. conſ. 36. num. 24. vol. 2. Lampad. tr. de Conſtit. Imper. Rom. Germ. c. 4. Engelbrecht. de jur. primog. n. 3.*

§. 3. Ita primogenituræ jus deſcribi rectè poſſe videtur, ut ſit facultas ſuccedendi competens primogenito in bonis defuncti.

§. 4. *Primogenitura* alia eſt *juris & naturæ*, alia *juris* tantùm, ſive alia eſt *vera*, alia *ficta*, *Menoch. conſ. 97. num. 85 & conſ. 211. n. 23. Zaſ. lib. 1. conſ. 8. num. 4. illa* ſignificat qvalitatem ejus, qvi primò claustra uteri aperuit, *per text. in c. 5. Joſeph. de V. S. Acbar. conſ. 82. col. ult. verſ. id autem. Joann. le Cirier. de primog. l. 1. qv. 4 num. 1. 10. 11. Bald. conſ. 27. lib. 2. qvod pro regula column. 4. verſ. nam primogenitus lib. 2. & conſ. 389. conſvetudo column. 3. verſ. nec refert lib. 2. Menoch. l. 1. conſ. 97. n. 55. & mult. ſeq.*

§. 5. *Primogenitura ficta ſive juris tantum* ſignificat

qva-

qvalitatem competentem ei, qvi in primogeniti locum ſuccedit, & reſpectu fratrum ſubſeqventium primogenitus dicitur, licèt inſpecto ſtatu naturæ primogenitus verè non ſit, *Joann. de Cirier. l.1. q. 5. de primog. vid. c. fin. §. item opponitur. cauſ. 22. q. 2. vid. Tiraq. de jur. prim. q. 3.*

PATRONATUS. §. 1. *Jus patronatus* eſt poteſtas præſentandi Epiſcopo inſtituendum ad munus Eccleſiaſticum, aliudve beneficium vacans, Patrono certis ex cauſis competens, *Lancellott.* Aliter definiunt *Rochus de Curte tract. de Jur. Patronat. c. 1. num. 14. Anton. de Butrio lectur. ad tit. de Jur. Patron. num. 1. Conf. Joh. Nicol. Delphin. tr. de Jur. Patr. num. 23. Schneidw. ad §. fin. Inſt. de Libertin. n. 4. item Beſold. diſſert. de Patrocin. & Client. n. 56.*

§. 2. *Jus patronatus* eſt duplex, *Eccleſiaſticum & Laicum. Eccleſiaſticum* dicitur, qvod competit ratione Eccleſiæ, ſive qvis fundaverit Eccleſiam ex bonis Eccleſiaſticis, ſive jus illud originem habuerit ex patrimonio laici, & poſteà qvovis modo fuerit translatum in Eccleſiam, aut adnexum dignitati aut beneficio Eccleſiaſtico. *Laicum*, qvod alicui ſive Laico ſive Clerico competit, ratione fundationis aut donationis, ex bonis ſecularibus ſive proprio patrimonio. Addunt aliqvi & *Mixtum*, partim ratione proprii patrimonii, partim ratione Eccleſiæ, alicui competens, *c. Nobis, 25. de Jur. Patron. can. qvicunqve XVI. q. 7. c. un. de jur. patron. in 6. Vid. latè Garz. 2. de benef. p. 5. c. 1. n. 592.*

§. 3. Triplex eſt Jus patronatus. *Primum* jus patronatus (*ut jam non uſitatum*) eſt *libertorum*, qvod proveniebat ex præambula manumiſſione, *c. liberti 12. qvæſt. 2. t. t. ff. & C. de jure patron. Secundum jus patronatus* dicitur *advocatorum*, qvi patroni cauſarum appellantur, *c. 2. 15. q. 2. c. ex literis De transact. c. ult. Ne cleric. vel mon. l. rem non novam §. patron. C de judic. l. advocati C. de adv. div. jud. Tertium jus patronatus*, eſt jus patronatus *Eccleſiarum & beneficiorum*, qvod ſumitur pro jure competenti in Eccleſiis, qvoad præſentationem rectoris, beneficiarii vel capellani. Et ſic patronus ille dicitur, qvi conſtruxit, fundavit, & dotavit Eccleſiam, capellas, vel altare, aut alium pium locum, *Hieron. de Cavall. pract. comm. opin. qvæſt. 282. n. 1. & ſeqq.*

PRÆ-

PRÆSENTATIO. §. 1. *Præſentatio* eſt perſonæ inſtituendæ ad officium, vel beneficium vacans, per Patronum Epiſcopo legitimè facta exhibitio. Germanicè vocamus Fürſtellen/ oder geſtellen Fürſtl. Braunſchweig. Kirchen-Ordn. *Dë. Julii. p. 185. ibi.* Derhalben die Perſonen / ſo dermaſſen nominiret / zuvor unſerm Conſiſtorio zu Wolffenbüttel / oder wohin wir daſſelbe iederzeit verordnen würden / zur Probe und examen præſentiret und geſtellt. *& p. ſeq. ibi.* Im Fall aber einiger / wer gleich der wäre / ſo in unſerm Fürſtenthumb / auff die Miniſteria von Alters zu nominiren gehabt / keine ſolche taugliche hätte / oder nicht ſtellen wollte. Qvod tamen Canoniſtis *Præſentatio*, id Juſtinian. *Nominatio* ; *N. 123. c. 18. ibi : & aliqvos denominent.* Germani dicunt einen vorſchlagen. Scriptura ſacra utitur verbo vocationis, *Hebr. cap. 5. v. 4. D. Binnius diſſ. de jur. patron. Eccleſ.* Hodie in Eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis diſtinctionem obſervamus inter *Nominationem Paſtorum*, *Vocationem* eorum, *Præſentationem*, *Ordinationem & Inſtitutionem.* *Nominatio* præcedit, qvam ſeqvitur *Vocatio*, ſubſeqvitur *Præſentatio*, tum examine præmiſſo fit *Ordinatio*, atqve ita ab Epiſcopo Clericus *inſtituitur*, ſive inveſtitur. *Finckelthuſ. tract. de Jure Patronat. Cap. II. num. 12. ſeqq.*

JUS PROTECTIONIS, JUS CLIENTELARE, ADVOCATIÆ. §. 1. Die Schirms-Gerechtigkeit. Hoc *Jus Clientelare*, ſeu *Advocatia*, in Imperio Romano Germanico Principibus, ac Ordinibus Imperii tam activè, qvàm paſſivè competit. *Activè* voco, qvo Status Imperii alterum Statum imperii imbecilliorem unà cum ſuo territorio in protectionem recipit, cum pacto defendendi contra injuſtam invaſionem, *Conſt. Pac. qubl. de Ann. 1548. tit.* von den Echtern / *c. qvi advocatiam de pac. tenend.* Clientela autem eſt vel *Temporanea*, Temporal-Schutz / ad determinatum tantùm tempus ſuſcepta. Vel *Hæreditaria*, Erb-Schutz / ad heredes ſeu ſucceſſores tranſiens. *Vid. Mager. tract. de advocat. millit. Beſold. theſ. pract. verb.* Schutz und Schirm.

§. 2. Schirms-Verwandte / Tales ſunt Judæi, & reliqvæ perſonæ forenſes domicilium ſub Principe habentes. Hi ſubditis annumerantur. *Jac. Blum. proc. Cam. tit. n. 52.*

PAL-

PALLIUM. §. 1. *Pallium in jure canon.* eſt ornamentum de corpore B. Petri ſumtum, Pontificialis officii plenitudinem conferens. Ideò verò dicitur ſumi de corpore B. Petri, vel qvia ſuper altare D. Petro dedicatum benedicitur & conſecratur, vel qvia à Romana Eccleſia proficiſcitur, *c. 4. in fin. de elect. t. t. de auctor. & uſupallii Vid. Limn. jur. publ. l. 3. c. 3. num. 486.*

PRIMICERIUS. §. 1. *Primicerius* in jure canon. dicitur, Cantor ſeu Præcentor, ſic dictus, qvia primus in cera erat deſcriptus, in qva pſallentium ordo deſcribi ſolet. Qvamvis alii putant ſimplex eſſe vocabulum, non compoſitum, & *cerius* nihil ſignificare, ſed tantùm eſſe productionem ſive additamentum, *Vid. t. t. de offic. primicer.* Deſignari aliàs hoc nomine ſolet is, qvi in dignitate aliqva eminet, ſeu primus eſt: unde *Primicerius menſorum, Primicerius Fabricæ. Primicerius Notariorum, l. 1. Cod. de menſorum. l. 2. Cod. de fabricenſ.*

PROPRIETAS. §. 1. Cauſa *proprietatis* eſt, in qva principaliter agitur de proprietate ſeu dominio, vel qvaſi dominio, qvando ſcil. actor contendit ſe eſſe dominum rei controverſæ, Reus verò è contrario negat: & hoc voactur *Judicium Petitorium.*

PRÆBENDA. §. 1. *Præbenda* nomine venit aliqvando generaliter qvodlibet beneficium Eccleſiaſticum, & ſumitur pro ipſo titulo beneficii, *ut in tit. de præbend. & dign.* Aliàs propriè loqvendo *Præbenda* eſt Canonica portio, qvæ de communi bonorum proventuumqve Eccleſiaſticorum maſſa ſumitur, & prebetur ſingulis pro ſua portione, unde & Præbendæ nomen: accipiturqve pro patrimonio & reditibus ipſius beneficii, atqve ita acceſſio qvædam eſt ad titulum Canoniæ, *c. 8. 9. & 26. Gonz. ad R. 8. Cancell. §. 1. §. 5. n. 4.*

§. 2. *Differt Canonicatus Vel Canonia à Præbenda*, qvod *Canonia* ſit titulus ipſius beneficii, & qvoddam jus ſpirituale nec in commercium cadat: *Præbenda* verò conſiderata in abſtracto temporale qvid ſignificat. Ut tanqvam diverſa, Canonicatus & Præbenda unum ſine altero conferri poſſit, ſcilicet Canonicatus ſine Præbenda, qvamvis non ſine

ſine ſpe & expectatione proximè vacaturæ, & contra, per collationem Præbendæ non videatur collatus Canonicatus. Et tales Canonici (qvibus qvidem competit ſtallum in Choro, & vox in Capitulo, verùm anteqvam adſeqvantur Præbendam, non participant de communibus reditibus, fructibus ac juribus Canonicalibus) *honorarii* Canonicis appellantur, & *Canonici in herbis*, qvemadmodum Canonici præbendati dicuntur, *Canonici in floribus. c.Dilectus.19.de prabend. & dignit. c.ſi Clericus 11. eod.in 6. Staphil. de lit.grat. tit.De form. exſpect. Boet.Ep.Heroit.qq.lib.6.num.72.*

PAROCHIA. PAROECIA. §. 1. *Parœcia* Græca vox eſt à *παροικεῖν*, id eſt *cohabitare*, vel *juxta habitare*, ut Parœcia idem ſit qvod cohabitatio, vel vicinia, aut qvaſi ejusdem vicinia: item vicinorum, qvi unum aliqvod commune templum accolunt, & Sacramenta percipiunt, conventus. Qvamvis nomen Parœciæ *in tit. de Parœc. & alien. Parœcian.* non tantum pro qvolibet viciniæ conventu, qvi uni Parocho ſubjectus eſt, accipiatur, ſed etiam pro integra diœceſi. *Parochia* à Græco *παρέχειν*, qvod *Præbere* ſignificat, nomen habet: qvia Parochi ſuis Parochianis Sacramenta exhibere & præbere tenentur, *can.Bona XII.q.2.*

§. 2. *Parœcianus* vel *Parochianus* eſt, qvi intra Parochiæ limites habitat, animo ibidem manendi, ita ut ſit verè tranſlatus, non juris fictione, ſive audierit ibi divina, ſive non *can.1.diſt.28.& c.3. de ſepult. in 6.*

§. 3. *Parochialis Eccleſia*, Qvæ ſit, vid. ſub lit. E. voc. Eccleſ.

PRIMITIÆ. §. 1. *Primitia* ſunt primi fructus agrorum & arborum, vel ſunt oblationes primorum fructuum, DEO, ut bonorum omnium largitori, vel ejus Eccleſiæ debitorum, in uſum miniſtrorum Eccleſiæ, *vid. c.1. de decim.*

PROMOTIO. §. 1. *Promotus per ſaltum* dicitur, qvi prætermiſſo Ordine inferiori ad ſuperiorem aliqvem ſua negligentia adſcenderit: ut ſi nondum Diaconus ſacerdotio initietur, *add.tit. de Cleric.per ſalt.promot.*

§. 2. *Promotio furtiva* dicitur (1) qvando qvis ſine ordinatione & conſenſu Epiſcopi, vel ſine examine in multitudinem ordinandorum irrepit. (2) qvando admiſſus ad mino-

nores tantùm ordines unâ & eadem die etiam ſubdiaconatum ſuſcipit. (3) qvando qvis contra inhibitionem ſuperioris eodem tempore ad duos ſacros ordines ſuſcipiendos ſe ingerit. (4) in qvo per ſaltum ordinatur.

PARIES. §. 1. *Paries* eſt duplex, *murus* aut *materia*. Unde conſtat parietem eſſe tam publicarum, qvàm privatarum ædium ſtructuram omnem, qvæ à ſolo in altum ſurrexit ad ferendum onus tectorium, qvævè obducta ſtet ad interiora cum ædificii, tum qvæqve alia vacua obvallanda.

§. 2. *Murus* parietis ſpecies eſt, non qvidem propriè & per ſe, cùm propriè ſit civitatum & caſtrorum, *l. 9. § f. l. f. de R. D. §. ſancta, l. eod.* ſed per translationem, *l. 157. de V. S. l. ult. C. de ædib. priv.* cùm à muniendo dictus ſit; & qvamvis uno modo non fiat, nunqvam tamen ſine cæſis lapidibus olim extruebatur. *Parietes* autem fiunt plerumqve ex lapidum congerie, vel limo aut calce, gypſo aliave materia, pura ex cæmentis, lateribus, trabibus, ſtipitibus. Ideoqve paries, ſi ad muniendum hortum, ædesvè vel vineam, vel ipſis ædibus adhibeatur, ex cæmentis exſtructus, murus erit privatus.

§. 3. *Materia* erit paries, qvi ex alia materia, qvàm cæmentis & lapidibus ritè diſpoſitis, factus eſt, *l. pen. ff. comm. præd. l. 73. de contr. emt.* Neglectum & qvaſi per congeriem conjecti lapides in ripis, finibusqve agrorum, licèt per ſubſtructionem, non muri, non abſolutè parietes, ſed materiæ perhibentur. Qvemadmodum autem paries, cùm ſemper duobus paribus, vel à fronte vel à latere ſe conſpicientibus conſtet, etiamſi tetragonum aut hexagonum fiat: ita materia à longitudine nuncupata videtur; *Vid. Capoll. de ſerv. urb. præ. c. 79.* Qvamobrem *paries*, qvi vineam, qvi hortum ambit, vel inſulam munit, ſi murus non ſit, aut intermedius in ædificio aliqvo, vel à latere aut fronte ſit latiùs, qvàm altiùs patens, proprio ac ſpeciali ſuo nomine *maceria* appellabatur. Qvi *paries* ædibus junctus altiùs ſe extollit, qvàm in longum dimanat, impropriè maceria dicetur.

§. 4. *Parietes* varii ſunt generis, alii lateritii, & lapidei, alii arenati, marmorei, cæmentitii, alii calcati, loricati &c. Sunt deinde alii ſtructuræ univerſæqve domus corpus ambientes; alii interni, qvi ædes intus diſtingvunt ac ſeparant, di-

verſis nominibus varioqve uſu diſtincti: intergerini & media ni, vici, *l. parietem ff. de ſerv. urb. præd. Gœdd. ad l. 157 de V. S.*

PATRIMONIUM. §. 1. Pro re ſubjecta *patrimonium* ſæpe univerſas alicujus divitias, bona & ſubſtantiam univerſam ſignificat, *l.* 1. §. *item ſolent ff. de off. præf. urb. l. qvantum ff. qvod met. cauſ. l.* 3. §. *ſed l. ſi ex* §. 1. *de minor. l. cogi, ad SC. Treb. l. ſed & ſi* §. 1. §. *qvod de pet. her. l. 2. C. de his qvib. ut ind.* (2) interdum non ſolum cujusqve ſubſtantiam & familiam, & qvod habet; ſed qvicqvid in commercio eſt, vel eſſe poteſt, denotat, §. 1. *I. de rer. div.* (3) qvandoqve etiam illud tantùm, qvod à parentibus majoribusvè noſtris accepimus qvo ſenſu bona acqviſita Dd. opponunt patrimonialibus *Gœdd. ad l.* 5. *n.* 23. *de V. S.*

PERICULUM. §. 1. *Periculum* (1) generaliter qvidem qvodlibet ſignificat damnum, *l.* 4. *de per. & comm. rei vend.* qvo ſenſu dicitur, periculo noſtro res eſſe propter dolum culpamvè, *l.* 4. *Naut. caup. l.* 1. *& t. t. de per. & comm. rei vind. l. illud de lib. cauſ. l.* 25. *pro loc.* (2) Propriè verò ſignificat caſum fortuitum ſeu fatale damnum, *l.* 2. §. *ſi eo ff. de adm. rer. ad civ.* Suſcipiens in ſe periculum qvid præſtare teneatur, docet latè *Santerna tract. de Aſſecurat. part.* 4.

PERPETUUM. §. 1. *Perpetuum* (1) dicitur, qvod ſemper durat, ſeu continuè, *l ſervitutes ff. de ſervit.* (2) qvandoqve *perpetuum* dicitur, qvod durat ad vitam hominis, *l. pro ſoc.* (3) qvandoqve dicitur *perpetuum*, qvod durat usqve ad 30. annos, *Alex. l.* 1. *conſ.* 60. (4) Item *perpetuum* dicitur concedi donec penſio ſolvatur, §. *ad eo Inſt. de locat.* ſimiliter donec comparuit, *c. ex literis de conſt.* vel donec pœniteat, dicitur eſſe in perpetuo peccato. (5) *Perpetuum* etiam dicitur usqve ad tertiam generationem, *num.* 7. *cap.* 3. (6) Item qvæ tranſit ad ſucceſſores dicitur *locatio perpetua*, etiam tranſeat cum pacto renovationis, *c. nulli de reb. Eccl. non alien.* (7) *Perpetua conceſſio* dicitur facta dignitati, qvæ nunqvam moritur. (8) ad decem annos *perpetuum* qvandoqve dicitur (9) Ad centum annos extenditur *perpetuum* & non ultra *vid. Tuſchdit. D. concl* 36. *& lit.* P. *concl.* 312.

PERTINENTIA. §. 1. *Pertinentiarum* appellatio

v

veniunt non ſolùm ea, qvæ conſiſtunt in poſſeſſione, ſed etiam qvæ conſiſtunt in jure & jurisdictione, *Bald.l.1. conſ. 420.* *Et* veniunt appellatione *pertinentium* affixa rei, de qva agitur, item ea, qvæ proprio uſui rei ſunt deſtinatæ licet non affixa, *Alex. l.2. conſ.223.* Et *pertinentiarum* nomine veniunt, qvæ ſtatuto, conſvetudine, lege aut communi uſu loqvendi deputata & deſtinata ſunt, ut accedant. *Vid.latius Dom.Card.Tuſch. lit.P.concl.323.*

PLERUMQVE. §. 1. Dictio *plerumqve* freqventius in jure noſtro regulam denotat, qvæ aliqvam ſed rariorem pati ſoleat exceptionem, ut videre eſt in *§.fin.Inſt.de leg.patr. tut. l. cum virum ubi Gl. C.de fideicomm. l. 3. ff. de off.præf.urb. l. procuratoris. §. licet.ff.de trib.act. Gœdd. ad l.1.n.35. de V.S.* (2) Aliqvando denotat idem, qvod ſemper, *Tuſch. lit.D.concluſ. 332.*

POMUM. §. 1. *Pomum* generale nomen eſt omnium fructuum, qvi ex arbore eſui apti proveniunt, ſive molle, ſive duri ſint, *vid.l.205.de V.S.* Idqve iterum dividitur *in nucem & malum.Gœdd.ad l.20.de V.S.*

PORTUS. §. 1. *Portus* (1) notat inſulam, hoc eſt ædificium legitimo ſpatio à cæteris domibus mercium importandarum exportandarumqve gratia ſejunctum. (2) Hinc *portus* per Synecdochen in L. XII. tabb. pro qvalibet domo dicebatur. (3) *Stationes navium* dicuntur *portus*, *Vid. l.59. ibiqve Gœdd. de V.S.*

Statio verò eſt locus, ubicunqve naves tuto ſtare poſſunt, *l.1.§.ſtatio ff.de flum.* Schneidevv.*ad §.flum.n.3.Inſtit. de Rer. Div. Sixtin.de regal.l.2.c.4.n.1.& 2.*

§. 2. *Portorium* etſi à portu nomen habeat, & portus vectigal vocetur, *l.inter publica.§.f.de V.S.* tamen nonnunqvam & illud vectigal portorium nuncupatur, qvod pro tranſitu per pontem penditur, *l.cùm in plures.§.vehiculum.ff.locat.* Qvi verò exigunt portiorum, *portitores* à ſcriptoribus appellantur. Itidem vocantur & *redemtores*, ac comprehenduntur communi appellatione publicanorum, *d. §. vehiculum & l. in honoribus ff. de excuſ.mun. l.eum qvi ff. de V.S. l.1. §. publicani autem ff.de publ.& vectig. Sixtin. d. cap.4.n. 12.& ſeqq.*

§. 3. *Angiportum*, eſt legitimum illud ſpatium duo-

rum ſcil. pedum cum ſemipede, qvod ambitus qvoqve vocari ſolet, relictum inter inſulas ſeu portus atqve reliqvas domus contiguas, ut per id merces exportentur & importentur, *Gœdd. d. l. num. 6.*

POST. §. 1. Vox *poſt* contraria eſt voci *ante:* & qvemadmodum vox *ante* reqvirit, ut qvid præceſſerit, anteqvam nominata dies eveniat, ita vox *poſt* exactum tempus poſtulat, ut dies expreſſus præceſſerit, & abſolutus ſit, poſt qvem qvid dati fierive debeat, *Gœdd. ad l. 132. §. 1. n. 1. de V. S.*

§. 2. *Poſt*, hæc dictio adjuncta alicui termino, vel dilationi importat, ut dilatio præcedens totaliter ſit conſumta, ut ſi aſſignatur terminus poſt primam dilationem, ille terminus non currit, niſi totaliter conſumta prima dilatione, *Vid. Tuſch. lit. D. concl. 136.*

POSTERI. §. 1. *Poſterorum* appellatione de jure communi veniunt deſcendentes tam maſculi qvàm fœminæ, *l. qvod iis in fin. de leg. 3. junct. l. cognoſcere. §. 2. de V.* S. *Tuſch. lit.* P. *concluſ. 455.*

POTEST. §. 1. Verbum *Poteſt* regulariter inducit potentiam, non neceſſitatem, *l. non qvicqvid ff. de judic. Tuſch. lit.* P. *concl. 463.*

Interdum ponitur pro *Debet. text. & Gl. in l. 2. C. ubi in rem act. & in l. obſerv. §. poſthac. De offic. proc. Everh. à Middelburg. loc. leg. 93. n. 17.*

PRÆSTARE. §. 1. *Præſtare* nihil aliud eſt, qvàm prohibere, cavere & efficere, ne qvid fiat incommodi alicui, item rei eventum ſuo periculo recipere. Deinde *præſtare* dicitur, qvaſi præſto eſſe ſive ſiſtere, *Gœdd. ad l. 71. §. 1. num. 5. & 6. de V. S.*

PROVENTUS. §. 1. *Reditus* aut proventus eſt, aut fruges. *Proventus*, qvi modò etiam fructus, modò reditus dicitur, eſt, qvicqvid ſine peculiari cultura & plerumqve eadem ſtirpe redit: ejuſmodi ſunt poma, pyra, nuces, glandes, fœnum, *Gœdd. ad l. 77. n. 2. de V. S.*

PROGENIES. PROLES. §. 1. *Progenies* propriè dicitur ultra nepotes, impropriè verò accipitur etiam pro filiis & nepotibus. *Tuſch. lit.* P. *concl. 81.*

§. 2. Ap-

§. 2. Appellatione *prolis* ſoli deſcendentes continentur, *Tuſch. lit.* P. *concl. 907.*

PROPINQVI. PROXIMUS. §. 1. *Propinqvi ſeu Propinqviores* ſunt illi, qvi de jure civili vocantur ad ſucceſſionem bonorum ab inteſtato, *Tuſch.lit.*P.*concl. 914.*

§. 2. *Proximorum* appellatione non veniunt, niſi agnati, vel cognati: ideò *naturales*, qvi non ſunt agnati vel cognati, proximiorum appellatione non continentur. *Tuſch.lit.* P.*concl. 955.*

§. 3. *Proximior* dicitur, qvi nullum alium magis proximum habet in gradu, licet habeat æqvales proximos in eodem gradu; qvia ſatis eſt, qvod non excedunt eum in gradu proximiori, *Tuſch.d. c.955.*

§ 4. *Proximus* non ſemper dicitur relatè comparatione *remotiorum.* Nam & qvi *ſolus* eſt, qvemqve nemo antecedit, *Proximus* eſſe intelligitur, *l.92.l.155.de V.S.*

§. 5. *Proximè*, hæc dictio adjecta alicui tempori denotat extremitatem temporis; ideò ſi qvis faciat compromiſſum intra 30. dies proximè futuros, tempus currit de momento ad momentum, *Tuſch.lit.D.concl.348.*

§. 6 In duas diœtas non dicitur *locus remotus.* Conſtat autem qvod centum milliaria dicatur locus propinqvus, *l. 14. C.de Epiſc.& Cler.* Unde habentes jurisdictionem in territorio coherente mari, dicuntur habere jurisdictionem etiam in mari, & in inſulis, qvæ ſunt in mari vicino usqve ad centum miliaria, *Capoll.de Serv. ruſt.c.20. n.13.*

PARITER. PER. PENITUS. §. 1. *Pariter* hæc dictio importat paritatem juris, *c.Venerabilem* §. *qvod autem De elect.* (2) aliqvando importat idem tempus, & idem momentum, aliqvando idem tempus ſed diverſum momentum. (3) Importat idem, qvod communiter, *c.cùm olim circa fin. de ff. deleg.Tuſch.lit.D. concl.323.*

§. 2. *Per*, hæc dictio importat de ſui natura continuationem. (2) perfectionem, ideò teſtes deponentes, qvod qvis poſſedit per annum, intelligitur per annum perfectum, & finitum. (3) denotat cauſam efficientem. (4) Præpoſitio *per* ſignificationem auget, & integrum qviddam denotat. Sic ædificia perfeciſſe dicitur, qvi conſummavit, ut in uſu eſſe poſ-

ſint, *l.*139.§.1 *de V.S. add.l.*22.*de aur.l.*g.*l.*166.*§.*1.*de V.S. ibiq;* *Gædd, num. 3.*

§. 3. *Penitus* eſt dictio præciſa, qvæ nullam modificationem, ſeu reſtrictionem admittit. Et operatur in totum, ac importat idem qvòd omninò, *Tuſch.d.l. concl.* 325.

PLENUM. §. 1. *Plenum* cui nihil poteſt addi, & à qvo nihil poteſt minui. (2) *Plenum* dicitur, videlicet, validum. (3) item plenum dicitur omnia neceſſaria & utilia comprehendens.

§. 2. *Plenarium* dicitur, qvod adjectione non indiget. *Pleniſſimum*, importat idem qvod omni meliori modo. *Pleniſſima ſecuritas* data, dicitur, cui nulla obſtat exceptio, & contra qvam nulla datur reſtitutio, alias non diceretur pleniſſima.

§. 3. *Pleno jure* importat in proprietate; & poſſeſſione, vel uſufructu (2) idem eſt ac cum omni integritate, ſine diminutione, *Tuſch.lit.D.concl* 329. *& ſeqq.*

POSTEA. PRÆSERTIM. §. 1. *Poſtea*, hæc dictio denotat tempus, qvo ſuperiùs narrata fuerunt verificata, vel impleta, & ex ea inducit mens diſponentis, ut ubi non conveniunt verba, non etiam habeat locum diſpoſitio, *Alex. l.*2.*conſ.* 141.*num.* 2. *&* 3.

§. 2. *Præſertim* propriè ponitur comparativè, & ſignificat idem, qvod *maximè*. (2) Qvandoqve impropriè ponitur pro taxativa *tantùm.Tuſch.lit.D.concl.* 338.

PRÆDICTUS. PRÆSUMAT. §. 1. Dictio *Prædicti*, ſeu *Prædicta* eſt relativa, & importat repetitionem præcedentium omnium cum omnibus ſuis qvalitatibus, *Natt. conſ.* 204. *n.*11. *circ.fin. Tuſch.lit.D concl.*337.

§. 2. *Præſumat* hoc verbum importat, qvod qvis non faciat actum authoritate propria, ſed cum authoritate Superioris, *c. decernimus de jud. Alex.l.*4.*conſ.*133.*n.* 9.

PRÆTER. PRIUS. PRO. §. 1. *Præter legem* dicitur fieri, qvod fit extra diſpoſitionem legis, & ideò differt à dictione, *contra.* (2) Si tamen fiat conſtitutio certam determinationem faciens, & ſubjungatur, qvòd ſi qvis præter hanc conſtitutionem fecerit, intelligitur, pro *contra.* (3) Si verò ponitur poſt orationem perfectam, ſive affirmativam, ſive negati-

gativam in eadem oratione continuativa, dictio, *præter*, exponitur pro *ultra*. (4) Aliqvando hæc dictio impropriatur, & ſumitur pro *ſine c. cùm dilectus de relig.dom.* (5) Si verò ponitur in oratione affirmativa poſt genus, vel aliud, de cujus natura non includeretur id, qvod poſt dictionem *præter*, ponitur, & tunc habet virtutem incluſivam, *c.Ebron.13.q.2. Vid. Tuſch.lit.D.concl.140.*

§. 2. *Prius* hæc dictio in ſententia qvandoqve importat formam præciſam, qvando debitum eſt liqvidum, ſi verò eſt liqvidandum, prout ſi dicatur, refectis prius expenſis, ſufficit fidejuſſio, *Tuſch.d. l.concl.*341.

§. 3. *Pro* denotat cauſam finalem. Hæc dictio varios habet ſignificatus ſecundùm ſubjectam materiam, *Vid.Tuſch.d.l.concl.342.*

PROMITTO. §. 1. Hæc dictio, *promiſit*, importare poteſt pactum nudum, & ſtipulationem: ideò ſi ponitur in inſtrumento, qvod Titius promiſit Sejo intelligitur per ſtipulationem, ut præſumatur ſolennitas, & detur actio, *Card.Tuſch. lit.D.concl.344.*

§. 2. *Promiſſio* tam pactum, pollicitationem, & qvamlibet aliam conventionem ſignificat, qvam ſtipulationem, *l. 19. §. 1. & ſeqq. ff. de ædil.edict. l 3.ff. de pollicit. l. 2. l.3.l. f. de aleator. l.25. l.33. l.37. l.40. §.pater.ff.de pact. l. Titia.§ pen. de V.O l.1.ff.de jur.dot.* Unde rei promittendi dicuntur omnes, qvi aliqva conventione ſunt ſimul obligati, *ut videre eſt tot. tit. ff. C. & Inſtit. de duob. reis.* Ideoqve pro re ſubjecta, ut qvælibet alia, hoc verbum eſt interpretandum, modò de pacto, modò de alio aliqvo contractu: modò etiam de ſola ſtipulatione, *l. ſi mandat.§. fin. ff. de mand. Gœdd. ad l.7. num.20. ff. de V. S.*

§. 3. *Promiſſio à Pollicitatione* differt, qvia *illa* eſt verbum relativum, cum interrogationem præſupponat, *arg. §.16. J. de Inutil.ſtipulat. Hæc* autem verbum abſolutum, cum ſine interrogatione ſpontaneum offerentis promiſſum contineat.

PROPE. PROPTER. PROUT. *§. 1. Prope* refertur ad modicum, & ideò teſtis deponens eſſe prope 20. annos, intelligi debet de modico minori, *Angel.conſ.127.n.2.*

§. 2. *Propter* importat nedum cauſam proximam, ſed etiam cauſam remotam, ac idem denotat qvod dictio *occaſione*.

§. 3. Importat relationem, ſimilitudinem & etiam identitatem, *Vid. Tuſch. lit. D. concl. 347.*

QVE. §. 1. Dictio *Qve*, ita copulat ſicut dictio cum, *l. 124. de V. S.* Interdum tamen ponitur pro disjunctiva, *l. 53. ff. de R. J. Everh. à Middelburg. loc. leg. 109. n. 16.*

QVÆSTIO. §. 1. *Facti qvæſtio* eſt, cùm de facto, de qvo fortè nondum liqvet, qværitur & lis eſt, *l. cum qvem. §. 1. de judic. l. 1. §. 1. ad SC. Turp l. 24. de R. J.*

§. 2. *Qvæſtio juris* eſt, cùm de jure qværitur, qvodnam ex facto debeatur in præſenti caſu, vel cùm qværitur, ſecundùm leges, rectè & jurevè factum ſit, fierivè potuit, vel non: & qvid jura legesqve ea de re ſtatuerint, ut ſi conſtet, Mævium occidiſſe Cajum, & qværatur an jure occiderit vel non, & qva pœna afficiendus.

§. 3. In eo facti qvæſtio à juris qvæſtione maximè differt; qvòd in hac, cùm jure certa & expreſſa ſit, in judicis poteſtate & arbitrio poſitum non eſt, qvid ſtatuat, qvomodo ſuum cuiqve tribuat, qvomodo ſententiam ferat, & ut ejus fert opinio & affectio inclinat, jus dicat, ſed ſecundùm leges, jura & conſvetudines approbatas, *Auth. hodie C. de jud. c. Vendentes de jurejur. Gail. 1. Obſ. 103. num. 14.* Facti verò qvæſtio tota ſemperqve eſt in arbitrio judicis, *l. 1. §. 1. ad SC. Turpil. l. ordine ff. ad municip. Vid. Rosbach. proceſſ. judic. tit. 1. num. 43. & ſeqq.*

Porrò *qvæſtio juris* expediebatur apud Magiſtratum, qvi actionem & judicem dabat, formulamqve præſcribebat; *qvæſtio facti* verò apud judicem à Magiſtratu datum, qvi in facti veritatem inqvirebat: *Illud* perficiebatur jus dicendo; *hoc* judicando; In *illo* nulla erat actio, ſed poſtulatio, qvà facultas agendi peteretur; in *hoc* erat actio, qva qvis facultate iſtâ data utebatur: In *illo* de futuro judicio conſtituendo agebatur; in *hoc* de negotio ipſo controverſo; in *iſto* ſpecimen & inſtar litis futuræ edebatur: in *hoc* lis omnis planè expediebatur: In *illo* qvæſtio ſuper facto nulla erat, ſed factum præſupponebatur, atqve de eo, qvid juris erat, qværebatur; in *hoc*

omnis

omnis & ſola de facto qvæſtio erat, *Vultej.lib. 2. Juriſpr. Rom. cap. 26. per tot.*

QVODAMMODO. §. 1. Dictio, *qvodammodo*, improprietatem denotat, *l. 4. §. 1. ubi Bart. ff. de edend. l. 1. ubi Bart. ff. Rer. amot. gl. in l. 34. ubi Caſt. n. 2. De acq. poſſ. Jac. Ajrer. proc. p. 1. c. 10. obſ. 3. n. 55.*

QVÆSTOR. §. 1. *Qvaſtor Cameralis* eſt, qvi rei pecuniariæ in Camera Imperiali præeſt, *Ord. Cam. pag. 1. tit. 40. Roding. Pandect. Cam. libr. 4. tit. 7.* Pfennig-Meiſter.

QVERELA. §. 1. Lites ad judicium Cameræ deferuntur vel per *viam ſimplicis qverelæ*, vel per *viam provocationis*. Viam *ſimplicis qverelæ* vulgò dici putant reſpectu *provocationis*, utpote qva non unica & ſimplex, ſed multiplex qverela ad judicem deferatur, vel qvia hæ ſimpliciter, illæ verò relatè conſiderentur. Hanc viam vulgò *primam inſtantiam* appellant. *Roding. Pand. Cam. l. 1. tit. 4. §. 2.* Cauſæ qvæ per viam provocationis ad Cameram devolvuntur interdum ſolent vocari cauſæ *præparatæ qverelæ*, vulgò nominantur *cauſæ Appellationis* ſeu *ſecundæ Inſtantiæ*.

§. 2. Obſervandum, qvod nomen *Cauſæ Simplicis Qverelæ* accipiatur (1) *Latè*, qvatenus comprehendit cauſas Citationis & Mandatorum, atqve Cauſis appellationis opponitur, R. A. 1654. zu Abkürtzung / 127. (2) *Strictè*, qvatenus etiam cauſis Mandatorum opponitur, ſolasqve cauſas Citationum continet, R. A. 1655. §. Dieſem nechſt 4. §. ingleichen 82. & §. Wie nun ſolches 106. *Jac. Blum. proceſſ. Cameral. tit. 25. §. 67.*

QVIDEM. §. 1. Vocula, *qvidem*, ἐπιχώρησιν qvandam, ſive conceſſionem denotat. Exemplum eſt *in l. 2. ff. Stellionat.* in qva Ulpianus ait, *Stellionatus judicium famoſum qvidem non eſt, ſed coërcitionem extraordinarium habet.* Qvaſi dicat Ulpianus: Datô, conceſsô, Stellionatus judicium non eſſe famoſum, habet tamen coërcitionem extraordinariam, *Wiſſenbach. 1. ff. diſputat. 11. th. 23.*

QVANDOCUNQVE. QVÆCUNQVE. §. 1. *Qvandocunqve*, hæc dictio comprehendit omne tempus, *Tuſch. lit. D. concl. 349.*

§. 2. *Qvæcunqve* eſt dictio univerſalis, & ideò de ſui na-

tura omnia univerſaliter includit, *c. ſolit.a de maj. & obl.* Niſi profertur in materia, in qva per aliqvod jus illa materia ſit reſtricta, vel recipiat exceptionem,qvia regulatur ſecundùm naturam illius juris, *Tuſch.d.l.concl.*351.

QVIA. QVOAD. QVOMODOCUNQVE. §. 1. *Qvia* eſt dictio, qvæ importat cauſam pro certo & conſtanti; niſi apponatur juncta verbis dubitativis, puta *qvia dubito de hoc, tibi lego* tunc importat conditionem. (2) aliqvando importat idem, qvod dictio,*cum*,vel *qvando*.

§. 2. *Qvoad* idem importat, qvod *donec*, *qvamdiu*, vel *qvousq;*, ut ſint temporales, non perpetuo excluſivæ, *Anchoran. conſ.220. num.4.* (2) Dictio *qvoad*, relata ad tempus eſt limitativa temporis,*Cravett. conſ 326. n.8.lib.3.* (3) Conditionem important verba, ſi dicatur; *qvoad dotes petierit uxor, lege annua centum,* qvia intelligitur donec petierit. *Cravett. conſ.966. n.11. lib.5.* (4)aliqvando reſtringit diſpoſita, ut ſi conceſſio fiat qvoad expreſſa, importat qvantum ad expreſſa, & ſic dictio *qvoad* denotat *qvantum.*

§. 3. *Qvomodocunqve*, *qvomodolibet*, *qvalitercunqve* & ſimiles, ſunt dictiones importantes omnem modum,& ideò ſi adjiciuntur alicui diſpoſitioni univerſali, includunt univerſaliter omnes modos, *Gemin.conſ.22. num.4. Ruin. l. 2. conſ. 77. num.7.* Et nedum omnem modum,ſed omnem qvalitatem demonſtrant, ita ut nihil videatur exceptum, dummodo ex ſignificatione termini, cui adjungitur hæc clauſula, hoc poſſit venire, *Tuſch.lit.D.concl. 355.*

QVONDAM. QVOQVE. QVOTIES. §. 1. *Qvondam* ſignificat tempus præteritum,præſens & futurum; Sed tamen ſecundùm communem uſum loqvendi importat præteritum, & ſic perſonam defunctam, cui adjicitur,*Tuſch. lit. D. concluſ.356.*

§. 2. Dictio *qvoqve* eſt copulativa, & inducit repetitionem præcedentium, *Oldrad.conſ.103.*

§. 3. *Qvoties*, ſi non reperiatur reſtricta, importat univerſaliter poteſtatem variandi. *Gemin.conſ.97.*

QVISQVIS. SI QVIS. §. 1. Verbum hoc, *ſi qvis* tam fœminas, qvàm maſculos complectitur. *l.1.ff.de V.S.l.1.l.3.§.1.* de

de neg geſt. l.1.§.1.de conſt. pec. l.7 pr. junct. §. 1. *ff. de juriſd.* Etiam in odioſis & pœnalibus, *d.l.7.pr. junct.§.1.l.2. l.9. ad L. Aq.l.1.§.28.§ 32.ad SC. Sillan.*

QVANTI EA RES ERIT. § 1. Inter hæc verba, *Qvanti ea res erit*, vel, *Qvanti eam rem eſſe patet*, nihil intereſt: in utraqve namqve clauſula placet veram rei æſtimationem fieri, *l.79.de V.S.*

§. 2. Hæc verba, *qvanti eam rem patet eſſe*, non ad id, qvod intereſt, ſed ad rei æſtimationem referuntur, *l. 193. de V. S.*

§. 3. Hæc verba, *qvanti ea res eſt*, ut poſt Menoch. notat Friederus aliqvando ſignificant (1) ipſius *partis intereſſe*, ut qvanti intereſt creditoris poſſeſſionem habere, ut ei qvi prohibuit in tantum condemnetur, *l. 1. §. 5. Ne vis fiat ei, qvi in poſſ.* Hocqve fit, qvoties de familiari perſecutione agitur, ut in interdicto uti poſſidetis, *l. 3. §. 11. ff. uti poſſ.* & aliis actionibus, *l. 52 qvod met. cauſ. l. 4. qvi ſat. cog. l. 4. de damn. inf. l. f. Si qvis in jus voc. l. 2. de prætor. ſtip.* Nonnunqvam (2) ea verba ad æſtimationem delicti referuntur, qvando actio continet perſecutionem fiſci vel magiſtratûs, ut in actione pœnali, Si qvis jus dic. non obt. *l. 1. Si qvis jus dic.* Interdum (3) qvando de æſtimatione ipſius rei controverſia agitur, non verba, qvanti ea res eſt, ſed qvanti res erit ab actore æſtimata, uſurpari ſolent, *l. pen. Ne qvis eum qvi in jus voc. D. Hahn. ad Weſenbec. tit. Ne vis fiat ei qvi in poſſeſſ. num. V.*

QVERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI. §. 1. Eſt actio qva ritè qvidem, ſed iniqve exheredatus præteritusvè petit, ut teſtamentum, qvo is à jure hæreditario, ſibi competente, excluſus reſcindatur, ipſe heres ab inteſtato declaretur, ac proinde iſto teſtamento ſcriptus hæres ad hæreditatem, qvam poſſidet, reſtituendam condemnetur, *§. 1. J. de inoff. teſt. l. 2. 3. 4. 5. ff. eod. l. 3. C. de petit. her.*

QVARTA. §. 1. *Qvarta D. Pii, S. arrogati*, qvæ à D. Pio introducta, dicitur, cùm impubes causâ cognitâ arrogatus, ſine cauſa tamen emancipatur: tum qvartam bonorum arrogatoris cum ſuis bonis obtinet, *l. 8. §. 15. de inoff. teſt. §. 3. J. de adopt. l. 22. eod.*

§. 2.

§. 2. *Qvarta Falcidia* dicitur in jure, qvam heredes beneficio legis Falcidiæ retinent ex legatis, ſi fortè amplius dodrante in iis conſumtum eſt à teſtatore, *l.* 1. *& paſſ. ff. & C. de L. Falcid.*

§. 3. Hæres, ſponte reſtituens, ſi totam hereditatem juſſus ſit reſtituere vel ultra dodrantem gravatus ſit, detrahere & retinere tantùm poteſt, ut ipſi qvarta hæreditatis pars ſit ſalva, qvæ vocatur Trebellianica, §. 7. *de fideic. hæred.*

§. 4. Alia eſt qvarta, qvæ vocatur *legitima*, *Vid. lit. L.*

QVASI. §. 1. *Qvaſi* partim denotat ſimilitudinem, partim improprietatem, *Tuſch. lit. D. concl.* 350.

IN QVANTUM. QVATENUS. §. 1. *Tò* in qvantum ſeu qvatenus dupliciter uſurpatur Philoſophis; reduplicativè ut loqvuntur & ſpecificativè. *Reduplicativè* ſumitur, qvando illud, qvod ſeqvitur immediatè reduplicationem, notatur eſſe cauſa formalis & præciſa inhærentia prædicati ad ad ſubjectum. *Specificativè* ſumitur, qvando illud qvod ſeqvitur reduplicationem immediatè, accipitur tantùm ſecundùm ſuam rationem formalem ſine præciſione cauſalitatis inhærentiæ prædicati ad ſubjectum, *Vid. Sutholt de jurisdict. aphor.* 179.

QVOVIS MODO. QVOUSQVE. §. 1. *Qvovis modo & qvoqvo modo*, ſunt dictiones univerſales, qvæ includunt omnem formam, omnem modum, tam principalem & directum, qvàm incidentem & indirectum, *Alex. libr.* 7. *conſ.* 95. *Gemin. conſ.* 29. *Angel. conſ.* 288. *num.* 3. *Tuſch. lit. D. concl.*

§. 2. Dictio *qvousqve fuerit ſatisfactum*, importat reintegrationem facta ſatisfactione, *Caſtrenſ. l.* 1. *conſ.* 237.

ROMA. §. 1. Ut Alfenus ait, urbs eſt *Roma*, qvæ muro cingeretur: Roma eſt etiam qvæ continentia ædificia eſſent. Nam Romam non muro tenus exiſtimari, ex conſvetudine qvotidiana poſſe intelligi, cùm diceremus, Romam nos ire, etiamſi extra urbem habitaremus, *l.* 87. *de V.S.*

§. 2. Urbis appellatio muris, *Roma* autem continentibus ædificiis finitur: qvod latius patet, *l.* 1. *pr. de V.S.*

§. 3. Qvi in continentibus urbis nati ſunt, Romæ nati intelliguntur, *l.* 147. *de* V. S.

§. 4.

§. 4. Ædificia *Roma* fieri etiam ea videntur, qvæ in continentibus Romæ ædificiis fiunt, *l. 139. de V. S.*

RATIO. §. 1. *Rationis vocabulum* in jure vel (1) pro definitione vel ipſa vi ac potentia ratiocinatrice capitur. (2) freqventer denotat librum rationis ſive Rationarium, Regiſter/ Rechnungs-Buch/ *l. 6. §. 3. de edend. l.* 47. §. 1. *de pact.* (3) interdum qvoqve Calendaria, diaria, ſeu ephemerides, & adverſaria, codices rationum; itemqve ſi qvæ in delitiâ chartâ, aut oropiſtographo ſcripta ſunt, hoc nomine continentur, *Vid. Calvin. in Lexic.*

§. 2. *Rationes* ſunt, ultrò citroqve dandi, accipiendi, credendi, obligandi, ſolvendi ſui cauſa negotiatio, *l. 6. §. 3. de edend.* Vel, Ratio eſt, qvæ data & accepta continet.

§. 3. *Edere, & Reddere rationes* Differunt, *l. 89. §. 2. de V.* S. *Edit rationes*, qvi cum die & conſule rationes offert inſpiciendas, legendas, computandas, diſpungendas, qviqve libros rationum tradit, *l. 1. §. 2. l. 6. §.* 7. *l. 10. §. 2. de edend. l. 56. pr. de V. S.*

Reddit rationes, qvi præterea etiam ſolvit *reliqva*, id eſt, id qvod, collatis inter ſe acceptis & expenſis, ſubductoqve calculo, adhuc deberi compertum eſt, *l. 69. §. 4. de evict. l. 32. de cond. & dom. l.* 8. § 5. *de lib. leg.* Redditio rationum incipit à facto, id eſt computatione & diſpunctione rationum, & deſinit in pecuniæ *dationem, l. 82. de cond. & dem. l. 3. §. 6. de ſtatu lib.* Si autem *Expenſi* rationem cum rationibus *Accepti* qvadrant, hæc *Pariatio* dicitur, *l. ult. §. 3. de cond. indeb. l. 81. de cond. & dem. l.* 4. §. 1. *de manum.* Cui opponitur *Reliqvat* o, *l. 44. §. 1. l. 46. pr. de adm. tut. l 102. §. 2. de ſolut. D. Wiſſenb. ad l. 89. §. 2. de V. S. & ad l. 56. th. 10. de V.* S. *Stephan. de juriſd. l. 2 p. 2. c. 2. n. 221.*

§. 4. *Actio de rationibus diſtrahendis* eſt, qvæ datur pupillo ſcil. propter rem pupilli illis interverſam, ſeu diſtrahendis ac dirimendis controverſiis circa rationes de pecunia pupilli intercepta, *l. 1. §. 21. 22. l. 2. pr. de Tutel. & rat. diſtr.* Eſtqve actio hæc ex delicto in duplum pœnalis non pura ſed mixta, *l. 1. §. 23. l. 2. §. l. 2. ff. d. t.* Eadem actio & qvidem utilis contra curatorem competit, *lib. 3. Cod. eod. junct. Rubr. ff. dict. t.*

§. 5.

§. 5. *Rationes Expuncta* dicuntur, cùm ultima manus diſpunctioni eſt impoſita. *Expungere* enim eſt, punctis circumducere, & tollere, & qvaſi rem jam confectam eximere è codice, *Vid.l. 8. §. 1. de adm. rer. ad civ. l. 1. §. 1. de div. & temp. præſcript.*

Sic Plautus inqvit; Nunc qvod reliqvum reſtat, volo perſolvere, ut expungatur nomen meum, ne qvid debeam. *Diſpungere* nihil aliud eſt, qvàm conferre data & accepta, h.e. diſcutere calculi beneficio, qvantum adhuc debeatur, deductis & delibatis iis, qvæ exſoluta ſunt, & rurſus annotatis iis, qvæ reliqva ſeu debita manent, ut & illa ſolvantur, *Stephan. de juriſdict. l. 2. p. 2. c. 3. n. 206. & ſeqq.*

REDDERE. §. 1. Verbum *reddendi* qvanqvam ſignificatum habet *retrodandi*, recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem, *l. 94. de V. S. l. 21. de leg. 2.*

REFICERE. §. 1. *Facere & reficere* inter ſe maximè differunt. *Facere* enim is dicitur, qvi de novo facit: vel qvi facit, antiqvam faciem immutat. *Reficere* verò eſt antiqvum reſtaurare, & aliqvo remedio adhibito ſuſtinere, *l. 1. §. ſi qvis ædificium ff. de oper. nov. nunc. l. 3. §. reficere ff. de itin. actuq. priv.* & reficiendo priſtina forma non immutatur, *l. 1. §. reficere ff. de rivis.* Qvod ita demum procedit, ſi aliqva adhuc extat forma illius antiqvi ſtatus: ſecus ſi ex toto deſtructa eſt, nam tunc non dicitur refici, ſed de novo fieri, *Menoch. retin. poſſ. remed. 5. n. 106. qv. 4. Oldendorp. claſſ. 1. act. 6. qv. 7.*

RELIQVI. §. 1. Poteſt *reliqvorum* appellatio, & *univerſos* ſignificare, *l. 95. de V. S.*

§. 2. Cæterorum & *reliqvorum* appellatione etiam omnes continentur, ut Marcellus dixit, circa eum cui optio ſervi legata eſt, cæteri Sempronio: nam tentat, ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere, *l. 150. de V. S. l. 17. de opt. leg.*

RESIDUUM. §. 1. *Reſidui* commemoratio etiam *totum* admittit, *l. 2. in f. C. de her. inſt. add. Tuſch. lit. R.*

RAPTUS. §. 1. Eſt crimen publicum, qvod committitur vi abducendæ libidinis causâ perſonam honeſtam, *Vid. l. un. C. de rapt. virg. Ord. Crim. art. 118. Dn. Carpzov. 1. qv. criminal. 40.*

RE-

REPUDIUM. §. 1. Vox *Repudii* generalior eſt qvàm divortii. Repudium enim non modò ſponſæ fit, *l.191. de V. S.* ſed & uxori, *l.un.§.15. C.de rei ux. act.l.191. §.1. de V. S.l.12. de rit.nupt. l.pen.ad L.Jul.de adult.* Divortium autem propriè fit inter conjuges, *l. 2.de divort. d.l.191.de V.S.*

§. 2. *Repudiatio* eſt actus, per qvem qvis non vult acqvirere in iis, qvæ pendent à ſola voluntate repudiantis, *Caſtr. l.1. conſ.393.*

RUBRICA. §. 1. *Rubrica* idem eſt, qvod *Titulus l.2.§.3. π. de interdictis.*

§. 2. *Rubro* opponitur *Nigrum. Nigrum* autem dicimus id ipſum, qvod titulo ſubjectum plenius id, qvod titulus, promittit, exponit.

RUSTICUM. §. 1. *Urbana familia & ruſtica* non loco ſed genere diſtingvitur: poteſt enim aliqvis diſpenſator non eſſe ſervorum urbanorum numero; veluti is, qvi ruſticarum rerum rationes diſpenſat, ibiqve habitet, non multum abeſt à villico. Inſularius autem urbanorum numero eſt. Videndum tamen eſt, ipſe dominus qvorum loco qvemcunqve habuerit: qvod ex numero familiæ & vicariis apparebit, *l.166. pr. de V. S.*

§. 2. Prædia *urbana à ruſticis* non loco differunt, ſed uſu & qvalitate, *§.1.l.de ſervit. præd.l.1.ff.comm.præd.*

RUTA, CÆSA. §. 1. *Ruta, cæſa,* non ſeqvuntur emtorem fundi vel ædium, *l. 6. §. 2. de contr. emt. l.17. §.6.de act. emt.*

§. 2. *Ruta* ſunt, qvæ eruta ſunt, ut arena, creta, & ſimilia. *Cæſa* verò, ut arbores cæſæ carbones, *d.l.17. Vel ut Scævola inqvit in l.241. de V.S. in rutis cæſis ea ſunt, qvæ terra non tenentur, qvæq; opere ſtructili tectoriove non continentur*: qvod noſtro idiotiſmo ſic effertur, was nicht Erd- und Nagelfeſt iſt/ *Wiſſenb.ad d.l. 241.*

RATIHABITIO. §. 1. Eſt nihil aliud qvàm negotii geſti ex juſto intervallo ſubſeqvens approbatio. Paulo aliter Ulpiratione ſubjectæ materiæ, *in l.12.§.1.ff.Rom. rat. hab. Germ.* Genehmhabung/ Genehmhaltung. Ratum habere eſt, genehmhalten/ genehmhaben/beſtettigen/ befeſtigen / *Beſold. in theſ. pract. verb.* Genehmhaltung.

§. 2. De-

§. 1. Deſcendit *Ratihabitionis* Vocabulum ex voce *Ratum*, id eſt, firmus, & verbo *habere*, ut adeò ratum habere nihil aliud ſit, qvàm confirmare ſive approbare id, qvod geſtum eſt, Germ. Genehmhalten.

RECEPTATOR. §. 1. *Receptationis reorum* crimen committit, qvi latrones ſeu aliis criminibus obnoxios ſciens dolo malo ſuſcepit, occultavit, qvivè cum apprehendere poſſet pecunia acceptâ vel ſurreptorum parte dimiſit, *Vid. l. 1. l. 2. & t. t. C. de his qvi latron. vel al. occultav. t. t. de receptator.*

RECONVENTIO. §. 1. Eine Gegen-Klage/ *Ord. Cam. p. 3. tit. 30.* Eine Wieder-Klage/ *Conſtitut. Elect. Sax. 7. p. 1.* Eſt nihil aliud, qvàm actio Rei conventi adverſus actorem durante conventionis judicio, viciſſim ſub eodem judice legitimè inſtituta, *vid. l. pen. pr. C. de fruct. & lit. expenſ.* Vocatur etiam mutua petitio, *l. 11. C. rer. amot. t. t. X. de mut. petit. l. 11. §. 1. de juriſd. Vid. Giſib. tract. de Reconvent.*

§. 2. *Reconventio* dividitur in *propriè & impropriè* dictam: *Illa* eſt actio ipſi actori à Reo convento dictata coram eodem judice ſimultaneo proceſſu expedienda, *Umm. diſſ. 10. theſ. 1.* Atqve ea opponi debet ante L. C. vel poſt proximâ aut ſecundâ Audientiâ, tunc enim ſimul & alternatim cum cauſâ conventionis diſceptatur: ſerius ante tamen cauſæ concluſionem propoſita, ſeparato proceſſu peragitur, *Ord. Camer. p. 3. tit. 30.* Et hæc vocatur reconventio impropriè dicta, *Umm. d. 10. n. 19. in fin.* differtqve in eo ſolo à reconventione propriè dicta, qvòd illa ſeparato proceſſu diſceptetur, hæc verò proceſſu ſimultaneo ac unâ ſententiâ decidenda veniat, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 40. num. 12.*

REDHIBITORIA ACTIO. §. 1. Eſt, qvâ emtor agit contra venditorem ejusqve hæredem, ut rem *vitio* affectam (*cum fructibus, cauſa & acceſſionibus oblatum, l. 31. §. 17. & ſeqq. l. 21. Add. Bacchov. ad Weſenbec. num. 9. de adil. edict.*) reſtituto pretio recipiat, ac ſi ſciverit Intereſſe præſtet, *l. 13. de act. emt.* ſin contumax fuerit, duplum ſolvat, qvo reſp. actio arbitraria eſt, *l. 23. §. 4. l. 45. de adil. ed. & redhib.*

RELEGATIO. §. 1. *Relegatorum* duo ſunt genera: aut certa inſula aſſignatur, aut non: ſed provinciis tantùm inter-

interdicitur. Si aſſignatur, eſt deportatio, *l.7.pr.de inter. & releg. & deport.* qvæ tollit jus civitatis. Si non aſſignatur, eſt relegatio, qvæ fit vel in perpetuum, vel ad certum tempus, ſed neqve civitatem, neqve patriam poteſtatem, neqve bona, neqve ſucceſſiones, aut alia jura adimit; niſi qvod ejus, qvi in perpetuum relegatus, pars bonorum publicari poſſit, *l.1.l.4. 7.14.d.t.l.8.C.de pœn.* Relegatio hodie triplex eſt, in perpetuum Ewige Verweiſſung/ ad tempus certum, & auff künfftige Erlaſſung/ *D.Hahn.ad Weſ.de pœn.n.7.*

ROTULUS. §.1. *Rotulus* appellatur Codex relationem Commiſſarii, tenorem Commiſſionis, citationes teſtium, dicta teſtium (*alioqvin nominata atteſtationes*, Zeugen Außſage/) ac reliqva in actu examinis in univerſum geſta continens. Sic dictus à Rota, ſine dubio ideò, qvia forſan olim ille Codex inſtar Rotæ in ſuos orbes convolutus fuerit, *Jac. Blum. proc.Cam. tit.73.n.93.*

REMISSIO CAUSÆ. §.1. Imperator ſi in juriſdictione Cameram præveniat, poteſt & qvoqve ſolet cauſas ad Cameram remittere, eiqve mandare ut in illis juſtitiam adminiſtret, *Gail.1.Obſ.11.n.ult. & O.121. in fin.* E contra verò Camera cauſas ad judicium Aulicum remittere neqvit. Hæc autem remiſſio cauſæ, qvæ fit ab Imperatore, non eſt delegatio, ſed tantùm Juriſdictionis ordinariæ excitatio: qvia quando Princeps ordinario Judici in communi forma reſcribit, ut in hac vel illa cauſa juſtitiam adminiſtret, vel jus exeqvatur, non facit illum delegatum, ſed ordinarium relinqvit excitando ejus juriſdictionem, niſi adjiceretur, *jure vel authoritate noſtra, Gail. 2. Obſ. 1. num.7.* Hinc qvando Imperator Cameræ mandat, ut in hac vel illa cauſa juſtitiam adminiſtret, non cenſetur delegare cauſam, ſed potiùs Cameræ juriſdictionem ordinariam excitare, *Gail.1.Obſ.42.n.6.*

§. 2. Notari poteſt & differentia inter *Remiſſionem & Delegationem.* Nam (1) Remiſſio non expirat, remittente re adhuc integra defuncto: Delegante autem mortuo, delegatio extingvitur, *Cylm. voc.Remiſſoriales. §.pen.* (2) Juriſdictio delegati omninò à Delegante dependet: Ad qvem verò facta Remiſſio, is jure proprio nititur. Unde ſufficit Remitten-

tem ſemel à ſe omnem juriſdictionem abdicaſſe, *Gylm. ibid.* §. *ult. Jac. Blum. proc. Cam. tit. 25. num. 43. & ſeqq.*

RES. §. 1. *Res* appellatio latior eſt qvàm pecuniæ, qvoniam etiam ea, qvæ extra computationem patrimonii noſtri ſunt, continet: cùm pecuniæ ſignificatio ad ea referatur, qvæ in patrimonio ſunt, *l. 5. pr. de V. S. Vid. l. 1. pr. ff. de R. D. pr. tit. Inſtitut. eod.*

§. 2. *Res* in genere ſignificatur qvælibet, qvæ in conventionem deduci poteſt, *l. 1.* §. *ult. de reb. cred. l. 5. de V. S.*

§. 3. (1) *Res* dividuntur in divini & humani juris, *l. 1. pr. de R. D.* *Divini juris* ſunt vel ſimpliciter, ut res ſacræ religioſæ: vel per qvandam ſimilitudinem, ut res ſanctæ. Res humani juris, vel publicæ, vel privatæ ſunt. Publicæ ſunt res communes, publicæ in ſpecie ita dictæ, & univerſitatis. (2) res dividuntur in corporales & incorporales. (3) In mobiles ac immobiles. Mobiles ſunt vel ſe moventes, vel ab alio movendæ. Immobiles, vel naturaliter vel civiliter ſunt tales.

§. 4. *Res ſacræ* ſunt, qvæ publicâ principis autoritate per Pontifices ritè DEO conſecratæ, *l. 6.* §. *3. l. 9.* §. *1. de R. D.* §. 8. *Inſtitut. eod.*

§. 5. *Res Eccleſiaſtica* vocantur, qvæ ſunt in patrimonio vel dominio Eccleſiæ, monaſterii, aliorumqve collegiorum ad pios uſus fundatorum.

§. 6. *Religioſam rem* vel locum unusqvisqve ſua voluntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum, *l. 6.* §. *4. l. 7. de R. D.* §. *9. Inſt. eod. l. 6.* §. *f. l. 47. de Religioſ.*

§. 7. *Res ſanctæ* dicuntur, qvæ ſpeciali legis ſanctione ab omni injuria ac violatione hominum ſunt ſingulariter defenſæ atqve munitæ, ut ſunt muri, portæ, *l. 8. l. 9.* §. *3. l. f. de R. D. l. 3.* §. *17. de re milit.*

§. 8. *Res communes* appellantur, qvarum uſus & occupatio ad uſum ſæpius neceſſaria, omnibus patet hominibus, *l. 2. de R. D.* §. *1. l. eod.*

§. 9. *Res publica in ſpecie ita dicta.* Vocantur, qvæ ad certum populum, gentem vel rempublicam pertinent, ita ut uſus earum naturâ ſive gentium jure communis (modò non ſit noxius iſti populo) omnibus concedatur hominibus, *l. 5.*

Verb.

verb.cuilibet.de R.*D.* §.2. *verb.omnibus.l.eod.l.2.pr.ff. d.t. l. 14.pr.de A.*R.*D.l.5.de contr.emt.*

§. 10. R*es univerſitatis* appellantur, qvæ itidem nullius privati, ſed univerſitatis ſunt, ac ſpecialem uſum, ad qvem publicè deſtinatæ ſunt, præbent illis, qvi in iſta univerſitate vivunt; ut theatra, forum, paſcua, *l.1.pr.l.f. de* R.*D.*§. *6. l. eod.*§. *2. J. de inut.ſtip.* §.*f.J.de emt.vend.l. 6.pr. de contr. emt.*

§. 11. *Res incorporales.* Dicuntur, qvæ tangi non poſſunt, & in jure conſiſtunt; hoc eſt, qvæ ſubſtantiantur, creantur, nominantur à jure, non qvod revera non ſint, ſed fingantur & qvòd ſit, *Dn. Hahn. ad* W*eſenbec. de rer. diviſ.*

§. 12. R*es corporales* ſunt, qvæ ſui natura tangi poſſunt. *t.t. l. de reb. corp. & incorp.*

§. 13. R*es mobiles* nominantur. qvæ manentes integræ vel ſalvæ de loco ſuo moveri ac in alium transferri commodè poſſunt, *l. 77. de leg.3. l.15. de re jud. l. 15. de furt.* Sive ſint ſe moventes, ſive ab alio movendæ, *l.1.*§.*1.de* R*ei vind. l. 93. de V.*S. *l. 1. de ad ed. l. 15.* §. *2.de re jud.* Bewegliche Güter / fahrende Haabe / Fahrnüß.

§. 14. R*es immobiles,* & qvidem *naturaliter immobiles* ſunt, qvæ naturâ ſuâ moveri neqveunt, ipſum nimirum ſolum, fundus, ager, *l.115. l.198. l.27. l.31. de V.*S. aut ſolo naturâ firmiter cohærentes, *l. 44. de* R.*V.* aut arte, *l.17.pr. l. 18. de act. emt. l. 10. qvod vi aut clam,* unbewegliche Güter / liegende Güter und Gründe / Was Erd- und Nagelfeſt iſt.

Civiliter pro re immobili habetur aliqvando certis in materiis res corporalis naturâ mobilis, qvæ ad rem qvandam immobilem pertinet ita, ut ab iſta civiliter ſeparari neqveat, *l. 17,* §.*7. l.18. pr. l.13.* §.*ult. l.14. de act.emt.l.41.*§.*1.de leg.*

§. *15.* R*es nullius* dicuntur qvinqve modis (1) *cenſurâ,* ut in tit. de R.D. res divini juris, qvia ſunt nec in bonis nec uſu hominum, §.*7.J. de* R.*D.* (2) *facto,* ut ea, qvæ pro derelictis habentur, §.*46.J.eod.* (3) *naturâ,* ut feræ beſtiæ, §.*12. J.eod.* (4) *tempore,* ut theſaurus, §.*30. J. eod.* (5) *caſu,* ut hæreditas, & res hæreditariæ, anteqvam aliqvis hæres exiſtat, *l.1.pr.de* R.*D.*

Hh 2 *Cen-*

Cenſura, facto, natura, tempore, caſu,
Res in nullius dicitur eſſe bonis.

Vid. ſupra verb. Nullius Res.

§. 16. *Res, qvæ ſervando ſervari non poſſunt*, Dicuntur, qvæ in naturali ſua bonitate non cenſentur ultra triennium duraturæ, qvin corrumpatur, *D. Hahn. ad* Weſenbec. *ff. de reb. cor. qvi ſub tut. n.* 3.

§. 17. *Reale*, *aut in rem* dicitur dupliciter. (1) qvod generaliter ſit, & propterea etiam ad hæredes transmittitur, & rem qvaſi concomitatur. (2) in tractatu juris in re, qvod rem ipſam devincit, *Dn. Hahnius ad* Weſenbec. *tit. ff. de pactis. num.* 3.

§. 18. *Actio Rerum amotarum* eſt, *qva* datur ſoluto matrimonio inter eos, qvi fuére conjuges, ob res divortii causâ, conſtante matrimonio, ablatas à conjuge, *l. 3. & t. t. C. & ff. de act. rer. amot.*

§. 19. *Res controverſa* eſt negotium qvodcunqve, de qvo inter duos pluresvè contentio atqve ſic controverſum eſt, diſceptandumqve venit, *Jac. Blum. proceſſ. Cameral. tit.* 25. *num.* 1. Differentiam inter litem & controverſiam, *Vid. Voc. Lis.*

§. 20. Inter alia reqviſita Conſtitutionis ſuper *Pignoratione* eſt etiam hoc: Ut perſona vel res capta ſeu pignorata non ſit *litigioſa*, ſed *tertia* & *innocens*. Id eſt, debet eſſe talis, qvæ citra controverſiam confeſſione ipſiusmet pignorantis alterius eſt, vel ſaltem eſſe non negatur, qvæ nihil commune habet cum jure controverſo, qvoniam in ea re nec jus controverſum neqve ejusdem juris fructus uſusve conſiſtat, ut poſſeſſione ſua pignorans ſe uti dicere poſſit, ſed tale factum propriè ſit pignoratio, qvando aliud pro alio capitur, videl. *Res innocens*, id eſt, qvando qvis rem, qvæ non ſit litigioſa, nec in qva jus controverſum conſiſtat, nec qvæ ſit fructus rei litigioſæ, capit, & ita contra juris formam ſine judice propria authoritate ſibi jus dicit, licèt prætendat ſe hoc ſui juris defendendi gratiâ feciſſe, *Gylm. tom.* 1. *part.* 1. *pag.* 363. 371. 373. *Jac. Blum. proc. Cam. tit.* 22. *n.* 20.

§. 21. *Res perit domino ſuo.* Id obtinet in contractibus, ex qvibus res alterius contrahentis apud alterum eſt: aliter ſe

res

res habet in contractibus, ex qvibus res aliqva certa alteri debetur, in his enim res perit illi, cui debetur, *l.5.de R.C l.32.l.35. de V.O. D.Struv. exercitat. 23. theſ. 99.*

§. 22. *De in rem verſo actio* eſt, qvâ ex filiifam. aut ſervi contractu pater vel dominus eatenus condemnatur, qvatenus ex iſto acceptum in negotium ejus impenſum eſt, *§.4.J. Qvod cum eo l.3.§.4. & 6. l.10. §. 4. de in rem verſ.*

§. 23. *Rei vindicatio* eſt, actio in rem, qva qvis contra poſſeſſorem rei corporalis iſtam rem ſuam eſſe intendit, *§.1. in fin.J.de action.*

Vel eſt actio ex dominio competens, qvâ dominus adverſus poſſeſſorem rei corporalis contendit, ut ipſe dominus declaretur, & conſeqventer res omni cauſa reſtituatur, *l.9.l.23.pr. de rei vind.*

Eſtqve vel *directa*, vel *utilis*; qvarum *illa* domino competit; *Hæc* autem vel eſt *Ordinaria*, illis competens, qvi dominium utile habent; vel *Extraordinaria*, qvæ ratione ſingulari & ſpeciali jure competit. *Priori* ratione datur Emphyteutæ, Vaſallo, Superficiario. *Poſteriori*, Ceſſionario, pupillo, Minori, Eccleſiæ, Civitati, ſi ab adminiſtratoribus aliqvid pecuniâ eorum ſit emptum.

§. 24. *Rei vindicatio emphyteuticaria* Seu, actio, qvâ ager vectigalis petitur, eſt actio in rem, qvâ is, cui res vectigalis data, ſeu emphyteuſis conſtituta, adverſus qvemvis poſſeſſorem intendit ſibi jus conſtitutum competere, adeoqve rem reſtituendam eſſe, *l.1.§.1. Si ag. vect. D. Struv. exercitat. 11. theſ. 50.*

§. 25. *Res* appellatione & cauſæ & jura continentur, *l.23. de V.S. id eſt fructus, partus, fœtus, uſucapiendi conditio, omnis rei, l.20.de R.V. l.2.de uſuc. l.31.pr.de R.C.l.14.§.7. Qvod met. cauſ.l.35.de V.S. §. 7.J.de off. jud. l. 67. de contr. emt. l. 18. §.2.de pign.act. item ſervitutes, nomina, obligationes, actiones, l.23.de V.S.tit. Inſt.de reb.corp. & inc.* Item homines appellatione rerum continentur, *l. 32. §. cùm ita de leg. 2. Schneidvvin. ad pract. Inſtitut. de R. D. num. 3. Gædd. ad l. 5. num. 6. de V.S.*

§. 26. Appellatione *rei* pars etiam continetur, *l.72. de V.S.l.7.de jurejur.l.17.& ſeq.Rat.rem hab.*

§. 27. Dicuntur *res meræ facultatis*, actus à mero arbitrio aliçujus dependentes, & ex libertate naturali, vel gentium univerſitatisvè, jure communes, qvorum proinde exercitium omiſſiovè, alteri nullum jus tribuit & exercent, omittentivè non præjudicat, ut ſunt ire in via publica, *l. 2. de via publ.* in publico balneo lavare, in theatro ſpectare, *l. 2. §. 9. §. 2. Si qvid in loc. publ.* feneſtram facere, aut qvidvis aliud in ſuo ædificare, *l. 24. de S.V. P. l. 8. l. 9. de ſerv. & aq. l. 8. §. 5. Si ſerv. vind. D. Struv. exerc. 43. th. 22.*

RESPUBLICA. *§. 1.* Per *Rempublicam* ſignificatur reſpublica populi Romani, *l. 26. §. ult. Ex q. c. maj.* ubi reſpublica & civitates opponuntur, *Conf. l. 15. de V.S.* Nec niſi abuſivè civitates vocantur reſpublicæ in compluribus legibus *l. pen. §. 1. de reb. aut jud. l. 1. §. 4. de ædil. ed. t. Cod. de jur. reſp. D. Wiſſenb. de V.S. diſp. 7. th. 11. & diſp. 8. th. 1.*

§. 2. In *reipublicæ utilitatem* qvid fieri poteſt dupliciter (1) qvod directè & principaliter concernit emolumentum Reipublicæ, per conſeqvens etiam inſervit ſingulis: (2) qvod directò ſingulis inſervit, & ſecundariò rempublicam juvat.

RESPONSIO. §. 1. *Reſponſio* pro ſubjecta materia eſt poſitionis aſſeveratio, affirmatione vel negatione conſtans, *Umm. diſp. 13. num. 20.* Vel *Reſponſio* eſt ad poſitiones, vel articulos per verbum credit vel non credit, facta confeſſio, *Gail. 1. obſervat. 92. Mynſing. 5. obſerv. 26.* Rosbach. *proc. civ. tit. 52. num. 1.*

§. 2. *Categorica* dicitur reſponſio, in qvâ ſubjectum & prædicatum habet principales partes ſuas, ita ut *reſpondere categoricè*, nihil aliud ſit, qvàm reſpondere eo modo, qvo facta fuit interrogatio, ſeu poſitio. Exemplo res clarior fiet: Poſitio eſt: *Pono Titiū ſponte ratificaſſe teſtamentum prohibitionem legitimè continens.* Hic categorica dicitur reſponſio, cùm Titius reſpondet, vel ſimpliciter, *Credo, vel non credo, ratificaſſe,* Vel adjecta qvalitate, *Non credo ſponte ratificaſſe.* Eo enim modo, qvo poſitio concepta erat, reſponſio data eſt. Ubi autem Titius ad relatam poſitionem reſpondiſſet: *Si ratificavi teſtamentum, ignoravi prohibitionem legitimè fuiſſe in eo factam.* Aut, *ſi ratificavi, ad id coactus fui,* dicitur *hypo-*

hypothecaria reſponſio, ſeu minus categorica, qvia reſponſio poſitioni non convenit ſimpliciter, ſcilicet non reſpondendo ad id, qvod poſitio affirmabat. Et dignoſcitur hypothetica reſponſio, ſi facta eſſet per dictiones, *Sicut*, & ſimiles, *Gravern. l. concl. 82. conſid. 1. n. 2. & ſeq.*

§. 3. Vocabulum *Reſponſionis* eſt æqvivocum: vel enim *ſtrictè* vel *latè* accipitur. *Hoc modo* denotat etiam exceptionum oppoſitionem. Hinc nec reus, cui in judicio injuncta fuit reſponſio ab exceptionibus opponendis arcetur, qvia vocula judicati zu antworten/ non ſemper importat litis conteſtationem, ſed qvandoqve etiam exceptiones adhuc proferendas indicat, *Modeſt. Piſtor. vol. 2. conſtit. 37. num. 19. & conſ. 24. Carpzov. p. 1. Conſtit. Elect. 3. def. 7.* *Illo modo* accepta Reſponſionis vocula ſumitur pro litis conteſtatione, qvæ eſt vel *ſolennis*, vel *minùs ſolennis*. *Illa* in cauſis ordinariis, *hac* in cauſis ſummariis locum habet, & eſt nihil aliud, qvàm adverſæ partis contradictio, & actus ille, qvi aliàs in cauſis ordinariis poſt ipſam litis conteſtationem ſubſeqvi ſolet, nempe poſitionalium ſeu articulorum exhibitio, aut meritorum cauſæ diſputatio. In cauſis verò executivis pro litis conteſtatione æſtimatur inſtrumenti producti recognitio vel jurata diffeſſio, *Zanger. de exceptionib. p. 1. c. 11. num. 4. Coler. de proc. exec. p. 3. c. 1. num. 97.*

§. 4. Libello reſpondere qvid denotet, *vid. vocul*am Libellus.

RESTITUERE. §. 1. Plus eſt in reſtitutione, qvàm in exhibitione. Nam *exhibere* eſt, præſentiam corporis præbere. *Reſtituere* eſt, etiam poſſeſſorem facere, fructus reddere. Pleraqve præterea reſtitutionis verbo continentur. *Rem itaqve ſententiâ judicis reſtituere juſſus, eam reſtituere debet cum fructibus, tametſi nulla fructuum ſpecialiter in petitione actoris vel ſententia facta ſit mentio, l. 22. de V. S. l. 173. §. 1. de R. J. l. 38. §. 4. de uſur. l. 35. l. 81. l. 246. §. 1. de V. S.*

Verbum *Reſtituo*, qvo prætor dejectum ſuæ reſtituit poſſeſſioni eam habet vim & ſignificationem, ut *priſtina omnia* reſtituantur, *l. 2. §. qvi autem ff. de vi & vi arm.* qvare & fructus ſunt reſtituendi dejecto, *c. gravis de reſtit. ſpoliat. l. videamus, l. 2. §. in Faviana in fin. ff. de uſur.* reſtituitur & omne

damnum, qvod ob eam dejectionem emerſerit; reſtituitur & pacifica poſſeſſio liberaqve, ut dejectionis tempore. Qvod intelligitur qvoad ipſum ſpoliatum, ſi obtineat: ſecus ſi contra, qvia ſpoliato ipſo *condemnato*, agi petitorio poteſt ad reſtitutionem enpenſarum, *Menoch. de recup. poſſ. in prælud. num. 4.*

Aliqvando Reſtituere, nec eſt rei poſſeſſorem facere, nec fructus reddere, pro qvalitate ſubjectæ materiæ, *vid. l. 3. commod. l. 9. de R.V. l. 45. de uſur. §. 35. J. de R.D.*

§. 2. *Reſtituere* is intelligitur, qvi ſimul & cauſam actori reddit, qvam is habiturus eſſet, ſi ſtatim judicii accepti tempore res ei reddita fuiſſet, id eſt, & uſucapionis cauſam, & fructuum, *l. 35. de V.S. l. 10. C. de præſcr. long. temp.*

§. 3. Hæc verba in ſtipulatione poſita, *eam rem recte reſtitui*, fructus continent, *l. 73. de V.S. l. 38. §. 4. de uſur.*

§. 4. *Reſtituit* non tantùm qvi ſolum corpus, ſed etiam qvi omnem rem conditionemqve redditâ causâ præſtat, & tota reſtitutio juris eſt interpretatio, *l. 246. §. 1. de V. S.*

§. 5. *Res* propriè *reſtituta* non dicitur, qvæ deterior facta reſtituitur. *Gail. de pignor. O. 16. n. 2.*

§. 6. *Reſtitutio in integrum* eſt priſtrini juris reivè ſtricto jure amiſſæ, ex æqvitate Prætoria, legitima de cauſa, impetrata, præcedente cauſæ cognitione, redintegratio, ſive reparatio, *l. 2. C. in qvib. cauſ. in int. reſtit. In genere* autem eſt in integrum ſtatum repoſitio vel reductio.

§. 7. *Reſtitutio in integrum* fit vel *ex gratia*, vel *ex juſtitia*, & per judicium, hincqve alia eſt Gratiæ alia Juſtitiæ, *l. 1. §. 10. de poſtul.*

Illa eſt, qvâ damnati ex indulgentia Principis in integrum reſtituuntur, atqve priſtinum honorem, famam & bona ſua recipiunt, *l. 1. C. de ſent. paſſ.*

Hæc, qvæ ob læſionem bonorum, ex cauſa juſtitiæ & æqvitatis judicio tribuitur: & iterum duplex eſt. *Civilis* ſeu *ordinaria*, & *Prætoria ſeu extraordinaria.*

Civilis, qvæ ex jure civili deſcendit, cujuſmodi *in l. 33. de re judic. l. 31. de jurejurand. l. 3. Cod. ex qvib. c maj. l. 2. C. de reſcind. vend.*

Præ-

Prætoria, qvæ jure Prætorio introducta eſt, *t.t.ff.de reſt. in integr. D.Hahn.ad Weſ.d.t.n.5.*

§. 8. Cùm Prætor dicat ut opus factum reſtituatur, etiam damnum datum actor conſeqvi debet; nam *verbo reſtitutionis* omnis utilitas actoris continetur, *l.81.de V.S.*

§. 9. *Reſtitutio in integrum* adverſus ſententiam Cameralem eſt Actus, qvo Judex Cameræ partem illâ ſententiâ gravatam reſtituit ad eum ſtatum cauſæ, in qvo ante latam ſententiam fuit, *Jacob. Blum. Proceſſ. Cameral. tit. 78. num. 2.*

RELATIO. §. 1. Transfertur etiam illa ab inferiori ad ſuperius judicium per *Relationem*, qvâ judex inferior ſuperiori cauſam dubiam referendo eum conſulebat, qvomodo judicare debeat, *l.1. §.1.de appell.relat. l.un.C.de relat. l.79.* §.1. *de judic.* qvæ etiam conſultatio dicitur, *l.1.Cod.d.t. Perez. in Cod. d.t.* Jure novellarum relationes ſunt ſublatæ, *Nov.125. c.1. Auth.Novo jure C.de relat. Perez. in Cod. d.t.* Jure Canon. admittuntur, *c.8.de appellat. & relat.* Hodie etiam relationes nimis receptæ ſunt.

Alia ab hac *relatione* eſt iſta, qvâ judex inferiori poſt ſententiam latam, & à qvo appellatum eſt refert, ſe appellationem interpoſitam ſuſcepiſſe, *l.24.C.de appell.* aut eam non recepiſſe, & cur non receperit, *l.6.app.recip.*

Alia item eſt *conſultatio*, qvam Princeps, ad qvem appellatum eſt, inſtituit, *l.37.Cod.de appellat. D. Struv. exerc. 1c. theſ.5.*

§. 2. *Relatio* eſt judicis competentis de jure ob difficultatem vel ejus ambiguitatem, *l.1.2.C.de relat.* dubitantis ad Papam aut Principem miſſa conſultatio, *c.6.8. de appellation. c.2. qvæſt.7.*

§. 3. Acta diſtributa ab Aſſeſſoribus referenda ſunt. Nomen *relatio Actorum ſeu cauſa*, ſumitur (1) latè, qvatenus etiam votum comprehendit, (2) ſtrictè, qvatenus voto opponitur. *Relatio ſtrictè dicta*, nihil aliud eſt, qvàm enarratio facti in actis deducti & ad illud juris applicatio, *Jac. Blum. Proceſſ. Cam. tit.75.num.15.*

§. 4. In Camera Imperiali *Relationes Sabbathinæ* vocantur, qvæ habentur in Senatu Sabbathino, in qvo ſcil. in-

Hh 5 ter-

terlocutoriè die Sabbathi refertur, R. A. 1654. §. und nachdem. 144.

§. 5. *Relationes ordinariæ* vocantur, qvæ habentur in Senatu ordinario, qvi ſcil. ante meridiem conſvetis horis celebratur, & in qvo Aſſeſſores referunt ſuper definitivis ac gravibus interlocutoriis ſubmiſſionibus. Cùm autem iſte Senatus ſubdividitur in Senatum definitivarum, & in Senatum interlocutoriarum. Ille eſt, in qvo habentur relationes cauſarum definitivè ſubmiſſarum, ac ſententiæ definitivæ concipiuntur. Hic eſt, in qvo interlocutoriè refertur. Et hæ relationes dicuntur *relationes ordinariæ interlocutoriarum*, ad diſtinctionem ordinariarum in definitivis, *Jac. Blum. d. tr. tit. 59. num. 14. & 15.*

RELIGIOSÆ RES. §. 1. *Religioſæ res* ſunt, qvæ non tantùm publicâ, ſed etiam privatâ authoritate & voluntate, factæ humationis, religioni ſunt dicatæ, h.e. ſepulturæ honeſtæ deſtinatæ, *l. 5. §. 8. ff. de donat. in V. & N.*

REMEDIUM. §. 1. Dicitur *extraordinarium remedium* ferè tripliciter: (1) ratione *proceſſus ſeu modi procedendi.* Ita actio furti, qvæ civilis; ſi inſtituatur criminaliter, dicitur id fieri extraordinariè, *l. f. de furt. l. f. de injur. l. ult. de priv. del.* (2) ratione *ſolennitatis.* Sic olim omnia judicia erant ordinaria, qvia fiebant ordinariè penes judicem pedaneum, hodie coram magiſtratu fiunt, & ſunt extraordinaria, *§. f. Inſtitut. de interd.* (3) ratione *cauſæ efficientis ſive originis.* Hoc modo omnes actiones dicuntur eſſe ordinariæ, qvæ cauſam efficientem & originem jure civili habent, *arg. §. 3. J. de action.* Extraordinaria verò ſunt, qvæ non ex jure civili ſed Prætorio originem habent, ut Reſtitutio in integrum, *l. 35. de O. & A. l. 16. de Minor. l. 14. §. 2. qvod met. cauſ. D. Hahn ad Weſenbec. parat. ff. tit. de in integr. reſtit.*

REPETUNDARUM CRIMEN. §. 1. Hoc crimen committit is, qvi in magiſtratu, poteſtate, ratione legatione, vel qvo alio officio munere miniſteriove publico qvid acceperit, qvo magis (*etiam in cauſa bona, l. 4. ff. ad L. Jul. repetund. l. 3. Cod. eod.*) aut qvò minus officium faceret, *l. 1. 3. 4. 6. 7. ult. ff. d. t.*

REPLICATIO. §. 1. In effectu nihil aliud ſunt *Repli-*

ca-

cationes qvàm contrariæ exceptiones, & qvodammodo exceptiones exceptionum. Qvando enim reus actori in judicio objicit exceptionem. Huic exceptioni actor opponit replicationem, *l.2.§.2.de except. l.3. C.eod.t.t.I. de replicat.* huic reus iterum reſpondet per duplicationem, *§.1.I.de replicat.* & actor huic viciſſim per triplicationem, *§.2. I. d. t.* & huic ulterius opponitur qvadruplicatio, *l.2.§.3.de except. §.3.J. de replicat. Add.Ord.Cam. l.3. tit.28.§.* wo aber/*Elect.l.1.c.18.*

REPRESSALIÆ. §.1. *Repreſſaliæ* ſunt remedium & jus *extraordinarium* alterius loci civem, vel bona protracta denegatave juſtitia à magiſtratu eorum reqviſitio, detinendi pro alterius debito, à ſuperiore conceſſum. Hoc igitur remedio, ob denegatam aut protractam juſtitiam à magiſtratu alterius reipubl. ſeu territorii, in re non modicâ & cauſa liqvidâ, læſi magiſtratus, ab ipſo imploratus, ſi ejus præcedens monitum negligat alter magiſtratus, detinet, accedente ſuperioris conſenſu, iſtius loci civem qvemlibet ſeu res, qvæ fortè ſub læſo magiſtratu reperiuntur, usqve dum ab altero illo magiſtratu læſo ſatisfiat, *Vid.Jo.Jac.tr.de Repreſſal.ſumm.1. Coler.de proceſſ.execut.p.1.c.2.n.303. Sichard. ad Auth.ſed omninò C. Ne ux.pro mar. Petr. Frider. de proceſſ.1.c.58.n.4. Scotan. D.23.th.5.& ſeqq.*

REPROBATIO. §.1. Gegen-Beweiß/ hoc eſt probatio contraria, ſeu probationum eliſiva. Seu exceptionum probatio, in qvo differt à *probatione*, per qvam probantur actiones.

RELAXATIO. §.1. Cauſa *relaxationis* ad effectum agendi eſt, qvando actor qværitur, ſe ob cauſam civilem à Magiſtratu in carcerem conjectum ante liberari non potuiſſe, qvàm ſolemne juramentum (geſchworne Urphed) præſtitiſſet, de carcere neqve de facto, neqve jure judiciove vindicando, & propterea relaxationem ſive abſolutionem à juramento poſtulat, *Ord.Cam.p.2.tit.24. Mynſ.3.obſervat.99 Gail.1. obſerv.1. num.23. & obſervat.22.& ſeqq. Roding. pandect.Cam.l.1. tit.13. §.2.*

§.2. Qvalitas facti in hac cauſa jurisdictionem Cameræ fundans eſt, qvod cauſa, qvamobrem actor vinculis detentus, civilis & non criminalis fuerit, *Roding.d.l.§.3. Schwanmann. proc.*

proc.Cam.l.1.c.17. De mandato de relaxando captivo, *Vid. Pignoratio.*

RECESSUS. §. 1. *Receſſus Imperii*, Reichs-Abſchiede/ ſunt Conſtitutiones de negotiis Romani Imperii à Cæſare conſilio Statuum promulgatæ. Subdividuntur in Receſſus Imperii ſtrictè dictos, & in Receſſus Deputationum, vulgò Deputations-Abſchiede. Illi dicuntur, qvi in Comitiis Imperii univerſalibus, auff den Reichs-Tagen. Hi qvi in Conventu particulari, alias Reichs-Deputations-Tag/ nominato promulgantur, *Jac. Blum.proc. Cam.tit.2.num.6.*

§. 2. *Receſſus procuratorum.* Cùm ſcripta, ſive Producta & Adjuncta in judicium mediante *orali procuratorum proloqvio* non ſolùm exhibentur, ſed qvoqve contra eadem nonnunqvam eodem proloqvio mediante excipitur aliaqve peraguntur. *Hoc proloqvium* vulgò vocatur *Receſſus*. Germanicè, Mündliche Handlung/ Mündlich Vorbringen/ ein Fürtrag/ Mündlicher Fürtrag. Ejusmodi verò proloqvium habere ſeu proferre dicitur, Receß halten/ item, Receßiren/ *Jac.Blum. d tr.tit.63.n.40.*

§. 3. In Judicio Camerali Receſſus in Ordine reproductionis, ſententiarum & coram Deputato ad calamum dictantur. In ordine autem Novarum & Terminorum ex ſcripto recitantur. Qvod ſcriptum placuit vocari *ſpecificationem*, qvæ in triplo deſcribenda, *Jac. Blum. d. t. 63. num.55.* Inſcriptio communiter ſolet eſſe, Schrifft an ſtatt Mündlichen Receß. *ibid.num. 66.*

RESCRIPTUM. §. 1. *Reſcriptum Principis*, eſt Reſponſum principis ad conſultationem, epiſtolam vel relationem illorum, qvi Principi ſupplicàrunt, emiſſum aut ſubſcriptum, *Vid.l.ult. & t.t. Cod. de reſcript. ibiq; Anton. Perez.*

Conſultatio ſive *relatio* illa fit vel à *privatis*, vel à *judicibus & Magiſtratibus*. Si à *privato* aliqvo fiebat, tunc Reſcriptum emiſſum in ſpecie vocatur *ſubſcriptio* vel *annotatio* ſeu *ſubnotatio. l. 1. π. de Conſt.princ. l.1. C.de prec.Imp.offic.* Si *à Magiſtratu* vel *judice*, tunc aut *inſertis precibus* rectâ, aut *ſine inſertione precum* ex Concilii ſententia de negotio publico alicujus univerſitatis diligentiùs aliqvantò reſpondet princeps; *Prius* Reſcriptum *Epiſtola, l.1.§.1.π. d.t. §. 6. J. de Jur.*

Jur. Nat. Gent. & Civ. Poſterius Pragmatica ſanctio dicitur. *l. 1. d. t. C. de diverſ. Reſcript.*

§. 2. *Reſcripta*, licèt ad unam certam cauſam facta, *leges fuerunt generales*, qvas judices omnes in ſimilibus cauſis ſolvebantur, uti videre eſt in omnibus legibus Codicis, qvæ ſunt illa veterum Imperatorum reſcripta, *D. Hahn. ad Weſenb. de Conſtitut. num.* 1.

§. 3. *Reſcriptum Gratiæ* eſt remiſſio criminis reo ſupplicanti contra jus commune literis Principalibus confirmata.

§. 4. *Reſcriptum in jure canon.* eſt ſummi pont. epiſtola, ſubditis ſuis vel ad lites proſeqvendas ſeu finiendas (qvo tendit etiam interpretatio obſcuritatis) vel ad beneficium conſeqvendum conceſſa. Reſcribit autem ſummus Pontifex *aut Princeps* ad preces ſive libellos ſupplicantium, qvæ jure canonico dicuntur Petitoria, ſive Petitoriæ inſinuationes, & Oblationes Petitorii, *c. ſuſcitatus 13. de Reſcript.*

§. 5. *Reſcripta ſunt triplicis generis*, vel enim conceditur aliqvid reſcripto *contra* jus commune, vel *præter* jus commune, vel *ſecundùm* jus commune. *Contra jus commune*, ut cum aliqvis ſolvitur lege vel canone, veluti qvod collegium aliqvod ſi impetratur, non niſi coram certo judice reſpondere cogatur. Verùm hujuſmodi reſcripta peculiariter appellantur *privilegia ſeu diſpenſationes. Præter jus commune*, ut cum Pont. reſcripto ſuo mandat Eccleſiæ alicujus Prælato, qvatenus Sempronio v. g. provideat de beneficio Eccleſiaſtico primum vacaturo, & vocantur *reſcripta gratiæ. Secundum jus commune*, ut cum Pont. causâ aliqvâ per appellationem ad ſe devolutâ, vel aliàs ad ſe pertinente, reſcripto ſuo ſupplicanti dat judicem aliqvem, vel etiam de jure obſcuro conſulentibus reſcribit: qvæ vulgò vocantur *reſcripta ad lites, vel juſtitiæ*, qvia tendunt ad juſtitiam adminiſtrandam, *c. Frigentius 27. XVI. q. 7. c. Volentes 1. de privil. in 6. c. litteris 39. & ead. 40. c. ſi gratioſè 5. eod. in 6. Clem. Gratia eod. tit. c. 1. c. Sciſcitantes 13. & c. 27. de Reſcript. Deſſel. Gret. jur. can. libr. 1. tit. 3.*

CRI-

CRIMEN DE RESIDUIS. §. 1. Eſt crimen, qvo pecunia publica, qvæ apud aliqvem ex adminiſtratione eſt, retinetur, & in publicum ſeu in rationes non refertur, *l. 2. l. 4. §. 3. 4. 5. Ad L. Jul. peeul. & de ſacrileg. & de reſid. l. 44. §. 1. de adm. tut.*

RETENTIO. §. 1. *Retinere* ſumitur (1) pro *dolo malo detinere*, ut ſi qvis liberum hominem ſine juſta cauſa detinet, *l. 1. §. 1. l. 3. ff. de lib. hom. exhib. fac. l. f. pr. C. de poſtlim. rev.* (2) idem eſt ac *impedimentum injicere*, & curare, ne res aut perſona, loco ſtationeqve ſua moveatur; Sic navis, forſan ob illicitas merces, vel non ſolutum vectigal, retineri dicitur, *l. pen. §. 1. Locat.* Id qvod barbaro vocabulo *arreſtare*, hodiernis moribus appellamus, *Speidel. Spec. obſerv. verb.* Arreſt. *num. 156. p. 74. Beſold. Theſ. pract. verb.* Arreſt. *n. 90. p. 89.* (3) pro *non dirimere* ponitur; Ita, contracto matrimonio, in furorem incidens, matrimonium retinere traditur, *l. 8. verſ. Nam furioſus ff. de his qvi ſunt, junct. l. 22. §. 7. verſ. & ſi qvidem ff. ſol. matr.* (4) *Cohibere* denotat, ſeu coërcere ac refrenare; ut qvando de mulione, aut eqvorum rectore non ſatis robuſto atqve perito, extat, qvò d hic eqvos, ille mulas retinere neqveat, *§. 8. I. ad L. Aq. l. 8. §. 1. ff. eod. l. 52. §. 2. verſ. nam ſi muliones ff. d. t.* (5) Accipitur pro *compenſare* & perpetuò rem retinere, *l. 4. l. 20. de comp. l. 30. de act. emt. l. 13. verſ. Julianus. ibi. qva impenderim retenturum ff. de neg. geſt. ibiq. Goth. lit. G.* (6) pro *detrahere: Vid. l. 15. §. 1. l. 23. ad L. Falcid. l. pen. verſ. Sancimus ibi; eo dato vel retento C. eod. §. 7. in med. Inſt. de fid. her. l. 21. pr. ad SC. Treb. num. 1. c. 3. pr.* (7) pro *non amittere & conſervare, l. 52. de uſufr. l. 1. §. 11. de aq. pluv. arc. l. 8. Commod. l. 16. §. 1. C. de uſufr.* Qvomodo is qvi rem apud aliqvem depoſuit, aut eam alteri commodavit; vel fundum colono, aut ædes inqvilino locavit, poſſeſſionem retinere, id eſt, non amittere & conſervare dicitur, *l. 25. §. 1. l. 32. pr. §. 1. l. 44. pr. f. de acqv. poſſ. §. 5. verſ. per eos qvoqve Inſtitut. de interd.* (8) Deniqve ac magis propriè, pro *detinere ad tempus*, rem legitimè acceptam, donec de debito ſatisfiat, *l. 26. §. 4. in fin. de condict. indeb. l. 15. §. fin. l. 59. in fin. ff. de furt.*

§. 2. *Retentio in ultimo ſcil. ſignificatu* eſt detentio rei,

usqve

usqve dum ſolvatur debitum, jure permiſſa. Vel eſt, qvâ, opponendo exceptionem doli mali vel in factum, qvis rem alienam qvamlibet, legitimâ ex causâ, detinet, usqve dum id, qvod ratione ejusdem rei debetur, ipſi ſolvatur, *D. Struv. exercit.* 21. *th.* 30. *& ſeq.*

REGIMENTUM. §. 1. R*egimentum* (1) aliqvando pro rectione, & directione reipublicæ uſurpatur, *l. un. pr. ff. de offic. praſ. part.* (2) aliqvando pro legione aliqva militum, qvæ ſignificatio hodie etiam ruſticis plus nimium innotuit, *Limn. ad Capit. Caroli V. art. 3. in pr.*

§. 2. R*egimentum Imperii* R*omani* fuit Conſilium, cui ſpecialiter gubernatio curaqve totius Romani Imperii, atqve ut proſpiceret omnibus modis, ne hoc qvidpiam detrimenti caperet, commiſſum ac demandatum fuit, *Vid.* Ordnungen des Regiments/ *de Anno* 1500. *&* 1521. *in Codice* R*eceſſuum Imperii extantes.* Hoc Regimentum primo appellatum des Reichs-Rath. Ordn. des Regiments 1500. art. 2. ſed poſteà ex certis cauſis des Reichs-Regiment vocari complacuit. R. *eod. Ann. art.* des Reichs-Räthe 16. Illud Regimentum Anno 1530. ſublatum eſt. R. 1530. §. weiter nachdem 74. O.C. 1531. §. It. dieweil 50. *Add. Hippol. ad Lapide diſſ. de* R*atione Status, part. 2. cap. 4.*

RETRACTUS. §. 1. *Jus retractus* vocatur aliàs à Dd. jus protimiſeos, item jus congrui, item jus recomparationis, recantationis, Recombræ, Præſentationis, Zugerecht/ Vorkauff/ die Ablöſung/ das Abtreiben/Abtrieb/der Einſtand/ Naherkauff / Nahergeltung / Beſchüttung. Ita pronunciarunt Nobiliſſimi Dnn. Scabini Wittebergenſes M. Sept. Ann. 1613. ad Conſultationem F.V.S.R. Verba Sententiæ. Ob nun gleich dieſes Recht mit vielen Namen genennet wird/ ſo haben ſie doch alle dahero ihren Urſprung/ weilen der Käuffer vom getroffenen Kauff zurück getrieben/ und der nechſte Verwandte ſolchen Kauff und das Gut an ſich bringet.

§. 2. R*etractus* eſt jus qvoddam prælationis conceſſum ſpecialiter aliqvibus perſonis in contractum emtionis venditionis. *Vel* eſt poteſtas rem alienatam intra tempus definitum

nitum ſolenniter revocandi, *c. conſtitutus X. de in integr. reſtitut. l. 2. Cod. de pact. int. emt. Imman. Sutor. de jur. retract. cap. 1. th. 10.*

§. 3. *Diſtingvitur* retractus in *conventionalem*, & *legalem*, ſeu conſvetudinarium. Retractus conventionalis latius ſumtus comprehendit tum illum, qvi ex pacto *de retrovendendo* competit, tum iſtum, qvo, ſi emtori placeat iterum rem vendere, jus potius præ alio qvis ex conventione habet: qvod alias jus protimiſeos appellatur. Jus verò Retractus ſ. προτιμήσεως (Nähergeltung/ eine Stands-Gerechtigkeit) *legale & conſvetudinarium* eſt, qvod ſingulari jure certis perſonis tribuitur: vel propter dominium directum, vel propter creditum, vel propter vicinitatem, vel propter communionem, vel propter conſangvinitatem, *D. Georg. Adam. Struv. exercit. 23. theſ. 41. & 52.*

§. 4. *Retractus conventionalis* ſeu jus protimiſeos conventionale eſt, qvando pacto promittitur, ut, ſi res vendatur, alicui præ aliis eo, qvod alius ſolveret, pretio vendi debeat, *l. 75. de contr. emt. add. l. 122. §. 3. de V. O.*

§. 5. *Retractus territorialis*, Germ. Die Marck-Löſung/ Retractus territorialis, ſive Municipalis eſt, qvi ex ſtatuto vel conſvetudine loci, civibus vel indigenis competit: v. g. Si bona immobilia, vel res ad victum neceſſariæ vetantur vendi extraneis, ſed ſolis incolis permittantur vendi, *Sutorius d. tract. theſ. 71.*

§. 6. *Retractus cenſualis*, Die Zins-Löſung. Eſt is, qvi ex ſtatuto vel conſvetudine loci competit, hanc ob cauſam, qvod duo pluresve ex prædiis ſuis, qvæ poſſident ſinguli, communem cenſum fundiarium, aut impoſititium uno domino qvotannis tribuunt. Competit autem illi, qvi ejusmodi prædium unum aut plura poſſidet adverſus alium, ab alio poſſeſſore tale prædium vel plura ementem, *Sutor. d. tr. th. 96.*

§. 7. *Jus vicinitatis*, das Geſpilde. Competit vicino, qvando ſcil. aliqvid extraneo eſt venditum, *Sutor. d. tr. th. 79. D. Struv. exerc. 23. th. 55.*

§. 8. *Retractus Partialis*, die Theil-Löſung. Competit hoc jus partem domûs vel horrei poſſidenti, divenditâ aliâ parte ejusdem domûs vel horrei partem, *Sutor. d. tr. th. 100.*

§. 9.

§. 9. *Retractus Gentilitius.* Germ. Die Erb-Löſung. Hoc jus competit cognatis, ſi alius conſangvineus rem, in communi familia qvæ fuit, extraneo vendit. Hic retractus alio nomine dicitur, Linearis, Legitimus, agnatitia fundorum redemtio, *Sutor. d. tr. th. 101. & ſeq.*

§. 10. *Retractus teſtamentarius* eſt, ſi qvis ultima ſua voluntate per fideicommiſſum dederit poteſtatem alicui, utpote Titio cognato, ut, ſi qvis heredum vel legatariorum de fundis relictis unum aut plures extraneo vendiderit, integrum illi ſit fundum venditum pretio reſtituto retrahere, *l. 69. §. 3. de leg. 2. l. 38. per tot. ff. de leg. 3.* Sutor. *d. tr. th. 136.*

REVISIO. §. 1. Vocabulum *Reviſionis* ſumitur (1) *Generaliter & latè*, pro omni eo actu, qvo rem ſenſui viſus ſubjectam, ut eò melius cognoſci qveat, inſpiciendi revidendiqve facultas eſt. Exemplum eſſe poteſt in teloniis, qvibus certæ perſonæ ad inſpiciendas res vectigali obnoxias præfixæ, qvas vulgò Beſeher appellant, idemqve de aliis judicium eſto. (2) *Propriè & ſtrictè*, cùm Acta prioris inſtantiæ à judice ſive ſuperiore, ſive eodem, collegiove aliqvo vel Academia ad cognoſcendum de ſententiæ viribus revidentur, hoc caſu appellationi, ſupplicationi, aliisvè contra ſententiam competentibus remediis communis, prout hæc confundere videntur, *Marant. de ordin. jud. p. 6. c. 6. de Appellat. num. 12. Emer. à Rosbach. in Proc. civ. c. 76. num. 1. Berlich. concl. pract. 60. num. 2. & 6. aliiq;* (3) *Strictiùs & ſpecialiſſimè*, qvatenus hiſce omnibus contra diſtingvitur, qvaqve in ſpecie Acta ſententiæ Cameralis à Reviſoribus revidentur, *Rubr. tit. 53. Oodin. Camer. part. 3.*

§. 2. *Reviſio* eſt remedium extraordinarium, qvo læſus in Camera per Commiſſarios Imperatoris & Statuum Imperii ad id deputatos acta revideri, ſententiamqve reformari petit. *Seu Reviſio* eſt, qvâ ſententia ejus judicis, à qvo appellari neqvit, repetitâ diligenti actorum inſpectione & conſideratione, in melius reformari petitur, *Dn. Carpzov. p. 3. tit. 53. Bender. tract. de Reviſion. D. Hahn. ad Weſ. parat. ff. de re jud. in fin. D. Struv. exerc. 20. theſ. 28.*

§. 3. *Reviſio* differt à *reſtitutione*, qvia hæc partis errorem, reviſio referentis culpam redarguit; *ſecundò*, reſtitutio

coram eodem judice ſcil. Camerâ, reviſio coram Commiſſariis Imperatoris & Statuum Imperii rogatur, *Roding. Pand. Cam. l.3. tit. 61. in pr.*

REUS. §. 1. *Reus* eſt, (*qvi ſapius fugiens in LL. dicitur*) contra qvem, etiam invitum, lis ſive actio in judicio inſtituitur, *l.3. de jurejur. l.83. §.1. de V.O. l.5. l.6. C. de edend.*

§. 2. *Reus* tam is eſt, cui qvid debetur, qvàm qvi ex qvacunqve cauſa vel obligatione qvid debet, *l.6. ff. de V.S. l.5. §. conventionales ff. de V.O. t.t. ff. C. & Inſtit. de duobus reis.* Sic reus pro creditore accipitur *in l. ſi unus ff. de pact. l.1. l.2. ff. de duob. reis.* & pro debitore ibidem, & toto illo tractatu de duobus reis ſtipulandi & promittendi. Qvis enim eſt reus ſtipulandi? Creditor, Qvis promittendi? Debitor, *l. ſi duo ff. de recept. arb.* Freqventior tamen ejus uſus eſt, ut pro debitore, cui creditor opponitur, accipiatur: & qvidem interdum ſtrictiùs, pro eo ſaltem debitore, qvi ex contractu, vel aliqvo delicto privato debet: Interdum largiùs ad qvamlibet obligationem realem, perſonalem, civilem, naturalem, pœnalem, criminalem, publicam refertur, *l.6. ff. de V.S. l. properandum C. de judic. c. forus. X. de V.S. l.1. l.3. l.5. ff. de cuſtod. reor. l. hos accuſare. ff. de accuſat.* l. *qvi accuſare. C. de edend. l. actor. l. ſeq. C. de probat. l.1. ff. ad SC. Turpil. & paſſim.* Ideoqve hæc generalis ſignificandi ratio pro re ſubjecta ad habiles terminos eſt reſtringenda, *Gædd. ad l. 6. num. 21. ff. de V.S.*

RIPA. §. 1. *Ripa* eſt id, qvod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. Cæterùm ſi qvando vel imbribus vel mari, vel qvâ aliâ ratione ad tempus excrevit, ripas non mutat, niſi perpetuum incrementum nactum, vel alveo mutato aliò cœpiſſet fluere, *l. 1. §. 5. de fluminib.* Sicut verò *Ripa* de *flumine*, ita *littus* de *mari* prædicatur, §. 5. *J. de R. D.*

RIVUS. §. 1. *Rivus* eſt locus per longitudinem depreſſus, qvò aqva decurrat, cui nomen eſt à fluendo, *l.1. §.2. de Rivis.*

§. 2. *Rivales* ſunt, qvi per eundem rivum aqvam ducunt, *l.1. §.26. de aq. qvot. & æſtiv.*

RECUSATIO. §. 1. Eſt jurisdictionis vel audientiæ, cau-

cauſæ ſuſpicionis propoſita, declinatio, *c. qvod ſuſpecti c. ſuſpicionis.de off.de legat.t.t.de recuſat.*

REDUCTIO AD ARBITRUM BONI VIRI. §.1. Nihil aliud eſt, qvàm relatio ad ipſius judicis arbitrium, qvi vir bonus dicitur, *l.18.Jud.ſolv. D. Hahn. ad* Weſenb.*ff. de recept. qvi arb.*

RECEPTUM. §.1. *Receptum* aliqvando denotat compromiſſum, *l.14.* §.1. *C.de judic.*

§. 2. *Actio de recepto* eſt actio in factum prætoria in perſonam, qvæ ob receptum ſalvam fore cujusqve rem, datur ei, qvi res in navim, cauponam ſeu ſtabulum immiſit aut intulit, contra exercitorem iſtius navis, cauponæ ſeu ſtabuli, qvi eas recepit, ut ſalvas reſtituat, & omne damnum cujuslibet culpâ contingens præſtet, *l.* 1.*& ſeqq. Naut.caup. ſtab. ut recept. reſtio.*

REGENERATIONIS JUS. §.1. *Nov.78.cap.1.* παλιγγενεσίας, id eſt, natalium. Hoc jus accipere, ſive habere dicuntur hi, qvi ſervi manumittuntur, ita ut manumiſſi fiant non libertini, ſed ingenui *Goth. add.num.78.*

RECOGNITIO. §. 1. *Recognoſcere documenta probatoria* nihil aliud eſt, qvàm illa approbare, *id eſt*, confiteri illa documenta eſſe vera & non falſa, *vid.l.5.fam.erc. l.*1.§.8.*l.*15. §.3.*ff.de falſ.* Documenta *diffiteri* verò eſt illa non approbare, non admittere, qvoniam vel ſunt falſa, vel alio modo ad præſentem probationem inſufficientia, *Jac.Blum. proc.Cam. tit.*63.*num.* 49.

REGISTRATURA. §.1. Senior inter Notarios Judicii Cameralis vulgò ſolet vocari Regiſtrator, qvia ille maximè circa Regiſtraturam Protocolli Judicialis occupatur, *Regiſtratura Protocolli Judicialis* eſt Codex continens rubricas cauſarum in Camera pendentium, atqve indicans ejusdem Protocolli paginas, in qvibus Receſſus in ſingulis cauſis habiti reperiuntur. Unde etiam *Repertorium* nominantur, *Jac. Blum. proc.Cam. tit.* 14. *n.* 5. *&* 6.

RETROVENDITIO. §. 1. *Pactum de retrovendendo* in eo conſiſtit, qvòd venditori conceſſa ſit poteſtas rem, cujus dominium in emtorem translatū eſt, pretio reſtituto redimendi,

 l. 12.

l.12. de P.V. l.2,C. de pact.int.emt.conf.c. ad noſtrum 5.de emt. vend. c.illa vos.4.de pignor.

§. 2. *Pactum de retrovendendo* initur *vel* ita, ut qvandocunqve liceat redimere: *vel* certo tempore: & qvidem adjicitur velut terminus *à qvo*, ſeu poſt cujus lapſum demum venditor poſſit pretio oblato reſtitutionem rei venditæ petere: qvod exprimi volunt per verba: Auff zehen Jahr lang wiederkauflichen/ qvo clauſo facultas redimendi demum competere incipit: vel ut terminus *ad qvem* eſt reſtricta poteſtas redimendi, ſeu usqve ad qvem & intra qvem (v.g. binnen zehen Jahr) coërceri qveat jus retrovenditionis, qvo elapſo non amplius integrum eſt redimere, *Dn.Carpzov.2.C.1, def. 8. & 9. & 5. reſponſ. Elector. 27. D. Georg. Adam. Struv. exerc. 23. theſ.43.*

REPETERE. §. 1. *Repetere* dicimur id, qvod nobis ex patrimonio noſtro abeſt, & niſi accipiamus, nobis damnum infertur, *D. Eichel. in comment. ad tit. ff. de Reg. Jur. cap. 2. p.m.100.*

RENUNCIATIO. §. 1. *Renunciare* plerumqve in jure eſt, qvaſi nuncium remittere, ac juri, cui renunciatur, valedicere, *Vid. l.pen.C.de pact.l.51. C. de Epiſc. & Cler. l.12. C. de legat.* Similiter renunciari dicitur Poſſeſſioni *in l.12.de acq. poſſ.* & Liti *in l.4.C.de pact.* Unde in hac ſignificatione *Renunciatio* nihil eſt aliud, qvàm juris ſibi competentis ſpontanea remiſſio, *fac. tit.X. de Renunc. c. qvoniam, & c. fin. de renunciat. in 6.* Germ. Begebung/ Verzicht/ &c.

§. 2. Multum intereſt inter *Renunciationem & Repudiationem* prout animadvertit *Seraphin.de Seraphin. de privil. juram priv.209. num.34. Kellenb. qvaſt.de Renunc.ſucc.1. num.29. Beſold.p.4.conſ.171, num. 40.* qvod illa etiam de jure qværendo ex cauſa vel de præſenti vel de futuro fiat, *Bologner. in l.1.C.de pact, num.10.& num. 15.* hæc verò ſolùm de jure delato, *l.1.§. decretalis ff. de ſucceſſ. edict.* ſcil. qvod acceptari poſſit ex libera voluntate citra ullum impedimentum eventus, diei, vel exiſtentis conditionis, *l.45.§.ſi ſub conditione ff. de leg.2.* Qvia repudiatio eſt declaratio voluntatis, qva qvis oſtendit ſe nolle acceptare, ſ. acqvirere jus ſibi delatum. Unde repudiatio hæc duo neceſſariò præſupponit, nim.

jus

jus nondum planè qvæſitum, & potentiam ſine ullo impedimento proximam, *arg. l.13. l.18. de acq. her. Decian, Conſil. 1. num.* 82. *l.* 1.

§. 3. *A renunciatione* differt *beneficiorum reſignatio*, ut ſpecies à genere, ſiqvidem *reſignatio* eſt renunciatio, qvæ fit cum cauſa coram ſuperiore, cujus intereſt, *Pariſ. lib.* 1. *qvæſt. 1. num. 30. & 33. de reſign. benef.* At non omnis *Renunciatio* eſt *Reſignatio*, cùm omnis Renunciatio exigat ſuperioris conſenſum.

§. 4. *Ceſſioni* contradiſtingvitur *Renunciatio*, qvòd hæc ſit nuda privatio: Illa verò juris ſui & qvidem ex idoneâ cauſâ qvædam qvaſi traditio, *arg. l pen. C. Mandat. ibiqve Caſtrenſ. num. 9.*

§. 5. *Renunciatio ſucceſſionis* eſt futuræ ſucceſſionis ex libera voluntate à filia congruè dotata in favorem maſculorum & conſervationem familiæ juratò facta remiſſio, *Vid. Andr. Dalner. tract. de var. renunc. Keilenb. de renunciat. ſucceſſ.*

REGALE. §. 1. *Regalia majora* ſunt ſumma jura Imperatoris, in ſignum ſupremi honoris, & ad gubernationem Imperii conceſſa. Hucqve referunt jus leges univerſales condendi, jus monetæ, jus ſupremæ provocationis, jus belli indicendi, Jus Academias conceſſis privilegiis erigendi, jus creandi nobiles, Doctores, Licentiatos ac Magiſtros itemqve Notarios.

Majora Regalia appellantur etiam à nonnullis Dd. potentiora, merè regalia, perſonæ Principis cohærentia, corona annexa, perſonaliſſima, extra commercium exiſtentia, ſacra ſacrorum, reſervata Principis κατ' ἐξοχὴν. *Sixtin. de Regal. l.* 1. *c.* 2. *num.* 3.

§. 2. *Minora regalia* ſunt, qvæ ad fiſci augmentum conceſſa Minoribus regalibus annumerantur viæ publicæ, vectigalia, bona qvæ indignis auferuntur, fodinæ metallicæ, & Salinæ, piſcationum reditus, bona committentiū crimen majeſtatis, dimidium theſauri in loco religioſo non datâ operâ inventi, *Vid. Finckelth. diſp. feud. IV.*

§. 3. *Regalia* ſunt jura ei, qvi ſuperiorem non recognoſcit, vel cui conceſſione aut præſcriptione, conſvetudinevè

qvæſita ſunt, competentia ad ſalutem & decus Reipubl. tuendum, *Regner. Sixtin. l. 1. de Regal. cap. 5. num. 14.*

§. 4. *Regalia* dicuntur ex eo, qvod Regi vel Imperatori, qvem jus feudale Regem appellat, *2. F. 26. 2. F. 54.* principaliter competunt.

REGULARIS. §. 1. *Regulares* in jure canonic. *tit. de Regularibus & transeunt. ad relig.* vocantur, qvi voto paupertatis, obedientiæ, caſtitatis obſtricti ſe imperio alicujus Prælati, ſub certa & probata vitæ regula, ſubjecerunt. Ubi nota hæc tria, *Paupertatem*, *Obedientiam*, *& Caſtitatem* eſſe de ſubſtantia ipſius religionis. Regularium autem nomine veniunt hoc loco Monachi, Moniales, Canonici regulares, & reliqvi Religioſi. *cap. 6. in fin. de ſtat. Monach.*

RAPERE. §. 1. Etſi *rapere* vim plerumqve majorem ſignificat, *l. 1. l. 2. §. 1. ff. ſi per vim l. f. de vi bon. rapt.* pro re tamen ſubjecta ſæpius ad leviorem, & qvaſi vim, etiam eam, qvæ effectum ſortita non eſt, refertur, *l. 9. de V. S. l. 3. §. non ſolum ff. de incend. ruin. l. ſi qvis ex domo. ff. de furt.* nam ſi qvid frangatur, vel ſciſſum ſit, etiamſi vi atroci non fiat, raptum tamen dicetur, qvia ruptum eſt & loco ſuo motum, *d. l. 3. §. non ſolùm l. 2. ff. ne qvis eum, qvi in jus.* Rapere enim dicitur, qvaſi è manu capere, tollere & auferre, ſive removere, *d. l. 2. l. 4. ff. eod.* Itaqve is etiam rapuiſſe dicitur, qvi comiti vel mancipio perſvadet, ut ſe abduci patiatur, ut à domino fugiat, *l. 15. §. comitem de injur. cauſ. fin. 36. q. 1. l. un. C. de rapt. virg. Gœdd. ad l. 9. num. 12. de V. S.*

§. 2. *Rapere* tam de rebus mobilibus, qvàm perſonis dicitur, *l. un. C. de rapt. virg. t. t. ff. C. & inſt. de vi bon. rapt.* Sed an etiam de rebus immobilibus? Etſi propriè res immobiles invadi dicantur, generaliter tamen rectè etiam rapi, maximè cùm & frangi & ſcindi poſſint, veluti ſi ædium parietes, fundorum pendentes fructus, vel ſepes, vel foſſæ, vel formæ agri fractæ, proſciſſæ ac disjectæ eſſent. *Gœdd. loc. citat. num. 14. & ſeqq.*

RECTE. RITE. §. 1. Vox *rectè* vi ſua ſignificat cauſæ juſtitiam. Neqve ſolum rei juſtitiam & æqvitatem, verùm etiam legitimum cauſæ ordinem & ſapientiam ſignificat, *l. 2.* §. 1.

§. 1. *ad SC. Vell. l. 1.* §. 1. *de lib. cauſ. l.* 2. *de inoff. teſt. l.* 13. *de minor.* Sic & qvod *ritè* fit, *rectè* factum dicetur. Itaqve inter hæc duo vocabula *ritè* & *rectè* nulla eſſet differentia, niſi qvòd *rectè* generalius, *ritè* ſpecialius ſit, *Gædd. ad l.* 73. *num.* 3. *de V. S.*

RE. RETRO. §. 1. *Re*, hæc ſyllaba, vel dictio juncta alicui verbo importat iterationem actus, *vid. Tuſch. lit. D. concluſ.* 365.

§. 2. *Retrò* importat tria tempora, præſens, præteritum, & futurum, prout dictiones *olim*, *jam*, *dudum*, *qvondam*. *Tuſch. d. l. concl.* 366.

RETORSIO. §. 1. *Retorſio vel retortio* aliis dicitur Reproperatio, recriminatio, relatio, vel injuriarum relatio, Germ. abgedrungene Ehren-Rettung. Uſurpatur autem vox *retorſionis* vel de retortione injuriarum, vel de retorſione juris iniqvi.

§. 2. *Retortio injuriarum* eſt vindicatio, qvâ injuriâ verbali affectus, regerendo verbis injuriam in afficientem, honorem defendit.

§. 3. Ob expeditiſſimam illam injurias vindicandi commoditatem licita eſt *Retortio juris novi ſeu iniqvi*, fundata in Edicto: *Qvod qvisqve juris in alterum ſtatuerit, ut ipſo eodem jure utatur*, qvod explicatur *in tit. ff. qvod qvisqve jur.* Hujus edicti duo ſunt capita; qvorum *primum* eſt de magiſtratu novum aut iniqvum jus, ſive aliqvo poſtulante ſive motu proprio ſtatuente: *alterum* de parte litigante jus novum vel iniqvum poſtulante & imperante. Datur ex hoc edicto actio perſonalis in factum prætoria illi, qvi læſus eſt novo jure vel alii cuicunqve; & qvidem ex priori ejus parte, adverſus magiſtratum, qvi is ſtatuit; ex poſteriori contra illum, qvi poſtulavit & impetravit, ut idem jus ſibi dici uterqve patiatur. Similiter *per modum exceptionis* hoc edicto uti qvis poteſt. *Hodie* in applicatione hujus Edicti ad retortionem diverſarum conſtitutionum & ſtatutorum in diverſis Imperii Romano-Germanici ditionibus, per jus novum intelligendum eſt omne id, qvod eſt contra jus commune (leges nimirum Juſtinianeas, jus feudale commune, jus Canonicum receptum, conſtitutiones Imperii, & mores generaliter

in Imperio obtinentes) licèt illud in ſe conſideratum fortè iniqvum non ſit. Exempla ſunt, ſi qvis impetraret, ut ſibi liceret factam venditionem reſcindere: eodem jure contra ipſum uti aliis liceret. Contra judicem invalida inſtrumenta admittentem ſimilia produci poſſunt, *Vid. latè D.StruV. diſſ.de Vindict.priVat.th.45, & ſeqq.* Si qvæ civitas aut provincia hæreditatem vel totam vel ex parte non permittit transferri in aliam, rectè hæc contra iſtam eodem jure utitur, *Vide Carpzov.p.3.Conſtit.38. Berlich.p.3. concl.15. D.StruV.d.l.th.65. & ſeqq.* Si regio aut civitas excludat à nundinis ſuis mercatores alterius civitatis: hæc viciſſim à ſuis nundinis mercatores illius civitatis arcebit.

SEDITIOSUS. §. 1. *Seditioſi* dicuntur, qvi tractant facere novitatem, vel proditionem aut mutationem civitatis, aut publici ſtatus, faciendo rumorem in populo, *Bald.* 1. *conſ. 59. Jac.Ayrer.proc.p.2.c.6.obſ.1. num.*1. Seditio dicitur perturbatio qvietis ſeu pacis publicæ, *l.1.l.2.C. de ſeditioſ. Emer. à Rosbach.proc.crim.t.*4.*cap.4.p.553.*

SEGETES. §. 1. Fruges redeunt, vel *ſine ſemine*, vel *ex ſemine*. *Illa* generis nomen retinent: *hæ* ſegetes à ſemine ſpecialiùs vocari ſolent: & dividuntur in *frumentum* & *legumen*, *Gœdd. ad l.77.n.3. de V. S.*

SALTEM. SEMPER. SCILICET. §. 1. *Saltem* Hæc dictio adjecta diſpoſitioni numerali non excludit majorem numerum, qvàm fuerit expreſſum, *Vid. Card.Tuſch. lit. D.concluſ.367.*

§. 2. *Scilicet* eſt dictio reſtrictiva de ſui natura, vel declarativa, & ideò importat alterum de duobus, *Fulgoſ. conſ. 147. num. 2.*

§. 3. *Semper* ſignificat ſine diſtinctione temporis, *Tuſch. lit.D. concl.371.*

Dictiones *PlerumqVe*, *Semper*, aut ſimiles, qvando ponuntur in lege vel canone, denotant, qvod lex vel canon ponit regulam, *Nic.EVerh.à Middelb.loc.leg.9.n.* 13. *Gœdd.ad l. 1.n.33. in fin. ff.de V. S.*

SOLUMMODO. SUBSEQVENTER. §. 1. *Solummodo*, hæc dictio adjecta poteſtati aliqvid faciendi, ſolummodo in

in certas perſonas, eſt excluſiva aliorum, *Bald. l. 3. conſil. 335. num. 2.*

§. 2. *Subſeqventer* importat immediatè & in continenti, *Bald. l. 1. conſ. 105. pr.*

SOLUTIO. §. 1. Minus *ſolvit*, qvi tardius ſolvit, nam & tempore minus ſolvitur, *l. 12. in fin. de V. S. l. 85. de ſolut. Vid. l. 17. §. 4. de uſur. l. 2. C. eod.*

§. 2. *Vox ſolutionis vel latiùs* ſumitur pro qvavis liberatione ſeu qvovis modo, qvo vinculum & ſubſtantia obligationis diſſolvitur, *l. 54. de ſolut.* & alibi ſatisfactio dicitur, *l. 176. de V. S.* vel *ſtrictiùs*, *l. 6. pr. qvib. m. pign. ſolv.* & aut vera eſt, *l. pen. de ſolut.* de qva *tit. de ſolut.* aut ficta ſeu imaginatitia & analogica, qvæ acceptilatio dicitur, §. 1. *Jur. qv. m. toll. obligat.*

§. 3. *Solutio* (*propriè dicta*) eſt actus, qvo id, qvod alteri debetur, à qvocunqve naturaliter præſtatur, *pr. J. q. m. toll. obl. l. 47. de O. & A. l. 49. l. 16. §. pen. de ſolut.*

§. 4. *Solvere, ſatisfacere* differunt, *Solutam pecuniam* intelligimus (*utiqve naturaliter*) ſi numerata ſit creditori, *l. 49. de ſolut. Satisfit*, expromiſſore aut pignore dato, *l. 10. de pign. act. l. 4. §. 3. de re jud. l. 21. § f. de conſt. pecun.*

§. 5. *Minus ſolutum* intelligitur; etiamſi nihil eſſet ſolutum, *l. 32. l. 81. de V. S. l. 7. §. 2. verſ. minus de tribut. act.*

§. 6. *Solvendo eſſe* nemo intelligitur, niſi qvi ſolidum poteſt ſolvere, *l. 114. de V. S.*

§. 7. Non poteſt videri *minus ſolviſſe* is, in qvem amplioris ſummæ actio non competit, *l. 117. de V. S.*

§. 8. *Datio in ſolutum* eſt beneficium, qvod debitoribus caſu fortuito ac calamitoſo ad paupertatem redactis, qvibus adhuc prædia & res immobiles ſuperſunt, qvæ emtorem non inveniunt, ea creditoribus loco ſolutionis dare fas eſt, *Vid. Manz. patroc. deb. deciſ. 1. qvæſt. 9. Add. Nov. 4. c. 3. pr. & verſ. ſed hoc.*

§. 9. Differunt *Mandatum de ſolvendo* & *Mandatum executoriale.* Nam hoc decernitur, qvando in obligatione conſenſuali cautum eſt, ut in caſu non factæ ſolutionis per executionis viam nullâ prævià citatione, ſed tanqvam in re judicata executivè procedatur. *Mandatum* verò *de ſolvendo* de-

cernitur, qvando debitum vel confeſſione rei liqvidum eſt, vel in obligatione ſunt prægnantes clauſulæ, ut liceat caſu, qvo ſolutio non debito tempore fiat, jure vel injuriâ (mit/oder ohne Recht) bona debitoris proſeqvi, *Gylm. Voc. Executoriales*, §. *Executoriales & Mandatum*. An autem hæc differentia ſubſiſtere poſſit, valdè dubitat *Jac. Blum. proceſſ. Cameral. tit. 34. num. 86.*

STIPENDIUM. §. 1. *Stipendium* à ſtipe appellatum eſt, qvòd per ſtipes, id eſt, modica æra colligitur. Idem hoc etiam *tributum* appellari Pomponius ait. Et ſanè appellatur ab intributione tributum, vel ex eo qvod militibus tribuatur, *l. 27. de V. S. Vid. l. 12. §. 2. de Publ. in rem act.*

SYLVA CÆDUA. §. 1. *Sylva cædua* eſt, ut qvidam putant, qvæ in hoc habetur, ut cæderetur. Servius eam eſſe, qvæ ſucciſa rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcitur, *l. 30. pr. de V. S. l. 7. §. 12. Sol. matrim.*

§. 2. *Sylva generale* nomen eſt, & lucum, & nemus, & ſaltum, & ſylvam glandariam, & cæduam continens: Qvæ ſpecies omnes fine & uſu diſcernuntur, adeò etiam, ut in ſylva cædua arbores glandiferæ, *l. cum manu §. Sylva ff. de contr. emt.* contrà ſucciſæ ac cæduæ arbores poſſint in glandaria haberi, *l. 9. §. f. & ll. ſeqq. de uſufr. Gædd. ad l. 30. de V. S.*

§. 3. *Sylva paſcua* eſt, qvæ paſtui pecudum deſtinata eſt, *l. 30. in fin. de V. S.*

STIGMA. §. 1. *Stigma* erant notæ, qvæ inurebantur delinqventibus, ut conſtaret per ſigna, eos fuiſſe Criminum reos, *Petr. Gregor. Synt. jur. lib. 31. c. 34.* Inuſtio verò ſtigmatum pro pœna non fuit habita, niſi qvando delinqvens propterea fuit notatus ſigno, ut de crimine ab ipſo perpetrato conſtare poſſet, *Carpzov. pract. Criminal. qvaſt. 129. num. 10.*

STIPULA. §. 1. *Stipulâ illectâ* ſignificantur ſpicæ in meſſe dejectæ, nondum lectæ, qvas ruſtici opportunitatem nacti, colligunt, *l. 36. §. 1. de V. S.*

SUBSIGNARE. §. 1. *Subſignatum* dicitur, qvod aliqvo ſubſcriptum eſt. Nam veteres ſubſignationis verbo pro adſcriptione uti ſolebant, *l. 39. §. 1. de V. S.*

SER-

SERVUS. §. 1. *Servi* appellatio etiam ad ancillam refertur, *l.40.§.1.de V.S. l.81.pr.de leg.3.l.45.pr.de leg.2.*

§. 2. *Servus* eſt, qvi ad alterius commodum alienæ poteſtati eſt ſubjectus.

§. 3. *Servitus perſona* eſt conſtitutio juris gentium, qvâ qvis dominio alieno contra naturam ſubjicitur, *§.2. Inſtit. de jur. perſon.l.4.§.1. de ſtat.hom.*

Vel. Servitus eſt libertatis (*ſive illorum jurium, qvibus in omni ſocietate civili alias qvis fruitur*) privatio, jure gentium ob rationabilem cauſam introducta.

§. 4. *De Servo corrupto actio* eſt actio perſonalis, prætoria, mixta, pœnalis, qvâ is, qvi ſervum deteriorem reddit, vel dolosè abſcondendi causâ refugium ei præſtat, à domino convenitur, ut qvanti ea res eſt, in duplum condemnetur, *l. 1. §. 3. & ſeqq. l.5. l.9. de ſerv. corrupt.*

§. 5. Accuratè loqvendo & diſtinctiùs rem conſiderando, *aliud eſt ſervum, ſeu privatum libertate eſſe: aliud dominio alieno ſubjectum.* Poteſt enim qvis dominio eſſe ſubjectus, & tamen liber eſſe, ut apparet hodie in noſtris miniſtris. Item poteſt qvis ſervus ſeu in conditione ſervili conſtitutus, nec tamen in dominio eſſe, *l.38.§.1. de non act.*

§. 6. *Servi pœnæ* dicebantur, qvi ſummo ſupplicio ſic addicebantur, ut ſi liberi eſſent, libertatem, ſin ſervi, domi familiam qvaſi abalienati amitterent: adeò ut ne à pœna qvidem liberati, in illius domini poteſtatem redirent, uti conſtat ex *l.8.§.3. §.10. & l.29. ff.de pœn. l.8. C. de ſent.paſſ. l.24. §.5. de fideicomm. lib.* Qvod enim nullius niſi pœnæ ſervi eſſent, ita dicebantur, *l.7.de pœn.* Qvomodo autem fiant ſervi pœnæ eſt *in l.6. de ſtatu lib. l.12.17.36. de pœn. l. 7. ff. de his, qvi ſunt ſui vel al. §. 3. Inſtitut. qvib. mod. jus patr. poteſt. ſolv.* Servitutem autem pœnæ ſuſtulit Juſtin. Imperat. *Nov.22. c. 8. Auth. Sed hodie Cod. de don. int. vir. Vid. Calvin. Lexic. D.Struv.exerc.9. th. 88.*

§. 7. Servi *appellatione merces* non continentur, *l.203. de V. S.*

§. 8. Servis legatis etiam ancillas deberi qvidam putant, qvaſi commune nomen utrumqve ſexum contineat, *l.101.§. 3. de V. S.*

§. 9

§. 9. *Servorum* appellatio ex eo fluxit, qvòd Imperatores noſtri captivós vendere, ac per hoc ſervare, nec occidere ſolent, *l.239.* §.1.*de V.S.*

STYLUS, Gebrauch. §. 1. Jus Camerale non ſcriptum eſt ſtylus (*conſvetudo, Obſervantia*) Cameræ, *Ord.Cam.p.1. tit.13. pr.* verb. Nach dem löblichen alten Brauch und ſtylo unſers Keyſerlich. Kammer-Gerichts / wie die iederzeit auff ſie bracht. Qvi definiri poteſt Jus non ſcriptum, qvo Camera circa diſceptationem rerum controverſarum in caſibus, ubi jus ſcriptum deficit, utitur, *Jacob. Blum. Proceſſ. Cameral. tit. 2. num. 19.*

§. 2. Circa vocem *Stylus* notandum, qvòd ea in ſignificato ſuprà uſurpato Rom. SCtis qvidem ignota, attamen *pro genere ſcribendi* ſumta fuerit, *ut in l.1.C. de SS. Eccl. ac paſſim apud alios autores.* Hinc recentiores JCti, qvandoqvidem Actus judiciales ut plurimum in ſcriptis conſiſtant, illam vocem ad uſum fori applicarunt, eandem generaliter pro modo ſeu conſvetudine in judicio procedendi, ſive iſte modus in ſcribendo, ſive in aliis actibus conſiſtat, uſurpantes. Qvæ conſvetudo vulgò vocatur *Stylus Judicii, Stylus curiæ*: Juſtinianus *Obſervationem judicialem* nominat, *l.12.§.5.C.de* SS. *Eccl. Jac.Blum. d.tit.2. n.21.*

§. 3. Juxta hodiernum tamen uſum accuratè loqvendo inter ſe differunt *Stylus* Gebrauch / *Conſvetudo* Gewohnheit / & *Obſervantia, obſervatio*, ein Herkommen. Et qvidem qvod ſtylum ac conſvetudinem attinet, (1) ille in ſcribendo, hæc in aliis actibus conſiſtit. (2) ille propriè verſatur circa modum procedendi in judicio, hæc circa definitionem deciſionemqve cauſarum. (3) ille eſt particularis vigens duntaxat in iſto judicio, in qvo eſt in uſu: hæc autem generalis, *Menoch. 2. præſunt. 8. n. 3.4. & 5. Jac. Blum. d.tit. 2. num. 22.* Qvomodo Obſervantia differat à ſtylo, patet ex his, & ex iis, qvæ ſcripta ſunt, *ad voc. Obſervantia.*

§. 4. *Stylo* Cameræ affinia ſunt *Præjudicia Cameralia*, qvæ autem illa ſint, vid. ſuo loco.

§. 5. Stylus curiæ eſt conſvetudo judicialis, determinans ordinem & modum procedendi in judicio obſervandum.

§. 6.

§. 6. Dividi poteſt in declarativum, qvi generalem ſtylum declarat; abrogativum, qvi uſum ac ſtylum receptum abrogat; & introductivum, qvi novum qvid introducit. Dividitur etiam in ſtylum judicii ſuperioris, & inferioris.

SERVITUS RERUM. §. 1. Qvi, *uti optima maximaqve ſunt*, ædes tradit, non hoc dicit, ſervitutem illis deberi, ſed illud ſolum, ipſas ædes *liberas eſſe*, hoc eſt, *nulli ſervire*, *l. 90. de V. S. l. 69. §. 3. de leg. 1.* Fundus ita legatus, vel venditus, *uti optimus maximusq; eſt*, liber præſtandus eſt, *l. 69. §. 3. de leg. 1. l. 59. de contr. emt. l. 48. l. pen. de evict.*

§. 2. Non tantùm in traditionibus, ſed & in emtionibus & ſtipulationibus, & teſtamentis adjectio hæc, *uti optimus maximusq; eſt*, hoc ſignificat, ut liberum præſtetur prædium, non ut etiam ſervitutes ei debeantur, *l. 169. de V. S.*

§. 3. Servitus ſumitur (1) pro jure perſonarum, *t. ff. de ſtat. hom.* (2) pro jure rerum. Et tum vel generaliter, vel in ſpecie pro ſervitute reali, *t. t. de ſervitut.*

§. 4. Servitus *in genere* eſt jus aliena in re conſtitutum, qvo libertas domino alias in re ſua competens adimitur ita, ut ad alterius utilitatem aliqvid in ſuo pati teneatur vel non facere, *l. 15. §. 1. de ſervit. l. 5. §. 9. de nov. op. nunc. l. 16. de V. S. l. 13. §. 1. l. 19. pr. de damn. inf. §. ult. I. de reb. corp. & incorp.* Sive eſt jus in re aliena corporali conſtitutum, ad alterius alicujus ſive perſonæ ſive rei utilitatem.

§. 5. *Servitus Perſonalis* eſt, ubi utilitas ex re aliena immediatè ipſi perſonæ obvenit; ut ſunt uſusfructus, operæ ſervorum, uſus, habitatio.

§. 6. *Servitus realis, ſive prædialis* vocatur, ubi ex re aliena per rem noſtram utilitatem capimus, & ita proximè res iſta ſeu prædium alienum prædio noſtro ſervit, *l. 1. de ſervitut.* *Seu* Eſt jus, qvo dominus in re ſua aliqvid pati vel non facere, in commodum rei noſtræ perpetuum, tenetur, *l. 15. §. 1. de ſervitut.* *Vel*: Eſt ſervitus, qvâ alienum prædium vicinum prædio noſtro præbet utilitatem, *l. 8. §. 1. l. 15. §. 1. de ſervitut.*

§. 7. *Servitus urbanorum prædiorum* eſt, qvæ prædiis *uſum urbanum* habentibus, à prædio vicino alieno debetur, *§. 1. J. de ſervitut.*

§. 8.

§. 8. *Servitus ruſticorum prædiorum* vocatur, qvæ prædiis *ruſticum uſum* habentibus, debetur, à prædio vicino alieno, §.3.*I. de ſervit.*

§. 9. Conſideratur *ſervitus* vel ratione prædii, cui debetur, qvod *dominans* vocatur, vel ratione prædii, qvod ſervit & patitur, ſeu cui imponitur ſervitus, & eam debet, qvod *ſerviens* dicitur. *Priori* conſideratione ſervitus eſt jus ſeu qvalitas in jure, conſiſtens, nobis in prædio noſtro competens, (Germ. eine Gerechtigkeit/) atqve hæc jura perinde inhærent prædiis ſecundùm juris diſpoſitionem, & qvalitatibus ſeu facultatibus & potentiis moralibus ſeu civilibus & legalibus ejusmodi afficiuntur prædia, & qvaliter ſe habentia, & meliora dicuntur: ut qvalitates aliæ naturà inhærent prædiis, nempe bonitas, ſalubritas, amplitudo. *Poſteriori* conſideratione, ſervitus eſt qvalitas paſſiva, ſeu paſſio moralis, vel civilis & legalis. Germ. Dienſtbarkeit/ *D. Georg. Adam. Struv. exercit. 13. theſ. 3. & ſeq.*

§. 10. *Servitus oneris ferendi* eſt, qvâ vicini paries vel columna onus noſtrarum ædium ſuſtinere debet, *l.33.de Serv. Urb.Præd.* Germ. Die Bürde oder Laſt-Tragung der Gebäu. *Caſp. Manz. diſſertation. de ſervit.*

§. 11. *Servitus tigni immittendi* eſt, qvâ trabem, vel qvid aliud, qvo ædes contignantur, ex ædibus ſuis in parietem vicini licet immittere, ut in eo reqvieſcat, *l.2 l.20. l.25. de ſerv. urb.præd. l.242. §.1.de V.S. Manz. d.l. dicitur* Das Traum-Recht.

§. 12. *Servitus projiciendi protegendive* eſt, qvâ ſuprà alienam domum vel aream ædificatum aliqvod provehitur ita, ut nusqvam in ædibus vicini reqvieſcat, *l.242.§.1.de V.S. l.20. pr. de S.V.P. l.29.§.1.ad L.Aqvil. Vid.Capoll. de ſervitut. c.61.* qvalia ſunt mœniana, (*Ejusmodi hodie ſunt, qva Germanis* Aercker/ Auß-Gebäu/ Auß-Lucht *vocantur.*) It. ſuggrundia. (Ejusmodi hodie ſunt die Für-Dächer/Wetter-Dächer/ *Vid. Vitruv. de architect. l.2.c.8.*

§. 13. *Servitus altius tollendi* eſt, qvâ qvis etiam cum damno ſuo tenetur pati alterum ad utilitatem ſuam ædes altius tollere, §.2.*I. de action.* Deinde poteſt dici ſervitus altius tollendi, ubi vicinus tenetur ædes ſuas altius tollere ad

meam

meam utilitatem, ad qvod ipſum ego cogere poſſum. *arg. l. 17. §. 1. de ſervitut. D. Hahn. ad* Weſenb. *de S. V. P.* Illa patiendi; hæc faciendi dici poteſt.

§. 14. *Servitus altiùs non tollendi* eſt, qvâ qvis in vicinarum ædium utilitatem, cogitur ædes ſuas habere depreſſas, *l. 12. de V. S. P.* §. 2. *l. de ſervitut.* Diſtinctionem harum duarum ſervitutum *altiùs tollendi, & altius non tollendi*, vid. ap. *D. Struv. exerc.* 13. *th.* 12.

§. 15. *Servitus luminum* eſt, qvâ vicinus noſtra lumina, ſive noſtras feneſtras, qvibus lumen haurimus, cœlumqve intuemur, cogitur etiam in ſuo aut communi pariete, ſi ita conventum, excipere, *l. 4. junct. l. 16. de S. V. P. Vid. D. Struv. diſſ. de ædif. privat.* Dienſtbarkeit des Tage-Lichts.

§. 16. *Servitus Ne luminibus officiatur*, Vocatur illa, qvâ non poteſt facere qvicqvam vicinus, qvo qvævis noſtrarum ædium lumina (*etiam illa, qva ipſe non excipit,*) obſcurentur & minuantur, *d. l. 4. l. 15. l. 17. pr. §. 1. l. 23. de S. V. P.* Licht-Recht: daß man einem nicht darff das Licht oder die Fenſter verbauen.

§. 17. *Servitus proſpiciendi, ſeu proſpectus.* Appellatur hæc, qvâ vicinus pati tenetur, & impedire neqvit, nos proſpicere ex noſtris ædibus in ejus prædium, verb. gr. hortum, *d. §. 2. I. de ſervit. l. 12. l. 16. de* S. *V. P. conſ. l. 12. §. 3. Cod. de ædif. privil.*

§. 18. *Servitus ne proſpectui officiatur*, Dicitur, qvâ qvis in prædio ſuo non poteſt qvicqvam facere, qvod libero qvaqva verſum proſpectui in qvævis loca nobis grata & amœna obſtet, *l. 15. l. 23. de S. V. P.*

§. 19. *Servitus ſtillicidii avertendi ſive recipiendi* Trauff-Recht. Aut aqva, qvam recipit vicinus ex vicino tecto, ipſi eſt oneri, aut emolumento. Priori caſu conſtituta eſt ſervitus ſtillicidii recipiendi, *ita dicta reſpectu prædii ſervientis*, aut avertendi, *reſpectu prædii dominantis*, qvâ ſtillicidium, hoc eſt, guttas è tecto ſtillatim cadentes, ex noſtro tecto vicinus ſuſcipere cogitur in ſuo tecto vel area, *l. 2. l. 20. §. 2. & ſeqq. l. 17. §. 3. l. 21. de S. V. P.*

§. 20. *Poſteriori caſu* conſtitui poteſt *ſervitus non averten-*

di

di aut *non recipiendi*, qvâ vicinus aqvam non poteſt avertere, *adeoq; nec recipere*, hunc in finem, ut in vicini ciſternam vel hortum fluat. *d.l.2. Capoll. de ſervitut. urb. præd. c. 29. D. Struv. exercitat. 13. th. 15.*

§. 21. *Servitus fluminis avertendi* ſeu *recipiendi.* Appellatur ea, qvâ flumen, hoc eſt, aqvam collectam, & per canales vel tubus inſtar fluminis defluentem, ex noſtris ædibus tenetur vicinus ſuſcipere, *l.1. de S.V.P. add. l.f. §.4. Qvod vi aut clam.*

§. 22. *Servitus fluminis non avertendi ſive non recipiendi.* Dicitur, qvâ vicino non licet flumen ex ſuis ædibus veniens à noſtro avertere prædio ob commodum, qvod hoc inde habet, *arg. d. text.*

§. 23. Huc etiam pertinet ſervitus fumi. *l.8.§.5.π. ſi ſerv. vind.* poſitum non habendi, *l.17.§.1.π.eod.* Cloacæ immittendæ, *l. 7. de ſervit.*

§. 24. *Actio ex ſervitutibus prædiorum confeſſoria*, eſt actio in rem, qvâ is, cui ſervitus conſtituta, contra qvemvis, ipſum in ea impedientem, vel iſtam detinentem, intendit ut declaretur ſervitutem ad ſe pertinete, ac proinde liberum illius uſum ipſi permittendum *l.2. l.7. Si ſervitut. vind. §.2. J. de action.*

§. 25. *Actio negatoria eſt*, qvâ dominus adverſus eum, qvi ſervitutem in re ipſius prætendit, rem liberam declarari intendit, *l. 2. pr. l.4. §.2. l.7. l.11. l.14. Si ſerv. vind. vel ad al. pertin. neg.*

SPECIFICATIO. §. 1. *Specificatio* eſt, qvando qvis ex aliena materia ſpeciem aliqvam ſuo nomine conficit, l. 7. §. 7. *de A.R.D. §.25. J. eod.*

§. 2. Fitqve duobus modis, vel ubi ex materiâ alienâ tantum qvis novam facit ſpeciem, qvo caſu, ſiqvidem ex materiâ reducibili ſit efformata, domino materiæ; ſi ex non reducibili, ſpecificatori acqviritur; vel ubi partem ex alienâ, partim ex noſtra, & ita dubium non eſt, qvin ſpecies nova ſit ejus, qvi fecit, *§.25. J. de R.D. & A. R.D.*

SPONSALIA. §. 1. *Sponſalia* ſunt mentio & repromiſſio nuptiarum futurarum, *l.1. de ſponſal.* hoc eſt promiſſio mutua & reciproca de præſtando conſenſu conjugali & præ-

terea

terea conſummando, *c. noſtrates.3.q℣.5. XXX. c. 2.30. ult. c. 31. c.46. q℣.2. XXVII.*

§. 2. *Sponſalia de præſenti* ſunt ipſe conſenſus conjugalis, (*q℣ando ſcil. l. purè & ſimpliciter promittitur conjugium, Dn.Carpzo℣. prax. crim.2. q℣. 56. num. 22.*) cum promiſſione iſtum ſecundùm ordinem Canonum conſummandi, *c.9. c.15. de ſponſal. c.39. q℣. 2.XXVII. c.2. ff. de ſponſal. duor. c.9.q.5. XXX. ℣id. Schneid℣℣in. ad tit. de nupt. p.1. de ſponſ. Erneſt. Cochm. ℣ol.2. conſ.78. n.125. Add. Thom. Sanchez. de matrim. l. 7. d. 82. Carpzo℣. in Jurisprudent. Eccleſiaſt. l. 2. t. 2. d. 18.*

§. 4. *Sponſalia publica* ſunt, qvæ palam coram pluribus teſtibus contrahuntur, aut parentibus adhibitis, in qvorum ſponſi ſunt poteſtate, öffentliche Verlöbniſſe/ *arg. c. aliter. 30. q.5. conſang℣ineorum 3. q℣aſt.4. c.2. de clandeſt. de ſponſal. Vid. Joch. à Beuſt. de ſponſal. Kitzel. de Synopſi matrim.*

§. 5. *Sponſalia clandeſtina* ſunt, qvæ clanculum (1) nullis teſtibus adhibitis, qvoad eos, qvi ſui juris, contrahuntur. (2) qvæ ſine authoritate parentum fiunt, inter eos, qvi ſui juris non ſunt, ſive uterqve ſive alter tantùm ſit in poteſtate, ſive præſentibus teſtibus ſive clam contraxerit.

§. 6. *Actio ex ſponſo ℣el ſponſa, item matrimonialis*, eſt nihil aliud, qvàm jus perſeqvendi qvod ſponſo, ſponſæ vel parentibus eorum contra ſponſum ſponſamvè matrimonii conſummationem recuſantem, vel nimis diu & in fraudem factæ promiſſionis differentem, ut reus conventus condemnetur ad promiſſi matrimonii more ſolito & Chriſtiano (*id eſt, coram facie Eccleſiæ*) conſummationem &c. Daß Beklagter die Klägerinnen verſprochene Ehe/ gewöhnlichen Chriſtlichen Gebrauch nach/ mit öffentlichen Kirchgange und Ehelichen Beylager zu vollziehen ſchuldig/ auch auff fernern Ungehorſam durch gebührliche Hülffe und Zwangs-Mittel darzu zu compelliren und anzuhalten ſey/ *D. Hahn.ad Weſenb. parat. de ſponſalib. num. 6.*

SPONSIO. §. 1. *Sponſiones* (Wetten) nihil aliud videntur eſſe, qvàm mutuæ de re, cujus dubius eſt eventus, ſtipulationes conditionales, ut nimirum Titius, e. g. Cajo præſtet reo, ſi Auguſtus Rex fuerit electus, è contra Cajus Titio,

 ſi

ſi Auguſtus non fuerit electus, *vid. Santern. de ſponſ. Strach. de ſponſion. Carpz. 2. c. 19. def. 181. Gœdd. ad l. 7. V. S.*

§. 2. *Sponſio* generale nomen eſt, & tam ad ſtipulationem qvàm pactum, nudam promiſſionem, pollicitationem, aliosqve contractus, qvi conſenſu de re aliqva, vel cum re fiunt, refertur, *per l. 7. ff. de V. S. l. pen ff. de aleator. l. ſi gratuitam. §. f. ff. de præſcr. verb. l. 1. ff. de Legib. l. 24. ff. de ſtatu lib. l. ſciendum. §. dictum ff. de ædil. edict. l. 7. §. qvod ferè ff. de pact. Gœdd. ad l. 7. n. 15. ff. de V. S.*

STAGNUM. §. 1. *Stagnum* eſt, qvod temporalem continet aqvam ibidem ſtagnantem, qvæ qvidem aqva plerumqve hyeme cogitur, *l. 1. §. 4. Ut in flum. publ. navig. tit.*

STATUS IMPERII. §. 1. *Statum Imperii* eſſe, & eſſe *immediatum Imperii ſubditum* differunt. Nam immediatus Imperii ſubditus dicitur, qvi præter Cæſarem nullum Superiorem recognoſcit. *Status Imperii* verò eſt, qvi ſeſſionem & Votum in Comitiis Imperialibus habet, der Stimm und Stand in Reichs-Verſammlungen hat / *arg. R. A. 1548. §. Wann auch ein 56. Capit. Leopold. §. 40. & 44. Jac. Blum. proceſſ. Cameral. tit. 26. n. 47. & tit. 27. n. 41.*

STATUS. §. 1. Vox *Status* JCtis accipitur ferè dupliciter. *Primò* pro firma ac perfecta ætate, Græcis ἀκμῆ, 25. annorum, *l. 13. de probat. l. pen. C. qvand. d. leg.* *Secundò* pro conditione ſeu qvalitate aliqva. Hoc modo ſumitur (1) *latè & generaliter:* Sic dicitur Status Reipubl. *§ f. Inſt. de juſt. & jur.* dignitatis, *l. 5. §. 1. de extr. cogn.* obligationis ſtatus, id eſt, conditio & natura, *l. 9. §. 1. de duob. reis. l. 108. de V. O. l. 124. eod.* ſtatus publicus & privatus. (2) Refertur ad hominem, & accipitur iterum tripliciter (I) *generaliter* denotat hominis conditionem qvamcunqve, v. c. naturalem, qvam qvis à natura habet, *Ariſt. 1. pol. 10.* utpote qvæ ratione ſexus eſt maris & fœminæ, *l. 9. l. 10. de ſtat. hom.* nati, vel in utero exiſtentis, *l. 7. l. 11. 12. 14. 15. 36 eod.* legitimi & naturalis, vulgò qvæſiti &c. *l. 19. 23. 24. d. t.* (II) *Strictius & ſpecialiter* refertur ad ſtatum hominum civilem, ſeu politicum, qvi in ſocietate civili viventibus perſpicuam juris diverſitatem inducit, ſeu ſecundum qvam iis diverſimodè jus redditur. Hic autem à jure eſt ſeu lege. Sic ſtatus & dignitas opponuntur, *l. 20. de ſtat. hom.*

hom. §.5. *Inſtitut. de cap.min.* Et hic ſtatus in ſpecie vocatur ſtatus hominum vel perſonarum, *l. 2. de ſtat. hom.* Aliàs caput, *arg. pr. Inſtitut. de c. min. l. 1. pr. eod.* Vita civilis, *Herm. Vult. 1. diſcept. ſcholaſt. 12. pr.* (III) *Strictiſſimè* ſtatus accipitur pro parte ſtatus. Ut pro libertate, *l. 41. de reb. cred. l. 5. de probat. l. 15. qvi teſt. fac. l. 24. de capt. & poſtl.* §. 12. *J. de excuſ. tut.* Ita & aliqvando accipitur pro civitate, nonnunqvam pro familia, §. 3. & 4. *Inſt. de cap. min. l. 57.* §. 1. *de rit. nupt.* ubi ſtatus liberorum denotat eorum familiam, *Dn. Hahnius ad Weſenbec. parat. tit. de ſtat. hom. num. 1. D. Struv. exerc. 3. theſ. 25. Add. Limn. de jur. publ. l. 1. c. 10. num. 1.*

§. 2. Vox *ſtatus* prout ſtrictè accipitur, deſcribi poteſt, qvòd ſit conditio hominum politica ſeu civilis, qvæ facit, ut hoc vel illo jure qvis in ſocietate civili utatur, *D. Struv. exerc. 3. theſ. 6.*

§. 3. *Statu liberi* dicuntur, qvi ſtatutam vel deſtinatam in tempus vel conditionem libertatem habent, *l. 1. l. 6. de ſtatu libert.*

SEPARATIO. §. 1. Ratione objecti, de diverſis rebus hoc vocabulum in jure noſtro uſurpatur: interdum enim dicitur ſeparatio æqvi ab iniqvo, *l. 1.* §. 1. *ff. de juſtit. & jur.* (2) Separatio fructuum, *l. 13. in fin. ff. Qvib. mod. uſusfr. am. l. 25.* §. *1. de uſur.* (3) Separatio conjugum, *c. qvæſivit. 2. & cap. porrò. 3. X. de divert.* (4) Separatio domicilii menſæqve, *Weſenbec. in π. ff. de adopt. num. 7.* Vel, ut eam *Dn. Carpzov. in Jurisprud. Forenſ. part. 2. Conſ. 10. def. 1.* appellat, ſeparationem à patris œconomia; ad harum omnium differentiam alia dicitur ſeparatio bonorum, *in Rubr. & l. 2. C. de bon. aut. jud. poſſ. & tit. de ſeparation.* ſeu remedium indemnitatis, beneficium ſeparationis, *Zaſius in l. debitor. 3. n. 2. ff. de ſeparat.*

§. 2. *Separatio bonorum* eſt diverſorum patrimoniorum, *debitoris ſcil. & heredis*, ad eandem perſonam pertinentium, *heredem ſcil.* diſtinctio, ut ex ſingulis patrimoniis æs, cuiqve patrimonio adhærens, ſolvatur, *vid. tit. ff. de ſeparat. & l. 2. C. de bon. aut. jud poſſ. & de ſeparat. bon.*

SUBDITUS. §. 1. *Immediatus Imperii Subditus* eſt, qvi præter Cæſarem nullum ſuperiorem recognoſcit, *Jacob. Blum. proc. Cam. tit. 26 num. 47.*

§. 2. Imperio autem (*ſeu qvod in idem recidit, Juriſdictioni Cæſareæ*) immediatè ſubjecti ſunt tales vel (1) ratione ſolius perſonæ, vel (2) ratione ſolorum bonorum, vel (3) ratione utriusqve. *Ratione ſolius perſonæ* Imperio immediatè ſunt, qvi nulla bona ſub Imperio habent, aut ab eo recognoſcunt, qvales ſunt pleræqve Civitates Imperiales, item die abgetheilte Fürſten/ Grafen/ Herren. *Ratione ſolorum bonorum* Imperio immediatè ſubſunt Eccleſiaſtici, qvi bona ab Imperio habent & recognoſcunt. Nam iſti ratione ſuæ perſonæ, & qvatenus conſiderantur ut Eccleſiaſtici, Papæ Romano ſubjacent. *Ratione utriusqve* ſunt Principes ſeculares, Comites, Barones & Nobiles immediati, qvi bona immediatè ſub Imperio habent, atqve ab eo recognoſcunt, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 26. num. 41 & ſeqq.*

SPECIES. §. 1. Plus eſt in *ſpecie*, qvam in *genere*. Seu Proprio cujusqve ſpeciei nomine, vel qvod vice ejus fungitur, plus qvàm generis nomen continetur, *per l. 2. pr. de ff. de V. S. l. ut. Alphenus ff. eod. l. 1. §. apud Labeonem. ff. de aq. pluv. arc. Gœdd. ad l. 2. pr. n. 5 ff. de* V. S.

§. 2. In toto jure generi per ſpeciem derogatur, *l. 80. π. de R. J. l. 41. π. de pœnis.* Multum intereſt inter Genus & Speciem: Speciem enim eximi de genere placet, *l. 10. π. de manum. teſt.*

§. 3. Species prædicatur de pluribus, non tantùm actu, ſed etiam potentia, etſi hæc fortè nunqvam traducatur in actum. Natura enim ſpecifica perpetuatur in uno individuo, modò nihil repugnet eam multiplicari, qvas vocant *Species Monadicas.*

SEPULCHRUM. §. 1. *Sepulchra familiaria* ſunt, qvæ qvis ſibi familiæqve conſtituit, *l. 5. de relig. & ſumt. fun.* & ad heredes qvoqve *non fideicommiſſarios, l. 42. §. 1. l. 55. §. 2. ad SC. Trebell.* atqve hæc etiam ad ſuum heredem abſtinentem imò exheredatum ſpectant, *d. l. 6. Add. Buiſon. 2. ſol. antiqv. c. 14. Joh. Kirchmann. de funer. Rom. l. 3. c. 13. Gvid. Pænetrol. & Salmuth. 1. de rer. memor. tit. 6. Joh. Dilect. Durant. de ſepultur. Jac. Guther. de jur. manium, Medic. Finckelthauſ. & Schild. de jur. ſepultur.*

§. 2. *De ſepulchro ædificando interdictum* eſt, qvo vetat præ-

prætor vim fieri ædificanti in loco ſuo ſepulchrum, *l.1.* §.*5. de mort. inf.* & *ſepulchr. ædific.* ſive novum opus moliatur, ſive vetus reficiat, *l.1.* §.*pen. l.5.*§.1.*d.t. l.7. de ſepulchri Vici.*

SATISDATIO. §. 1. *Satisdatio* eſt cautio, qvæ fit datis fidejuſſoribus, *l.1. qvi ſatisd. cog. l.4.* §.*8. de fid. lib.* 1. §.*9. de collat. l.7. de prat. ſtip. n.53. c.2. c 3. num.*112. *c.2.* Vid. *Frantzk. in ff. Qvi ſatisd. n.9. Gædd. in l.61. de* V.S.

§. 2. *Satisdatio* vel eſt *conventionalis*, vel *legalis*. Et hæc rurſum vel *civilis* vel *pratoria*. *Conventionalis*, ut & *legalis* ea, qvæ ipſo jure civili introducta eſt, etiam pignoribus fieri poteſt, *l.* 21. *in fin. de Conſtit. pet. l.4.* §.8. *junct. l.2. de fid. lib.* *In ſatisdatione pratoria* diſtingvendum, utrum prætor eam exigat pro re certa, ſeu certa qvantitate, an verò indefinitè, qvo qvantitate incerta, veluti pro omni eo, qvod intereſt. Priori caſu, etiam per pignora ſatisdari poteſt, *l.* 2. §. *3. Qvod leg. l.1.* §.*9. de collat.* Poſteriori verò caſu præcisè reqviruntur fidejuſſores, *l.7. de pret. ſtip.* junct. *l.53. de* V. O. *n. 94. in Epil. add. l.25. de R. J. l.6.* §.*ult. qvib. mod. pign. ſolv. l. 6.* §. *1. de mun.* & *hon.* *Sucholt. diſſertat. 3. aph. 44. D. Struv. exercitat. 5. theſ.*21.

§. 3. (1) *Satisdatio in genere* ſignificat omnem ſatisdationem, etiamſi per *nudam promiſſionem* fiat, & ſatisfactionem, *l.63. de* V.S. *l.2. ff. de her. vend. l.2. pro her. l.22.* § *ult. de conſtit. pec.* (2) denotat cautionem, qvæ fit *pignoribus* vel *fidejuſſoribus*, *l.21.* §.*f. de conſtit. pec.* l.*49. in f. de ſolut.* l.1. §.*9. de collat.* (3) in *ſpecie* & *propriè* vocatur ſecuritas, qvæ fit tantùm fidejuſſoribus, l.1. *qvi ſat. cog.* l.7. *de prad. ſtip.* l. 2. §. 3. *de pign. act.* l. *4.* §. *8. de fideic. lib.* (*maximè cum refertur ad Prætorias ſtipulationes, unde pignoribus in vicem ſatisdationis qvis defungi non poteſt*, l.7. *de prat. ſtip.* l. *1.* l.*3.* §. *1.* *Si cui plus qvam per L. Falcid.* l.4. §.*8. de fid. lib.*) & nudæ cautionis, l.1. § *5. de prat. ſtip.* atqve promiſſioni, *rubr. tit. ff. Qvi ſatisd. cog.* nec non cautioni pignoratitiæ opponitur, §. *41. I. de R.D.* l.6. §.*f. qvib. mod. pign. ſolv.* l.*4.* § *8. de fid. lib.* *D. Hahn. ad* Weſenbec. *ff. qvi ſatisdat. cog.* D. Wiſſenbach. *ad L.61. de* V.S.

§. 4. Cauſa *ſatisdationis* (latè) eſt vel *juſſus Magiſtratus*, vel *conventio privatorum*: indeqve ſatisdatio ex illo eſt

neceſſaria, ex hac voluntaria. *Neceſſaria* eſt, qvæ à lege vel magiſtratu imponitur, ut de ſiſtendo, de ſe præſentando, de non offendendo, dilapidando, de expenſis, & ſimiles. *Voluntaria*, qvæ ex conventione debetur, ut qvæ ex conventione contractibus apponitur, *l. 10. rem rat. hab.* Sed notandum, qvod neceſſaria κατ' ἐξοχὴν, talis, qvia nec hæc voluntatem litigatorum excludit, *Weſenb. ad tit. ff. qvi ſatisd. cog. n. 3. Vid. Bachov. ad Tr. diſp. 5. th. 1. lit. R. Verbo à lege.*

§. 3. Differunt *Cautio & Satisdatio*. *Cavemus* tum fidejuſſoribus tum pignoribus, *l. 1. §. 9. de collat. l. 188. §. 1. de V. S.* *Satisdamus* (propriè) fidejuſſoribus tantum, *l. 1. qvi ſat. cog.*

SATISFACTIO. §. 1. Vox *ſatisfactionis* eſt generalis, qvæ ſignificat (1) ſolutionem, *l. 5. ut in poſſ. leg. l. 176. de V. S.* (2) pignoris fidejuſſorisqve exhibitionem, *l. 52. de ſolut. l. 19. de de contr. emt.* (3) vel aliam ſecuritatem, *l. 21. §. f. de conſt. pet.* Aliud tamen eſt ſolvere, aliud ſatisfacere, ut notatum in voce *ſolutionis*.

STIPULATIO. §. 1. Hæc verba, *his rebus rectè præſtari*, hoc ſignificant, ne qvod periculum vel damnum ex ea re ſtipulator ſentiret, *l. 71. §. 1. de V. S. l. 21. §. 2. de adil. ed. l. 19. l. 58. de R. V.*

§. 2. *Stipulatio* eſt contractus, conceptis verbis conſtans, qvibus alter præſens interrogat, & alter itidem præſens, qvi interrogatur, daturum ſe facturumvè id, qvod interrogatus eſt, congruenter & continuò reſpondet, *l. 5. §. 1. l. 1. §. 1. & f. l. 137. pr. de V. O. Struv. exercit. 47. th. 2.*

§. 3. *Stipulatio Dividua* eſt, qvæ continet rem, qvæ vel naturâ vel jure dividua, ſeu qvæ per partes utiliter præſtari poteſt, *l. 5. §. 1. de V. O.* *Individua*, qvæ continet id, qvod vel naturaliter & civiliter ſeu jure, vel ſolum civiliter & jure individuum, ſive qvod per partes utiliter præſtari neqvit, *d. l. 4. §. 1.*

§. 4. *Prætoriæ ſtipulationes* (1) dicuntur illæ, qvæ à mero Prætoris officio proficiſcuntur, ſeu à jurisdictione veniunt, *l. 5. de V. O. §. 2. Inſtit. de diviſ. ſtipulat.* atqve ita diſtingvuntur à judicialibus, qvæ à mero *judicis pedanei* officio proficiſcuntur, ſeu qvas judex pro officio ſuo interponi jubet.

§. 1.

§. 1. *d. t.* & communibus, qvæ re ita exigente interdum autoritate Prætoris, interdum jubente judice interponuntur, *l. 5. pr. de V. O.* (2) Qvæ edicto Prætoris interponi jubentur, & ex eodem edicto certam formam habent. *Atqve harum ſtipulationum in poſteriori ſcil. ſenſu tres videntur eſſe ſpecies,* judiciales, cautionales, communes.

§. 5. *Judiciales ſtipulationes* hîc eas dicimus, qvæ propter judicium interponuntur, ut ratum fiat: ſeu qvæ ad judicium pertinent, & propter ipſum judicium conſtituendum & confirmandum interponi ſolent, ut judicatum ſolvi: & ex operis novi nunciatione, *l. 1. §. 1. de prætor. ſtipul.*

§. 6. *Cautionales* (*ſtrictius ſumto vocabulo, alias omnes cautionales ſunt, l. 1. §. 4. de V. O.*) ſunt, qvæ ipſam rem cautiorem reddunt, & inſtar actionis ſe habent, qvatenus nimirum à magiſtratu qvaſi per actionem impetrantur, & veluti nova remedia ad veterem aliam actionem accedunt, ut ſtipulationes de legatis & de tutela, & ratam rem haberi & damni infecti, *l. 5. de V. O. §. 2. edd. l. 57. §. 1. de V. S.* Wiſſenbach. *ad tit. ff. de Prætor. ſtipulat. theſ. 24. l. 6. l. 33. l. 44. pr. de damn. inf. l. 18. de S. V. P.* Sic ſtipulatio legatorum vel fideicommiſſorum nomine interpoſita novat actionem ex teſtamento, ut jam ex ſtipulatu agatur, *l. 21. de acceptilat.* & ſtipulatio rem pupilli ſalvam fore novat tutelæ actionem, *l. 6. de novat.* ſtipulatio rem ratam haberi novat condictionem ante competentem, *l. f. in fin. Rem rat. haber. Zæſ. ad tit. ff. de Prætor. ſtipulat. D. Struv. exerc. 47. th. 98.*

§. 7. *Stipulationes communes* ſunt, qvæ partim propter judicium, partim propter rem ipſam fieri ſolent, ut ſunt ſtipulationes, qvæ fiunt judicio ſiſtendi cauſâ, *l. 1. §. 3. de Prætor. ſtip. l. 1. §. 2. Si qvis caut. jud. ſiſt.*

§. 8. *Conventionales* dicuntur, qvæ neqve juſſu prætoris, neqve judicis, ſed ex conventione & libero conſenſu, ſive voluntate contrahentium interponuntur, & qvidem toties, qvoties, ſibi magis cautum & proviſum volunt, §. 3. *Inſtit. de diviſ. ſtip.*

§. 9. *Judiciales Stipulationes* (*non intelliguntur autem* judi-

diciales prætoriæ, *de qvibus ſupra*) dicuntur eæ, qvæ in judicio, pendente lite, dum judex ſuper aliqva cauſa cognoſcit incidenter, & in conſeqventiam alterius litis, petuntur, adeoqve, qvæ à mero, id eſt, mercenario judicis officio proficiſcuntur, §. *1. Inſtitut. de diviſ. ſtipulat. ibiqve in comment. Caſp. Manzius.*

SUUS. SUITAS. §. 1. *Suitas* eſt jus, qvo omnium jurium, qvæ apud patrem defunctum fuêre ad deſcendentes proximè in ejus familia conſtitutos qvædam qvaſi continuatio immediatè inducitur, *D. Struv. exerc. 34. th. 15.*

§. 2. *Effectus ſuitatis* eſt, ut liberi fiant heredes etiam ignorantes, citra ullum factum, & ob id mortui anteqvam ſciant patrem obiiſſe, & hereditatem paternam acqviſitam ſibi ad qvoscunqve heredes transmittunt, §. *2. I. de her. qva ab inteſt.* l. *3.* l. *8. C. de jur. delib. Bacchov. ad* §. *2. Inſtitut. de her. qval.*

§. 3. Horum pronominum, *mei, tui, ſui*, ſignificatio duplex eſt, (1) Suo *generaliter* ſumto continetur *debitum*. Meorum enim & tuorum appellatione actiones qvoqve contineri dicendum eſt, l. *91. de* V.S. l. *6.* §. *6. Qva in fraud. cred.* l. *5.* §. *Si eum. de doli except.* l. *3. C. de her. pet.* (2) Strictè verò acceptum opponitur *Debito*, l. *27.* §. *2.* l. *34. pr. de aur. & arg. leg.*

§. 4. *Suum eſſe*, & *Sibi deberi*, manifeſtè ſibi invicem opponuntur, l. *27.* §. *2.* l. *34. de aur. & arg. leg.* l. *159. de R. J. Vid. D. Wiſſenb. ad* l. *178. de* V. S.

§. 5. *Sua res* dicitur eſſe alicujus, non tantùm qvæ ejus eſt pro parte, l. *1.* §. *domini. de* SC. *Silan.* l. *5.* §. *1. & 2. de leg.* 1. l. *46. de rit. nupt.* Magis tamen propriè dicitur res mea, qvæ tota mea eſt. Et hac ratione verbum ſuum ambiguum eſt, ut ait Pomponius: *Verbum ſuum ambiguum eſt, utrum de toto an de parte ſignificet, & ideò qvi jurat, ſuum non eſſe, adjicere debet, neqve ſibi commune eſſe*, l. *232.* §. *f. de* V. S. *Vid.* l. *45. de leg. 3.*

§. 6. Liberorum appellatione nepotes & pronepotes, cæteriqve, qvi ex his deſcendunt, continentur, hos enim omnes *Suorum* appellatione lex duodecim tabularum comprehendit, l. *220. pr. de* V. S. §. *1. I. de her. qva ab int.*

§. 7.

§. 7. Differunt *Sui* & *Liberi*. Nomen *Suorum* eſt legitimum, *l.7.pr.de bon.damn.* *Liberorum*, eſt naturale. *Sui* ſunt, qvi ſunt in patria poteſtate: *Liberi* etiam, qvi ſunt emancipati. Mater habet *liberos*, non habet *ſuos*: filium habet, non filium familias.

SUPREMUS. §. 1. *Supremus* ſive ultimus non ſemper dicitur comparatione primi, qvi poſt aliqvem eſt, ſed etiam is intelligitur ſupremus, qvem nemo ſeqvitur, & poſt qvem nemo eſt, *l.92.de V.S. l.34.tr.de vulg.& pup.ſubſt. l.9.pr. de reb. dub.* Qvi unicum etiam habet filium, rectè ſubſtituit ſupremo morienti, exemplo edicti Prætorii, qvo ſupremæ tabulæ dicuntur etiam ſolæ, *l.1.§.1.de bon.poſſ. ſec.tab.l.163. de V.S.*

§. 2. Illa verba, *optimus maximusq;*, vel in eum cadere poſſunt, qvi ſolus eſt. Sic & circa edictum Prætoris ſupremæ tabulæ habentur & ſolæ, *l.163. de V.S.*

§. 3. In vulgari ſubſtitutione, qvâ ei, qvi ſupremus morietur, heres ſubſtituitur, rectè ſubſtitutus etiam unico intelligitur: exemplo duodecim tabb. ex qvibus proximus agnatus & ſolus habetur, *l.162. pr.de V.S.*

SPECIOSÆ PERSONÆ. §. 1. *Specioſas perſonas* accipere debemus Clariſſimas perſonas utriusqve ſexus, item eorum, qvi ornamentis Senatoriis utuntur, *l.100. de V.S.*

STUPRUM. §. 1. *Stuprum* eſt concubitus illicitus ſoluti cum fœmina ſoluta & honeſta, *l.22.l.29. Cod. ad L. Jul. de adult.* §.4.*J.de publ.jud.*

§. 2. *Adulterium* in nupta committitur: *Stuprum* verò in virgine vel vidua. Utroqve tamen verbo lex Julia promiſcuè utitur, *l.101. pr. de V.S. l.6.* §. 1. *ad L. Jul. de adult. l.29.* §.1. *eod.*

§. 3. *Stuprum violentum* eſt, qvo qvis fœminam vi comprimit, ita, ut concubitus, qvantum in ipſo eſt, perfectus ſit ac conſummatus, *O. Criminal. artic. 19. Vid. Dn. Carpzov. 2. qv. crim. 75.*

SACRILEGIUM LUXURIOSUM. §. 1. Eſt concubitus illicitus, à perſona, qvæ cœlibatum vovit, cum alia perpetratus, *c.37.q.* 1. *XXVII.* Committitur autem vel (1) qvando utraqve perſona eſt ſacra ſeu voto obſtricta, (2) qvan-

do alterutra ſolùm. De pœna vid. *c.30.qv.1.27.l.5.C.de Ep.& Cler. Nov. 123.c. 43. Menoch. de arb. jud. qvaſt.2. cap.189. num. 23.*

SODOMIA. §. 1. Contra naturam, qvi committitur concubitus dicitur *Sodomia*; *vid.Carpzov. 2. qv. crimin. 76. Ord.Crim. art. 116.*

SEQVESTRUM. §. 1. *Seqveſtrum* eſt depoſitum rei litigioſæ, qvæ certa conditione, qvòd ſcil. lite finitâ victori reſtituatur, cuſtodienda reddendaqve tertio cuidam traditur, *l.6. Depoſ. l.110. de V.S. l.5. l.17. Depoſ.*

§. 2. *Seqveſtrum voluntarium* eſt, qvod fit ex conventione partium litigantium, *l. 6. Depoſ.*

§. 3. *Seqveſtrum neceſſarium*, ſive judiciale, & prætorium, eſt, qvod juſſu & authoritate judicis aliqvando ex juſta cauſa etiam parte invita decernitur, *c.1.de ſeqveſt.poſſ.*

§. 4. *Actio depoſiti* Seqveſtraria datur victori contra ſeqveſtrem ut finitâ lite, vel aliqvando, præſtitâ ſcil. ſufficienti cautione, relaxatione impetratâ rationes reddat & rem cum omni causâ reſtituat, *arg. l. 1. §. 14. Depoſ. l. 12. §.2. eod.*

§. 5. Vocabulum *ſeqveſtris* ſumitur (1) pro eo, apud qvem plures rem controverſam deponunt, *l.17. depoſ. l.110. de V.S.* (2) pro mediatore, cujus fidem utraqve litigantium pars ſeqvitur, *Gell. l.20.c.10.* Eſt enim ſeqveſter medius inter duos altercantes, unde *Virgilius lib. 11. Æneid.* pacem ſeqveſtram inducias appellavit, qvòd mediæ ſint inter bellum præteritum & futurum. (3) pro tribuum corrumpendarum conductore, qvomodo *Cic. 2. Verr.* moneo, prædio, antè denuncio, inqvit, qvi aut deponere, aut accipere aut polliceri, aut Seqveſtres, aut interpretes corrumpendi judicii eſſe ſolent: qvibus ad hanc rem aut potentiam aut impudentiam ſuam profeſſi ſunt, abſtineant in hoc judicio manus animosqve ab hoc ſcelere nefario: plura vide apud *Ant. Clud. in tractat. de jur. Seqveſtr. c.1. num.2. & ſeqq.* In jure potiſſimum vox ſeqveſtrationis ſtrictè & qvidem pro depoſitione rei controverſæ accipitur, *per l.17. ff. depoſ.* Synonyma ſunt Seqveſtrum, Saximentum, vel impedimentum, Germ. eine Hinterlegung / Beſchlag/Beſattung.

§. 6. *Seqveſter* dicitur, apud qvem plures rem, de qva con-

controverſia eſt, depoſuerunt. Dictus ab eo, qvod occurrenti, aut qvaſi ſeqventi eos, qvi contendunt, committitur, *l. 110. de V. S.*

§. 7. Differunt *Arreſtum*, *Miſſio in poſſeſſionem & Seqveſtrum.* (1) Seqveſtrum depoſiti ſpecies eſt, atqve ita contractus: arreſtum neqve depoſitum neqve contractus eſt, ſed manus qvædam injectio. (2) Arreſtum non fit cuſtodiæ causâ, nec in re litigioſa tantùm, ſed tam in perſonam qvàm in rem qvamlibet, etiam non litigioſam, exercetur, impediendo ne abeat vel avehatur ad effectum agendi, vel juris aut rei conſeqvendæ. (3) *Miſſio in poſſeſſionem* differt à ſeqveſtro: qvoniam hoc tam conventione, qvàm judice authore fieri poteſt, illa nunqvam ſine judicis decreto, *l. 4. de jurisdict. l. 1. l. 4. §. 1. & ſeqq. de damn. inf.* (4) Seqveſtrum prodeſt nocetqve deponentibus: miſſio in poſſeſſionem unius aliis eandem cauſam habentibus prodeſt nocetqve, *l. intereſſe ff. de acq. poſſ. l. cùm unus ff. de reb. auth. jud. l. ult. C. de bon. auth. jud.* (5) Miſſio in poſſeſſionem regulariter eſt permiſſa, *l. 4. de jurisdict. c. 1. de for. compet. in 6.* ſeqveſtratio prohibita. (6) Miſſus in poſſeſſionem cuſtodiæ jus pignoris prætorii per miſſionem in ea re conſeqvitur, *l. 1. l. 2. C. de prætor. pign.* Seqveſter in re nihil juris conſeqvitur, *arg. §. præterea Inſt. qvib. m. re contr. obl. Joh. Gædd. de ſeqveſtr. in Rubr. n. 19. & ſeqq.*

SPOLIUM. §. 1. *Spoliatus* in jure vocatur, qvi vel vi, vel clam, de poſſeſſione rei alicujus corporalis vel incorporalis, veluti beneficii Eccleſiaſtici, aut alterius juris, ejectus eſt, vel aliàs injuſtè privatus, *add. tit. X. de reſtit. ſpoliat.*

§. 2. Cauſa *ſimplicis ſpolii* eſt, qvando ſine vi publica & absqve pacis publicæ violatione, ſed nec jure tamen re ſua, qvaliscunqve illa ſit, aliqvis ſpoliatur vel poſſeſſione ejus deſtituitur, *Roding. Pand. Cam. l. 1. tit. 4. cap. 6.*

§. 3. *Dejectus*, vel *Spoliatus* ille dicitur, qvi poſſedit ſemel, *l. 1. §. dejicitur ff. de vi & vi arm.* & dejectus eſt. Spoliatus verò minimè dici poteſt, qvi poſſidere non potuit, *c. cauſam X. de præſcript.* vel cùm ſpoliatus eſt, qvi conditione non impleta poſſedit, *Menoch. de recup. poſſ. in præl. n. 2.*

§. 4. *Spolium* dicitur res, qva ſpoliatus poſſeſſor fuit. (1) Alia aliqvando eſt hujus dictionis ſignificatio, ſic ſpolia

plus

plus retentium, *id eſt*, pœnæ exigendæ ſunt à civitatis defenſore, *l.4.C.de defenſ.civ.* (3) ſunt & ſpolia veſtes, qvibus inductus fuit condemnatus, cùm ad ſupplicium duceretur, *l.f.§. panniculariæ ff. de bon.damn.* (4) Sic ſpolia qvæcunqve ab hoſte capta dicuntur. (5) Vulgò qvoqve ſpolia dicimus bona, qvæ a prælato vita functo ex Eccleſiæ bonis relinqvitur, *Pſalm.118.& Exod.15.Menoch.d.l.n.8.*

SIMONIA. §.1. *Simonia* committitur, cùm qvis ſacerdotium pretio ſibi comparat. *t.t.de Simon.* Vel, Eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliqvid ſpirituale, vel ſpirituali annexum, *Vid d.t.Deſſel.in erot.jur.can.l.5.t.3.*

§. 2. *Simonia* alia eſt juris divini, alia juris humani, ſive Eccleſiaſtici. *Illa* committitur circa res merè ſpirituales, & maximè circa eas, qvibus confertur poteſtas clavium. *Hæc* ex jure poſitivo prohibitionem ſuam habet, & committitur circa rem naturâ qvidem ſuâ vendibilem, prohibitam tamen vendi jure poſitivo Eccleſiaſtico: veluti in venditione beneficiorum, ſecundùm id, qvod temporale eſt, qvod ab Eccleſia prohiberi potuit propter dependentiam & connexionem, qvam habet cum re ſacra: item in venditione officiorum minùs ſpiritualium, qvale eſt officium Oeconomi Eccleſiæ, Advocati Eccleſiæ, Sacriſtæ, & ſimilium, *Deſſel.in erot.jur.can.5.t.3.*

§. 3. *Simonia Mentalis* eſt, qvæ mente tantùm concepta in ſolo propoſito conſiſtit interno, ſive res tradatur, ſive non tradatur, citra ullum pactum ſeu conventionem. *Conventionalis* eſt, qvando à propoſito illo interno proceditur ad conventionem dandi aliqvid temporale pro ſpirituali, citra tamen executionem, ex utraqve vel altera parte tantùm. *Realis* eſt, qvando ultra conventionem de dando accedit traditio ipſius rei, idqve ex parte utriusqve tam dantis qvàm accipientis, veluti dedi tibi pecunias, & tu viciſſim mihi dediſti præbendam.

§. 4. *Simonia confidentialis ſeu confidentia* eſt, qvæ propriè locum habet in renunciationibus & collationibus, aliisqve proviſionibus beneficiorum Eccleſiaſticorum. V. G. Qvando qvis alicui providet de beneficio, cum certa fiducia & ſpe, ut proviſus illud ipſum aliqvando reſignet cedatvè, vel ei, à qvo beneficium obtinuit, vel illius nepoti, vel etiam alteri.

Qvod

Qvod qvidem licitè fieri poterit ſine ullo pacto, aut conditione, modò fiat digno: ſimoniaca verò erit facta cum interventu pretii, pacti, modi aut conditionis, ſive digno fiat, ſive indigno. Extat de hac ſpecie Simoniæ Conſtitutio Pii IV. anno 1564. & duplex Pii V. anno 1568. & 1569. *Deſſel. erot. jur. can. l. 5. tit. 3.*

SPADO. §. 1. *Spado* dicitur generaliter, qvicunqve natura aut morbo aliavè ratione neqvit generare, qvomodo etiam caſtrati, item thlibiæ & thlaſiæ ſpadones dicuntur, *l. 128. de V. S. junct. l. 39. §. 1. de jur. dot.* (2) in ſpecie is, qvi membris corporis integris ac incorruptis, per temporale aliqvod ſanabile vitium neqvit liberos procreare, niſi vitium illud ſit ſublatum, *l. 6. circ. fin. l. 3. pr. de lib. & poſth. her. l. 6. §. f. de adil. edict. §. 9. J. de adopt.*

§. 2. *Caſtratus* eſt ſpado, qvi propter exſecta virilia non habet ſpem prolis ſuſcipiendæ. *Thlibia*, qvibus teſtes ſunt colliſi: *Thlaſia*, qvibus attriti ſunt. In ſpecie ac propriè dicti ſpadones ab his differunt, *l. 4. §. 2. & ſeq. Add. L. Corn. de Sic.*

§. 3. Jure civili magna eſt differentia inter *Caſtratum & ſpadonem* in ſpecie ſic dictum. *Spado* uxorem ducere, adoptare poteſt, *l. 39. §. 1. de jur. dot. §. 9. J. de adopt.* *Caſtratus* non item, *d. §. 9. (aliud tamen obtinet ex Nov. Leonis 26. & ſeq.)* *Caſtratio* locum dat redhibitioni: Spadonis ſterilitas non æqvè, *l. 6. §. 2. l. 7. de ed. od.* *Spado* poſthumum heredem inſtituere poteſt, caſtratus id faciendo nihil agit, *d. l. 6. pr. & §. 1. de lib. & poſth. D. Wiſſenb. ad l. 128. de V. S.*

SOCER. SOCRUS. §. 1. *Soceri & ſocrus* appellatione non tantùm pater & mater uxoris vel mariti, ſed avus qvoqvè ejus & avia, proavus & proavia continetur, *l. 146. de V. S.*

SINGULARIS. §. 1. In uſu juris freqventer uti nos Calcellius ait *ſingulari* appellatione, cùm plura ejusdem generis ſignificare vellemus: nam & multum hominem veniſſe Romam, & piſcem vilem dicimus: Item in ſtipulando ſatis habemus de herede cavere. *Si ea res ſecundùm me heredemve meum judicata erit*, & turſus, *Qvod ob eam rem te heredemve tuum*, nempe æqve ſi plures heredes ſunt, continentur ſtipu-

ſtipulatione, *l.158.de V.S.l.98.de leg.3. l.17.§.1.de leg.1. l.16. §.1. de teſt. tutel.*

SACCULARIORUM CRIMEN. §. 1. *Saccularii* apud JCtos accipiuntur, qvi vetitas in ſacculis artes exercentes partem ſubducunt, partem ſubtrahunt, *l. 7. pr. de extraord.crim.*

SACRILEGIUM. §. 1. Eſt crimen, qvo res ſacra religioſaqve ſurripitur, *l.4 pr.§.1.l.9.§.1.l.11.§.1.ad L.Jul.pecul. & de ſacr. leg.* ſive fiat in loco ſacro; ſive â ſciente rem eſſe ſacram in loco profano, *l.5.l.9.§.1.d.t.* Qvando autem res profana in loco ſacro ablata, propriè ſacrilegium non eſt, *l. 5. eod.* ſecus ac jure canon. *c.qviſqvis.q.4.XVII.* cui congruit *Ord. Crim. art. 171.*

SCOPELISMUS. §. 1. Eſt extraordinarium crimen (*in Provincia Arabia olim admitti ſolitum, conf.l.16. §.9. de pœn.*) qvo inimicus in prædium inimici ponit lapides, indicio futuros, eum, qvi agrum iſtum coluerit, malo lætho periturum, inſidiis eorum, qvi ſcopulos poſuerunt, *l.9. de extraord.crim.* Accipitur verò communiter hoc crimen de ſpecie diſſidationis aliqva ſingulari ſeu minarum.

SCRIPTURA. §. 1. *Scriptura* eſt orationis noſtræ, ſeu vocum, ſive etiam rerum & conceptuum per literas certo modo ex impoſitione humana, cum mutua tamen obligatione figuratas conſignatio.

§. 2. *Scriptura privata* triplex ſtatuitur (1) chirographum ſeu idiochirum, *vid. Beſold.theſ.pract.voc.* Handſchrifft/ (2) Epiſtola, (3) Liber ſeu Codex Rationum, *vid.Nicol. de Paſſer.à Jan.tr.de privat.ſcript.*

SENATOR. §. 1. *Senatores* fuêre cives Romani per legitimam electionem ejus, cui hoc incumbebat, in ſummo ordine conſtituti, publici conſilii causâ, *vid. Joh.* Sarius *Zamoſcius de* Senat.*Rom.lib.1.p.5.& ſeqq.*

§. 2. *Senatus* fuit Senatorum, & eorum, qvi jus ſententiæ haberent, conventus, coactus ab eo, cujus hoc poteſtati commiſſum erat, ad conſilium capiendum de republica more & inſtituto majorum, *Zamoſ.d.tr.l.2.p.100.*

§. 3. Triplex *Senatorum* ordo fuit: *Primi patritii* ſunt vocati, ex centum à Romulo primo lectis oriundi. *Secundi*

Pa-

Patres Conſcripti, ab aliis Regibus, Coſſ. aut cenſoribus in Senatum, unà cum illis Patriciis lecti, *Zamoſc.d.l.1.p.12. And. Dom.Flocc. l. 2. de pet.Rom. c. 1. Tertii pedanei* nominati, qvi ſententiam ipſi in Senatu non dicebant, *Add.Gvid.Panci-roll. theſaur.Var. lection. lib. 2. cap. 8. Vid.Dempſter.libr. 7. cap. 5. 6.*

Jure novo *Senatores* dicti, qvicunqve, *licèt non in Senatum lecti*, ſententiam in Senatu dicere poterant: nim. patritii, conſules, præfecti prætorio, & cæteri illuſtres, *n.62.I.f. §. f. de Senat. D. Struv. exerc. 4. th. 4.*

§. 4. Judicium Camerale Spirenſe diviſum habetur in *Senatum & Audientiam*, Germ. der Rath und das Gericht. Circa vocem *Senatus* obſervandum, qvòd illa ſumatur duplici modo (1) pro loco, in qvo Senatûs celebratur. (2) pro ipſo conſeſſu Judicis & Aſſeſſorum. *Priori modo* definiri poteſt, qvòd ſit conclave, in qvo judex, præſides atqve Aſſeſſores ſtatutis diebus conſeſſum celebrant. Vulgò appellatur *Senatorium, Curia Cameralis*, die Rath-Stube. Illud conclave verò eſt duplex, *unum* vocatur *Senatorium magnum*, die Raths-Stube/ *alterum*, Viſitatorium, die Viſitations-Stube. Sic dictum, qvia Viſitatores Spiræ præſentes etiam in eodem conclavi ſuum conſeſſum celebrant.

§. 5. Vox *Senatus* poſteriori modo ſumta eſt conſeſſus judicis, Præſidum atqve adſeſſorum de negotiis ſibi commiſſis conſultandi eaqve præficiendi animo inſtitutus. Qvi conſeſſus ſæpe *conſilium* qvoqve vocatur.

§. 6. *Senatus* hoc modo ſumtus dividitur in *plenum* & *non plenum*. *Senatus plenus* eſt conſeſſus judicis omnium Præſidum, atqve Aſſeſſorum iſto die Senatum freqventantium. Illum plenum conſeſſum celebrare dicitur aliàs plenum Senatum, ſeu plenum conſilium habere. Den gantzen Rath beruffen/ wollen Rath halten/ vulgò pleniſiren.

§. 7. *Senatus non plenus* eſt conſeſſus inter judicem, Præſides atqve Aſſeſſores diſpartitas. Judex enim Aſſeſſores in certas claſſes diſtribuit, ac uni claſſi ipſe præſidet. Reliqvis claſſibus unum ex Præſidibus tanqvam ſuum Vicarium præfigit. Senatus verò, cui Præſides præfiguntur, vocatur

ein

ein Neben-Raht/ opponiturqve ei, cui judex ipſe præſidet. Si præſes non adeſt, unus Aſſeſſorum in eo Senatu directorium gerit.

§. 8. *Senatus* non plenus dividitur in *Extraordinarium, Sabbathinum, & Ordinarium* Senatum. *Extraordinarius* eſt, qvi extra conſvetas horas Senatui ordinario deſtinatas inſtituitur. Talis Senatus eſt (1) in qvo expediuntur ſupplicationes. (2) Duos Senatus ad negotia extraordinaria loco pleni Senatus tractanda inſtituti. (3) In qvo tractantur cauſæ tutelares pupillorum Cameralium.

§. 9. *Senatus Sabbathinus* eſt, in qvo interlocutoriè die Sabbathi refertur. Qvapropter relationes in eo habitæ, Sabbathinæ vocari ſolent, R.A.1654. §. und nachdem 144.

§. 10. *Senatus Ordinarius* eſt, qvi ante meridiem conſvetis horis celebratur, *Jac. Blum. Proceſſ. Cameral. tit. 59.*

§. 11. *Senatus Conſultum* eſt, qvod ſenatus jubet, atqve conſtituit, §. *5. J. de Jur. Gent. & Civ.*

§. 12. *SCtum Macedonianum.* Appellatur ita à Macedone improbo fœneratore. Continetur iſto SCto, ne cui, qvi qvacunqve ratione filiofam. mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis ejus, cujus in poteſtate fuiſſet, actio petitioqve daretur. *l. 1. pr. de SCto Macedon.* & qvidem vel denegatur condictio it. petitio ſeu vendicatio exſtantis pecuniæ mutuò datæ, ſi nim. conſtet filiumfam. tempore mutui qvem fuiſſe, *l. 9. §. 2. d. t. junct. l. 10. de jurejur.* vel exceptione actio eliditur, *l. 7. §. 10. l. 11. & poſſ. de SC. Maced.*

§. 13. Primò qvidem D. Auguſti, mox Claudii edictis erat interdictum, ne fœminæ pro viris ſuis intercederent; qvippe ad qvam interceſſionem facilius ob amorem induci poſſent. Poſtea pleniſſimè omnibus fœminis, propter ſexûs imbecillitatem multis hujusmodi caſibus ſuppoſitis, ſubventum eſt per SCtum, qvod M. Syllano & Velleo Tutore Coſſ. factum, eoqve conſtitutum ne fœminæ pro aliis reæ fierent, ſeu pro ullo intercederent, *l. 1. l. 2. pr. §. 1. 2. Ad SC. Vellejan.*

Stuhl. §. 1. Stuhl/ propriè ſignificat ſedile, vel ſedem in qva ſedere licet. (2) Per metaphoram verò Stuhl / ſignificat etiam judicium, locum reſidentiæ, habitationis, vel domicilii. Ita legimus der Stuhl zu Rothweil/ id eſt, das Hoffgericht

richt zu Rothweil/ ita judices nonnulli dicuntur Stuhl-Herren/ Eodem ferè ſenſu adhuc clara ſunt, die Schöppen-Stühle/ dicaſteria vel Scabinatus. Qvando ſedes, Stuhl/ pro reſidentiâ accipitur, tunc potiùs Pontificis, qvàm Secularium reſidentiis applicatur: dicimus enim Der Keyſerliche/ Königliche/ Fürſtliche Hoff/ non verò der Keyſerliche/ Königliche/ Fürſtliche Stuhl/ licèt dicamus, die Fürſtliche Reſidentz/ Fürſtliche Widdumb-Sitz/ item, Ritter-Sitz. Dicimus autem communiter, der Päbſtliche Stuhl/ ſedes Pontificia, vel ſedes Romana, *Vid. Limn. ad art.1. Capitul. Caroli* V. *verb.* den Stuhl zu Rom/ *num.1. & ſeqq.*

SENTENTIA. §. 1. (1) *Sententia* nomen pro opinione aut ſenſûs ſignificatione accipi ſolet, *l.8. §. At cum C. qvi teſt. fac. l.52. de damn. inf. l.21. de rec. arb.* W*eſenbec. tit. ff. de re jud. num.3. Vid. gl. in Clement. I. de dol. & cont.* (2) Pro iit autem plerumqve in jure & foro capitur, ferè dupliciter accipitur, (1) impropriè pro rei litigioſæ deciſione: & ſic arbiter qvoqve dicitur ferre ſententiam, *l.2. C. de ſent. & interloc. l.19. pr. junct. arg. l.1. & tit. de recept. arb.* qvomodo & decretum ſententiam dici poſſe non eſt dubitandum, *arg. l.f. §.2. Qvod met. cauſ. add. Bachov. ad* W*eſenbec. de re jud. num.4.* (2) Propriè capitur pro deciſione rei litigioſæ à judice factâ, *l.3. §.2. C. de jud. pedan. l.39. de minor.* atqve tunc pronunciatio arbitri (*qvæ dicitur arbitrium, compromiſſum, laudum*) ſententiæ opponitur. Atqve ſic latè denotat etiam ſententiam interlocutoriam, *ſtrictè* verò & κατ᾽ ἐξοχὴν eam, qvæ vocatur definitiva, ſignificat, *D. Hahn. ad* W*eſenbec. de re jud. num.3.*

§. 2. *Sententia* eſt pronunciatio judicis ſuper cauſa, in judicium à partibus litigantibus deducta, *l.1. de re judic. l. 13. §.2. l. 19. §.1. de rec. arb.*

§. 3. Differunt exactè loqvendo, *ſententia & res judicata*: *Illa* eſt judicis pronunciatio, der Rechtliche Anſpruch/ die Urtheil. *Res judicata* eſt, da die Urtheil (nach Ablauff 10. Tage/ krafft Rechtens ergreiffen: unde vocatur negotium terminatum, transactum, abſolutum, *l.3. C. de fruct. lit. exp.* Porrò *ſententia* finem imponit, *res judicata* verò accipit. *Sententia* præterea dicitur qvamdiu appellari ab ea poteſt, vel

etiam ſi appellatum ſit: cæterùm ſi non ſit appellatum, vel appellatio deſerta, vel, qvod non apppellatur à ſententia, tutiùs ſit; tunc dicitur *res judicata*. *Sententia* igitur eſt, à qva appellari poteſt; *res judicata*, à qva non poterit appellari *Chriſt. Brecht. in proc. judic. cap. 14. in pr.* Notetur autem hic, *ſententiam* multipliciter tranſire in judicatum poſſe; (1) ſi ab ea intra legitima tempora appellatum non ſit, (2) ſi appellatio non ſit introducta, (3) ſi non ſit proſecuta, (4) ſi non ſit finita, (5) ſi ſententia ſit una, vel duabus aliis confirmata, *Sigism. Scaac. de ſentent. & re judic. gl. 14. qvæſt. 2.*

§. 4. *Sententia interlocutoria*, Aliàs dicitur interlocutio, Bey-Urtheil/ interlocut, Beſcheid/ decretum. Et eſt, qvæ ſuper emergentibus & incidentibus fertur, *Umm. diſp. 19. th. 5.* *Vel* eſt pronunciatio judicis ſuper incidenti qvodam vel emergente, ſive in exordio, ſive medio litis articulo interpoſita, principale negotium plerumqve non finiens, nec terminans, *l. 7. & 9. Cod. de ſentent. & interloc. Marant. p. 6. tit. de ſentent. num. 6.*

§. 5. *Sententia interlocutoria* alia *mera & ſimplex* eſt, per qvam non finitur judicis officium, nec definitur aliqvis articulus ſubſtantialis, eaqve nec abſolutio nec condemnatio, ad aliqvid dandum vel faciendum, continetur; *Bartol. ad l. 14. num. 9. ff. de re jud.* veluti ſi jubeat judex litigatores Calendis Martiis adeſſe, *l. 19. de rec. arb.* ſi præcipiat inſtrumenta proferri &c. Alia eſt *habens vim definitivæ*; qvæ qvidem non principaliter & integrè definit cauſam vel negotium principale, ſed tamen per conſeqventiam & indirectum tangit ac definit qvæſtionem, qvæ ad definitivam ſpectat, vel qvando per illã exſpirat officiũ judicis, vel qvando non ſperatur alia poſt illam ſententia, *Rosbach. in proc. jud. Civ. tit. 71. n. 6. & Lancellot. tit. de ſent. n. 2. in fin. & num. 3. Mynſing. cent. 3. Obſ. 88. Marant. p. 6. tit. de ſent. n. 42.* Tales ſunt (1) ubi qvis pronunciat ſe judicem incompetentem eſſe, vel alioqvi remittit cauſam, (2) ubi judex decernit præceptum de ſolvendo, ſi ſc. cum cauſæ cognitione factum. (3) ubi ab attentatis appellatur. (4) Si rei appellatio pronuncietur deſerta, (5) Ubi qvis pronunciat, non eſſe reſpondendum libello, tanqvam in-

epto

epto, (6) ubi qvis ab obſervatione judicii, vel ab inſtantia abſolvitur, (7) ubi à Senatu vel Principe, ſubdito mulcta extrajudicialiter indicitur. (8) ubi à ſecundo decreto appellatur, *Jul. Magenhorſt. comm. in Ord. Cam. part. 2. cap. 28.* De interlocutoriis definitivam ſapientibus, *Vid. Damhaud. in rer. Civ. pr. temp. 5. cap. 145. Roding. pand. Cam. l. 1. tit. 19. Comm.*

§. 6. *Sententia definitiva*, die End-Urtheil. Eſt, qvæ principali cauſæ, pronunciatione judicis, per condemnationem, vel abſolutionem, finem imponit, *gloſſ. eſt ordin. in Clem. II. de ſeqveſt. poſſ. & fruct. Umm. diſp. 9. th. 6.*

§. 7. Notabilis *inter ſententiam & interlocutionem* differentia eſt, qvod judex ad eam ferendam datus, ubi ſemel ſententiam dixit, judex eſſe deſinat, nec amplius corrigere eam poſſit, qvia ſive malè ſive benè dixit, officio ſuo, ad qvod datus erat, functus eſt, *l. 55. de re jud.* De interlocutionum autem (*qvæ inter cognoſcendum pro re nata diſcernuntur*) natura eſt qvod à Prætore (*cognoſcente & dante illas*) contrario imperio tolli poſſint, *D. Hahn. ad Weſenb. de re jud. n. 4. Vid. Marant. in ſuo ſpec. in 3. part. 6. part. act. 1. de ſentent. num. 3. & l. 3. præſeſſ. C. de ſent. & interloc. Mynſing. cent. 3. O. 81. Rosbach. in proceſſ. civ. tit. 71. n. 8. usq. 16.*

§. 8. *Documentum ſententiæ*, (ein Urtheils-Brieff) ſunt literæ tenorem ejusdem ſententiæ complectentes, deq; hujus factâ publicatione teſtantes, ſub nomine ac Sigillo Cæſareo emanatæ, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 11. num. 28.*

§. 9. *Sententia interlocutoria* dividitur in *Paritoriam* & *Actoriam*. *Actoria* eſt, qvando Judex nondum ſufficienter informatus litigantibus injungit, ut ulterius agant. Wann der Richter denen Partheyen Handlung oder zu handlen aufferlegt. *Paritoria* dicitur, qvando pars ſententiæ latæ ſeu Mandato inſinuato inobediens, jubetur illi ſententiæ ſeu Mandato obedire. Hæc ſubdividitur in *paritoriam ſimplicem & plenam*. *Simplex* vocatur, qvando judex ſimpliciter & abſq; rejectione exceptionum ſeu præcluſione vix proponendi easdem paritionem injungit. Sin verò exceptiones oppoſitæ tanqvam irrelevantes rejiciuntur, tunc in ſententia inſeri ſolent verba: Einwendens ohngehindert: Vel ſiqvidem non exceptum, tamen non planè paritum, verba: ungenügſamer

ſamer parition ohngehindert. Atqve tunc ſententia appellatur *Paritoria plena*. Qvoniam hæc ſententia ob rejectas exceptiones vim definitivæ habet, atqve jam plenariè injungit, *Jac. Blum. Proceſſ. Cameral. tit. 34. num. 180. & tit. 75. num. 7.*

SEU. §. 1. Si qvis ita legaverit: *uxori meæ mundum, ornamenta,* ſeu *qvæ ejus causâ paravi, do lego:* placet omnia deberi: hoc enim verbum *Seu* ampliandi legati gratiâ poſitum eſt, *l. 30. de aur. arg. leg. Add. Wiſſenb. ad d. t. th. 13.*

Hoc locum habet, cùm dictio, *Seu*, appoſita eſt inter ea, qvorum unum ſub altero continetur, tunc enim vim habet conjungendi, & ampliandi electa ea parte, qvæ utrumqve complectitur, *vid. Frachin. controv. l. 5. cap. 68.*

§. 2. Regulariter hæc dictio *Seu* disjungit: non tamen mentem, ſed tantùm verba, *vid. Tuſch. lit. D. concl. 372.*

SOCIETAS. §. 1. Ein Gewerbs-Gemeinſchafft / Geſellſchafft / Maſchopey. Eſt contractus, juris gentium, nominatus, bonæ fidei, ſolo conſenſu, eo animo initus, ut res operæve honeſtæ, earumqve rerum lucra & damna inter ſocios communicentur, *Manzius ad prax. Inſtitution. de ſocietat.*

§. 2. *Univerſalis ſocietas* (1) dicitur, qvæ eſt ſpecialiter omnium bonorum coita, & comprehendit univerſa & qvaliacunqve bona, *l. 3. §. ſoc. l. 4. C. eod.* qvæ aliàs omnium fortunarum, *l. 73. pr. & §. 1. ff. proc. ſoc.* (2) qvæ eſt inter coheredes, *l. 3. §. 2. eod.* & reſpectu prioris pro particulari habetur, *l. 39. §. 3. fam. erciſc.* (3) Societas qvæ ſimpliciter (*ſive non diſtinctis omnibus bonis à re particulari, h. e. non factâ mentione omnium bonorum*) coita: & continet univerſa, qvæ ex qvæſtu veniunt, *l. 7. l. ſeq. ff. pro ſoc.* Clariùs ita: *Univerſalis ſocietas* multos habet gradus. (1) cum omnium bonorum & acqvirendorum & erogandorum eſt communio. In hanc veniunt qvælibet hæreditates, omnis qvæſtus, & imputatur, qvicqvid in dotem vel honorem liberorum honeſtâ ex causâ præſtatur, *l. 73. pr. & §. 1. l. 81. π. pro ſocio.* (2) cùm communiter habentur omnia bona, qvæ ullâ ex cauſa obvenire poſſunt, ſine mentione erogandorum. In hanc veniunt hæreditates

tates & qvæſtus, *l.3.§.1.π.d.t.* (3) cum ſocietas ſimpliciter initur ſine ulla diſtinctione. In hanc veniunt, qvæ ex qvæſtu ſunt,& ex operâ cujusqve deſcendunt, *l.7.8.π.d.t.*

§.3. *Particularis ſocietas* vel eſt unius pluriumvè negotiationum ſigillatim deſignatarum, *l.5.pr.l.52.§.4.init.ff. pro ſoc.l.5.§.15.de trib.act.* vel unius rei, *d.l.5.pr.l.cùm proponas C.eod.add.pr.Inſtit.de ſociet.* qvo referunt Dd. ſocietatem certæ hereditatis ſive acqviſitæ ſive obventuræ, *l.52.§.6.l.3.§.2.ff proc.ſoc.*

SUPERLATIVUS. §.1. *Superlativus* uni ſoli convenit, & rem certam & perfectam deſignat, Et magna differentia eſt inter *poſitivum,comparativum & ſuperlativum,Nic.Everhard.à Middelburg.loc.leg.98.n.1.*

SOLIDUM. §.1. *Solidum* (1) dicitur, qvod habet tres dimenſiones, longitudinis, latitudinis & profunditatis: Sic *Cic.2.de nat.Deor.p.305. Duæ formæ, præſtantes ſint,ex ſolidis globus, ex planis circulus, aut orbis.* (2) Solidum aliqvando accipitur pro integro, qvod ſcil. ex uno, eoqve jugi conſtat corpore: *Virg.6.Æn.Tum Phœbo & Triviæ ſolido de marmore templa Inſtituam*: aliàs ita: Solidum eſt, qvod eſt ſui plenum totum, non alieni, *Scaliger Exerc.76.ſect.1.p.280.* idemqve eſt, qvod purum & ſincerum velut ſine cera mel. *Scaliger exercit.10.ſect.1.* & purum eſt, qvod alieni habet nihil. *Id.exerc.253.* Huic contrarium eſt, ſi qvis menſam argento coopertam mihi ignoranti pro ſolida vendiderit *l.41.§.1.de contr.emt.* (3) Solidus, ſubſtantivum eſt, qvo Romani utebantur pro genere qvodam nummi, *Gail.2.Obſ.29.num.1.& 2. Wurmſer.tit.50.c.11.f.* Hinc ſolidorum adulter *in l.2.Cod.de falſ.monet.* vocatur falſus monetarius, *vid.l.1.§.2 ff.de fugit.l.42.de ædil.ed.l.34.de jur.fiſc.§.2.J.de donat.* (4) Solidus annus, id eſt, integer & non interruptus, *Plaut. Decem annos ſolidos erravit puer.* (5) Solidum vocatur, qvod integrum, & ne qvidem intellectu diviſum, *l.5.§ ult.ff.Commod.* (6) Solidum accipitur, qvod in partes reales non eſt diviſum: ſive ita qvis habeat ſolidum, ut in partes ſeparatas res non ſit diviſa, ſed totum corpus cum altero pro indiviſo teneat, *l.5.de ſtip.ſerv.l.66.§.2.de leg.2.* ſive ita, ut ſeparatim unicuiqve pars rei diſcreta non adſignetur, ſed conjunctim to-

tares pluribus relinqvatur, qvæ poſteà inter concurrentes legatarios in partes, re diſcretas dividitur, *l.1. de uſufr. accreſc. add. l.34. §.9. de leg.1. l.80. de leg.3. §.8. J. de legat.* (7) Solidum denotat etiam ſortem & uſuras, *l.2. §.11. de fideicomm. libert.* (8) In ſolidum aliqvid promittere dicuntur plures debitores, fidejuſſoresvè, qvorum unusqvisqve ſe rei totius debitorem fidejuſſoremvè conſtituit: *Vid. l.9. pr. ff. de duob. reis §.1. J. eod. §.4. J. de fidej.* (9) Transfertur hoc vocabulum etiam ad alia, accipiturqve pro toto, ſive perfecto, qvod ſcil. omnibus ſuis partibus conſtat, cuiqve nihil eſt detractum: ſic ſolidum capere non poſſe dicuntur, qvi totum, qvod eis relinqvitur, capere & alibi acqvirere non poſſunt, *l.6. de Vulg. & pup. ſubſt.* ita ſolida dicuntur legata, *l.23. de dol.* id eſt, integra, *l.14. §.1. ad l. Falc.* & non diminuta, *l.20. §.2. de bon. poſſ. contr. tabb.* item ſolida hereditas, *l.un. §.13. Cod. de caduc. toll. Add. l.114. de* V. S. Ac in hoc ſenſu ſolido opponitur minus vel pars. (10) Solidum propriè id eſt, à qvo uſusfructus non eſt, unde Conſolidatio nomen accipit, *l.35. de bon. lib. l.26. in f. pr. de uſufr. leg. l.78. §.2. de jur. dot. §.3. J. de uſufr.* (11) *In ſolidum conVeniri poſſe,* nihil aliud eſt, qvàm ita adſtrictum & obligatum eſſe, ut in totum id, qvod debetur & petitur ab adverſario actione inſtituta, judex eum condemnare poſſit, ut ſolvat.

§.2. Solidum non ſolvit tam is qvi nihil ſolvit, qvàm qvi non totum, *Gædd. ad l.32. n.7. de V.* S.

STATUTUM. §.1. *Pronunciatum & ſtatutum* idem poteſt, *l.46. de* V.S. promiſcuè enim, & pronunciaſſe, & ſtatuiſſe ſolemne dicere eos, qvi jus habent cognoſcendi. Pronunciare autem (1) dicitur, qvi ſine imperio judicat, cujusmodi eſt judex pedaneus, *l.9. in Verb. ab eo &c. l.14. Cod. de ſent. & interl.* (2) Pronunciare qvoqve dicitur, qvi ſummos faſces habet. *l.38. ff. de minor. Vid. Gædd. ad l.46. de V.S.* Eodem modo *ſtatuendi Verbum* tam de inferiorum, qvàm ſuperiorum judicum ſententiis accipitur. Pedaneorum judicum ſententiæ ſtatuta appellantur *in d.l.9. Cod. de ſent. & interl. l.3. l.7. Cod. qVomod. & qVand. jud.* Ea qvoqve qvæ ſummi Principes in controverſiis dirimendis proferunt, ſtatuta dici poſſe. Senecæ Medea nos docet, ubi hæc habentur;

Qvi

Qvi ſtatuit aliqvid parte inaudita altera
Æqvum licèt ſtatuerit, haud æqvus fuit.

Nonnunqvam tamen ſtatuti vocabulum latiùs qvàm pronunciati patet: *Primò* enim pronunciatio tantùm fit voce, & prolatione vocis, *Dn.Gædd.in d.l.num.3.* ſtatutum verò ſola etiam animi deliberatione & facto,*Gædd.d.l.* *Deinde* volunt pronunciatũ tantùm referri ad id, qvod inter partes profertur, *gloſſ. in l.46. de V.S.* Statutum verò ad id qvoqve, qvod ut vim legis inter certas perſonas habeat, ab iis, qvibus ea poteſtas eſt, conſtituitur, *Vid. Dn. Gædd. Alciat.& gl. in d.l.46.* Sed propriè ſtatui dicitur, qvod in communi generaliter decernitur, *l.25.§.ſtatuimus Cod. de Epiſc. & Cler.* pronunciari in ſententiis, qvæ inter partes proferuntur, *l.7.C. de ſent. & interl.l.1. de re jud.* Atqve ita ſtatuti verbum placitis magiſtratuum tam ſuperiorum, qvàm inferiorum tribuitur: qvod etiam ad ea, qvæ civitatibus, collegiis, nonnunqvam etiam familiis certo modo placuerunt, extenditur.

§. 2. *Statuta* in ſpecie dicta ſunt, qvæ à civitate provinciali, aliavè univerſitate qvadam inferiore conduntur, *c.1.2. de conſtit. in 6. c.2. §. cæterum. §. ſtatutum de V. S. in 6. Auth. cauſâ C.de SS.Eccl.* Add.*Bacchov.in prim.part.pand.rubr. de ſtatutis.n.23.Nic.Loſæus de jurib. univ.*

STELLIONATUS. §. 1. Crimen qvod proprio & ſpeciali nomine caret, *Stellionatus* dicitur. Qvi ergò improbiùs fraudavit, & fraudis improbioris arguitur, ſi non ſit crimen aliud qvod objiciatur, accuſatur ſtellionatus, *l.1.l.3.§.1.ff. Stellionat. l.2.Cod.eod. l.16.§.1. de pignor.act.* Qvod enim in privatis actionibus eſt actio de dolo, id in criminibus eſt Stellionatus perſecutio, *l.3. §.1.Stellion.* & coërcitio eſt extraordinaria, ſeu arbitraria, *l. 2. l.3. §. 2. d.t.* Maximè autem in his locum habet, ſi qvis rem fortè alii obligatam aut datam, diſſimulata priore obligatione alii diſtraxerit, obligaverit, in ſolutum dederit, *l.3. Stellion. l.1.2.4.Cod. eod.* Item ſi qvis rem alienam pignori dedit, *l.2.Cod. eod. l.16. §. 1. de pign. act.* Si qvis æs pro auro pignori dedit, *l. 1. §. ult. l. 36. ff. Stellion.* Si qvis merces ſuppoſuit, vel obligatas avertit, aut corrupit, *d. l.3. §.1. J. ult. ff. d. t.* Et generaliter, ſi qvis im-

impoſturam fecit, vel colluſionem in necem alterius, *d.l.3.* §.1. *Vid.* Weſenbecium, Wieſenbach. *Perez. & alios ad tit. Stellionat.*

SUBHASTATIO. §.1. *Subhaſtatio* paſſim à Dd. etiam præconizatio vocatur, *Damhud. in comp ſubhaſt. c.1. num.* 11. auctio, *l.4.ſ.ult.C.de fid. & jur. haſt. fiſc. add. Coler. de proc. p.3.cap.9. num.98.* item proſcriptio, vocabulo tamen non ita accuratè ſumto, *Vid.Goth.ad l.15. §.32. de injur. ibi. proſcripſerit venditurus. Calvin. in Lexico Jur. verb. proſcribere.*

§.2. *Subhaſtationis vocabulum* eſt generale, variasqve ſub ſe continet ſpecies, *ſiqvidem Beſold. ad jus munic. Würtenb. p.1. th. 151. referente* Speidelio *in notab. juriſdict. verb.* Gant. *dicit* eſſe (1) ſubhaſtationem contributionum, vectigalium, *de qvib. tot. tit. C. ſi propt. penſ.* decimarum, wann die Obrigkeit ihre Einkommen auff der Gant verkauffen läſſet. (2) Si bona ad viduas, pupillos pertinentia publicè vendantur, (3) ſi debitorum obæratorum bona publicè ſubhaſtentur. (4) ſi locationes publicè & ad haſtam fiant, ſicut id fieri ſolitum notat *Bacchov. ad prim. part. pand. tit. de O. I. §. 29. num.1. pr.* (5) ſi bona caduca commiſſa vel obligata fiſco ritè ſolenniterqve vendantur, *t. t. Cod. de fid. & jur. haſt. fiſc.* de qvo ſubhaſtationis argumento ſcripſit, *Dn. Tabor. diſput. inaug.*

§.3. *Deſcribi poteſt ſubhaſtatio*, qvòd ſit venditio ritè ſolenniterqve facta, qvâ res qvædam ultimo pluris licitanti ſeu offerenti addicuntur, *Vid. Anton. Matth. tract. de auction. Peſthius tr. de ſubhaſtat. Carpzov. proceſſ. T.25. art. 4. Dd. in tit. de reb. aut. jud. poſſ.*

§.4. Dividitur in *Neceſſariam & Voluntariam. Illa* dicitur, qvâ Magiſtratus authoritas intervenit. Et adhibetur in rebus fiſci, Minorum, Eccleſiæ, vel Reipublicæ, nec non condemnati pro Executione rei judicatæ. *Carpzov. lib.4. Reſponſ.1. num.10. Hæc* eſt, qvando extra ſupra adductas cauſas qvis voluerit res ſuas in publico loco, ad vocem præconis, diſtrahere, ut fortè ex licitatorum calore res carius vendantur, vel ſaltem ex hominum concurſu citiùs diſtrahantur. *Berlich. p.1. Deciſ. 126. n.9. Gabriel. lib. 3. Concl. tit. de emt. vend. concl. 1. num. 61.*

SUB-

SUBSTITUTIO. §. 1. *Subſtituere* eſt in alterius locum ponere, ſeu collocare: & utimur ita ſubſtitutione, ſive de actibus inter vivos, ſive ultimæ voluntatis loqvamur: qvomodo judex judici, miles militi dicitur ſubſtitui. Subſtitutio relata ad ultimas voluntates (1) generaliter eſt in alterius locum repoſitio, eodemqve ſenſu fideicommiſſarius heres dicitur ſubſtitutus, *l.87.§.2.de leg.2.* qvia ponitur loco heredis, *l. poſtulante. l. ſi heres ff.SC.Treb.* (2) Strictiùs & ſpecialiter denotat ſecundam inſtitutionem, *l.43.* §. *2. de vulg. & pup. ſubſtit.* Subſtitutionis autem nomen uſurpatur *vel de ſubſtitutione directa*, qvæ fit verbis civilibus & directis, tum heredem heredi, *l.5.36. eod.* tum legatarium legatario ſubſtituendo, *l. 50. de leg.2. l.6. Cod. de leg. vel de fideic. vel de ſubſtitutione*; qvæ verbis fit præcariis, *l.7.l.15. de vulg.& pup ſubſtit. l.5.l.7.C. de impub.& al.ſubſt.l.14. C.de fideicomm.* Simpliciter verò poſita vox ſubſtitutionis per excellentiam denotat ſolam ſubſtitutionem directam, atqve eam, qvâ heres heredi ſubſtituitur: unde ſubſtitutio fideicommiſſis opponitur, *l.6.§.5. ad SC. Treb. l.39.§.3. de adm.tut. l.77.§.13. de leg.2.rubr.& t.t.de vulg. & pup.ſubſt. junct.t.t. ad SC.Treb. t.t. C.de inſtit.& ſubſt. junct. t.C.de fideic.§.f.inſt.de vulg.ſubſt. junct.t.1. de fideicomm. her.* At regulariter facienda interpretatio, ut intelligatur directa ſubſtitutio, *c.1.de teſt.in 6. D.Struv.exercitat.33. theſ. 9. D. Hahn.ad Weſenb.parat.ff.tit.de vulg.& pup.ſubſt.n.1. Germ. vocatur* Nach-Erben ſetzen.

§. 2. *Subſtitutio* eſt in locum heredis inſtituti, certis caſibus deficientis, ſecundo vel ulteriori gradu ſurrogata directa inſtitutio, *Vel breviùs:* Subſtitutio eſt ſecundi heredis inſtitutio, *l.1. l.36. l.43.* §. *2.de vulg.& pup.ſubſt.*

§. 3. *Subſtitutio vulgaris* eſt, ea, qvæ fit à qvalibet perſona, habili ad teſtandum, cuivis eum in caſum, qvo primo gradu inſtitutus non factus fuerit hæres ex teſtamento, *l.3.C.de vulg.& pup.ſubſt.t.1.de vulg.ſubſt.*

§. 4. *Subſtitutio pupillaris* vocatur illa, qvæ fit filiofamil. impuberi, in alterius poteſtatem non recaſuro, à Patrefam. iſtum in poteſtate habente, in caſum, qvo heres exiſtens in ætate pupillari deceſſerit, *t.Inſt. de pup. ſubſt.* Eſtqve vel *expreſſa*, qvando illa conditio, ſi inſtitutus filius heres qvidem

 erit,

erit, ſed intra pupillares annos deceſſerit, exprimitur. Vel *tacita*, qvæ continetur in vulgari ſubſtitutione, applicatâ filiofam. impuberi, cum ex conjecturata voluntate patris defuncti in conditione: *Si heres non erit*, intelligatur etiam illa: *Si heres erit*: *& anteqvam pubes factus deceſſerit*, *l. 4. de vulg. & pup. ſubſt. l. 4. Cod. de impub. & al. ſubſt. Nic. Intrigiol. tr. de ſubſt. Alex. Trentacinq. tr. de ſubſt.*

§. 5. *Exemplaris ſive qvaſi pupillaris ſubſtitutio* eſt, qvâ aliqvis aſcendentiū ſubſtituit liberis mente captis (*alio ve vitio, ob qvod teſtari ipſi neqveunt, laborantibus*) eū in caſum, ſi in tali conditione deceſſerint, *l. 43. de vulg. & pup. ſubſt.* l. 9. *C. eod.* §. 1. *I. de pup. ſubſt.* Eſtqve hæc vel *expreſſa*, qvæ fit verbis expreſſis, nim. ſi filius meus in furore deceſſerit, Titium ei ſubſtituo. Item, filio meo furioſo Titium ſubſtituo. Vel *tacita*, qvæ eſt duplicis generis, qvædam enim continetur ſub expreſſa ſive vulgari, *arg. l. 4. de vulg. & pup. ſubſt. l. 4. Cod. eod.* Sive pupillari. Qvædam verò exemplaris tacitè comprehenditur ſub ipſa exemplari, conceptâ tantùm in unum caſum, ut ſi teſtator ſubſtituat furioſo filio, ſi deceſſerit in furore, qvi poſtea deſinit qvidem eſſe furioſus, ſed fit prodigus (*vel etiam mutus & ſurdus*) & ita decidit, qvam ſubſtitutionem tali caſu communiter mixtam appellant, *D. Struv. exercit. 33. theſ. 33.*

§. 6. *Subſtitutio privilegiata, ſive compendioſa* eſt, qvâ miles etiam de bonis non caſtrenſibus extra caſtra, teſtamentum condens, cuivis heredi à ſe inſtituto, poteſt directis verbis ſubſtituere alium, in caſum, qvo inſtitutus deceſſerit, ſive adjecto certo tempore, ſive indefinitè, *l. 15. de vulg. & pup. ſubſt. l. 8. C. eod.*

SUFFRAGIUM. §. 1. Refertur à qvibusdam inter contractus qvoqve innominatos, Do ut ſuffragium feras, vel ſuffragium fero, ut des promiſſum, *l. un. C. de ſuffrag.* Dicitur autem hic ſuffragium interceſſio apud principem pro altero, vel commendatio negotii alterius à Principe impetrandi, *D. Struv. exercit. 25. theſ. 35.*

SUGGRUNDIA. §. 1. Sunt tecti partes porrectiores, adverſus imbres, *Vitruv. de archit. l. 4. c. 2. lit. d. ibiq; not.* Ejusmodi ſunt die Für-Dächer/Wetter-Dächer.

SUP-

SUPPELLEX. §. 1. Eſt *domeſticum* patrisfam. inſtrumentum, & omnes res mobiles, non animales, qvæ ad uſum communem familiæ ſunt paratæ, ſive neceſſarium, ſive etiam voluptuarium, non argentum, aurumve factum, non veſtis, *l.3.2.3.4.5.6. de ſuppell. leg.* Poſterior ætas argentea qvoqve domûs inſtrumenta inter ſuppellectilem retulit, qvod ſecundùm ſeculi prioris ſeveritatem non admittebatur, *l. 1. §.5. l.9. §.1. l.8. d.t. Joh.Jac.Speidel.not. ad theſ. pract. Beſold. Vocab.* Haußrath. *Wieſenb. ad tit. ff. de ſuppell.leg.*

SUPPLICATIO. §. 1. Eſt qverela de aliqvo gravamine. Seu eſt qvædam ſuperioris imploratio, adverſus ſententiam, contra qvam ordinarium appellationis remedium non competit, *Vid.l.5.Cod. de precib. imp. off. l.un.C. de ſent præf. prat. num.119.c.5.*

§. 2. Proceſſus per *ſupplicationes* in Camera impetrantur, *Ord.Cam.p.1.T.22.* Supplicationes ſunt preces, qvæ judici pro obtinendis proceſſibus ſcripto offeruntur, vel viva voce proponuntur, *Vid. Roding. pand.Cam. l.3. tit. 20.* Seu ſupplicatio eſt humilis imploratio judicis Cameræ pro proceſſibus decernendis. Iſthæc ſupplicatio eſt vel *Verbalis*, vel *Scripta*.

§. 3. *Verbalis* eſt, qvæ viva voce & tantùm judicialiter, qvando nim. Supplicans in cauſa jam judicialiter pendente per Receſſum oralem Proceſſus in audientia petit. Ejusmodi proceſſus verò ſunt Citatio ad reaſſumendû, Commiſſio ad examinandos teſtes, Compulſoriales ulteriores & arctiores, Inhibitio ulterior & arctior, Mandata de exeqvendo, item omnia Mandata arctiora.

§. 4. *Supplicatio ſcripta* eſt, qvæ in ſcriptis concepta exhibetur, *Jacob. Blum. proceſſ. Cameral. tit. 64. num. 3. & ſeqq.*

SUPERFICIES. §. 1. Mathematicis *ſuperficies* eſt extrema cujusqve corporis facies omni profunditate carens. JCtis verò eſt ſuperficies (*ſive ſuperficium l.39. de leg.2. l. 32. de jure dat.*) qvod ſupra ſolum ſive faciem ſoli externam eſt: ſic plantæ, vineæ & arbores agri ſuperficies ſunt, *l.13. de S.R. P.* & ædificium ſolo ſeu areæ impoſitum, *l. 44. de O. & A. l.23. de uſucap. l. 71. de uſufruct. l.15. qvi pot. in pign. l.81.§.* qvi

qvi fundum. l.86. §.f.de leg.1. In ſpecie autem *in tit. ff. de ſuperficiebus* agitur de ſuperficie in alieno ſolo ita conducta, vel alio modo comparata, *l.1.pr.*§.1.*d.t*, ut certâ lege fruar iſtâ, tempore diuturno vel perpetuo : ædificium ſcil. in ſolo alieno ponam, & in eo habitem, vel ædificante jam exſtructo ita inſtar domini fruar, *d.l.1.pr. l.f.eod.l.74. de R.V. l.10.fam. erc. l.49.de V.S. l.16.in f.de pign.act. l.12.*§.*1. de publ.in rem. l.2.* §. *5. de vi & vi arm. Briſſon. Lexic.jurid. D. Struv. exercit. 45. theſ. 127.*

§. 2. *Jus Superficiei* eſt jus in ſuperficie ſoli alieni ita, ſeu eâ lege conſtitutum, ut certâ penſione vel pretio inſtar domini illâ frui, & de iſta ſuperficie diſponere, eamqve alienare poſſim, *l.7. pr. l.1.*§.*7.de ſuperfic. l.32. de contr.emt.l.16.*§.*f.de pign.act.l.13.de pign. Struv.d.l.th.128.*

§. 3. *Superficiarius* vocatur is, qvi in alieno ſolo ſuperficiem dicto modo habet, *l.74.de R.V.l.3.*§.*7. Uti poſſidet. l. 3.*§.*pen.de nov.op.nunc.* & ſpectat ad eum jus qvoddam dominii in ſuperficie, *D.Struv.exerc.45. th.129.*

§. 4. *Interdictum de ſuperficiebus* eſt, qvo Prætor ſuperficiario ſuperficie fruenti, vim fieri vetat, qvò minùs ita fruatur, niſi vi, clam aut precario ab adverſario poſſideat, *l. 33. pr.* §.2, *de ſuperfic.*

§. 5. *Actio in rem ſuperficiaria prætoria* eſt, qvàm Prætor concedit ſuperficiario, qvâ ſuperficiem conſtitutam & acqviſitam, ſeu jus ſuperficiei à qvolibet alio poſſidente, etiam ipſo domino ſoli vindicet, *d.l.1.*§.*3.4.6. l.1.*§.1. *Si aqv. vectig. l.75. de R.V. l.3.* §.*3. de nov. oper. nunc. l.3.*§.*7.Uti poſſid.*

§. 6. Differt *ſuperficiarius à Vaſallo* & emphyteuta, qvi ſimile jus in re habent, qvod horum jura adeò rem ipſam afficiant, ut illis competat etiam vera ipſius ſoli poſſeſſio atqve vindicatio, unde etiam proprium uti poſſidetis interdictum habent, *l.f. Uti poſſid.* Superficiarius neqve ſoli jus neqve poſſeſſionem habet, *arg. l.3.*§.*pen.de nov. op. nunc.* ſed ſolius ſuperficiei, *vid. Dn. Hahn. ad Weſenbec. paratitl. tit. de Superficiariis.*

SYNDICATUS. §. 1. Eſt, qvo litigator, qvi iniqva ſe gravatum ſententiâ dicit, ipſum judicem de dolo, qvòd prece

vel

vel pretio corruptus, favore aut odio injuſtam dixerit ſententiam accuſat, *Ord. Cam. p. 3. tit. 53.* §. Wo aber einige Partheyen/ *Vid. Paris de Puteo. tr. de Syndic. Roding. pandect. Cam. lib. 3. tit. 62.* Et judices olim functi officio ſuo tenebantur in eadem provincia vel civitate, cui præfuiſſent, qvinqvaginta diebus palam commorari, ut de culpa fraudibusqve, ſi qvas admiſiſſent, convenirentur, ac rationem redderent, id qvod vulgò ſyndicatum ſubire, latinè autem cauſam dicere, & cauſæ faciendæ obnoxium eſſe nuncupabant, *l. 1. & t. t. Cod. ut omn. jud.* idem obſervabatur in aſſeſſoribus & conſiliariis judicum, *l. 3. Cod. de aſſeſſor. Spiegel. & Sichard. in Lexic. V. Syndicatus.*

§. 2. *Syndicus* in jure noſtro eſt procurator, qvi communi univerſitatis mandato cauſas ejusdem in judicio adminiſtrat, *l. 1. §. 1. l. 6. §. 3. Qvod cujusq. univerſ.* dicitur is & actor univerſitatis, *l. 2. eod. l. 47. de procur.* licèt alias ſpecialiter dicatur *actor* is, qvi à tutore vel Syndico datur, *l. 11. C. de proc. add. t. t. X. de Syndico.*

SYNGRAPHIA. §. 1. Eſt ſcriptura privata, qvæ inter paciſcentes in rei fidem conſcribitur.

SYNALLAGMA. §. 1. Generaliter ſignificat mutuum factum, mutuam obligationem, vel permutationem, *l. 1. §. 1. de rer. perm. l. 19. de V. S.* ſeu commercium obligatorium, ſive omne illud, qvod inter duos intercedit in eo, qvod ad lucrum vel damnum ſpectat: *συναλλάττω* enim idem eſt, qvod commuto, & in hoc generali ſignificatione *συνάλλαγμα* accipit *Ariſt. l. 5. Eth. c. 2.* Strictè eſt JCtis datio aut factum actuale, *l. 7. §. 2. de pact.* alias cauſas, *d. §. 2. & §. 4. eod.* negotium (*ſtrictius*) *l. 15. de P. V. Suthelt. diſſ. 2. aph. 35. D. Hahn. ad Weſenb. §. ff. t. de pact. num. 2.*

SYNESIS. §. 1. *Syneſis* bonis autoribus prudentiam denotat, item induſtriam, *D. Hahn. ad Weſenb. ff. de juſt. & jur. pag. 52.* Syneſis eſt vis naturalis nobis inſita, ſuis viribus prævalens ad inveniendum id agendumqve, qvod legibus & rationi conveniens. Qvæ eqvidem diligentes nos facit (*alioqvin enim intellectus jacet & dormit,*) ſed rem ipſam non perficit, propterea canibus, qvi inde ſagaces dicti, qvoqve tributa,

buta *à Platone. l. 2. de Republ.* *Idem, ad* Weſenb. *de Orig. jur. num. ult. in fin.*

STUDIUM. §. 1. Vox *Studii* æqvivoca eſt (1) ſignificat vehementem aliqvam occupationem ſive diligentiam. (2) Diſciplinam ſeu artem, cui ſtudemus. Sic dicimus ſtudium juris Philoſophiæ. (3) Studium juris denotat ipſum jus ſtudio conſtitutum, & qvidem jus Romanum; Cum enim de juris ſtudio agimus, ipſum jus, de qvo qvæſiti reſpondent prudentes, intelligimus, qvod populi Romani jus appellatur, *D. Hahn. ad* Weſenbec. *parat. tit. de juſt. & jur. pag. 60.*

SOCIDÆ CONTRACTUS. §. 1. Si oves & vaccæ ferreæ, Eiſerne Schaafe und Kühe / locatæ ſunt, ſcil. hoc pacto, ut ſi qvæ iſtarum pereant, conductor vel alias in illarum locum ſubſtituat, vel æſtimationem earum præſtet; qvæ conventio *ſocida* ab Italis vocatur, & apud Germanos etiam non eſt infreqvens, *D. Struv. exerc. 24. theſ. 14.*

SPECIALITER TRIBUI. §. 1. *Specialiter tribui* dicuntur omnia ea, qvæ non conceduntur jure magiſtratus, *l. 1. de offic. ejus cui*, id eſt, qvæ non competerent magiſtratui qvantumvis juriſdictionem habenti, niſi eſſent nominatim & ſingulatim conceſſa. Non ſufficit porrò, ut ſpecialiter qvid tribuatur, niſi etiam id fiat lege, SCto, vel Conſtitutione principis, *d. l. 1. l. 6. §. 2. de tutel* *Suthol*t. *de jurisd. aph. 135.* Nec tantùm ea *ſpecialiter tribui* dicuntur, qvæ nominatim ſingulis conceduntur: ſed etiam, qvæ in univerſum & ſub nomine officii ſpeciatim tribuuntur, puta: Prætori, Præſidi &c. *Sutholt. d. l. aph. 138. D. Struv. exerc. 4. theſ. 65.*

SPONTE. §. 1. *Sponte* dari dicitur, qvando nulla præceſſit taxatio vel petitio, *Jac. Ayrer. proceſſ. pag. 1. cap. 6. obſerv. 5. num. 2.*

§. 2. Spontaneum qvid ſit, vid. *Invitum.*

SEQVELA. §. 1. *Jus ſeqvelæ* die Herren Volg / und Reiß / eſt qvo ſubditi, domino territorii bellum movente, ad præceptũ comparere, ei armis adſiſtere, ac eum ſeqvi tenentur.

SUCCEDERE. §. 1. Verbum, *Succedere*, multifariam accipitur. Interdum (1) proſperum, qvandoqve etiam minùs felicem eventum ſignificat. Sic, omnia ex ſententia ſuccedere dicuntur. (2) Interdum ſuccedere eſt in locum alterius

rei venire, vel ſubducta priori re, locum hujus ingredi, & explere. Qva ſignificatione ad omnes res accommodatur, (3) aliqvando ſuccedere, ad perſonas ſolummodo refertur. Eſt autem ſucceſſio perſonarum, cùm, priore perſona remota & ſubducta, in locum ejus alia ſurrogatur, *vid. l. 10. pr. de off. proc. l. 56. de leg. 2. l. 49. in fin. de judic.* (4) In ſucceſſione hæreditatis, vel bonorum poſſeſſionis ſuccedere dicitur, cùm is, qvi inferiorem & remotiorem tenet, in viciniorem & ſuperiorem locum aſcendit, *l. 28. §. filiusfam. ff. de lib. & poſth. l. 29. §. videndum eod. l. 13. pr. ff. de injuſt. rapt. & irr.* (5) Qvandoqve ſucceſſio ad res pertinet, cùm qvis reſpectu perſonæ, in re aliqva ſuccedit, *l. 3. qva res pign. l. 4. de magiſtr. conv. l. 6. de jur. fiſc.* Inde defluxit etiam appellatio ſuccedanei, *l. 4. §. heres de magiſtr. conv. l. 3. de adm. tut. l. 10. qvi tut. vel cur. l. 27. §. de decurion.* Uſitatiùs autem & freqventiùs rerum ſucceſſio in jure noſtro ad adqviſitionem refertur, vel univerſi juris, qvod defunctus habuit vel rei alicujus ſingularis.

§. 2. *Succeſſio* eſt jus acqvirendæ hereditatis, vel bonorum poſſeſſionis, jure civili & Prætorio inductum, *Val. Forſter. de ſucceſſ. qvæ ab inteſt. lib. 1. c. 2.*

§. 3. *Succeſſio* omnis, aut Civilis eſt, aut Prætoria. *Civilis*, qvæ vetere aut novo jure ad nos pertinet. *Vetere* à lege 12. tab. vel ex teſtamento, qvod jure factum eſt. *Novo* jure, ex Senatus conſult. aut ex Conſtitutionibus Principum, *l. 1. & 3. in fin. de pet. her.*

§. 4. *Succeſſio Prætoria*, qvæ & honoraria dicitur, prætorem habet authorem, *arg. l. 7. & 8. de juſt. & jur. §. 7. I. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Differentiam & convenientiam harum duarum ſucceſſionum, vide apud *Val. Forſter. d. tr. l. 1. c. 5. & ſeqq.*

SUBSTANTIALIA. §. 1. *Genus* & *differentia* eſſentiam conſtituunt: *proprium* neceſſariò eſſentiam conſeqvitur: atqve hæc duo JCtis vocantur *ſubſtantialia*, *l. 72. voc. ſubſtantia ff. de contr. emt.* ac ſolent qvoqve philoſophi utraqve *eſſentialium* nomine complecti, hæc *in eſſentialia conſtituentia & conſeqventia* diſtingventes. Dicuntur *hæc ſubſtantialia* de re modo per ſe dicendi primo (*nim. genus & differentia*) & ſecundò (*ſcil. proprium*) adeoqve omni & ſemper inſunt, nec

nec poſſunt ſalva eſſentia immutari vel abeſſe, *Vid. D. Struv. exerc. 6. th. 23.*

SUSPECTUS. §. 1. Tria potiſſimùm qvem ſuſpectum reddunt 1. paupertas, 2. mali mores, 3. improbitas anteactæ vitæ, *Gail. 1. Obſervat. 148. n. 7.*

SURROGATUM. §. 1. Per *ſurrogatum* Dd. intelligunt id, qvod in alterius locum intrat, alteri ſufficitur & ſurrogatur.

SUBINFEUDATIO. §. 1. *Subinfeudatio* eſt actus, qvo Vaſallus feudum vel totum, vel partem ejus aliis in feudum legitimè concedit. Germ. ein Affter-Lehn/ *text. 2. f. 53. §. 2: verſ. illud. ibi ut ſi Vaſallus de feudo ſuo alium Vaſallum habuerit.*

§. 2. *Subfeudum* dicitur à præpoſitione *ſub*, qvod hic ſumi poteſt, vel pro *poſt, Calvin. in Lexic. verb. ſub.* cum poſt feudum illud conſtituatur: vel notat *tenuitatem, Faber in Theſauro. verb. ſub*; cum ſubfeuda ipſis feudis ſint tenuiora.

SANCTIO. §. 1. *Sanctio* in jure canonico eſt ſpecies conſtitutionis eccleſiaſticæ, qvæ pœnam continet ad cautelam futurorum.

SCRUTINIUM. §. 1. Nominis hujus non una ſignificatio eſt. *Modò* enim accipitur pro ſcrutatione, id eſt, inqviſitione ſuffragiorum, qvæ fit in electionibus; *modò* pro catechiſmo, qvem Eccleſia primitiva facere conſvevit, in baptizandis iis, qvi habebant uſum rationis; *In titulo autem De ſcrutinio in ord. ſacr.* accipitur pro qvodam examine ordinandorum.

SACRISTA. §. 1. Hic nomen habet à ſacris, qvarum rerum cuſtodia illi incumbit: aliàs vocatur *Theſaurarius*, à theſauri ſacri cuſtodia, item *cuſtos ſacrorum vaſorum. Vid. tit. de offic. Sacriſt. l. 81. C. de SS. Eccl.*

SCHISMA. §. 1. *Schiſma* eſt crimen, qvo qvis ab unitate Eccleſiæ diſceſſionem facit, eamq; ſcindit qvodammodo, ſe ab obedientia ſummo Pont. ejus capiti debita, ſubtrahendo, *add. tit. de ſchiſmatic.*

§. 2. *Schiſmaticus ab Hæretico* differt, qvòd *Hæreticus* pravum aliqvod dogma contra Eccleſiam Catholicam pertinaci-

naciter defendat, *Schiſmaticus* verò nullum qvidem pravum dogma ſeqvatur, ſe tamen dividat, & ab Eccleſiæ Romanæ unitate deficiat. Itaqve omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus, ſed non è contra, *Vid. tit. de ſchiſmat.*

SORTILEGIUM. §. 1. *Sortes* nihil aliud ſunt qvàm divinationes, & maleficia eſſe, inqvit Leo IV. Pont. *can. Sortes. XXV. qv. 5.* *Sortilegi* verò ſunt, auctore Iſidoro, qvi ſub nomine fictæ religionis per qvasdam, qvas Sanctorum ſeu Apoſtolorum ſortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur, aut qvarumcunqve ſcripturarum inſpectione futura promittunt. Vel *ſortilegi* dicuntur, qvi id, qvod occultum eſt eventu alicujus rei explorant, ut qvi ad deprehendendum fures aſtrolabium vel aliud qvid movent aut inſpiciunt, *can. uni. XXVI. qv. 1. & 2. de ſortileg.* Aliàs nomen *Sortilegorum* generale eſt, omnesqve divinationum ſpecies complectitur, ut qvæ ex aſtris eventus futurorum ſeu naſcentium vitam & mores conjectat, Aſtrologiam divinatricem, ſeu judiciariam; & qvæ ex elementis, ut Geomantiam, Hydromantiam, Pyromantiam, Aëromantiam, & qvæ ab aliis, qvibus divinandi artem exercentes incumbunt, appellantur, ut Arioli, Aruſpices, Auſpices, Necromantici, Magi &c. *can. Sed & illud. XXVI. q. 2. can. Igitur. XXVI. qv. 3.* Add. *Carpz. qv. pr. crim. qv. 50. n. 49. D. Struv. exerc. 49 th. 60.*

SUSPENSIO. §. 1. Eſt cenſura Eccleſiaſtica, qvâ Clerico ſive Miniſtro Eccleſiæ interdicitur uſus & exercitium officii vel beneficii ſui, aut alterius functionis Eccleſiaſticæ.

SPONSALITIA LARGITAS. §. 1. *Sponſalitia largitas* eſt donatio ſponſæ à ſponſo, declarandi amoris causâ facta, ob ſpem futuri matrimonii, *Ariſmin. Tepatius, Variar. ſent. comp. tit. 452. c. 1.* Perez. *comment. Cod. de don. ant. nupt. num. 10.*

SI. §. 1. Qvi per particulam *Si* loqvitur, factum ſimpliciter non ponit, neqve abſolutè qvid fatetur, ſed in eventum conditionis qvid confert, *l. à teſtatore de concl. & dem.* Natura ſiqvidem hujus dictionis eſt, non cauſam facere, ſed conditionem negotii adjicere, *l. 17. §. 3. d. t. l. 1. eod. Alex. l. 7. conſ. 127.* Niſi conditio repugnaret facto & intentioni diſponentis. (2) Aliqvando ponitur pro qvia, *l. 47. §. à matre de*

*adm.tut.l.3.de leg.*1.*l.*122. §. *Agerius de* V. O. (3) aliqvando ponitur pro qvamvis, & autem, *Gædd.ad l.*1.*n.*17.*de V. S.* (5) aliqvando pro qvando, *Tuſch.lit.D.concl.*373.

TENETUR. §. 1. Verbum, *Tenetur* regulariter neceſſitatem importat, *Clem.Exivi.*§. *qvia praterea in fin. de V. S.* ſed propter ſubjectam materiam mutat naturam, *c. inter alia de ſent. excom.* *Everh.à.Middelb.loc.leg.*93.*n.*17.

TERMINUS. §. 1. *Termini circumductio* eſt citationis emanatæ exſtinctio ſive delectio. Nam ſi in termino citationis & actor & reus abſuerint, terminus citationis circumducitur, id eſt, citationis effectus exſtingvitur, ita ut actori proceſſum inſtaurare volenti nova citatio impetranda ſit, *Ord. Camer. p.*3.*tit.*12.§.*ſ.* *Roding.pandect.Cameral.l.*3.*tit.* 52. *in pr.*

§. 2. *Terminus procedendi*, eſt certum temporis ſpacium ad procedendum vel negotio judiciali expediendo conſtitutum, *Roding.pand.Cam.l.*3.*tit.*22.

§. 3. *Terminus procedendi* eſt vel legis, vel arbitrarius, *Terminus legis* eſt, qvi per ordinationis vel conſtitutionis Imperii legem præfigitur, *Roding.d.l.*3.*tit.*23.

§. 4. *Terminus arbitrarius* eſt, qvi pro arbitrio à judice vel à partibus conſtituitur, habita nimirum ratione cauſæ, articuli, in qvo deſignandus eſt, loci, aliarumqve circumſtantiarum, *Roding.d.l.t.* 24.

§. 5. *Terminus purificatus.* Litigantes ſi intra terminum præjudicialem, ſive primum ſive prorogatum non agant, ſed illum planè negligant, *Terminus ille dicitur purificari*, qvia is ſemper hanc expreſſam vel tacitam in ſe continet conditionem, ut niſi intra iſtum agatur, qvod tunc via agendi præcluſa eſſe debeat. Proinde cum elapſo termino illa conditio expiret terminus antea conditionalis jam ſit purus indeqve purificatus nuncupari conſvevit, *Roding.pandect.Cam.l.*3. *tit.*22.§.5.

§. 6. *Terminus anticipatus.* Si litigantes ante termini præjudicialis ultimum diem agant, *terminum anticipare* dicuntur, qvæ anticipatio Termini licita eſt, *O.C.p.*3.*t.*46. Solum verò terminum citationis anticipare non licet.

§. 7. *Terminus hominis.* Termini legalis, ſive legis exemplum

plum eſt, decendium interponendæ appellationis, qvadrimeſtre inſinuandæ; & ſemeſtre introducendæ appellationis. Qvod ſemeſtre ſi *judex inferior* conſtringat brevioremq́ꝫ terminum ad introducendam appellationem præfigat, *per Ord. Cam. p. 2. t. 13. pr.* Ille terminus vocatur terminus hominis. *Ord. Cam. p. 3. t. 34.* §. 11.

§. 8. Terminus præfixus, inde appellari aſſolet, ſi judex terminum per ſententiam (his verbis, von Ammtswegen angeſetzt) ex officio præfigat, gemein Beſch. 30. Octobr. 1655. *§. 5. Camer. Spirenſ.*

§. 9. Terminus admiſſus. Si parte adverſa petitum terminum non admittente, factaqve ad iſtam petitionem ſubmiſſione, judex præfatum terminum aut in totum concedendo, aut pro parte coarctando, his verbis: Iſt die gebethene Zeit / oder ſeyn ſechs Wochen zugelaſſen und angeſetzet: interloqvi ſoleat, Nominari conſvevit Terminus admiſſus, Gem. Beſch. *Cam. Spir. 3. Mart. 1651. §. 3. & præalleg. §. 5.*

§. 10. *Terminus probatorius* dicitur, ſi judex terminum probatorium, ſeu dilationem probandi præfigat.

§. 11. *Terminus collectus, ſumtus, aſſumtus, conceſſus,* & *acceptatus.* A litigantibus terminus conſtituitur alterâ parte vel tacente, vel altera per ſe ipſum colligente, qvod plerumqve fit, ſi qvis cavet, ſe intra certum tempus Procuratorium eſſe producturum. A qvo iſte terminus appellari ſolet *Collectus*: Colligere verò terminum nihil aliud eſt, qvàm ſibi ipſi ſumere, unde aliqvando terminus ſumtus vel aſſumtus vocatur.

Vel non tacente, ſed petitum terminum concedente aut in totum, ut ſi qvis petat terminum 3. Menſium & alter concedat, atqve hic vocatur terminus conceſſus. *d. §. 3. Verb.* bewilligter Termin. Aut pro parte, ut ſi qvis petat 4. menſes, alter verò duntaxat duos concedat & ille acceptet. Inde huic termino nomen concedat & ille acceptet Inde huic termino nomen *Acceptati* inditum *dict. §. 3. Verb.* angenommene Termine.

§. 12. *Terminus præjudicialis*, eſt tempus aliqvid ad agendum pro Tribunali, ſeu ad procedendum coram judice

præjudicialiter conſtitutum, aut acceptum. R. A. de anno 1594. §. Wann dann. Illud verò damnum ſeu præjudicium pro varietate caſuum qvoqve varium eſt. Nam ſi qvis, cui terminus ad libello reſpondendum præfixus, intra iſtum terminum non reſpondeat, præjudicium eſt, qvòd libellus pro confeſſato accipitur, atqve via defenſionales opponendi ſit præcluſa. *Item*, ſi qvis, cui per ſententiam Paritio ſub eventuali declaratione pœnæ injuncta eſt, intra præſtitutum tempus non pareat, etiamſi poſtea parere paratus ſit, vel etiam pareat, tamen illud præjudicium adeſt, qvod per hanc paritionem nimis feram comminatam pœnam evitare neqveat. *Item*, ſi qvis jurare juſſus, intra præfixum terminum non juret, etiamſi poſtea jurare paratus ſit, tamen illud præjudicium adſit, ut pœnam non jurantium effugere neqveat. *Et in genere* qvotiescunqve aliqvid intra certum tempus aliqvid facere tenetur, & intra iſtud tempus illud non faciat, ſtatim præjudicium illud adeſt, qvod ad idem faciendum non admittatur, vel etiamſi faciat, tamen nullum effectum habeat. Qvare etiam, cùm eo effluxo alius terminus non concedatur, dicitur *Peremtorius. Jacob. Blum. proc. Cam. 76. n. 13.*

TEMERITAS. §. 1. Inter *temerè & doloſè* agere non parva eſt differentia, *l. 1. §. qvari ff. ad SC. Turp.* Eſt enim *temerè qvid agere*, inconſultè, ſtultè, ſine cauſa agere, *t. t. Inſt. de pæn. tem. litig. Dolus* verò eſt machinatio ad fallendum decipiendum. *Menoch. recup. poſſ. remed. 5. n.* [illegible].

TESTAMENTUM. §. 1. *Teſtamentum* ex eo dictum, qvod ſit teſtatio mentis, capitur (1) latiſſimè, pro qvavis voluntate [illegible]a, (2) latè, ut etiam codicillos complectatur, *§. 3. J. de eo cui libert. conſerv.* (3) ſtrictè & propriè denotat eam ultimam voluntatem, qvæ Codicillis opponitur, *§. 1. J. de libert. l. 1. ſeqq. π. & C. qvi teſt. fac. poſſ.* Et ita interdum impropriè accipitur (1) pro tabulis teſtamenti. Ita teſtamentum dicitur aperiri. *rubr. π. Qvemadm. teſt. apert. l. 16. π. ad L. Corn. de falſis.* (2) pro ſcriptura, qvâ teſtamentum deſcribitur; ſic dicitur induci, cancellari, *l. 2. 3. π. de his qvi in teſt. delentur.* (3) pro hereditate teſtamento delata. *l. 77. in fin. π. de acqvir. hered.*

§. 2. *Te-*

§. 2. *Teſtamentum* eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, qvod qvis poſt mortem ſuam fieri velit, *l.* 1. *ff. qvi teſt. fac.* *Vel*, Eſt legitima & directa, à perſona habili facta, deſignatio habilis ſucceſſionis in univerſum jus, qvod ipſa poſt mortem relinqvit.

§. 3. *Teſtamentum nuncupativum* eſt, qvod verbis, coram ſeptem rogatis teſtibus habilibus, uno contextu profertur: adeoqve præter ſcripturam & ſignaturam omnia alia ſolennia, qvæ in ſcripto teſtamento, etiam in hoc reqviruntur, *§. f. I. de teſt. ord. l.* 21. §. 2. *C. de teſtam.*

§. 4. Hodie teſtamentum vel *publicum* eſt, vel *privatum*. *Publicum* eſt duplex, *inſertum* & *oblatum*.

Inſertum dicitur, qvando qvis inſerit ultimam ſuam voluntatem precibus principi oblatis, *l.* 19. *C. de teſtam.*

Oblatum eſt, qvod fit apud acta cujusqve magiſtratus, ut ſi voluntatem ſcripto comprehenſam, judici aut municipibus ad ſe vocatis offert, petens ut ad acta referatur. Atqve hæc teſtamenta teſtes nullos deſiderant, ſed ſuſtinetur vel Principis vel magiſtratus autoritate.

§. 5. *Teſtamentum privatum* duplex eſt, *Solenne* vel *minus Solenne*. *Illud* aliàs dicitur Paganum, & eſt vel ſcriptum, ein geſchrieben: vel Nuncupativum, oder ausgeſprochen Teſtament/ atqve utrumqve ſeptem teſtes deſiderat. *Minus ſolenne* eſt, in qvo aliqvid de ſolennitatibus eſt remiſſum, nec eſt uniusmodi. Pertinet enim eo (1) Teſtamentum ruſtici, (2) Parentum inter liberos. (3) Ad pias cauſas. (4) tempore peſtis. (5) Teſtamentum militis, *D. Hahn. ad* Weſenbec. *qvi teſt. fac. poſſ. n.* 7.

§. 6. *Teſtamenti factio activa, aut paſſiva eſt. Activa* eſt eorum, qvi poſſunt in teſtamento inſtituere, qvales qvicunqve non prohibiti, *vid. l.* 8. *qvi teſt. fac. l.* 3. 6. *l.* 18. §. 1. *eod. l.* 4. *C. eod. l.* 7. *C. ad L. Jul. Maj.*

Paſſiva teſtamenti factio illorum eſt, qvi in eo inſtitui poſſunt, & inde capere non prohibiti, ut in §. 1. 2. & *seqq. J. de her. inſtit. l.* 17. *de pœn. l.* 4. *l.* 5. *Cod. de hæret. l.* 1, *l.* 3. *C. de apoſtat.*

§. 7. Verba, *contraxerunt*, *geſſerunt*, non pertinent

 ad

ad teſtandi jus, *l. 20. ff. de V.S. Teſtamentum enim non eſt contractus, neqve in eo poteſt contrahi.*

§. 8. *Rumpitur teſtamentum*, qvando, in eodem ſtatu manente teſtatore, circa ipſum teſtamentum aliqvid, qvod illud vitiet, accidit, ut agnatione aut qvaſi agnatione ſui heredis, *l. 3. §. 1. & ult. l. 4. 5. l. 6. §. 1. 2. de injuſt. rupt.* deinde reali mutatione voluntatis.

§. 8. *Irritum dicitur teſtamentum fieri*, qvando ſtatus teſtatoris mutatur, *l. 6. §. 5. & ſeq. l. 12. ff. de injuſt. rupt. irr. fact.* aut qvando herede deſtituitur, ſeu qvando heres, ſeu omnes heredes ſcripti non adeunt hereditatem, *l. 1. d. t. § 8. J. de her. qva ab inteſt.*

§. 9. *Injuſtum* teſtamentum dicitur (1) in qvo ſolennia non ſunt adhibita, (2) in qvo filius præteritus, vel injuſtè exheredatus, qvod in ſpecie dicitur nullius momenti, *l. 1. de de injuſt. rupt.* illud appellatur & non juſtum *in l. 1. de exe. rei jud. l. 32. de acq. her.* Alias in genere dicitur non jure factum teſtamentum, qvod ipſo jure & ab initio ſtatim nullum.

§. 10. *Teſtamentum minùs ſolenne* dupliciter accipi poteſt (1) latè, pro eo, qvòd vel nullas, vel pauciores ſolennitates reqvirit: qvomodo etiam teſtamenta publica, inſertum & oblatum comprehendit, *arg. l. 19. verb. omnium teſtamentorum &c. C. de teſtam l. 31. C. de donat.* (2) Strictè, ut prædicatur ſaltem de teſtamentis qvibusdam privatis, *arg. pr. Inſt. de teſtam. mil.* Ordnung der Notarien zu Cölln. anno 1512. §. von Teſtamenten / verbis: ohne alle ſolennität oder Form: qvia diviſio teſtamenti in *ſolenne* & *minùs ſolenne*, publici non eſt, ſed tantùm privati teſtamenti.

Huc referuntur Teſtamentum parentum inter liberos, *l. 21. C. de teſtamentis. Nov. 107.* Ruſticorum, *Carpzov. p. 3. Conſt. 4. deciſ. 30.* tempore peſtis conditum, *l. 8. C. d. t.* & qvod ad pias cauſas factum eſt, *Reusner. de teſtam. p. 4. c. 11. num. 2. & ſeqq.*

§. 11. *Minùs ſolenne* teſtamentum aliàs vocari ſolet *imperfectum*. Id autem ſic dici poteſt dupliciter (1) *imperfectum* ratione voluntatis vel diſpoſitionis, *arg. l. 2. Qvi teſt. fac. poſſ.* (2) ratione ſolennitatis deficientis, *l. 21. §. 1. C. de teſtam.*

teſtam. Et hoc aliàs vocatur ſolennitatibus juris civilis *deſtututum*, vulgò *Privilegiatum.*

§. 12. S*olenne* teſtamentum dicitur (1) latè, in qvo ſolennitates, qvæcunqve etiam ſint, intervenire neceſſe eſt. Qvo ſenſu publica teſtamenta ſolennitate non carent, qvia ut publica illis fides, ſolennia debent intervenire illa, qvæ in oblatione vel inſinuatione conſiſtunt, *l. 19. C. de teſtam. junct. l. ult. C. de re jud.* (2) Strictè & propriè ſolenne vocatur teſtamentum privatum, qvod ſecundùm excellentiam tale, ſcriptum & nuncupativum, *arg. d. l. 10. verſ. aut auribus junct. §. 4. & fin. I. de teſt. ord.*

§. 13. Interdictum de tabulis exhibendis qvid ſit, *vid. ſub voc. Interdictum.*

TIGNUM. §. 1. *Tignum* videtur à tegendo dictum & illud propriè eſſe, cui ad tegenda ædificia tectum ſupponitur. Verùm hæc ita ſunt, ſi pro parte aliqva ædium ponatur, veluti fit in qvæſtione, de ſervitute tigni immittendi & projiciendi, ubi tignum pro trabibus accipitur. At ſi pro materia, ex qva ædificia, materiæ, ſepes aliaqve ſimilia fiunt, non ſolùm ea, ex qvibus contignationes fiunt & conſtant, ſed *omnem omnine materiam ad ædificandum aptam*, atqve ita tam tegulam, lapidem, teſtam, qvam lacunarium, canterios, columen, trabes, tranſtra; imò hoc amplius, calcem, arenam, lateres, cæmenta, arenatum, lutum, paleatum, pedamenta, perticas, ricinidas, omne lignum ad ædificandum vineam vel ædificia aptum ſignificat, *l. 67. de* V.S. *l. 1. § 1. de tign. junct. l. 7. §. cùm de cond. furt. l. 7. ad exh. l. 23.* §. *pen. & ult. de R. V. Gœdd. ad d. l. 62. de V.S. num. 3.*

§. 2. *Actio de tigno juncto* eſt, qvâ is, qvi alienum tignum ædibus ſuis, vel vineæ junxit, tenetur domino tigni ad duplum, ejus nomine, qvippe qvod eximi prohibitum eſt, præſtandum, *l. 1. de tign. junct.*

TRITICUM. §. 1. *Triticum* eſt nomen generale, continens omne id, qvod in aras teritur, ideò continet ſegetes, & bladum, *l. triticum, ubi gl. de V. O. Card. Tuſch. lit. T. concluſ. 322.*

TANQVAM. TAMEN. §. 1. *Tanqvam* importat improprietatem & fictionem de ſui natura, *Socin. l. 1. conſ. 1. n. 4.*

§. 2.

§. 2. *Tamen*, hæc dictio eſt adverſativa, ideò ponitur, ſeu applicatur adverſativæ diſpoſitioni, *Bald. l. 2. conſ. 195. num. 11.* Reſtringit omnia præcedentia ex ſui natura, *Bald. dict. l. num. 12.*

TOTIES QVOTIES. TUNC. §. 1. Dictio *Toties Qvoties* importat infinitatem: ideò obligatus repræſentare toties qvoties, non liberatur præſentando bis, *Alex. l. 2. conſ. 145. Tuſch. lit. D. concl. 389.*

§. 2. Dictiones *Tunc* vel *eo caſu*, adjectæ diſpoſitioni conditionali denotant extremitatem temporis, ut primo conditio debeat eſſe, qvàm diſpoſitio aliqvid efficiat, *Anchar. conſ. 354 & 356. n. 5. Tuſch. lit. D. concl. 390.*

TRIBUTUM. §. 1. *Stipendium* à ſtipe appellatum eſt, qvòd per ſtipes, id eſt, modica æra colligatur. Idem hoc etiam *Tributum*, appellari Pomponius ait. Et ſanè appellatur ab intributione tributum, vel ex eo, qvod militibus tribuatur, l. 27. *de V. S.*

TRIBUTORIA ACTIO. §. 1. Eſt actio perſonalis, prætoria, rei perſecutoria, qvæ datur in dominum ſeu patrem, qvo ſciente ſervus vel filiusfam. in peculiari merce eſt negotiatus, ut creditoribus, qvibus nihil vel minus qvàm oportet, de iſtâ peculiari merce tributum, id qvod ſingulis pro rata debetur, præſtetur, *l. 1. l. 7. §. 2. l. 15. §. f. de tribut. act. §. 3. l. qvod cum eo.*

TUUS. §. 1. *Meorum* & *tuorum* appellatione actiones qvoqve contineri dicendum eſt, l. 91. *de V. T.*

TEMPUS. §. 1. *Naturaliter* ſupputatur tempus à momento ad momentum & ita, ut qvem tempus illud, de qvo qværitur, præcisè in puncto impleſſe, adeoqve exceſſiſſe oporteat. Exempla videſis *in l. 3. §. 5. de minor. l. 6. de O. & A. num. 100. Civiliter*, qvoties non à momento ad momentum, ſed à die in diem tempus ſupputatur, ita ut tempus cœptum eſſe ſufficiat, *Bachov. ad Treutler. 2. diſp. 22. theſ. 4. lit. B. & in l. 134. de* V. S. *l. 5. qvi teſt. fac. l. 6. de uſur.* l. 1. *de manum.* l. 49. *de leg. 1. junct.* l. 49. *de cond. & dem.*

§. 2. *Tempus* aliud dicitur *continuum*, qvod ſcilicet continuò currit diebus feriatis & non feriatis, ſive ſit copia judicis, ſive non. Aliud verò *utile*, qvod diebus feriatis, & qvibus

bus non eſt agendi copia, non currit, *Schneidw. ad Inſtit. de ſpecieb. præſcript. ſub tit. de uſucap. num. 9.*

§. 3. *Præſens tempus* in contractibus, ſtipulationibus & ultimis voluntatibus nunqvam includit futurum, ſermonis proprietate, licèt præteritum adhuc durans, atqve ita maximè infectum comprehendat, *l. 76. §. 1. ff. de V. O. l. 89. ff. Locat. l. 46. de leg. 2.* Niſi aliter de mente loqventium, & qvid diſponentium conſtet, *l. 123. de* V. S. *l. 7. de jurisd.* In judiciis & prætoriis ſtipulationibus præſens tempus etiam futurum complectitur, *l. 67. §. 1. de* V. O. *Gædd. ad l. 8. pr. num. 10. ff. de V. S.*

§. 4. *Præteritum* ſeu *perfectum* tempus neqve præſens neqve futurum continet, præſente qvippe tempore finitur præteritum, & futuro ſubſeqvente jam dudum præteritum eſt conſummatum & abſolutum, *per l. 28. §. Titius ff de liber. leg. l. 7. de aur. arg. leg.* Niſi aliud verba extenſionis gratiâ adjecta ſvadeant, *l. talis de leg 1 l. ſi ita qvis ff. eod. 2. l. 1. ff. de injuſt. rupt. teſt. teſt. l. 12. de legib. Gædd. d. l. num. 14.*

THESAURUS. §. 1. *Theſauri* vocabulum generaliter accipitur pro omni pecunia, qvæ metus cuſtodiævè cauſa, ſub terrâ vel alibi, etiam recens depoſita & recondita eſt; ſpecialiter verò pro veteri depoſitione rei mobilis ſive pecuniæ, cujus non extat memoria, nec jam dominum habet, ſumitur.

§. 2. *Theſaurus* eſt vetus depoſitio pecuniæ, cujus memoria non extat, nec dominum habet, *l. 31. §. 1. π. de A. R. D. l. 63. π. eod. l. un. C. de theſauris.*

TUGURIUM. §. 1. *Tugurii* appellatione omne ædificium, qvod ruſticæ magis cuſtodiæ convenit, qvam urbanis ædibus, ſignificatur, *l. 180. de V.* S.

§. 2. Ofilius ait, *tugurium* à tecto, tanqvam tegularium eſſe dictum: ut toga qvod eâ tegamur, *d. l. 120. §. 1.*

TABERNA. §. 1. *Tabernæ appellatio* declarat omne utile ad habitandum ædificium, non ex eo qvod tabulis clauditur, *l. 183. de V. S.* (2) Taberna freqventius accipitur pro loco, ubi merces venduntur aliave opera, *l. 34. de pign. l. 13. de inſtr. leg.* Ab ea differt *officina*, ubi artifices opus faciunt, qvaſi efficina.

§. 2. Inde *tabernacula* & *contubernales* dicti ſunt, *l. 148. de V.* S.

buta *à Platone. l. 2. de Republ.* *Idem, ad* Weſenb. *de Orig. jur. num. ult. in fin.*

STUDIUM. §. 1. Vox *Studii* æqvivoca eſt (1) ſignificat vehementem aliqvam occupationem ſive diligentiam. (2) Diſciplinam ſeu artem, cui ſtudemus. Sic dicimus ſtudium juris Philoſophiæ. (3) Studium juris denotat ipſum jus ſtudio conſtitutum, & qvidem jus Romanum; Cum enim de juris ſtudio agimus, ipſum jus, de qvo qvæſiti reſpondent prudentes, intelligimus, qvod populi Romani jus appellatur, *D. Hahn. ad* Weſenbec. *parat. tit. de juſt. & jur. pag. 60.*

SOCIDÆ CONTRACTUS. §. 1. Si oves & vaccæ ferreæ, Eiſerne Schaafe und Kühe / locatæ ſunt, ſcil. hoc pacto, ut ſi qvæ iſtarum pereant, conductor vel alias in illarum locum ſubſtituat, vel æſtimationem earum præſtet; qvæ conventio *ſocida* ab Italis vocatur, & apud Germanos etiam non eſt infreqvens, *D. Struv. exerc. 24. theſ. 14.*

SPECIALITER TRIBUI. §. 1. *Specialiter tribui* dicuntur omnia ea, qvæ non conceduntur jure magiſtratus, *l. 1. de offic. ejus cui*, id eſt, qvæ non competerent magiſtratui qvantumvis jurisdictionem habenti, niſi eſſent nominatim & ſingulatim conceſſa. Non ſufficit porrò, ut ſpecialiter qvid tribuatur, niſi etiam id fiat lege, SCto, vel Conſtitutione principis, *d. l. 1. l. 6. §. 2. de tutel* Sutholt. *de jurisd. aph. 139.* Nec tantùm ea *ſpecialiter tribui* dicuntur, qvæ nominatim ſingulis conceduntur: ſed etiam, qvæ in univerſum & ſub nomine officii ſpeciatim tribuuntur, puta: Prætori, Præſidi &c. *Sutholt. d. l. aph. 138. D. Struv. exerc. 4. theſ. 65.*

SPONTE. §. 1. *Sponte* dari dicitur, qvando nulla præceſſit taxatio vel petitio, *Jac. Ayrer. proceſſ. pag. 1. cap. 6. obſerv. 5. num. 2.*

§. 2. Spontaneum qvid ſit, vid. *Invitum.*

SEQVELA. §. 1. *Jus ſeqvela* die Herren Volg / und Reiß / eſt qvo ſubditi, domino territorii bellum movente, ad præceptũ comparere, ei armis adſiſtere, ac eum ſeqvi tenentur.

SUCCEDERE. §. 1. Verbum, *ſuccedere*, multifariam accipitur. Interdum (1) proſperum, qvandoqve etiam minùs felicem eventum ſignificat. Sic, omnia ex ſententia ſuccedere dicuntur. (2) Interdum ſuccedere eſt in locum alterius

rei

rei venire, vel ſubducta priori re, locum hujus ingredi, & explere. Qva ſignificatione ad omnes res accommodatur, (3) aliqvando ſuccedere, ad perſonas ſolummodo refertur. Eſt autem ſucceſſio perſonarum, cùm, priore perſona remota & ſubducta, in locum ejus alia ſurrogatur, *vid. l. 10. pr. de off. proc. l. 56. de leg. 2. l. 49. in fin. de judic.* (4) In ſucceſſione hæreditatis, vel bonorum poſſeſſionis ſuccedere dicitur, cùm is, qvi inferiorem & remotiorem tenet, in viciniorem & ſuperiorem locum aſcendit, *l. 28. §. filiusfam. ff. de lib. & poſth. l. 29. §. videndum eod. l. 13. pr. ff. de injuſt. rapt. & irr.* (5) Qvandoqve ſucceſſio ad res pertinet, cùm qvis reſpectu perſonæ, in re aliqva ſuccedit, *l. 3. qva res pign. l. 4. de magiſtr. conv. l. 6. de jur. fiſc.* Inde defluxit etiam appellatio ſuccedanei, *l. 4. §. heres de magiſtr. conv. l. 3. de adm. tut. l. 10. qvi tut. vel cur. l. 27. §. de decurion.* Uſitatiùs autem & freqventiùs rerum ſucceſſio in jure noſtro ad adqviſitionem refertur, vel univerſi juris, qvod defunctus habuit vel rei alicujus ſingularis.

§. 2. *Succeſſio* eſt jus acqvirendæ hereditatis, vel bonorum poſſeſſionis, jure civili & Prætorio inductum, *Val. Forſter. de ſucceſſ. qvæ ab inteſt. lib. 1. c. 2.*

§. 3. *Succeſſio* omnis, aut Civilis eſt, aut Prætoria. *Civilis*, qvæ vetere aut novo jure ad nos pertinet. *Vetere* à lege 12. tab. vel ex teſtamento, qvod jure factum eſt. *Novo* jure, ex Senatus conſult. aut ex Conſtitutionibus Principum, *l. 1. & 3. in fin. de pet. her.*

§. 4. *Succeſſio Prætoria*, qvæ & honoraria dicitur, prætorem habet authorem, *arg. l. 7. & 8. de juſt. & jur. §. 7. I. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* Differentiam & convenientiam harum duarum ſucceſſionum, vide apud *Val. Forſter. d. tr. l. 1. c. 5. & ſeqq.*

SUBSTANTIALIA. §. 1. *Genus* & *differentia* eſſentiam conſtituunt: *proprium* neceſſariò eſſentiam conſeqvitur: atqve hæc duo JCtis vocantur *ſubſtantialia, l. 72. voc. ſubſtantia ff. de contr. emt.* ac ſolent qvoqve philoſophi utraqve *eſſentialium* nomine complecti, hæc *in eſſentialia conſtituentia & conſeqventia* diſtingventes. Dicuntur *hæc ſubſtantialia* de re modo per ſe dicendi primo (*nim. genus & differentia*) & ſecundò (*ſcil. proprium*) adeoqve omni & ſemper inſunt, nec

nec poſſunt ſalva eſſentia immutari vel abeſſe, *Vid. D. Struv. exerc. 6. th. 23.*

SUSPECTUS. §. 1. Tria potiſſimùm qvem ſuſpectum reddunt 1. paupertas, 2. mali mores, 3. improbitas anteactæ vitæ, *Gail. 1. Obſervat. 148. n. 7.*

SURROGATUM. §. 1. Per *ſurrogatum* Dd. intelligunt id, qvod in alterius locum intrat, alteri ſufficitur & ſurrogatur.

SUBINFEUDATIO. §. 1. *Subinfeudatio* eſt actus, qvo Vaſallus feudum vel totum, vel partem ejus aliis in feudum legitimè concedit. Germ. ein Affter-Lehn/*text. 2. f. 53. §. 2. Verſ. illud, ibi ut ſi Vaſallus de feudo ſuo alium Vaſallum habuerit.*

§. 2. *Subfeudum* dicitur à præpoſitione *ſub*, qvòd hic ſumi poteſt, vel pro *poſt*, *Calvin. in Lexic. Verb. ſub.* cum poſt feudum illud conſtituatur: vel notat *tenuitatem*, *Faber in Theſauro. Verb. ſub*; cum ſubfeuda ipſis feudis ſint tenuiora.

SANCTIO. §. 1. *Sanctio* in jure canonico eſt ſpecies conſtitutionis eccleſiaſticæ, qvæ pœnam continet ad cautelam futurorum.

SCRUTINIUM. §. 1. Nominis hujus non una ſignificatio eſt. *Modò* enim accipitur pro ſcrutatione, id eſt, inqviſitione ſuffragiorum, qvæ fit in electionibus; *modò* pro catechiſmo, qvem Eccleſia primitiva facere conſvevit, in baptizandis iis, qvi habebant uſum rationis, *In titulo autem De ſcrutinio in ord. ſacr.* accipitur pro qvodam examine ordinandorum.

SACRISTA. §. 1. Hic nomen habet à ſacris, qvarum rerum cuſtodia illi incumbit: aliàs vocatur *Theſaurarius*, à theſauri ſacri cuſtodia, item *cuſtos ſacrorum Vaſorum. Vid. tit. de offic. Sacriſt. l. 81. C. de SS. Eccl.*

SCHISMA. §. 1. *Schiſma* eſt crimen, qvo qvis ab unitate Eccleſiæ diſceſſionem facit, eamq; ſcindit qvodammodo, ſe ab obedientia ſummô Pont. ejus capiti debita, ſubtrahendo, *add. tit. de ſchiſmatic.*

§. 2. *Schiſmaticus ab Hæretico* differt, qvòd *Hæreticus* pravum aliqvod dogma contra Eccleſiam Catholicam perti-

naci-

naciter defendat, *Schiſmaticus* verò nullum qvidem pravum dogma ſeqvatur, ſe tamen dividat, & ab Eccleſiæ Romanæ unitate deficiat. Itaqve omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus, ſed non è contra, *Vid. tit. de ſchiſmat.*

SORTILEGIUM. §. 1. *Sortes* nihil aliud ſunt qvàm divinationes, & maleficia eſſe, inqvit Leo IV. Pont. *can. Sortes. XXV. q. 5.* *Sortilegi* verò ſunt, auctore Iſidoro, qvi ſub nomine fictæ religionis per qvasdam, qvas Sanctorum ſeu Apoſtolorum ſortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur, aut qvarumcunqve ſcripturarum inſpectione futura promittunt. Vel *ſortilegi* dicuntur, qvi id, qvod occultum eſt eventu alicujus rei explorant, ut qvi ad deprehendendum fures aſtrolabium vel aliud qvid movent aut inſpiciunt, *can. un. XXVI. q. 1. & 2. de ſortileg.* Aliàs nomen *Sortilegorum* generale eſt, omnesqve divinationum ſpecies complectitur, ut qvæ ex aſtris eventus futurorum ſeu naſcentium vitam & mores conjectat, Aſtrologiam divinatricem, ſeu judiciariam, & qvæ ex elementis, ut Geomantiam, Hydromantiam, Pyromantiam, Aëromantiam, & qvæ ab aliis, qvibus divinandi artem exercentes incumbunt, appellantur, ut Arioli, Aruſpices, Auſpices, Necromantici, Magi &c. *can. Sed & illud. XXVI. q. 2. can. Igitur. XXVI. q. 3.* Add. *Carpzov. pr. crim. q. 50. n. 49. D. Struv. exerc. 49 th. 60.*

SUSPENSIO. §. 1. Eſt cenſura Eccleſiaſtica, qvâ Clerico ſive Miniſtro Eccleſiæ interdicitur uſus & exercitium officii vel beneficii ſui, aut alterius functionis Eccleſiaſticæ.

SPONSALITIA LARGITAS. §. 1. *Sponſalitia largitas* eſt donatio ſponſæ à ſponſo, declarandi amoris causâ facta, ob ſpem futuri matrimonii, *Ariſmin. Tepatius, variar. ſent. comp. tit. 452. c. 1.* Perez. *comment. Cod. de don. ant. nupt. num. 10.*

SI. §. 1. Qvi per particulam *Si* loqvitur, factum ſimpliciter non ponit, neqve abſolutè qvid fatetur, ſed in eventum conditionis qvid confert, *l. à teſtatore de concl. & dem.* Natura ſiqvidem hujus dictionis eſt, non cauſam facere, ſed conditionem negotii adjicere, *l. 17. §. 3. d. t. l. 1. eod. Alex. l. 7. conſ. 127.* Niſi conditio repugnaret facto & intentioni diſponentis. (2) Aliqvando ponitur pro qvia, *l. 47. §. à matre de*

adm.tut.l.3.de leg.1.l.122. §. *Agerius de* V. O. (3) aliqvando ponitur pro qvamvis, & autem. *Gædd.ad l.1.n.17.de V. S.* (5) aliqvando pro qvando, *Tuſch.lit.D.concl.373.*

TENETUR. §. 1. Verbum, *Tenetur* regulariter neceſſitatem importat. *Clem.Exivi.§. qvia præterea in fin. de V. S.* ſed propter ſubjectam materiam mutat naturam, *c.inter alia de ſent. excom. Everh.à.Middelb.loc.leg.93.n.17.*

TERMINUS. §. 1. *Termini circumductio* eſt citationis emanatæ exſtinctio ſive delectio. Nam ſi in termino citationis & actor & reus abfuerint, terminus citationis circumducitur, id eſt, citationis effectus exſtingvitur, ita ut actori proceſſum inſtaurare volenti nova citatio impetranda ſit, *Ord. Camer. p.3. tit. 12. §.f. Roding.pandect.Cameral.l.3. tit. 52. in pr.*

§. 2. *Terminus procedendi*, eſt certum temporis ſpacium ad procedendum vel negotio judiciali expediendo conſtitutum, *Roding.pand.Cam.l.3.tit.22.*

§. 3. *Terminus procedendi* eſt vel legis, vel arbitrarius, *Terminus legis* eſt, qvi per ordinationis vel conſtitutionis Imperii legem præfigitur, *Roding.d.l.3.tit.23.*

§. 4. *Terminus arbitrarius* eſt, qvi pro arbitrio à judice vel à partibus conſtituitur, habita nimirum ratione cauſæ, articuli, in qvo deſignandus eſt, loci, aliarumqve circumſtantiarum, *Roding.d.l.t. 24.*

§. 5. *Terminus purificatus.* Litigantes ſi intra terminum præjudicialem, ſive primum ſive prorogatum non agant, ſed illum planè negligant, *Terminus ille dicitur purificari*, qvia is ſemper hanc expreſſam vel tacitam in ſe continet conditionem, ut niſi intra iſtum agatur, qvod tunc via agendi præcluſa eſſe debeat. Proinde cum elapſo termino illa conditio expiret terminus antea conditionalis jam ſit purus indeqve purificatus nuncupari conſvevit, *Roding. pandect.Cam.l.3. tit. 22. §.5.*

§. 6. *Terminus anticipatus.* Si litigantes ante termini præjudicialis ultimum diem agant, *terminum anticipare* dicuntur, qvæ anticipatio Termini licita eſt, *O.C.p.3.t.46.* Solum verò terminum citationis anticipare non licet.

§. 7. *Terminus hominis.* Termini legalis, ſive legis exemplum

plum eſt, decendium interponendæ appellationis, qvadrimeſtre inſinuandæ; & ſemeſtre introducendæ appellationis. Qvod ſemeſtre ſi *judex inferior* conſtringat brevioremq; terminum ad introducendam appellationem præfigat, *per Ord. Cam. p. 2. t. 13. pr.* Ille terminus vocatur terminus hominis. *Ord. Cam. p. 3. t. 34. §. 11.*

§. 8. Terminus præfixus, inde appellari aſſolet, ſi judex terminum per ſententiam (his verbis, von Ammtswegen angeſetzt) ex officio præfigat, gemein Beſch. 30. Octobr. 1655. §. 5. *Camer. Spirenſ.*

§. 9. *Terminus admiſſus.* Si parte adverſa petitum terminum non admittente, factaqve ad iſtam petitionem ſubmiſſione, judex præfatum terminum aut in totum concedendo, aut pro parte coarctando, his verbis: Iſt die gebethene Zeit / oder ſeyn ſechs Wochen zugelaſſen und angeſetzet: interloqvi ſoleat, Nominari conſvevit Terminus admiſſus, Gem. Beſch. *Cam. Spir. 3. Mart. 1651. §. 3. & prę alleg. §. 5.*

§. 10. *Terminus probatorius* dicitur, ſi judex terminum probatorium, ſeu dilationem probandi præfigat.

§. 11. *Terminus collectus, ſumtus, aſſumtus, conceſſus,* & *acceptatus.* A litigantibus terminus conſtituitur alterá parte vel tacente, vel altera per ſe ipſum colligente, qvod plerumqve fit, ſi qvis cavet, ſe intra certum tempus Procuratorium eſſe producturum. A qvo iſte terminus appellari ſolet *Collectus.* Colligere verò terminum nihil aliud eſt, qvàm ſibi ipſi ſumere, unde aliqvando terminus ſumtus vel aſſumtus vocatur.

Vel non tacente, ſed petitum terminum concedente aut in totum, ut ſi qvis petat terminum 3. Menſium & alter concedat, atqve hic vocatur terminus conceſſus. *d. §. 3. Verb.* bewilligter Termin. Aut pro parte, ut ſi qvis petat 4. menſes, alter verò duntaxat duos concedat & ille acceptet. Inde huic termino nomen concedat & ille acceptet Inde huic termino nomen *Acceptati* inditum *dict. §. 3. Verb.* angenommene Termine.

§. 12. *Terminus præjudicialis*, eſt tempus aliqvid ad agendum pro Tribunali, ſeu ad procedendum coram judice

præjudicialiter conſtitutum, aut acceptum. R. A. de anno 1594. §. Wann dann. Illud verò damnum ſeu præjudicium pro varietate caſuum qvoqve varium eſt. Nam ſi qvis, cui terminus ad libello reſpondendum præfixus, intra iſtum terminum non reſpondeat, præjudicium eſt, qvòd libellus pro confeſſato accipitur, atqve via defenſionales opponendi ſit præcluſa. *Item*, ſi qvis, cui per ſententiam Paritio ſub eventuali declaratione pœnæ injuncta eſt, intra præſtitutum tempus non pareat, etiamſi poſtea parere paratus ſit, vel etiam pareat, tamen illud præjudicium adeſt, qvod per hanc paritionem nimis ſeram comminatam pœnam evitare neqveat. *Item*, ſi qvis jurare juſſus, intra præfixum terminum non juret, etiamſi poſtea jurare paratus ſit, tamen illud præjudicium adſit, ut pœnam non jurantium effugere neqveat. *Et in genere* qvotiescunqve aliqvid intra certum tempus aliqvid facere tenetur, & intra iſtud tempus illud non faciat, ſtatim præjudicium illud adeſt, qvod ad idem faciendum non admittatur, vel etiamſi faciat, tamen nullum effectum habeat. Qvare etiam, cùm eo effluxo alius terminus non concedatur, dicitur *Peremtorius*. *Jacob. Blum. proc. Cam. 76. n. 13.*

TEMERITAS. §. 1. Inter *temerè & dolosè* agere non parva eſt differentia, *l. 1. §. qvari ff. ad SC. Turp.* Eſt enim *temerè qvid agere*, inconſultè, ſtultè, ſine cauſa agere, *t. t. Inſt. de pæn. tem. litig.* *Dolus* verò eſt machinatio ad fallendum decipiendum. *Menoch. recup. poſſ. remed. 5. n.*

TESTAMENTUM. §. 1. *Teſtamentum* ex eo dictum, qvod ſit teſtatio mentis, capitur (1) latiſſimè, pro qvavis voluntate ſeria, (2) latè, ut etiam codicillos complectatur, *§. 3. J. de eo cui libert. conſerv.* (3) ſtrictè & propriè denotat eam ultimam voluntatem, qvæ Codicillis opponitur, *§. 1. J. de libert. l. 1. ſeqq. π. & C. qvi teſt. fac. poſſ.* Et ita interdum impropriè accipitur (1) pro tabulis teſtamenti. Ita teſtamentum dicitur aperiri. *rubr. π. Qvemadm. teſt. apert. l. 16. π. ad L. Corn. de falſis.* (2) pro ſcriptura, qvâ teſtamentum deſcribitur; ſic dicitur induci, cancellari, *l. 2. 3. π. de his qvi in teſt. delentur.* (3) pro hereditate teſtamento delata. *l. 77. in fin. π. de acqvir. hered.*

§. 2. *Te-*

§. 2. *Teſtamentum* eſt voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, qvod qvis poſt mortem ſuam fieri velit, *l. 1. ff. q̃vi teſt. fac.* *Vel,* Eſt legitima & directa, à perſona habili facta, deſignatio habilis ſucceſſionis in univerſum jus, qvod ipſa poſt mortem relinqvit.

§. 3. *Teſtamentum nuncupatĩvum* eſt, qvod verbis, coram ſeptem rogatis teſtibus habilibus, uno contextu profertur: adeoqve præter ſcripturam & ſignaturam omnia alia ſolennia, qvæ in ſcripto teſtamento, etiam in hoc reqviruntur, *§. f. l. de teſt. ord. l. 21. §. 2. C. de teſtam.*

§. 4. Hodie teſtamentum vel *publicum* eſt, vel *prĩvatum.* *Publicum* eſt duplex, *inſertum* & *oblatum.*

Inſertum dicitur, qvando qvis inſerit ultimam ſuam voluntatem precibus principi oblatis, *l. 19. C. de teſtam.*

Oblatum eſt, qvod fit apud acta cujusqve magiſtratus, ut ſi voluntatem ſcripto comprehenſam, judici aut municipibus ad ſe vocatis offert, petens ut ad acta referatur. Atqve hæc teſtamenta teſtes nullos deſiderant, ſed ſuſtinetur vel Principis vel magiſtratus autoritate.

§. 5. *Teſtamentum prĩvatum* duplex eſt, *Solenne* vel *minus Solenne.* *Illud* aliàs dicitur Paganum, & eſt vel ſcriptum, ein geſchrieben: vel Nuncupativum, oder außgeſprochen Teſtament/ atqve utrumqve ſeptem teſtes deſiderat. *Minus ſolenne* eſt, in qvo aliqvid de ſolennitatibus eſt remiſſum, nec eſt uniusmodi. Pertinet enim eo (1) Teſtamentum ruſtici, (2) Parentum inter liberos. (3) Ad pias cauſas. (4) tempore peſtis. (5) Teſtamentum militis, *D. Hahn. ad* Weſenbec. *q̃vi teſt. fac. poſſ. n. 7.*

§. 6. *Teſtamenti factio actĩva, aut paſſĩva eſt.* *Actĩva* eſt eorum, qvi poſſunt in teſtamento inſtituere, qvales qvicunqve non prohibiti, *ṽid. l. 8. q̃vi teſt. fac. l. 3. 6. l. 18. §. 1. eod. l. 4. C. eod. l. 7. C. ad L. Jul. Maj.*

Paſſĩva teſtamenti factio illorum eſt, qvi in eo inſtitui poſſunt, & inde capere non prohibiti, ut in §. 1. 2. *& ſeqq. J. de hær. inſtit. l. 17. de pœn. l. 4. l. 5. Cod. de hæret. l. 1. l. 3. C. de apoſtat.*

§. 7. Verba, *contraxerunt, geſſerunt,* non pertinent ad

ad teſtandi jus, *l. 20. ff. de V.S. Teſtamentum enim non eſt contractus, neqve in eo poteſt contrahi.*

§. 8. *Rumpitur teſtamentum*, qvando, in eodem ſtatu manente teſtatore, circa ipſum teſtamentum aliqvid, qvod illud vitiet, accidit, ut agnatione aut qvaſi agnatione ſui heredis, *l. 3. §. 1. & ult. l. 4. 5. l. 6. §. 1. 2. de injuſt. rupt.* deinde reali mutatione voluntatis.

§. 8. *Irritum dicitur teſtamentum fieri*, qvando ſtatus teſtatoris mutatur, *l. 6. §. 5. & ſeq. l. 12. ff. de injuſt. rupt. irr. fact.* aut qvando herede deſtituitur, ſeu qvando heres, ſeu omnes heredes ſcripti non adeunt hereditatem, *l. 1. d. t. §. 8. J. de her. qvæ ab inteſt.*

§. 9. *Injuſtum* teſtamentum dicitur (1) in qvo ſolennia non ſunt adhibita, (2) in qvo filius præteritus, vel injuſtè exheredatus, qvod in ſpecie dicitur nullius momenti, *l. 1. de de injuſt. rupt.* illud appellatur & non juſtum *in l. 1. de exc. rei jud. l 32. de acq. her.* Alias in genere dicitur non jure factum teſtamentum, qvod ipſo jure & ab initio ſtatim nullum.

§. 10. *Teſtamentum minùs ſolenne* dupliciter accipi poteſt (1) latè, pro eo, qvòd vel nullas, vel pauciores ſolennitates reqvirit: qvomodo etiam teſtamenta publica, inſertum, & oblatum comprehendit, *arg. l. 19. verb. omnium teſtamentorum &c. C. de teſt am l 31. C de donat.* (2) Strictè, ut prædicatur ſaltem de teſtamentis qvibusdam privatis, *arg. pr. Inſt. de teſtam. mil.* Ordnung der Notarien zu Cölln. anno 1512. §. von Teſtamenten / verbis: ohne alle ſolennität oder Form: qvia diviſio teſtamenti in *ſolenne* & *minùs ſolenne*, publici non eſt, ſed tantùm privati teſtamenti.

Huc referuntur Teſtamentum parentum inter liberos, *l. 21. C. de teſtamentis. Nov. 107.* Ruſticorum, *Carpz. ov. p. 3. Conſt. 4. deciſ. 30.* tempore peſtis conditum, *l. 8. C. d. t.* & qvod ad pias cauſas factum eſt, *Reusner. de teſtam. p. 4. c. 11. num. 2. & ſeqq.*

§. 11. *Minùs ſolenne* teſtamentum aliàs vocari ſolet *imperfectum*. Id autem ſic dici poteſt dupliciter (1) *imperfectum* ratione voluntatis vel diſpoſitionis, *arg. l. 2. Qvi teſt. fac. poſſ.* (2) ratione ſolennitatis deficientis, *l. 21. §. 1. C. de teſtam.*

teſtam. Et hoc aliàs vocatur ſolennitatibus juris civilis *deſtututum*, vulgò *Privilegiatum.*

§. 12. *Solenne* teſtamentum dicitur (1) latè, in qvo ſolennitates, qvæcunqve etiam ſint, intervenire neceſſe eſt. Qvo ſenſu publica teſtamenta ſolennitate non carent, qvia ut publica illis fides, ſolennia debent intervenire illa, qvæ in oblatione vel inſinuatione conſiſtunt, *l. 19. C. de teſtam. junct. l. ult. C. de re jud.* (2) Strictè & propriè ſolenne vocatur teſtamentum privatum, qvod ſecundùm excellentiam tale, ſcriptum & nuncupativum, *arg. d. l. 19. verſ. aut auribus junct. §. 4. & fin. I. de teſt. ord.*

§. 13. Interdictum de tabulis exhibendis qvid ſit, *vid. ſub voc. Interdictum.*

TIGNUM. §. 1. *Tignum* videtur à tegendo dictum & illud propriè eſſe, cui ad tegenda ædificia tectum ſupponitur. Verùm hæc ita ſunt, ſi pro parte aliqva ædium ponatur, veluti fit in qvæſtione, de ſervitute tigni immittendi & projiciendi, ubi tignum pro trabibus accipitur. At ſi pro materia, ex qva ædificia, materiæ, ſepes aliaqve ſimilia fiunt, non ſolùm ea, ex qvibus contignationes fiunt & conſtant, ſed *omnem omnino materiam ad ædificandum aptam,* atqve ita tam tegulam, lapidem, teſtam, qvam lacunarium, canterios, columen, trabes, tranſtra; imò hoc amplius, calcem, arenam, lateres, cæmenta, arenatum, lutum, paleatum, pedamenta, perticas, ricidas, omne lignum ad ædificandum vineam vel ædificia aptum ſignificat, *l. 67. de* V.S. *l. 1. § 1. de tign. junct. l. 7. §. cùm de cond. furt. l. 7. ad exh. l. 23. §. pen. & ult. de R.V. Gœdd. ad d. l. 62. de V.S. num. 3.*

§. 2. *Actio de tigno juncto* eſt, qvâ is, qvi alienum tignum ædibus ſuis, vel vineæ junxit, tenetur domino tigni ad duplum, ejus nomine, qvippe qvod eximi prohibitum eſt, præſtandum, *l. 1. de tign. junct.*

TRITICUM. §. 1. *Triticum* eſt nomen generale, continens omne id, qvod in aras teritur, ideò continet ſegetes, & bladum, *l. triticum, ubi gl. de* V.O. *Card. Tuſch. lit. T. concluſ. 392.*

TANQVAM. TAMEN. §. 1. *Tanqvam* importat improprietatem & fictionem de ſui natura, *Socin. l. 1. conſ. 1. n. 4.*

§. 2. *Tamen*, hæc dictio eſt adverſativa, ideò ponitur, ſeu applicatur adverſativæ diſpoſitioni, *Bald. l. 2. conſ. 195. num. 11.* Reſtringit omnia præcedentia ex ſui natura, *Bald. dict. l. num. 12.*

TOTIES QVOTIES. TUNC. §. 1. Dictio *Toties Qvoties* importat infinitatem: ideò obligatus repræſentare toties qvoties, non liberatur præſentando bis, *Alex. l. 2. conſ. 145. Tuſch. lit. D. concl. 389.*

§. 2. Dictiones *Tunc* vel *eo caſu*, adjectæ diſpoſitioni conditionali denotant extremitatem temporis, ut primo conditio debeat eſſe, qvàm diſpoſitio aliqvid efficiat, *Anchar. conſ. 354 & 356. n. 5. Tuſch. lit. D. concl. 390.*

TRIBUTUM. §. 1. *Stipendium* à ſtipe appellatum eſt, qvòd per ſtipes, id eſt, modica æra colligatur. Idem hoc etiam *Tributum*, appellari Pomponius ait. Et ſanè appellatur ab intributione tributum, vel ex eo, qvod militibus tribuatur, l. 27. *de V. S.*

TRIBUTORIA ACTIO. §. 1. Eſt actio perſonalis, prætoria, rei perſecutoria, qvæ datur in dominum ſeu patrem, qvo ſciente ſervus vel filiusfam. in peculiari merce eſt negotiatus, ut creditoribus, qvibus nihil vel minus qvàm oportet, de iſtâ peculiari merce tributum, id qvod ſingulis pro rata debetur, præſtetur, *l. 1. l. 7. §. 2. l. 15. §. f. de tribut. act. §. 3. l. qvod cum eo.*

TUUS. §. 1. *Meorum* & *tuorum* appellatione actiones qvoqve contineri dicendum eſt, l. 91. *de* V. *T.*

TEMPUS. §. 1. *Naturaliter* ſupputatur tempus à momento ad momentum & ita, ut qvem tempus illud, de qvo qværitur, præcisè in puncto impleſſe, adeoqve exceſſiſſe oporteat. Exempla videſis *in l. 3. §. 5. de minor. l. 6. de O. & A. num. 100.* *Civiliter*, qvoties non à momento ad momentum, ſed à die in diem tempus ſupputatur, ita ut tempus cœptum eſſe ſufficiat, *Bachov. ad Treutler. 2. diſp. 22. theſ. 4. lit. B. & in l. 134. de* V. S. *l. 5. qvi teſt. fac. l. 6. de uſur.* l. 1. *de manum.* l. 49. *de leg. 1. junct.* l. 49. *de cond. & dem.*

§. 2. *Tempus* aliud dicitur *continuum*, qvod ſcilicet continuò currit diebus feriatis & non feriatis, ſive ſit copia judicis, ſive non. Aliud verò *utile*, qvod diebus feriatis, & qvibus

bus non eſt agendi copia, non currit, *Schneidw. ad Inſtit. de ſpecieb. præſcript. ſub tit. de uſucap. num. 9.*

§. 3. *Præſens tempus* in contractibus, ſtipulationibus & ultimis voluntatibus nunqvam includit futurum, ſermonis proprietate, licèt præteritum adhuc durans, atqve ita maximè infectum comprehendat, *l. 76. §. 1. ff. de V.O. l. 89. ff. Locat. l. 46. de leg. 2.* Niſi aliter de mente loqventium, & qvid diſponentium conſtet, *l. 123. de* V.S. *l. 7. de jurisd.* In judiciis & prætoriis ſtipulationibus præſens tempus etiam futurum complectitur, *l. 67. §. 1. de* V.O. *Gædd. ad l. 8. pr. num. 10. ff. de V.S.*

§. 4. *Præteritum* ſeu *perfectum* tempus neqve præſens neqve futurum continet, præſente qvippe tempore finitur præteritum, & futuro ſubſeqvente jam dudum præteritum eſt conſummatum & abſolutum, *per l. 28. §. Titius ff. de liber. leg. l. 7. de aur. arg. leg.* Niſi aliud verba extenſionis gratiâ adjecta ſvadeant, *l. talis de leg. 1. l. ſi ita qvis ff. eod. 2. l. 1. ff. de injuſt. rupt. teſt. teſt. l. 22. de legib. Gædd. d. l. num. 14.*

THESAURUS. §. 1. *Theſauri* vocabulum generaliter accipitur pro omni pecunia, qvæ metus cuſtodiævè cauſa, ſub terrâ vel alibi, etiam recens depoſita & recondita eſt; ſpecialiter verò pro veteri depoſitione rei mobilis ſive pecuniæ, cujus non extat memoria, nec jam dominum habet, ſumitur.

§. 2. *Theſaurus* eſt vetus depoſitio pecuniæ, cujus memoria non extat, nec dominum habet, *l. 31. §. 1. π. de A. R. D. l. 63. π. eod. l. un. C. de theſauris.*

TUGURIUM. §. 1. *Tugurii* appellatione omne ædificium, qvod ruſticæ magis cuſtodiæ convenit, qvam urbanis ædibus, ſignificatur, *l. 180. de V.S.*

§. 2. Ofilius ait, *tugurium* à tecto, tanqvam tegularium eſſe dictum: ut toga qvod eâ tegamur, *d. l. 120. §. 1.*

TABERNA. §. 1. *Tabernæ appellatio* declarat omne utile ad habitandum ædificium, non ex eo qvod tabulis clauditur, *l. 183. de V. S.* (2) Taberna freqventius accipitur pro loco, ubi merces venduntur aliave opera, *l. 34. de pign. l. 13. de inſtr. leg.* Ab ea differt *officina*, ubi artifices opus faciunt, qvaſi efficina.

§. 2. Inde *tabernacula* & *contubernales* dicti ſunt, *l. 148. de V. S.*

§. 3. *Inſtructam tabernam* ſic accipimus, qvæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis conſtat, *l. 185. de V. S.*

TRANSACTIO. §. 1. (1) *Generaliter* tranſigere eſt finire, terminare, conficere, expedire, ad finem perducere negotium aliqvod qvoqvo modo. Tranſactum dicitur, qvod vel judicio terminatum eſt, vel jurejurando deciſum, vel temporis præſcriptione finitum, vel tractatu habito ſopitum. *l. 229. & ſeq. de V. S. l. 1. § 1. teſt. qvem aper. l. 15. §. 4. locat. l. 18. §. dolo ff. de dol. mal. l. 1. §. 1. de pact.* (2) *Specialiter* tranſigere eſt, litem jam motam, vel movendam dato aliqvo, vel retento, vel promiſſo, decidere & finire, *l. 1. de tranſact. l. 38. Cod. eod.*

§. 2. *Verbale Tranſactio* eodem modo dupliciter non accipitur, ut verbum tranſigere, ſed tantùm in ſenſu juridico pro deciſione dubiæ, ſeu litigioſæ rei, *Dn. Hahn. ad Weſenb. de tranſact. num. 2.*

§. 3. *Tranſactio* eſt rei dubiæ aut litigioſæ aliqvo dato vel retento, vel promiſſo conventa deciſio, *l. 1. l. 2. de tranſact. l. 7. l. 27. l. 33. C. eod.* Non eſt ipſa conventio, ſed aliqvis actus, qvi per pactum vel contractum peragitur, *arg. l. 2. d. t.*

§. 4. Differt *pactum à tranſactione.* (1) *Tranſactio* propriè non eſt conventio, ut *pactum*, ſed deciſio, qvæ fit per conventionem, (2) *Tranſactio* ſemper fit aliqvo dato, vel retento, vel promiſſo, qvod ejus formale, *l. 38. de Tranſact. pactum* autem regulariter eſt gratuitum, *l. 1. de tranſact. l. 6. §. 3. de his qvi not. inf. l. 4. de jur. fiſc.*

§. 5. Nomine generis tranſactio, ſententia, & juramentum *conveniunt*, qvòd ſint deciſio, *differunt* verò formaliter, & modo decidendi. *Tranſactio* enim ſemper fit per conventionem, aliqvo dato, retento vel promiſſo, *l. 38. C. de tranſact. Sententia*, per pronunciationem judicis condemnatoriam, vel abſolutoriam, *l. 1. de re jud. Juramentum* per nominis divini invocationem.

§. 6. Pacto fit tranſactio, ſi nudo pacto actio remittatur, & citra ſtipulationem nudo pacto qvid promittatur, *per l. 2. de tranſact. l. 15. l. 15. C. eod.* Tollit autem tranſactio priorem actionem non ipſo jure, ſed ope exceptionis, qvando nudo pacto

pacto facta eſt tranſactio. E. Gr. Si qvis debeat aliqvid incerti, debitor autem promittat certum numerum, verb. gr. 50. Qvando igitur nudo pacto tranſactione initá actor fidem fregerit, & actionem intentaverit, removebitur exceptione pacti, *l. 17. C. eod.* Sin verò reus tranſactionis placita, nim. illa 50. non præſtiterit, datur actori priori actio, cui ſi opponat reus exceptionem pacti, actor replicat de dolo. *l. 10. l. 17. C. d. t. l. Vid. D. Struv. exercit. 6. theſ. 65.*

§. 7. *Contractu nominato* fit tranſactio, cùm interveniente ſtipulatione & acceptilatione, pro remiſſione aliqvid promittitur, *l. 6. l. 33. C. tranſact.* *Contractu innominato* cùm aliqvid fit, vel datur, ut à lite diſcedatur, aut actio acceptilatione remittitur, ut aliqvid fiat vel detur, *dd. text.* Remittendum autem aliqvid eſt ab utraqve parte, ne ſcil. vel donatio, vel ſolutio exinde exiſtat. *D. Hahn. ad Weſenbec. de tranſact. num. 2.*

§. 7. *Tranſactio Simplex* eſt, qvæ nudo fit pacto, *l. 1. de tranſact.* *Per Aqvilianam ſtipulationem* eſt, qvæ qvandoqve fit per ſtipulationem.

§. 9. *Generalis Tranſactio* eſt, qvando vel indefinitè tranſigitur de omni re dubia, vel finitè, de re qvidem certa, ſed qvæ multa corpora, ſpecies, parteſqve complectitur, ut eſt hæreditas, tutela, negotium geſtum, *l. 2. l. 3. C. de tranſact. l. 9. ff. eod.* *Specialis* eſt, cùm de re ſingulari, vel pluribus ſpecialiter enumeratis, *l. 31. C. d. t.* An verò tranſactio generalis ſit, an ſpecialis, æſtimandum ex eo eſt, an petitiones & deciſiones (ad illas ſecutæ) fuerint generales, vel ſpeciales, *D. Hahn. ad dict. t.*

TELUM. §. 1. *Telum* vulgò qvidem appellatur, qvod ab arcu mittitur; ſed nunc omne ſignificatur, qvod mittitur manu, Ita ſeqvitur, ut & lapis & lignum, & ferrum hoc nomine contineantur. Dictumqve ab eo, qvod in longinqvum mittitur. Græcâ voce figuratum, *ἀπὸ τῦ τηλῦ, i. ab eo, qvod eſt longè.* Et hanc ſignificationem invenire poſſumus, & in Græco nomine; nam qvod nos telum appellamus, illi *βέλος* appellant, eoqve nomine vulgò qvidem ſignificatur, qvod (cum) mittitur manu, *ἀπὸ τῦ βάλλεσθαι*, i. à jaciendo. Admonet nos *Ξένοφων*, i. Xenophon: nam ita ſcribit:

ὑφ'

καὶ τὰ βέλη ὁμῶς φέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι, i. & tela ſimul ferebantur, haſta, ſagitta, fundæ: plurimi item lapides. Et id qvod ab arcu mittitur, apud Græcos qvidem proprio nomine *τόξευμα, i. ſagitta*, vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur, *l. 233. §. 2. de V.S. §. 5. Inſt. de publ. jud.*

§. 2. *Telorum* appellatione omnia, ex qvibus ſinguli homines nocere poſſunt, accipiuntur, *l. pen. ff. ad L. Jul. de vi publ. §. item lex. Inſtitut. de publ. judic. Gail. 1. de P.P. cap. 7. num. 5.*

TERRITORIUM. §. 1. *Territorium* eſt univerſitas agrorum intra fines cujusqve civitatis; qvod ab eo dictum qvidam ajunt, qvod magiſtratus ejus loci intra eos fines terrendi, id eſt, ſummovendi jus habet, *l. 239. §. 8. de* V.S.

§. 2. Etiam qvævis univerſitas, qvæ uni & eidem ſubeſt, dicitur territorium, ut qvoqve ſingulæ diœceſes; ſed abuſivè. Ut & in impropria ſignificatione dicitur territorium conſtare poſſe ſine jurisdictione, *Menoch. præſumt. 97. num. 6. libr. 3.* Sic qvoqve jurisdictionalia appellatur territorium, qvod habet formam univerſitatis, nec non magiſtratum, qvi jus dicat: qvo pertinet *illud Pauli lib. 1. ad Edict.* Extra territorium jus dicenti impunè non paretur, *l. fin. de jurisdict.* At qvando tractatio eſt de jure ſuperioritatis, tunc territorium ſumitur & dicitur pro ditione ſive provincia, qvæ illi, qvi ſtatus eſt Imperii, & Imperatorem eo nomine immediatè agnoſcit, Imperatoris conceſſione, vel aliàs legitimis modis, eſt conceſſa, *Vid. Paurmeiſt. tr. de jurisd. lib. 2. parn. 1. cap. 7. n. 8. & ſeqq. Stephan. de jurisd. l. 2. p. 1. c. 7. n. 9.*

Vel, Territorium aliqvando ſignificat diſtrictum jurisdictionis, in qvo magiſtratus aliqvis jus terrendi habet, & jus dicendi exeqvendiqvè, *l. fin. de jurisdict. Aliqvando* refertur ad univerſitatem agrorum, ſive ſit alicujus oppidi, vel villæ, aut hominis privati. Poſteriori à dominio ſeparatam cauſam habet, & jurisdictio illi tanqvam continenti contentum inhæret. Poſteriori caſu omninò cauſam dominii admittit, *l. 239. § 8. de V.S.* *Deniqve* ſumitur pro ipſa jurisdictione alicui agro inhærente, ſed per Metonymiam, *Idem libr. 1. cap. 27. n. 20. & ſeqq.*

§. 3. Qvæ-

§. 3. Qvæcunqve jura Imperator vi ſuæ Majeſtatis exercet, illa, poſtqvam (*ſalvis tamen Reſervatis Imperatoris, qvæ incommunicabilia ſunt*) Dominis Territorium vel expreſſa vel tacita Imperatoris conceſſione communicata ſunt, deſinunt eſſe jura Majeſtatis, illo ſcil. cui communicantur, Majeſtatem non habente, & incipiunt fieri jura Territorialia. Enim verò jus qvodlibet conſideratur ratione ſubjecti, qvod illud recipere & exercere poteſt, *Mingius cap. 4. de Super. territor. pag. 962. Edit. Hampel. Dan. Claſſen. de jur. aggrat. cap. 7. pag. 77.*

§. 4. *Princeps territorialis* civitatis alicujus propriè & pleneìlle habetur, qvi jurisdictionem ſuperiorem in illa habet, ſeu qvi jura illa in civitate qvadam obtinet, qvæ Imperator noſter habet in Imperio Romano, id eſt, Ille ſuperior loci Princeps pleno jure & propriè eſt, qvi Regalia & merum mixtumqve imperium, omnimodamqve jurisdictionem in civitate aliovè loco exercet, ita ut tanqvam ſuperior, aut mittendi magiſtratum ad reddendum jus, aut civitas ſibi pvidem magiſtratum eligat, ſed confirmationem à ſuo Principe expectet, *Stephan. de jurisd. l. 2. p. 2. c. 2. n. 5.*

TRITICIARIA CONDICTIO. §. 1. Eſt actio in perſonam prætoria, qvâ æſtimationem rei dari oportere intenditur, atqve ut arbitrio judicis pro ratione loci ac temporis res debita æſtimetur, petitur. *l. pen. & ult. ff. de condiction. triticar.*

§. 2. Hæc condictio nomen ſuum ſortita eſt, vel ab authore ſuo Triticio, vel qvod is, qvi primus hac actione egit, triticum ſibi dari poſtulaverit, ſecundum *Franz. lit. n. 3.* adde *Wiſſenb. p. 1. diſp. ;. 26. th. 7.*

TERGIVERSARI. §. 1. *Tergiverſari* eſt, in univerſum ab accuſatione cœpta deſiſtere, *l. 1. §. 1. l. 19. ad SC. Turp. l. 1. Cod. eod.*

TESTIS. §. 1. *Teſtis* eſt perſona, qvæ ad fidem de negotio civili faciendam à judice vocatur & examinatur, *D. Struv. exerc. 28. th. 35.*

§. 3. *Teſtes per præmeditatum ſermonem deponere* dicuntur, qvando per eadem verbt formalia deponunt unum & idem,

idem, *Maſcard. de probat. concl. 1375, num. 6, Card.Tuſch.lit. T. concl. 220.*

§. 3. *Teſtes omni exceptione majores* dicuntur, qvibus nulla omninò fieri poteſt imputatio, qvibusvè nihil penitus opponi poteſt, *l.19. ubi Bald. C.de contr. ſtipul. Jac. Ayret. proc. c.4. obſerv.3. num.48. & c. 9.obſ.7.n.2.Maſcard.de probat. concl.1367.n.6.*

§. 4. *Teſtes* dicuntur *inſtructi*, qvando fuerunt examinati in ſcriptis à parte, qvo caſu dicuntur *ſubornati*. Imò qvando teſtibus fuerunt lecti articuli, ſuper qvibus debent examinari, dicuntur inſtructi & ſuſpecti. Item qvando deponunt per præmeditatum ſermonem, teſtes præſumuntur ſuſpecti, *Vid. Dom.Card.Tuſch. lit. T. concluſ. 277. Maſcard. dict. tract. concl. 1375.*

TITULUS. §. 1. Aliqvando hoc vocabulum denotat prædia clericis ad victum deſtinata, *1.F.6.c. Sanctorum diſt.70.* (2) Nonnunqvam privilegium, *N.31.* (3) interdum notam honoris & dignitatis, *t.C. ut rem priv. tit. præd. t. de his qvi pot. nom. tit. præd. adſig. N.17. c.13. l.3. C.de bon. vac. l.2.C. de aq. duct.* (4) qvandoqve cauſam poſſidendi, per qvam dominio acqvirendo occaſio præbetur, *§.41. de R.D. l.24. C. de R.V. l.4.C.de long. temp. præſc. l.1.pro ſolut. Dionyſ. Goth. ad l.13. de her.pet.* (5) freqventius inſcriptionem, indicinam, epigraphen ſignificat. Alias Rubrica dicitur, *l. 2. §. ſ. de interdict. Oldendorp.claſſ.3. in introduct.p. 217.*

§. 2. *Titulus juſtus* eſt, qvi legibus approbatus eſt, & aliàs, *ſi à vero domino res tradatur*, habilis ad transferendum dominium, *l.4.C. de præſcr.long.temp.*

Qvemadmodum per rerum naturam, ubi poſt titulum nihil ſeqvitur materiæ vel operis, aut ubi materia ſeu opus non reſpondet titulo, ibi *vanus & falſus* dicitur titulus: ita qvi verbis duntaxat falſam poſſidendi cauſam & prætextum allegat, qvem revera non habet, is nihil facit aliud, qvam qvòd fumos vendit, & titulum mentitur ſuæ poſſeſſionis: unde JCti eleganter hoc appellant, Tituloterius dicere aut facere, *l. magis §.illud. ff. de reb.eor. qvi ſub tut.* Eadem ratione pro poſſeſſore poſſidere dicitur is, qvi nullam omninò poteſt allegare poſſeſſionis cauſam: niſi principium facti repetat, & ipſam poſ-

poſſeſſionem alleget: ut prædo, qvi interrogatus, qvare poſſideat, dicturus ſit, Qvia poſſideo, *l. pro herede. l. qvi interrogatus pr. l. necullam ff. de petit. her.* Idem eſt, ſi qvis titulum qvidem facti allegare poſſit, ſed jure invalidum, ut qvia emerit à furioſo ſciens, *Oldendorp. d. l p.* 218.

§. 3. Rectè Bart. ſentit: *titulum* nihil re ipſa aliud eſſe, qvàm cauſam contractus & (*ut alii dicunt*) initium poſſidendi, *in l. per diverſas C. mandat.* Dici enim cœperunt tituli pro cauſis ſeu formulis juſtificandæ poſſeſſionis, hoc eſt, qvibus defenderetur uniuscujusqve poſſeſſio ab impugnatione alterius. Anzeigung einer rechtmäßigen Ankunfft. Ut ecce, ſi qvis dubitet utrum juſtè poſſideam: ego illi cauſam allegem meæ poſſeſſionis: puta, qvòd emerim, vel dono acceperim: tunc cauſa hujusmodi ſeu formula jure probata eſt mihi titulus, tueturqve rem meam, *Oldendorp. dict. l. pag. 217. & ſeq.*

§. 4. *Tituli lucrativi* ſunt, cùm res ad aliqvem ſine onere, hoc eſt, ſine dandi vel faciendi neceſſitate transfertur, Ut hereditas, legatum, fideicommiſſum, mortis cauſa donatio. Furtum qvoqve, rapina, fœnus improbum &c. ſunt qvidem ex titulis lucrativis, ſed planè damnatis, *Oldendorp. dict. l. pag. 219.*

§. 5. *Oneroſi tituli* ſunt, cùm is, qvi accipit, adſtringitur viciſſim aliqvid dare aut facere, non per titulum, ſed per formulam negotii, qvam titulus nobis demonſtrat. Qvales ſunt tituli contractuum, *Oldendorp. d. l. p. 219.*

§. 6. *Titulos* aut *veros* eſſe, aut *putativos* tradunt. Qvod ſic intellige: Tituli aliàs verè ſignificant cauſam, alias putamus nos habere, cùm reverà non habeamus poſſidendi cauſam, juſto qvodam errore alieni facti. Qvare titulos putativos rectiùs dixeris, titulos bonæ fidei, ſecundum phraſin Jurisconſultorum. Hi enim vocant bonam fidem, qvicqvid illæſa conſcientia credimus eſſe, cùm non ſit: ſcilicet, tolerando errore lapſi, *Oldendorp. d. l. p. 220.*

§. 7. Differunt *titulus, cauſa & contractus. Titulus* eſt ipſa

ipſa demonſtratio; *Cauſa* eſt factum, qvod demonſtratur: *Contractus* eſt legitima facta formula, *Oldendorp. d.l. p. 228.*

TRADITIO. §. 1. *Traditio* eſt actus, qvo dominium *etiam latè dictum*, ab eo, qvi poteſtatem & animum id transferendi, in alium accipientem transfertur, §. 40. *J. de rerum diviſ. l. 9. §. 3. de acqv. rer. dom.*

§. 2. *Traditio* alia eſt *propria*; rerum ſcil. corporalium, *l. 43. § 1. de acqvir. rer. dom.* alia *analogica*, rerum nimirum incorporalium, *l. 3. de uſufr. l. 20. l. f. de ſervit.* *Propriè* traditionis modi, per qvos expeditur, ſunt vel veri nim. (1) cùm res de manu in manum nobis traditur, qvi modus tradendi maximè proprius mobilibus tantùm rebus congruit, *l. 3. §. 3. de acqv. poſſ.* (2) cùm in rem immobilem inducimur, hoc fine, ut impoſterum ad nos pertineat, *l. 3. §. 1. d. t. junct. l. 1. pr. de acqv. vel am. poſſ.* Vel ficti: (1) cùm res brevi manu traditur, *l. 43. de jur. dot. l. 9. §. 5. de acqv. rer. dom. §. 43. J. eod.* qvò etiam pertinet, cùm qvis conſtituit, ſe rem ante ſuam, nunc alio nomine poſſidere, *l. 18. pr. l. 21. pr. §. 3. de acqv. poſſ. l. 77. de R. V. l. 28. C. de donat.* (2) cùm longa manu res traditur: vel propriùs demonſtrata, *vid. l. 79. de ſolut. l. 1. §. 21. l. 51. l. 18. §. 2. de acq. poſſ.* vel è longinqvo, *d. l. 18. §. 2. verb. in mea turre.* Huc etiam referunt, ſi ſignum traditur pro re ſignata, *vid. l. 9. §. 6. de acq. rer. dom. §. 44. J. eod. l. 1. C. de donat.* & qvidem ad poſteriorem, ſi non apud ipſam rem ejusmodi ſignum traditum fuerit, *dd. text.* ad priorem, ſi apud hortea v. c. in qvibus merces conditæ, claves traditæ ſint, *l. 74. pr. de contr. emt. junct. l. 7. §. 21. in fin. de acq. vel amitt poſſ. D. Struv. exercitat. 41. theſ. 57. Hahn. ad Weſenbec. ff. de acqv. poſſ. n. 6.*

TUTELA. §. 1. Vox *tutela* dupliciter accipitur (1) latè, ut & Curam contineat, *l. 101. §. 2. de cond. & dom. l. 6. C. de cur. fur.* (2) Preſſiùs denotat tutelam in ſpecie ſic dictam, *pr. Inſtit. de tut.* Et tunc iterum capitur vel prò tutelæ geſtatione & adminiſtratione, *l. 23. de R. J.* vel pro jure tutoris in pupillum, § 2. *Inſt. de tut. l. 1. §. 1. ff. eod.* vel pro onere publico, *l. ult. §. 1. de mun. & hon.*

§. 2. *Tutela* eſt vis ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qvi propter ætatem ſe ipſe defendere neqvit, jure civili data ac permiſſa, §. 1. *J. de tut. l. 1. pr. ff. eod.*

§. 3.

§. 3. *Tutores* ſunt, qvi eam vim ac poteſtatem habent. §. 2. *I. de tutel.*

§. 4. *Teſtamentaria tutela* dividi poteſt in ſimplicem & abſolutam ſeu per ſe ſubſiſtentem, & in confirmatam ob defectum aliqvem.

Tutela teſtamentaria (ſimplex & primariò ita dicta) eſt, qvâ pater liberis ſuis impuberibus proximè in poteſtate conſtitutis, teſtamento tutorem dat, §. 3. *I. de tutel.* Qvæ vel *abſoluta* dicitur, prout jam deſcripta, vel *confirmata*, qvæ ob defectum aliqvem magiſtratus reqvirit. §. *fin. J. de Tutelis.*

Si verò tutor *(in ſe habilis)* teſtamento non rectè datus, ſeu non à qvibus *(ſcil. non à patre)* & qvibus *(ſcil. non filiisfam.)* & qvomodo *(ſcil. non per teſtamentum perfectum)* & ubi *(ſc. in codicillis ab inteſtato)* tunc qvod deficit repletur à magiſtratu, & ſecundùm mentem teſtatoris tutor confirmatur, *l. 1. pr. §. 1. in fin. de confirm. tut. l. 7.* §. 1. *eod.* & legitimo præfertur. *arg. l. 1. eod.*

§. 5. *Tutela legitima* eſt, qvæ proximis pupilli ſucceſſoribus defertur, *l. 1. pr. de legit. tut. & tit. Inſt. eod.*

§. 6. *Tutela dativa* vocatur illa, qvam magiſtratus, *ex poteſtate ſibi ſpecialiter tributa,* conſtituit, *l. 6. §. 1. de tutel. §. 4. 5. J. de Attilian. tut. l. 7. Rem. pup. ſalv. fer.*

§. 7. *Tutela fiduciaria* propriè dicitur, qvam pater in filio emancipato, per pactum fiduciæ eſt conſecutus. Poſtqvam verò hæc ex moribus dicebatur legitima in ſpecie, nomen Fiduciariæ tributum eſt fratrum tutelæ, qvod in poteſtate retenti liberi ſint tutores eorum, qvos pater manumiſit, hoc eſt qvaſi ex ſucceſſione patris. Hæc autem fiduciaria tutela ferè triplex eſt, (1) qvæ competit patri, ſi avus nepotem vel neptem emancipaverit, & mortuus fuerit, (2) Fratribus, ſi pater filio aut filiâ impubere emancipata deceſſerit, aliis filiis majoribus in poteſtate relictis, (3) Patruis, ſi qvis filio impubere emancipato decedat, fratremqve relinqvat. *t. t. l. de fiduc. tut. Jung. Bachov. in not. ad* Weſenb. *parat. tit. de leg. tut. item, D. Hahn. ad cit. loc.*

§. 8. *Actio tutelæ directa* eſt, qvâ pupillus contra tutorem expetitur, ut res juxta inventarium reſtituat, rationes

reddat, reliqva ſolvat, & damna præſtet, *l.1.pr.§.1.& ſeqq.l.4. l.9. de tut.& rat.l.2.6.7.C. eod.*

§. 8. *Actio tutelæ utilis* eſt, qvæ competit minori contra curatorem, ut rationem reddat, & damna reſarciat, *l.20.l.1. de tut.& rat. add.l.16.§.f.eod.*

§. 10. *Actio tutelæ contraria* vocatur, qvâ tutor convenit pupillum, ut impenſas reſtituat, eum liberet à fidejuſſoribus, & res ipſius ab onere pignoris, & alia damna reſarciat, §.2. *Inſt. de Obl.qvæ ex qs.contr. l.1.pr.& §§.ſeqq.de contr.tut. l.f. C.eod.* *Utilem* hanc actionem omnis generis curatores, licèt nondum finito officio, inſtituere poſſunt, *d l.1.§.1.3.*

§. 11. *Actio Protutelæ directa* eſt, qvæ competit pupillo contra eum, qvi tutor non eſt, gerit tamen negotium pupilli, qvaſi tutor ſit, *l.1.pr.§.1.De eo qvi pro tut.l.1.C.eod.*

§. 12. *Actio Protutelæ contraria* eſt, qvæ competit protutori contra pupillum, *l.f. De eo qvi pro tut.*

TANTUM. §. 1. Vocabulum *Tantùm* non excludit ſimilia, ſed oppoſita.

TRIBUNAL. §. 1. *Tribunal* tantùm erat magiſtratuum majorum, conſulum, prætorum, præfecti urbis, proconſulum, præſidum; Minores verò, ut tribuni, triumviri, qvæſtores, non in ſellis curulibus, nec in tribunalibus, ſed in ſubſelliis conſidebant. *Sutholt.de juriſdict. aphor.296.* Et apud Romanos tribunal dicebatur locus, ubi Majores magiſtratus jus reddebant. Unde jus dicere & tribunali præeſſe illis qvandoqve erant ſynonyma.

TAXATIVUM. EXCLUSIVUM. §. 1. Dictiones *Taxativæ* ſunt, *Tantùm*, *Tantummodo*, *Solum*, *Solummodo*, *Duntaxat*, *Non ultra*, *Non ampliùs*, *Non ſolùm*, *Non tantùm*, & ſimiles: qvas qvidam excluſivas, alii reſtrictivas, & alii taxativas appellant, *Nic. Everhard.à Middelburg.loc.leg.* 111. *num.* 1.

§. 2. Dictiones *excluſivæ* ſeu *taxativæ negativè* poſitæ poſitum affirmant, & implicant aliud, de qvo erat majus dubium & videbatur ineſſe, *l. non tantùm ff.de pet.her. l. & eleganter. §. non ſolùm ff.de dol. l. non ſolum ff. de lib. leg. l. cùm non ſolum C.de bon qvæ lib.Everh.à Middelb.d.l.num.1.*

§. 3.

§. 3. Dictiones *excluſivæ* ſeu *taxativæ affirmativè* poſitæ, affirmant illud, adeò qvod ponunt, & excludunt ſeu negant omne aliud, adeò qvod excludunt omnes alias perſonas, & omnes alios caſus præter expreſſos. Dictio enim taxativa eſt excluſiva regulariter omnium caſuum extra orationem, in qva ipſa eſt, poſitorum, *l. 2. C. de patrib. qvi fil. l. ob æs. C. de præd. min.* Limitationes Vide apud *Nic. Everhard. à Middelburg. dict. loc. num. 3. Aug. Barboſ. locuplet. libr. 18. cap. 5.*

§. 4. Etiam ea natura *dictionis taxativæ* eſt, dividere qvalitatem à ſubjecto. Et hinc eſt, qvod licèt alias confeſſio qvalificata non poteſt in parte acceptari, & in parte ſperni, tamen ſi creditor petat centum, & debitor in judicio confiteatur, ſe debere qvinqvaginta tantùm, poteſt creditor acceptare confeſſionem qvantum ad qvinqvaginta, non obſtante taxativa tantùm, & poſtea probare de reliqvo, *l. ſi qvidem C. de transact. Middelburg. d. l. n. 8.*

§. 5. Natura etiam *dictionis taxativæ* eſt impedire jus accreſcendi inter coheredes. Unde ſi teſtator inſtituit duos heredes, unum in duabus unciis tantum, & alium in decem unciis tantùm, uno repudiante, alteri non accreſcit, *l. Lucius §. qvæ habebat in fin. ff. ad SC. Treb. l. dominus. §. per fideicommiſſum, De uſufr. Middelburg. d. n. 6.*

§. 6. Natura *dictionis taxativæ* eſt, negare reſiduum, *c. cum Eccleſia de cauſ. poſſ. & prop. Middelb. d. n. 6.*

§. 7. Inter *dictiones taxativas & exceptivas*, qvales ſunt, *Præter, Niſi, Præterqvam*, & dictio *Tamen*, negativè poſitæ, hæc eſt differentia. Dictiones *taxativæ affirmativè poſitæ*, unam ſpeciem ſeu individuum ponunt, & totum aliud genus removent: ut Patrus tantùm currit, id eſt, Petrus & nullus alius currit: ſed *dictiones exceptivæ* faciunt totum contrarium, qvia à genere removent unam ſpeciem vel unum individuum tantùm: ut ſi dico, nullus homo currit niſi Petrus, illa univerſalis non remanet vera niſi in Petro tantùm, *Everhard. à Middelb. d. l. n. 7.*

TUTUM. §. 1. Dicitur *locus non tutus* (1) ratione inimicitiarum, qvando ſc. citatus cum qvopiam in loco, in qvem

ſe conferre debet, graves inimicitias gerit, *c. cum R. Canonicus De offic. del. c. 4. ut lit. non cont. Menoch. conſ. 100. n. 184.* (2) Acceſſus non tutus dicitur, qvando in loco, in qvo citatus comparere debet, peſtis graſſatur. *Jac. Ayrer. Proc. p. 1. c. 3. obſerv. 3. num. 39.*

TACITUM. §. 1. *Tacitum* dicitur (1) Qvod opponitur *illi qvod verbis, vel literis expreſſum*, & in ſpecie dicitur tacitum, item præſumtum. (2) Qvod opponitur *vero*, & dicitur fictum: *Illud* eſt ſignum ſeu modus declarandi voluntatem ab homine procedentem, ex facto ejus vel non facto: *Hoc* factum legis voluntatem ſeu conſenſum inducentis. Ita in mandato, ſocietate, locatione, alius eſt expreſſus, alius tacitus conſenſus, *l. 18. Mandat.* At in qvaſi contractibus, & illis caſibus, qvibus aliàs lege inducitur tacita conventio, non eſt conſenſus verus, ſed fictus. Præſumtus tamen & hic dicitur, qvatenus à lege fingendo præſumitur, *D. Hahn. ad Weſenb. parat. tit. de pact. n. 4.*

TRANSLATIO. §. 1. *Translatio* fit, qvando Epiſcopus de Eccleſia, qvam obtinet, ad aliam Eccleſiam auctoritate S. Pontificis poſtulante id Eccleſiæ neceſſitate, vel ob evidentem utilitatem, transfertur. Idqve per viam poſtulationis, id eſt; non aliter, qvam ſi collegium, à qvo experitur, apud Superiorem ſupplicet pro translatione, *can. Epiſcopum VII. q. 1. & c. fin. de poſtul. c. 1. de Cler. non reſid. can. Scias VII. q. 1. c. 2. & 3. de translat.*

TREUGA. §. 1. *Treuga* ſunt induciæ & ceſſatio ab armis ad tempus. Induciæ verò inde dictæ, vel qvod in diem dentur, qvod in dies otium præbeant, *vid. tit. de Treug.*

§. 2. *Treuga* eſt duplex: vel enim induciæ ejusmodi ſunt *Conventionales*, qvæ ex conventione & pacto belligerantium recipiunt formam: qvia & hoſti data fides eſt ſervanda: vel *Canonica*, ex diſpoſitione Canonum, qvi in Qvadrageſima, Adventu, & aliis qvibusdam diebus volunt abſtinere ab armis. Deinde ſtatuunt, ut etiam tempore belli Sacerdotes & Monachi, mercatores & agricolæ, item animalia, qvorum uſus eſt in arando, effectu induciarium fruantur, *can. Noli verſ. fides XXIII. q. 1. c. 1. de trenga & pace.*

TORNAMENTUM. §. 1. *Tornamenta jure canonico*

ſunt

ſunt nundinæ vel feriæ, in qvibus milites ex condicto convenire, & ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ, temerè congredi ſolent. Qvæ ideò prohibita jure Pontificio, qvòd ex hujusmodi congreſſibus freqventes cædes hominum & animalium pericula provenirent. Qvæ tamen prohibitio hodie non habet locum in iis ludis haſtilibus, qvi exhiberi ſolent in auguratione, nativitate, adventu &c. alicujus principis, cùm in iis non ſubſit tantum periculi, *c.1. & ibi Abbas de Torneament. Navar. in Man. c.15.n.8.*

URBS. §. 1. *Urbis* appellatio muris, Romæ autem continentibus ædificiis finitur; qvod latiùs patet, *l. 2. pr. de V.* S.

Aliud ergò eſt *in urbe qvid fieri*, aliud *Roma*. *In urbe fit*, qvod intra muros: *Roma* non tantùm, qvod intra, ſed etiam extra muros, intra continentia, *d.l.2.l.ut Alphenus. l. pupillus.p.urbs.ff.de V.S. l.* 1.§. *apud Labeonem.ff. de aqv.pluv. arc. Intra continentia fit*, qvod extra urbem, in ſuburbiis, locis, ædificiisqve urbi connexis & qvaſi cohærentibus, *d.l.* 1. §. *apud Labeonem. l.99.* §.*1.de V.S.* etiamſi lata intercedat via, *l.Titia* §.*Roma de exc.tut.d.l.1.*§. *apud Labeonem*, *Gœdd. ad l.2.pr.n.15.ff.de V. S.*

§. 2. *Urbs* per antonomaſiam in legibus noſtris pro Roma plerumqve accipitur, §.*2.I.de J.N.G.& C.l.41.*§.*6. de leg. 1.ff. ad L.Jul de ambit.l.147.de V.* S.

§. 3. *Urbs* ab urbo appellata eſt: *urbare* eſt aratro definire: & Varus ait, *urbum* appellari curvaturam aratri, qvod in urbe condenda adhiberi ſolet, *l.239.*§.*6.de V.*S. *vid.l.21.ff. qvib. mod.uſusfr.amitt.*

§. 4. Aliud eſt, *eſſe in urbe*, aliud, *eſſe urbanum*. *Illis verbis* ſignificatur locus: *his* qvalitas rei, *D. Wiſſenb. ad tit. de V.*S.*diſp.1.th.13.*

§. 5. Si princeps fidei alicujus commiſerit *urbem*, non illorum tantùm criminum, qvæ intra muros urbis admittuntur, coërcitionem habebit Præfectus urbi, ſed etiam qvæ extra urbem intra centeſimum lapidem, *l.1. pr. &* §.4. *ff.de off.praef. urb.arg.l.3.ff.de conſtit.pec.*

§. 6. Qvi in continentibus *urbis* nati ſunt, Romæ nati intelliguntur, *l.147.de V.*S.*l.2.eod.*

§. 7. *Urbis appellatione* portus ei adjacens qvoqve continetur. Hinc teſtator legans vina, qvæ in urbe habet, etiam qvæ in portu habuit, legaſſe creditur, *l. 30. de aur. & argent. leg. arg. l. 15. de Publican.* *Coƀarr. 2. ƀar. 5. num. 10. Tulden, in tit. C. de V. S. n. 3.*

§. 8. Is qvi natus eſt ex *mancipiis urbanis*, & miſſus eſt in villam nutriendus, in urbanis ſervitiis conſtituetur, *l. 210. de V. S.*

§. 9. *Fundi* appellatione omne ædificium, & omnis ager continetur: Sed in uſu *urbana ædificia*, ædes: *ruſtica* villa dicuntur. Locus verò ſine ædificio, in *urbe* area, rure, ager appellatur *l. 211. de V. S.*

§. 10. Qvando accuratum Claſſicorum dicendi genus obſervamus, magnam inter *oppidi & urbis* nomina differentiam deprehendimus. *Oppidum* non erat aratro cinctum, anguſtioribusqve incluſum terminis, qvàm Urbes. Qvæ verò cingebantur aratro, ab urvo aratri parte, *urbes* nominatæ ſunt, *Alciat. ad l. 87. ff. de V. S.* vel ab orbe, cùm forma urbium rotunda eſſet, ut placet *Iſidoro l. 15. c. 2. Vid. Limn. de jur. publ. lib. 7. cap. 1. n. 1.*

§. 11. Vocabulum *Urbis* non tantùm apud Romanos Scriptores, pro qvolibet conventu, ſed & eodem ſenſu apud Græcos uſurpatum. Themiſtocles ob id dicebat urbes ei non deeſſe, cui triginta triremes ſuppeterent. (2) Propriè tamen *urbs* de Roma, ἄϛυ de Athenis, πόλις de Alexandria. *Hier. Magius miſcell. lib. 4. c. 6.* Et ſola ædificia ſignificabat, ut *definit Marcell. Grammaticus c. 5.* (3) At interdum Cives ejus nomine veniebant. Nam Pompejus dicebatur Romam in Epirum tranſtuliſſe, qvòd meliorem civium partem eò traduxerat. *Plutarch. in Pompejo & fusè Dio, l. 41. p. 159. Serƀius Honorat. ad illud 2. Æneid.* Urbem ſomno vinoqve ſepultam. *Et ad illud 8. Æneid.* Urbem qvi revehit nobis. *Dempſter. in paralipom. ant. Roman. l. 1. c. 2. p. 8. Limn. d. c. 1. n. 4.*

§. 12. Qv. Qvousqve ſe cujusqve civitatis nomen proprium extendat? *Reſp.* Cujusqve verbi conſvetudinem populiqve communem deſtinationem intueri oportere; qva deficiente, judicis arbitrio definietur, *Menoch. arb. jud. qƀaſt. caſ. 155. n. 12. & ſeq. Gadd. ad l. 2. pr. ff. de V. S. n. 19.*

§. 13.

§. 13. Qvoniam *urbes* ab *urvo* dictæ ſunt, qvid igitur, ſi *urbis* priſtini fines amplificarentur, muris longiùs extenſis? Illud etiam *urbis* appellatione continetur, parsqve urbis eſt, cùm muro ſit comprehenſum, & urvato ſolo conjunctum, *Gœdd. ad d. l. 2. pr. n. 25.*

USUSFRUCTUS. §. 1. *Uſusfructus* ſumitur vel *materialiter* pro qvacunqve fructuum perceptione. Sic & dominus dicitur habere uſumfructum, *l. 126. §. 1. de* V. O. *l. 4. l. 26. de uſufr.* qvem *Cauſalem* vocant.

Vel *formaliter* pro illo diſtincto jure, qvo res aliena nobis ſervit, *l. 63. de uſufruct. l. 25. de V. S. l. 43. §. f. de fure.* German. Frucht-Nieſſung/vollſtändige Frucht-Nieſſung / Nieß-Brauch/ Nutz-Nieſſung.

§. 2. *Uſusfructus* eſt jus alienis rebus utendi fruendi, ſalvâ rerum ſubſtantiâ, *l. 1. ff. de uſufr. pr. Inſt. eod.* Vel, eſt ſervitus, qvâ ex re aliena omne emolumentum, qvod ſalvâ rei ſubſtantiâ inde provenire poteſt, legitimè percipimus, *dd. text. l. 2. Verb. eſt jus in corpore &c. l. 7. pr. §. 1. ff. eod. Vid. D.* Struv. *exerc. 11. th. 4.*

§. 3. *Qvaſi uſusfructus* eſt jus in iis rebus, qvæ uſu conſumuntur, ita conſtitutum, ut ejus fiant, cui traduntur, & finito hoc jure res ejusdem qvantitatis & qvalitatis, aut æſtimatio earum reſtituatur, *l. 1. l. 2. l. 7. ult. De uſufr. ear. rer. qvæ uſ. conſ. §. 2. J. de uſufr.*

§. 4. Rectè dicimus, *eum fundum totum noſtrum eſſe, etiam cùm uſusfructus alienus eſt*, qvia uſusfructus non dominii pars, ſed ſervitutis ſit, ut via & iter. Nec falsò dici totum meum eſſe, cujus non poteſt ulla pars dici alterius, eſſe: hoc & Julianus & eſt verius, *l. 25. pr. ff. de V.* S.

USURA. §. 1. *Uſura* eſt qvantitas ſorti, ſeu qvantitati principaliter debitæ accedens, præſtanda in re ejusdem generis, *l. 32. § f. Cod. de uſur. l. 24. de præſcript. Verb. l. 39. §. 6. de SC. Treb.*

§. 2. *Uſuræ* (1) dividuntur in *compenſatorias* & *lucratorias*. *Illæ* commune nomen retinent, & qvæ ex qvolibet contractu, excepto mutuo nummario, vel ex morâ debitoris, vel aliâ æqvitate debentur; *Hæ* verò ſunt, qvæ in ſuo nomine non ſtant, ſed in proprium nomen fœnoris

Nn 4 trans-

tranſeunt, *l.10.§.3.π. mandati.* (2) in *Mordentes*, qvæ offendunt dilectionem proximi, idqve vel propter perſonam debitoris, vel propter qvantitatem uſurarum, vel propter iniqvitatem Creditoris, & *Non-Mordentes*, qvæ exiguntur modo à magiſtratu præſcripto.

§. 3. *Contractus uſurarius* dicitur in genere, conventio de uſuris, etiam licitis & approbatis. Communiter nunc in malam partem accipitur, pro conventione de uſuris illicitis. Et eſt contractus uſurarius qvando tectè, reipſa tamen uſuras prohibitas paciſcimur: apertè autem & verbis aliud nos agere ſimulamus, qvo uſuræ vel ſimpliciter, vel ſub modo prohibitæ lateant.

§. 4. In ſpecie *fœneratores & uſurarii* vocantur, qvi illicitum & immodicum fœnus exercent. *Vid.* Pollicey-Ordnung. *tit. 17.*

§. 5. *Uſura pecuniæ* qvam percepimus, *in fructu non eſt*, qvia non ex ipſo corpore ſed ex alia cauſa eſt, i. e. nova obligatione, *l.121.de V.S.l.62.pr.de R.V.*

UNITAS. §. 1. In uſu juris freqventer uti nos Caſcellius ait *ſingulari* appellatione, cùm plura ejusdem generis ſignificare vellemus: nam & multum hominem veniſſe Romam, & piſcem vilem dicimus. Item in ſtipulando ſatis habemus de herede cavere. *Si ea res ſecundùm me heredemve meum judicata erit*, & rurſus. *Qvod ob eam rem te heredemve tuum.* Nempè æqvè ſi plures heredes ſunt, continentur ſtipulatione, *l.158.de* V.S.*l.98.de leg.3.l.17.* §. 1. *de leg. 1. l. 16.* §. *1. de teſt. tut.*

USUS. §. 1. In lege cenſoria portus Siciliæ ita ſcriptum erat: Servus qvos *domo qvis ducet ſuo uſu*, pro his portorium ne dato: qværebatur, ſi qvis à Sicilia ſervos Romam mitteret fundi inſtruendi cauſa, utrum pro his hominibus portorium dare deberet, nec ne? Reſpondit, duas eſſe in hac ſcripturâ qvæſtiones: primam, qvid eſſet *domum ducere*; alteram, qvid eſſet *ſuo uſu ducere.* Igitur &c. Qvid autem eſſet, *uſu ſuo*, magnam habuiſſe dubitationem, & magis placet, qvod *victus ſui cauſa* paratum eſt, tantùm contineri; itemqve de ſervis eadem ratione qværi, qvi eorum uſus ſui cauſa parati eſſent, utrum diſpenſatores, inſularii, villici, atrienſes, textores, operarii

rii qvoqve ruſtici, qvi agrorum colendorum cauſa haberentur, ex qvibus agris paterfamilias fructus qværeret, qvibus ſe toleraret: omnes deniqve ſervos, qvos qvisq; emiſſet, ut ipſe haberet: atqve eis ad aliqvam rem uteretur, neqve ideò emiſſet, ut venderet. Et ſibi videri, eos demum uſus ſui cauſa patremfamilias habere, qvi ad ejus corpus tuendum atqve ad ejus cultum præpoſiti deſtinatiqve eſſent: qvo in genere junctores, cubicularii, coci, miniſtratores, atqve alii qvi ad ejusmodi uſum parati eſſent, numerarentur, *l. 203. de V.S.*

§. 2. *Cujusq; rei duplex eſt uſus*, proprius, ut calcei calceatio, vel *minùs proprius*, ut calcei venditio propter honeſtum lucrum, in Sutoria, *D. Hahn. tit. de uſur. pag. 72.*

§. 3. *Uſus* eſt jus utendi alienis rebus ſalvâ earum ſubſtantiâ, §. 1. *Inſtitut. de uſ. & habit.* *Vel*, Eſt ſervitus perſonalis, qvâ ex re aliena commodum tantùm qvotidianum & neceſſarium, ſalvâ ejus ſubſtantiâ, qvis percepit, *l. 1. l. 19. l. 21. de uſ. & hab. pr. &* §. 1. *Inſt. eod.*

URINATORES. §. 1. Calliſtratus JCtus *in l. 2. §. 1. de L. Rhod. de jact.* urinatores vocat eos, qvi merces è mari extrahunt, navigii levandi gratiâ jactatas.

UNIO PROLIUM. §. 1. *Unio prolium* (ein Kindſchafft) eſt actus, qvo, cauſa cognitâ, magiſtratus & eorum, qvorum intereſt, conſenſu accedente, pater vel mater, ad ſecundas tranſiens nuptias cum conjuge novo paciſcitur de liberis ſuis, ex priori matrimonio procreatis, cum poſteà ex communi matrimonio procreandis, *vel etiam cum iis, qvos fortè itidem ex priori matrimonio alter conjux ſuſcepit*, uniendis ita, ut *præſertim qvoad ſucceſſionem*, omnes æqvè ac ſi ex ſe utroqve geniti eſſent cenſeantur, *vid. latiùs de hac re, Jac. Rickius tr. de unione prolium, Gail. 2. O. 125.*

UNIVERSITAS. §. 1. *Univerſitas* eſt corpus ex diſtantibus perſonis collectum & unitum, communibus juribus, rebus & perſonis ad communem utilitatem utens, *l. 1. §. 1. Qvod cujusq; univerſ.* Et habetur civiliter pro una perſona, ex pluribus intellectu ſeu jure abſtractâ, *l. 22. de fideic. l. 2. qvod cujusq; univerſ.*

§. 2. *Univerſitas in jure triplex* occurrit (1) univerſitas rerum, qvæ eſt in hereditatis petitione, *l. 26. de pet. her.* (2) uni-

univerſitas territorii, *l.239.* §.*8.de* V.S. (3) univerſitas perſonarum, *t.t.ff. quod cujusq; univ. nom.*

ULTRAMONTANI. §.1. *Ultramontani* vocantur ita JCti Galli, qvi in Gallia & Germania, *Citramontani* dicuntur JCti Itali, qvi ſcil. in Italia jus docuerunt, *Hahn. ad Weſenb. ff.de reb.cred. n.14. D.Struv.exercitat.6. theſ.39.*

USUCAPIO. §.1. Dicitur *uſucapio*, qvòd *uſu* ſ. poſſeſſione continuata, *l.115. de V.S. l.25. de uſucap. capitur.* ſeu acqviratur res, *l 71. l.140. de V.S. l 5. de damn. inf.* ac proinde uſucapere eſt per uſum ſeu poſſeſſionem, *qva etiam alias dominii initium eſt, l.11. de acq.poſſ.* §.*pen. l. per qvas perſ. cuiq; acqvir.*) rerum dominium acqvirere: eodemqve ſenſu legitur uſu acqvirere, & uſu rem ſuam facere, l.1.l.19.l.21. *exq.c.m.* l.33. l. 44. *de uſucap.* item poſſeſſione capere. l. *4. l.7. §.1. pro emtor.*

§.2. Accipitur *uſucapio* (1) jure veteri pro eâ qvâ acqviruntur res Italicæ, mobiles vel immobiles, non verò provinciales, l.37. *& ſeqq. de uſucap.* l.7. §.*ſervus.* §. *qui bono ff. Pro emt.* §.1. *l. de uſucap.* l.12. §.*2. de publ. in rem act.* l.*un. C. de uſucap. transform.* (2) Ex conſtitutione Juſtiniani, *d. l. un.* etiam pro eâ, qvâ res nec mancipi, atqve provinciales acqviruntur, qvæ olim ſpecialiter dicebatur longi temporis præſcriptio, *d.*l.*un. junct. arg.* l.*un. C. de nud. jur. qvir. toll.* (3) generaliter pro omni dominii acqviſitione, qvæ fit per uſum. Qvomodo & longiſſimi temporis, imò immemorialis, ac omnem præſcriptionem, qvâ hodie dominium acqviritur, continet, qvia talis præſcriptio rectiùs uſucapio, qvàm præſcriptio dicitur, *arg.*l.*3. de uſucap.* l.*20. Cod. de pact.* & hodiè non tantùm præſcriptione longi temporis, ſed & longiſſimi & immemorialis dominium verum ac plenum acqviritur, *D. Hahn. ad Weſenb.in parat. de uſurpat. & uſuc.n.3.*

§.3. *Uſucapio* eſt adjectio (vel *adeptio*) dominii per continuationem poſſeſſionis temporis lege definiti, l. *3. de uſurp. & uſucap.*

USURPATIO. §.1. *Interrumpitur* ac *interpellatur* uſucapio, qvando non eſt continua & qvieta poſſeſſio, adeoq; cœpta uſucapio non poteſt compleri & dicitur JCtis uſurpatio,

qva

qva deſcribitur uſucapionis interruptio, l. 2. *de uſurp. & uſucap. add.* l. 2. §. 36. *de O. I.*

§. 2. *Naturalis uſurpatio* vocatur illa, cum qvis poſſeſſionem ipſam amittit, *l. 1. §. 12. l. 3. l. 15. de uſucap. Vid. l. 3. §. 17. l. 30. §. 3. de acq. poſſ. l. 12. §. 5. de reb. aut jud. l. 2. 3. qv. m. uſufr. am.* Huc etiam pertinet, ſi qvis ab uſu rerum incorporalium ſeu jurium per pignerationem (Pfandung) aut ſimilem prohibitionem arcetur & repellitur, *l. 4. §. 27. de uſurpat. & uſuc.*

§. 3. *Uſurpatio civilis*, qvæ in ſpecie *interpellatio* vocatur, eſt, qvâ poſſeſſori non qvidem poſſeſſio ipſa adimitur vel intervertitur, ſed jus tantum poſſidendi in dubium vocatur. Eſtqve interpellatio alia judicialis, qvæ fit in judicio: alia extrajudicialis, qvæ fit extra judicium per denunciationem privatam, contradictionem vel proteſtationem, *D. Struv. exercit. 43. theſ. 27. & ſeq.*

§. 4. Aliud eſt, *interrumpi* uſucapionem, aliud *dormire*. Cùm dormit, prius inchoata uſucapio, non eſt nullius momenti ſed ſublato impedimento, puta impuberi ætate, hoſtilitate &c. continuatur, & tempus prius cum ſeqvente conjungitur. Ubi verò interrumpitur præſcriptio, inchoata uſucapio ad nihilum recidit, & rurſus de integro eſt ordienda præſcriptio, priore nihil commodante, *Weſenb. in parat. ff. de uſucap. num. 15.*

UNCTIO. §. 1. *Sacra unctio* eſt viſibile ſignum interiùs infuſæ gratiæ, qvâ cor, mentisqve ſinceritas, ad obeunda ritè miniſteria & officia, ſecundùm cujusqve vocationem delinitur.

§. 2. *Sacra unctio* eſt duplex, *Exterior*, eaqve materialis & viſibilis, qvâ viſibiliter ungitur corpus, & *Interior*, qvâ inviſibiliter ad nitorem conſcientiæ conſervandum & divinam gratiam adipiſcendam, inungitur cor. Unctioqve exterior & viſibilis ſignum eſt interioris & inviſibilis, *c. un. de ſacr. unctione.*

UXOR. §. 1. *Uxor injuſta* eſt, qvæ qvidem ducta eſt, ſed non erat cum ea jus connubii, ut ſi Romanus duxerit Peregrinam, vel Peregrinus Romanam, aut ſi minor annis duodecim ducta ſit, vel ea cum qva inceſtus committitur, aut filiafam. injuſſu parentum, *l. 13. §. 4. §. 12. ad L. Jul. de adult.*

UBI-

UBICUNQVE. §. 1. *Ubicunqve*, hæc dictio eſt univerſalis apta comprehendere omnia loca univerſaliter, *c. ad honorem de uſu pall.* Niſi præfertur in materia, qvæ per alia jura eſt reſtricta ad qvædam loca, *Tuſch. lit. D. concl. 391.*

UNDE. USQVE. UT SUPRA. UT. §. 1. *Unde* importat idem, qvod *ex qva cauſa Caſtr. l. 1. conſ. 322.*

§. 2. Dictio *usqve* importat taxativam, ut ultra non progrediatur diſpoſitio.

§. 2. *Ut ſupra* importat relationem ad ſuperius dicta proximè, non autem ad remota ſuperius, *Tuſch. lit. D. concluſ. 404.*

§. 4. *Ut*, hæc dictio importat cauſam finalem, qvando opponitur in vim cauſæ aptæ producere ſuum cauſatum, aliàs eſſet cauſa impulſiva, *Bald. l. 1. conſ. 106. num. 3.* (2) Dictio *ut* importat modum, & non conditionem, *Bald. l. 5. conſ. 150. n. 7.* (3) importat ſimilitudinem, *l. ut heredibus de leg. 2. Bald. d. conſ. 326. n. 3.*

VISITATIO. §. 1. *Viſitatio* eſt vel *Camera*, qvæ alioqvin generalis appellatur, vel *Cancellaria Cameralis*, qvæ ſpecialis dici ſolet.

§. 2. *Viſitatio Cancellaria* eſt perſonarum Cancellariæ circa ipſarum defectus ac vitia inveſtigatio & correctio.

§. 3. *Viſitatio generalis*, ſeu *Viſitatio Cameræ* eſt defectuum, vitiorumq; tum perſonarum, tum proceſsûs Cameralis inveſtigatio, correctio & ſuppletio. Dividitur in Ordinariam & Extraordinariam.

§. 4. *Viſitatio ordinaria* dicitur, qvæ peragitur ab illis Statibus, qvos ordo inter ſe communi conſenſu receptus viſitandi Cameram juxta modum in Conſtitutionibus Imperii præſcriptum tangit. *Extraordinaria* verò, qvam perficiunt illi Status, qvos cæteroqvin ille ordo non attingit, *Jac. Blum. proc. Cam. tit. 24. num. 2. & 3.*

§. 5. *Receſſus Viſitationum*, Viſitations-Abſchiede / dicuntur Conſtitutiones de negotiis judicii Cameralis à Viſitatoribus nomine Cæſaris ac reliqvorum Imperii Statuum ſancitæ.

§. 6. *Memorialia Viſitationum*, ſunt deſignationes certa puncta perſonis Cameralibus, qvo ſingulæ illorum in obitione

ſui

ſui muneris meminerint, à Viſitatoribus ſeparatim præſcripta complectentes. Nominantur aliàs Verzeichniſſen / *Articuli, Puncta, ac interdum qvoqve Decreta, Jac. Blum. d. tr. tit. 2. num. 10. & ſeq.*

VERBUM. §. 1. *Verbum* eſt nota, qvâ unum qvodqve vocatur, *l. 7. §. 2. de ſuppell. leg. l. 3. de reb. dub.*

§. 2. Qvæ dicatur *propria verbi ſignificatio*, tribus modis diſcerni ſolet (1) Authoritate, *arg. l. 83. l. 235. de V. S.* (2) Definitione, *l. 1. ubi Dd. de teſtam.* (3) Notatione, *arg. l. 7. §. 2. de reb. cred.* His addi poſſunt (4) *verborum figura, vid. D. Hahn. ad Weſenbec. tit. de Legib. n. 8.*

§. 3. *Verborum* ſignificatio, ſumitur vel ex communi uſu loqvendi, vel ex proprietate ſermonis, vel ex mente ac intentione proferentis, *c. ex lit. 7. X. de ſponſal. l. 52. §. 4. de leg. 3. l. 69. pr. & §. 1. l. 93. § 3. l. 13. §. 2. ff. de exc. tut. l. pec. ff. de exhib. D. Wiſſenb. ad Rubric. ff. de V. S.*

§. 4. Sæpè unum idemqve *verbum* plures res ſignificat, qvod hoc modo etiam accidit, ut unum verbum fungatur vice generis & ſpeciei, qvale nomen eſt culpa, qvod in genere acceptum etiam comprehendit dolum, à qvo aliàs tanqvam diverſa ſpecies diſtingvitur: item tale nomen eſt cognatio, nomen pacti, verbum juriſdictionis, adoptionis, *Dn. Bacchov. ad §. 2. Inſt. de adopt.*

VECTIGAL. §. 1. Eum, qvi *vectigal* populi Romani conductum habet, Publicanum appellamus. Nam Publica appellatio in compluribus cauſis ad Populum Romanum reſpicit: Civitates enim privatorum loco habentur. *l. 16. de V. S. l. 12. §. 3. de Publican.* Redemtores vectigalium Civitatum appellantur etiam Publicani, impropriè & abuſivè, *l. 13. pr. & §. 1. de Publican. l. un. §. 7. Ut in flumin. public. nav. lic.*

§. 2. Propriè *vectigalia* ſunt, qvæ fiſcus vel reſpublica capit pro mercibus, qvæ importantur, vel exportantur. Sunt & alia *vectigalium* loco, veluti viceſima hæreditatis teſtamentariæ, *vid. l. 3. C. de ed. D. Hadr. toll.* qvadrageſima litium, reditus ex metallis, *l. 13. pr. de publican.* ſalinis, *l. 11. C. vectigal. & comm.* picariis, cretifodinis, cotoriis, *vid. l. 17. §. 1. de V. S.* Et latiſſimè *vectigalia* pro *tributis* & *ſtipendiis* accipiuntur, &

vecti-

Vectigales provinciæ, vel agri pro *ſtipendiariis*, vel tributariis, *l.7. de publican.* Eadem latitudine non tantùm qvin populo Romano, vel Principi: ſed & qvæ civitatibus vel privatis debentur vectigalium nomen admittunt, & *Vectigales* ſunt agri accepti jure emphyteuſeos. *tit. ff. Si arg. Vectig. pet.*

§.*3*. *Publica Vectigalia* intelligere debemus, ex qvibus vectigal fiſcus capit, qvale eſt vectigal portus, vel venalium rerum, item ſalinarum & metallorum, & picariarum, *l.17. de V.S.*

VINDICATIO. §.1. *Vindicatio* ſumitur vel *Vulgariter*, vel *juridicè*. *Vulgariter* de qvacunqve rei vel cauſæ perſecutione dicitur, idemq; ſignificat qvod aſſertio, liberatio, defenſio, perſecutio, punitio, ablatio, recuperatio, ad ſe tractio ſive appropriatio, *l.32. π. de liberali causâ*. *Juridicè*, & ſic iterum *l. generaliter*, pro qvacunqve in rem actione, & ita de Emphyteuſi, *l.1.π ſi ager Vectig.* ſuperficie, *l.74.π.de R.V.* ſervitute, *t.t.π. ſi ſerv. Vind.* pignore, *l.16. §.3. π.de pign.* poſſeſſione, *l.3. §.12.π.ad Exhibendum*, prædicatur, vel *ſpecialiter*, & ita actionem realem ex dominio deſcendentem deſignat, *t.t. π. de R.V.*

VILLA. §.1. *Villa* eſt domus ruſtica, *l.211.de V.S.* dicta à vehendo, qvaſi vehilla, in qvam fructus convehuntur ex agris.

VIRGO. §.1. Si de ſexu ſexusqve ſubſtantia & facultate qværatur, virgo viripotens mulieris appellatione tanqvam genere ſuo continetur, *l.13. de V. S. l.14. pr. §. mulierem ff. de ædil.edict. l. ſervis legatis §. mulieribus ff. de leg.3.* At ſi de ſexus qvalitate & ſpecifica differentia agatur, mulier à virgine tantum differt, qvantum una ejusdem generis ſpecies ab altera, *l.11. §.5.de act. emt. l.ſi collectaneus in fin.ff de teſtam. manumiſſ. Gadd. ad l.13.num.7. & ſeqq. ff. de V. S.*

§.2. Prohibitiones, legales interpretationes, & alia jura ad mulieres pertinentia, comprehendunt etiam virgines viripotentes, niſi ſubjectum, vel circumſtantiæ qvalitatis aliud ſvadeant, *l. argumento §. mulier. ff. de aur. & arg. leg. l. ſervis §. mulieribus ff. de leg.3. Gadd. ad d. l.13. n.11. & ſeqq. ff. de V. S.*

VICTUS. §. 1. Verbo *Victus* continentur, qvæ eſui potuiqve cultuiqve corporis, qvæqve ad vivendum homini neceſſaria ſunt. Veſtem qvoqve victus habere vicem, Labeo ait, *l. 43. de V.* S.

§. 2. Et cætera qvibus tuendi, curandivè corporis noſtri gratia utimur, ea appellatione ſignificantur, *l. 44. de V.*S. *l. 22.* §. 8. *Sol. matr. l. 6. pr. de mun. & hon. l. 234.* §. *2. de V. S.*

§. 3. Verbum, *Vivere*, qvidam putant, ad cibum pertinere. Sed Ofilius ad Atticum ait: his verbis & veſtimenta & ſtramenta ſignificari. Sine his enim vivere neminem poſſe, *l. 234.* §. *2. de* V. *S.*

§. 4. *Victu* vel alimentis legatis, calcearium, veſtiarium & habitatio legata qvoqve intelliguntur, *l. ult. de alim. leg. l. 43. & ſeq. de V. S.* Qvis autem de alimentis transegit, non etiam de veſtiario, calceario & habitatione transegiſſe judicatur, *l. 8.* §. *12. de transact.* Nempe defunctorum voluntates plenius accipiuntur, *l. 12. de R. J.* Transactiones verò ſtrictiùs, Mynſ. *3. obſ. 12.*

§. 5. Qv. An *Viaticum* victus appellatione contineatur? Qvod affirm. *per l. 18.* §. *f. de judic. l. 44. de* V.S. *Gædd. ad d. l. 44. n. ult. ff. de V. S.*

VESTIS. §. 1. *Inſtratum* omne veſtimentum continere *qvod injiciatur*, Labeo ait. Neqve enim dubium eſt, qvin ſtragula veſtis ſit omne pallium περίστρωμα, In victum ergò veſtem accipiemus, non ſtragula: inſtratum omnem ſtragulam veſtem, *l. 45. de V. S.*

Inſtrati ſive *ſtrati* ſignificatio latior eſt, qvàm ut ad ſolas veſtes ſtragulas referri poſſit. Comprehendit enim omnia genera inſtratorum, ſeu στρωμάτων, hoc eſt ſtragularum, allerley Decke/ ſive ſint περιστρώματα, qvibus parietes ac aulæ circumteguntur, ſive ἐπιστρώματα, qvæ cùm homini, tum jumento vel armento ſubſternuntur vel integuntur: ſive ſint *Veſtimenta ſtragula*, hoc eſt, qvæ & inſternendi, tegendiqꝫ & veſtiendi hominis cauſa comparatur. *Gædd. ad l. 45. n. 2. de* V.S.

§. 2. *Inſtratum* ſive *ſtragulum* aliud *hominis*, aliud *reliqvorum animantium*, puta eqvorum, camelorum, mularum gratiâ habetur. Illius generis ſunt, cervicalia, fulcra, tapeta, man-

mantilia, mappæ, toralia, aulææ, cortinæ, conopeum, velamen, tectum, cadurcum, ſugeſtria, centones &c. Hujus verò Babylonica,non omnia,ſed eqvorum causâ comparata,item phaleræ, tomices, & ſimilia inſtrata, *de qvibus Ulp.in l.25.* §.1. *ff.de aur.& arg.leg.* Poſterioris igitur generis, ſtragulæ & inſtrata nunqvam victus appellatione continentur, cùm ad hominis vitam tuendam curandamqve non ſpectent, *per l.45. de* V.S. Prioris generis ſtratorum qvædam victus appellatione continentur, nempe illa omnia, qvæ ad veſtiendum ſunt apta, atqve ideò veſtis appellatione comprehenduntur,*per d.l.* 25. §.1. *& ſeq. l.234.§.f. de V.*S. Reliqva victus non dicentur, cùm ſine eis homo vivere poſſit, neqve corpus alant, ſed pavimenta aut parietes, vel ſimile qvid tegant & exornent, *Gædd. ad d.l.45.num.2. de V.S.*

§. 3. *Inſtratum* ſive *ſtratum* id omne eſt, qvod inſternitur & injicitur, & ab inſternendo ſtragulum vocari ſolet, hoc veſtimentum eſt, aut non eſt. *Veſtimentum* eſt, veſtisq; appellatione continetur, qvicqvid homini ad inſternendum tegendumqve ac curandum aptum eſt, paratumqve habetur, *l. 28.de aur.& arg. leg. l.127. de V.* S. *Veſtimentum non eſt,* qvod non hominis tegendi inſternendiqve causâ habetur. Illius generis eſt lectus, culcitra, cervical, lodix, pellis aqvina. Hujus, velamina, mappæ, cortinæ, tapetia Babylonica &c.Niſi ex his qvædam ſint, qvæ æqvè hominis cultui, uti parietibus, eqvis, aulisqve conveniunt, cujusmodi ſunt illa pallia, qvæ περιςρώματα Græcis dicuntur, hoc eſt, veſtes ſtragulæ etiam ad circumtegendum parietes aptæ. Eſt qvidem περίςρωμα propriè genus cortinæ Babylonici floris varietate & elegantia inſignis, qva parietes & aulæ teguntur. Verùm itaqve eſt, περίςρωμα propriè non eſſe pallium, niſi etiam ad veſtiendum hominem aptum ſit, *Gædd. ad dict. l.45. num.2.& 3. ff. de* V.S.

§. 4. *Veſtis* appellatione tam virilis qvàm mulieris, & ſcenica, etiamſi in tragica, aut citharœdica ſit, continetur, *l. 127. de V.S. Vid. l.23. l.24. l.25. de aur.& arg.leg.l.33.eod. l. 110. §.fin. de V.O.*

§. 5. Syntheſis *veſtium in l.38.*§.1. *de aur.& arg. leg.* eſt plurium veſtium apparatus ejusdem ſpeciei, qvibus ornata materſam.

terſam. eſſe poteſt, ut ſi ſit ſyntheſis alia qvidem alba, alia verò pulla, alia purpurea, plura nempe corpora unius coloris, qvæ veſtem faciant completam, comprehendens. Simili loqvendi figurâ dicitur Syntheſis ſterilium villarum, *in l. 34. §. 1. de leg. 2.*

§. 6. *Veſtes* ſeu *Veſtimenta* dicuntur, qvibus corpus tegitur, *l. 26. de aur. leg.* & continentur iis omnia lanea, lineaqve vel ſerica, vel bombycina, qvæ induendi, injiciendi, incubandivè causâ parata ſunt, & qvæ his acceſſionis vice cedunt, *l. 23. §. 1. eod.* Suntqve veſtimenta aut virilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria, *Vid. d. l. 23. §. 2. & ſeqq. l. 19. §. 5. l. 22. l. 26. d. t.* *Add. Lazar. Bayſ. libr. de re Veſtiar.*

VINCULA. §. 1. *Solutum* non intelligimus eum, qvi licèt vinculis levatus ſit, manibus tamen tenetur. Ac ne eum qvidem intelligimus ſolutum, qvi in publico ſine vinculis ſervatur, *l. 48. de* V. *S.*

§. 2. *Vinculorum appellationes* vel privata vel publica vincula ſignificant: cuſtodiæ verò tantùm publicam cuſtodiam, *l. 224. de* V. *S.*

§. 3. Verum eſt, eum qvi carcere clauſus eſt, non videri neqve *vinctum*, neqve *in vinculis* eſſe, niſi corpori ejus vincula ſint adhibita, *l. 216. de* V. *S.*

VITIUM. §. Verum eſt, *morbum* eſſe temporalem corporis imbecillitatem, *vitium* verò perpetuum corporis impedimentum. Veluti ſi talum excuſſit: nam & luſcus itaqve vitioſus eſt, *l. 101. §. 2. de* V. S. *Vid. l. 1. §. 7. de ædil. edict.*

VIRILIS. §. 1. *Virilis* appellatione interdum totam etiam hæreditatem contineri dicendum eſt, *l. 145. de* V. S. *Vid. Voc. Pars.*

VIA. §. 1. *Via* eſt, ſive ſemita, ſive inter eſt, *l. 157. de* V. *S.*

§. 2. *Via*, Weg / Fahr-Weg / eſt jus eundi, ambulandi, agendi, & omnia, qvæ ad noſtri prædii utilitatem ſpectant, vehendi, ducendi, ferendi atqve trahendi per prædium alienum, certam à lege determinatam habens latitudinem, *l. 7. 13. §. 2. l. 8. de ſerv. ruſt. pr.*

§. 3. *Vias publicas*, (Land-Straſſen) dicimus, qvas

Græci *βασιλικὰς regias ſeu regales(hoc eſt amplas & magnas)* noſtri Prætorias *(qva appellatio illis propria, qva in caſtra ad Prætorium ducunt, poſteà ad vias publicas tracta)* alii conſulares, it. militares (Heer-Straſſen/ *qvod Prætores aut conſules per eas exercitus ducerent*) appellant, *l.2.§.22. Ne qvid in loc.publ. l.2.de loc.& itin.publ.* Et ſunt, qvarum etiam ſolum publicum eſt, relictum ad directum ſeu porrectum, *nec non ad anfractum ſeu flexum*, certis finibus latitudinis ab eo, qvi jus publicandi habuit, ut eà publicâ iretur, commearetur, *l.2. §.21. Ne qvid in loc.publ. add.l 8.l.13.§.23.de S.R.P.*

§.4. *Via privata, etiam agraria dicta*, dupliciter accipi poſſunt, *vel propriè* ſcil.hæ, qvæ ſunt in ſolo alieno & agris, qvibus impoſita eſt ſervitus, ut ad agrum alterius ducant, *d.l.2. §.21.& 23.* Vel *impropriè* nim. hæ, qvæ ad agros qvidem ducunt, ſed per qvas omnibus commeare licet,(Feld-Weg/Holtz-Weg/) & in qvas exitur de via conſulari, & ſic poſt illam excipit via vel iter vel actus ad villam ducens. Hæ verò potiùs ſunt publicæ viæ, *d.l.2.§.23.in fin.*

§. 5. *Via vicinales* ſunt, qvæ in vicis ſunt, vel qvæ in vicos ducunt, & ex agris privatorum collatis factæ, *l.3. de loc.& itin.publ. l.2. §.22. Ne qvid in loc.publ. D. Struv.exerc.45.theſ.56.*

§. 6. Si in agrum vicini publicam viam *(ſive qvod ex ea, dum purgatur aufertur, l.1.§.1.de via & it. publ.)* qvis rejecerit, tantùm in eum viæ rejectæ nomine actio *ob damnum illatum ex L. Aqvilia* dabitur, qvanti ejus intereſt, cujus fundo injuria irrogata eſt, *l. f. pr. eod. conf. l. un. §. 5. de rip. muner.*

VENIRE. §. 1. *Veniſſe ad heredem* nihil intelligitur, niſi deducto ære alieno, *l.165.de V.S.*

VASA VINARIA. §. 1. *Vinaria vaſa* propriè vaſa torcularia eſſe placet: delia autem & ſerias tam diu in ea cauſa eſſe, qvamdiu vinum haberent: cùm ſine vino eſſe deſinerent, in eo numero non eſſe, qvoniam ad alium uſum transferri poſſent, Veluti ſi frumentum in his addatur: eandem cauſam amphorarum eſſe: ut cùm vinum habeant, tum in vaſis vina-

nariis eſſe: cum inanes ſint, tum extra numerum vinariorum ſint: qvia aliud in his addi poſſit, *l.256.de* V.S.

VENENUM. §.1. Qvi *Venenum* dicit, adjicere debet, utrum malum an bonum. Nam & medicamenta venena ſunt: qvia eo nomine omne continetur, qvod adhibitum naturam ejus, cui adhibitum eſſet: mutat cùm id qvod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicunt, apud illos qvoqve tam medicamenta, qvàm qvæ nocent, hoc nomine continentur: unde adjectione alterius nominis diſtinctio fit. Admonet nos ſummus apud eos Poëtarum Homerus, nam ſic ait; φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά; *id eſt, Venena multa qVidem bona mixta, multa autem mala, l.236.de V.* S.

§.2. *Veneficium* eſt, qvo qvis venena mala necandi causâ vendit, tractat vel propinat, *l.1.§.1. l.3. ad L. Corn. de ſic. l.1.C. de mal.ſic.* *Veneficium* qvoqve dicitur, ſi qvis ſuſurris magicis homines occiderit, *§.5. in f.Inſt.de publ.jud.add.l.13.ad L. Corn. de ſic.* Generaliùs verò crimen ejuſmodi vocatur maleficium, it. Magia.

VIDUA. §.1. *Viduam* non ſolùm eam, qvæ aliqvando nupta fuiſſet, ſed eam qvoqve mulierem, qvæ virum non habuiſſet appellari ait Labeo: qvia vidua ſic dicta eſt, qvaſi vecors, veſanus, qvi ſine corde aut ſanitate eſſet: ſimiliter viduam dictam eſſe ſine duitate, *l.242. de V.S.*

VIA. §.1. Singularis ſpecies vis publicæ, *juxta Conſtitutiones Imperii de pace publica*, vom Land-Frieden/de Anno 1594. 1500. 1521. &c. eſt *crimen fractæ pacis publicæ*, der Land-Fried-Bruch/ qvando nimirum qvis, ſive Princeps ſive privatus, contra Conſtitutiones de Pace Publica vi armata majori congregatis hominibus aliqvem ejusvè ædes aut bona dolo malo injuriæ inferendæ causâ invadit, *Vid. latiùs Gail. de Pac.Publ.*

Pax autem Imperii publica eſt *Religioſa Vel Profana. Pax religioſa* eſt, qvæ religionis ergò in Imperio inter Imperatorem, Principes & Status Imperii ſervanda eſt. Hæc igitur ſi violetur & turbetur, cauſa violatæ ſive turbatæ pacis

religioſæ naſcitur. *Pax publica profana* eſt, qvæ in rebus profanis in Imperio ſervanda eſt. Hanc igitur ſi qvis violet, ſive turbet, cauſa fractæ pacis profanæ naſcitur, *Roding. pand. Cam. p. 1. tit. 6. & 7. Add. Voc. Pax.*

§. 2. V*is bonorum raptorum* eſt, delictum privatum, qvo qvis dolo malo rem alienam mobilem lucri faciendi animo vi (*ſaltem deſtinata, l. 2. §. 9. de Vi bon. rapt.*) aufert, aut damnum in ea dat; & inde obligatur ad reſtitutionem ſimpli & pœnam tripli, *pr. §. 1. L. de Vi bonor. raptor. l. 1. pr. & §§. ſeqq. ff. eod.*

§. 3. Ad *Violentum damnum* qvoqve refertur, qvod *in turba, ſeu decem aut qVindecim hominibus coactis*, licèt non ab ipſo turbam concitante, dolo factum eſt: daturqve eo nomine actio in factum contra eum, cujus dolo malo in turba damnum factum eſt intra annum in duplum, poſt annum in ſimplum, *l. 4. pr. §. 1. §. 11. & ſeqq. Vi bon. rap.*

§. 4. Deinde ad *rapinam & damnum Violentum* pertinet, ſi qvis *occaſione incendii, ruinæ, naufragii, ratis, naVis expugnatæ dolo malo rapuerit*, damnivè qvid dederit, & datur intra annum utilem actio in qvadruplum, poſt annum in ſimplum, *l. 1. & ſeqq. De incend. ruin.* & qvidem non ſolum is tenetur, qvi vi tale qvid perpetravit, ſed etiam, qvi ipſe vim nullam adhibuit, *l. 3 §. 4. 5. eod.*

§. 5. V*is publica* eſt, cum vis infertur armis adhibitis, *§. 8. J. de publ. jud. l. 1. l. 3. §. 2. l. 5. Ad L. Jul. de Vi publ.* aliove atrociori modo, *Vid. l. 5. 7. 8. 10. eod.*

Qvænam *Vis proprie* dicatur *publica*, & qvænam *priVata*, mirè Dd. inter ſe variant. Hujus rei qvatuor opiniones recenſet *Menoch. de arb. jud. qV. caſ. 394. num. 1. & 7.* Qvibus qvinta addi poteſt ex *Gœdd. ad l. 41. n. 10. de* V. S. paulò adhuc aliter ſentiente. Qvod hodiernum jus & conſvetudines Germaniæ attinet, V*is publica* dici poteſt omne factum publicam ſecuritatem violans, *Jacob. Blum. proceſſ. Cameral. tit. 29. num. 41.*

§. 6. V*is priVata* eſt, cùm vis infertur ſine armis, *§. 8. Inſtit. de publ. jud. l. 5. l. 2. 3. 4. ad L. Jul. de Vi priVat.*

§. 7. V*is* dicitur majoris rei impetus, cui reſiſti non poteſt,

teſt, *l.2.ff.q*v*od met.cauſ.Jac. Ayrer.proc.p.*1.*c.*1.*obſ.*4.*num.*1.

§. 8. In jure noſtro qvinqve violentiarum ſpecies habentur (1) Prima eſt *expluſi*v*a*, qvæ cadit propriè in rebus ſoli, ut qvando qvis ex ſua dejicitur poſſeſſione, & pro tali competit interdictum Unde vi, *l* 7.*C. unde* v*i.* (2) Altera eſt v*is compulſi*v*a*, qvando qvis compellitur aliqvid agere vel tradere, &tali caſu competit interdictum Qvod metus cauſa, *Maſcard. de probat. concluſ.* 1409. (3) Tertia ſpecies eſt *turbati*v*a*, ut qvando duo vel plures ſe unius ejusdemqve rei poſſeſſores prætendunt, & unus turbat alium, qvæ ſi cadit in bonis immobilibus, proditum eſt interdictum, uti poſſidetis, *t.t.ff. uti poſſid.* In mobilibus verò competit interdictum Utrobiq; (4) Qvarta eſt v*iolentia ablati*v*a*, qvæ ſaltē in rebus mobilibus locum habet, pro qva competit actio Vi bonorū raptorum, *t.t.ff.* V*i bon.rapt.* (5) Qvinta eſt v*iolentia iniq*v*ietati*v*a*, qvando qvis nec poſſeſſor eſt, nec poſſeſſorem ſe prætendit, me tamen in meo inqvietat ædificare, idqve vel apertè vel clam: pro qva competit interdictum Qvod vi aut clam, *t.t.ff.q*v*od* v*i aut clam. Jac. Ayrer. d.obſ.*4.*n.*2. Pro hac vi aliqvando competere etiam interdictum retinendæ ſtatuit, *Menoch. recup. poſſ. in prælud. n.*43. Additur etiam *offenſi*v*a*, ex qva injuriarum actio competit.

VEL. VIDELICET. §.1. V*el*, importat alternativam, qvando ponitur inter paria alternativa. Si verò ponitur inter incomparabilia, non importat alternativam, ſeu electionem, ſed ordinem, *Tuſch. lit. D. concluſ.* 392.

§. 2. V*idelicet.* Hæc dictio eſt declarativa orationis præcedentis, *Gemin.conſ.*25.*num.*3. Item eſt reſtrictiva præcedentium de ſui natura, *Socin.*1.*conſ.*47.*n.*7.

VENATIO. §. 1. V*enatio (ſtrictè dicta)* eſt ferarum qvadrupedum ſeu terreſtrium, in libertate naturali relictarum ſeu liberè vagantium, captura jure gentium omnibus permiſſa, §.12.*J.de R.D.* S*tru*v*.exerc.* 41. *theſ.*9.

§. 2. V*enatio* accipitur vel *generaliter*, ut venationem in ſpecie ſic dictam, aucupium & piſcationem comprehendat, vel *ſpecialiter*, ut aucupio & piſcationi contradiſtingvatur.

§. 3. V*enatio in ſenſu generali* dividitur in *Arenariam*, qvâ olim homines cum beſtiis in arenâ ſolebant pugnare, l.12.

x. de leg. 1. *Adulatoriam*, qva verbis blandis & mellitis alium veluti ineſcatum defraudamus, *Nov. 14. praf.* *Saltuoſam & Clamoroſam*, qvæ fit in ſaltibus.

VIDETUR. §. 1. Verbum *videtur* regulariter fictionem importat, *Matth. ad l. 15. n. 16. ff. de R. J.* & ſic improprietatem, *Tuſch. lit. D. concl. 394.*

VETRALE. §. 1. *Vetrale aut ventrale*, ſignificat veſtimentum ventrem contegens, Vorſchürtzlein. Videtur etiam ſacculi genus fuiſſe, pecuniæ ad uſum qvotidianum neceſſariæ geſtandæ accommodatum, & ſub ventrem appenſum, *l. 6. ff. de bon. damn.*

VICINUS. §. 1. *Vicinus* dicitur (1) qvi habet prædia proxima, *l. 2. §. f. Fin. reg.* (2) is vicinus etiam dicitur, qvousqve invicem vox clamantis auditur, *l. 1. §. 27. ad SC. Syllan.* (3) item vicinus appellatur, cujus ædes conſpici poſſunt, *l. non ſolum 1. ff. de nov. op. nunc.* *Vid. Tuſch. lit. V. concluſ.* 200.

VELLE. §. 1. Propriè is *velle* dicitur, qvi ſponte pro ſuo arbitrio facere poteſt id, qvod alioqvin cuivis plenè libero de jure facere licet, *l. 41. C. de transact. l. 4. de R. J.*

VINDICTA. §. 1. Uſurpatur (1) *vindicta* vocabulum de modo qvodam manumiſſionis, *§. 5. Inſt. de libertin. t. t. D. & C. de manum.* (2) Vindicationis vox de modo qvodam legatum relinqvendi dicitur, *§. 2. J. de legat. ubi vid. Bacchov.* (3) vindicatio & vindicare ſignificant adſertionem vel attributionem, & (1) *in genere* cujusqve rei vel juris, *ut l. 6. C. de exec. rei jud. l. ult. C. qvib. non obj. long. c. 11. de praſumt.* (2) *in ſpecie* aſſertionem juris in re: unde qvævis actio in rem vindicatio nominatur, *l. 25. de O. & A. §. 15. J. de action. rubr. ff. ſi ſerv. vind.* (3) *ſpecialiſſimè* vindicatio notat aſſertionem dominii, actionem ſcil. illam, qvâ rem ex jure dominii perſeqvimur, *rubr. & l. 1. §. 1. l. 56. de R. V.* (4) Vindicatio, vindicta & vindicare notant propulſationem injuriæ (*offendentis remp. vitam, corpus, famam, jurave noſtra perſonalia & realia, & hac vel in re vel ad rem*) ſive adito judice, *l. 2. §. 5. in fin. de judic. l. ult. C. ad SC. Turp. l. 1. C. de proc. Imp. off.* ſive extra judicium, *l. un. C. de rapt. virg. Rubr. C. qvand. lit. un. fin.*

fin. jud. ſe vind. Atqve hæc vindicta vocatur etiam *defenſio l.5. §. ult. ad SC. Silan. l.18. §.1. l.20. junct. l. 17. & 21. de his qva ut indign.* Ultio, *l.7. eod. l.1, 2. C. qvand. lic. un. l.5. C. de metat.* Aliqvando in hac ſignificatione *ſtrictius* accipitur vox vindictæ aut vindicare, & pœnam denotat, ita, ut diſtingvatur à rei perſecutione & damni dati præſtatione, *ut in l. 20, §. ult. de acq. her. l.6. l. pen. de ſep. viol. l.2. §.4. de collat. bon. Dn. Struv. diſſert. de vindict. priv. th.5.*

§. 2. *Vindicta publica* eſt, qvâ injuriæ reip. vitæ alicujus, corpori, famæ, aut juribus officientes, in judicio vindicantur. Atqve hac vindicta regulariter contra injurias eſt utendum, *l.14. C. de judic. l. 9. C. de O. & A. l. 13. qvod met. cauſ.* Hinc etiam in dubio de legitima hac vindicta intelligenda ſunt verba: Jch will es eyfern/ ich will mich an dir rächen/ ich will dirs gedencken/ uti tradunt *Dn. Carpzov. J. R. S. p. 4. c. 15. defin. 9. Chr. Beſold. theſaur. pract. verb.* Rächen. *Add. Dom. Arum. ad Aur. Bull. diſc. 6. th. 17.*

§. 3. *Vindicta privata* eſt, qvâ privatâ autoritate, ſive non adito judice injuriam, remp. vitam, corpus, famam, jurave noſtra lædentem, propulſamus ulciſcendo, aut defendendo, *arg. l. 3. de I. & I. t. t. C. qvand. lic. C. qvand. lic. unic. l. 1. C. unde vi l. 5. C. de jur. fiſc.*

VICARIUS. §. 1. *Vicarius* eſt, cui mandata eſt jurisdictio, qvam exerceat alterius nomine, ſive voluntariam, ſive contentioſam, *vid. t. t. de offic. vicar.*

Seu, *Vicarius* propriè is eſt, qvi vices alterius ſuſtinet, & ordinario, opponitur, *Limn. l. 3. jur. publ. cap. 12. n. 1.*

§. 2. Comes Palatinus Rheni, & Dux Saxoniæ vocantur Vicarii, qvia *vacante Imperio* vices Imperatoris, in nonnullis gerunt & ſuſtinent. Vocantur etiam Proviſores, Fürmundere/ Verweſere und Pflegere. Imperium autem tunc *vacare* dicitur, qvando nec Imperatorem, nec Regem Romanorum habet, hoc eſt, capite deſtituitur: qvod contingit, morte, renunciatione, depoſitione. Si autem Rex Romanorum, vivo adhuc Imperatore, & Imperium adminiſtrante, electus ſit, non dicitur vacare Imperium, nam uno avulſo non deficit alter: & hoc caſu verum eſt qvod dicitur, Wann der Keyſer ſtirbt/ ſo ſetzet ſich der König im Sattel/ *Limnæus ad Capit.*

Caroli V. artic.26. Inſtit. Sinold, *cognom.* Schütz. *De Vicar. Imp. concl. 7.*

VOTUM. §. 1. *Votum* eſt alicujus boni operis cum deliberatione facta Deo promiſſio.

5. Res qvæ ſunt ejus conditionis, ut ex caſu à nobis auferri & avocari poſſint, eo loco & jure cenſentur interim, ac ſi perfectè eſſent noſtræ, l.205 .*de* R.*I.* l.24. §.*f. de fideic. lib.* l. 13. *C. de man.teſt.* l.16.*C.de diſtr.pign.* l.67. *de contr. emt.*

6. Res extra commercium hominum conſtituta, veluti res ſacra, religioſa, ſancta, in obligationem deduci non poteſt, l.182.*de Regulis Iuris.* l.83.§.5.*de V.O.* §.2.*in fin.Inſt. de inut. ſtipul.* l.9. §.*pen. de ſtatu lib.* l.34.§.1. l. 62. §.1. *de contr. emt.* §.*f. Inſt. eod.*

7. Traditionibus & uſucapionibus dominia rerum, non

nudis pactis transferuntur, l. *20. C. de pact.* Et qvidem traditionibus non nudis, ſed qvæ cauſam habent & titulum, alienationis cauſam continentem, l. *31. ff. de A. R. D. Gothofr. ad d. l. 20. lit. b.*

DOMUS. 1. Domus ſua tutiſſimum cuiqve debet eſſe refugium, l. *18. de in jus voc.*

2. Domum ſuam reficere unicuiqve licet, dum non officiat invito alteri, in qvod jus non habet, l. *61. de R. J. l. 3. §. pen. & ultimo ff. de itiner. actuqve priv.* l. *1. §. f. de riv. l. 8. § 5. Si ſerv. vind.*

DONATIO. 1. Donari cenſetur, qvod nullo jure cogente conceditur, l. *82. de R. J. l. 29. de donat.*

2. Donatio ſemel extincta non reviviſcit, ſed extincta manet qvoad omnes effectus, l. *98. §. 8. de ſolut. l. 83. §. 6. de V. O. l. 26. §. f. de jur. fiſc.*

3. Donare eſt perdere, l. *7. de donat. l. 25. de probat.* l. *1. §. 2. de ration. diſtr.*

4. Donare ſuum nemo præſumitur, l. *25. de probat.* l. *47. de oper. lib.* l. *f. C. de novat.*

5. Qvi dare non poteſt, neqve donanti conſentire poteſt, l. *195. de R. J.* l. *20. § ſi filius ff. de pact.* l. *3.* l. *4. de donat. int. vir.* l. *12. Qvæ in fraud. cred.*

6. Donator, ſi convenitur, in id tantùm condemnatur, qvod facere poteſt, l. *28. de R. J.* l. *33. de jur. dot.* l. *19. §. 1. de re jud. §. 38. Inſtit. de act.* l. *173. pr. de R. J.*

DOS. 1. Qvod judicatur de dote, idem & de augmento ejus judicari debet, *Auth. Æqvalitas C de pact. conv.* l. *26. §. 2. de pact. dot.* l. *8. C. de jur. dot.*

2. Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt, §. *12. J. de nupt. l. 3. de jur. dot.* l. *ult. C. de don. aut nupt.* l. *24. I. de C. nupt.*

3. Dotis numeratio, non ſcriptura dotalis, rem facit dotalem, l. *1. C. de dot. caut. non n. l. 3. C. de non num. pecun.* l. *15. Cod. de jur. dot.*

4. In ambiguis pro dotibus reſpondere melius eſt. l. *85. de R. J.* l. *1. ſol. matr.* l. *70.* l. *9. §. 1. de jur. dot.* l. *ult. C. ad SC. Vell.* l. *12. C. qvi pot. in pign.* l. *10. de jur. fiſc.*

DUBIUM. 1. Dubitans ab ignorante non diſtat. *l. 21. §. 2.*

§.2. *C.de furt.* §.16.*I.* de *obligat. ex* dol. l. *f. C.* de *cond. indeb.* l.14.l.15. *qvi teſt fac.*

2. Inter homines nihil eſt ſic indubitatum, ut non poſſit ſuſcipere qvandam ſollicitam dubitationem, *Nov.* 44.*c.*1.§.3. l.17. *de jur patron.*

3. In dubiis & de jure non ita clarè deciſis caſibus licet imitari & ſeqvi exempla aliorum, *l.* 54. *ad* SC.*Treb.l.*3. *C. de ædif. priv. l.filius. ad L.Corn. de falſ.*

4. In dubiis à verborum proprietate non eſt recedendum, *l.* 9. *de leg.* 3.

5. Dubia in meliorem partem ſunt interpretanda, l. 55. *de furt.* l 3. *de iis qva in teſt. del.c.eſtote.de Reg. Jur. in Decretal.*

6. Semper in obſcuris, qvod minimum eſt, ſeqvimur. l.9. *de R.J. c.ult. de præſumt.*

7. In dubiis ſemper videndum qvid actum, l.34. *de R.J.* l.3. *de reb. cred.*

8. In dubiis ſi non appareat qvid actum, id ſeqvimur, qvod in ea regione freqventatur, l.34. *de R. J.* l.31. §. 20. *c. de ædil. edict.* l.6. *de evict.* l.75. *de leg.* 3.

9. Si nec hoc appareat, ut qvòd mos varius ſit, id ſpectandum veroſimilius, & plerumqve fieri ſolet. l. 114. *de Reg. Juris.*

10. Semper in dubiis benigniora ſunt præferenda, l. 56. *de R. J.* l. *pen. de pæn. c.ult. de præſumt.*

11. Rapienda occaſio eſt, qvæ præbet benignius reſponſum, l.168. *de R.J.*

12. In re dubia benigniorem interpretationem ſeqvi non minùs juſtius eſt, qvàm tutiùs, l.152. *ff. de R.J.*

13. Qvoties idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum excipiatur, qvæ rei gerendæ eſt aptior, l.67. *de Reg. Juris.*

14. Qvoties nihil ſine captione inveſtigari poteſt, eligendum eſt, qvod minimum habet iniqvitatis, l.200. *de R.J.* l. 13.§. *ult. de minor.* l.31. *ff. depoſ.*

15. In ambiguis orationibus maximè ſpectanda eſt ejus

tentia, qvi eas protulit. l. *96. de R. J.* l. *ult. C. de Legib.* l. *42. de re jud. N. 22. c. 2.*

16. Qvod factum eſt, cùm in obſcuro ſit, ex affectione cujusqve capit interpretationem, l. *168. §. 1. de R. J. l. 10. C. de legat. §. 4. Inſt. eod.* l. *7. C. de dot. prom.* l. *3. C. de inſtit. & ſubſtit.* l. *cùm alienum, C. de inoff. teſtam.*

17. Ambigua intentio ita accipienda eſt, ut res ſalva actori ſit, l. *172.* §. 1. *de R. J.*

18. In re obſcura melius eſt favere repetitioni, qvàm adventitio lucro, l. *41. §. 1. de R. J.* l. *ult. §. 5. C. de jur. delib.* l. *66. de judic.* l. *38. §. 1. de V. O.*

19. Qvæ dubitationis tollendæ cauſa contractibus inſeruntur, jus commune non lædunt, l. *81. de R. J.*

20. In dubiis tutior pars eſt eligenda, l. *10. § ult. de reb. dub. cap. juvenis, de ſponſalibus, c. ad audientiam, de homicid.*

21. In dubiis conventionibus contra dantem fit interpretatio, l. *40. de pact.* l. *24. de contr. emt.* l. *99. de V. O.*

EFFECTUS. 1. Ceſſante cauſa ceſſat effectus, *c. 60. de appell.* l. *1. in fin. ff. de donat.* l. *generali. C. de SS. Eccl.*

2. Effectus durat durante cauſa, l. *5. §. 3. de jure immunitat.*

3. Effectus principaliter ſemper attendtur, & in omnibus conſideratur, l. *104. de V. O.* l. *2. Cod. de aliment. pupill. praſtant.*

4. Qvæ effectu conveniunt in jure noſtro, reipſa convenire dicuntur, *arg.* l. *10. pr. de uſ. & hab. junct.* l. *f. C. de donat. mort. cauſ.* l. *15. C. de fid. inſtrum.*

5. Cujus effectus omnibus prodeſt, ejus & partes ad omnes pertinent, l. *148. de R. J.* l. *5. §. 2. Ut in poſſ. leg.* l. *12. de reb. auth. jud.* l. *15. §. Si plures. ff. de damn. inf.*

ELECTIO. Eligere ſeipſum nemo poteſt, l. *22. §. 7. Mandat. c. per noſtras. 26. de jur patron. c. ult. de inſtit.*

EMTIO. 1. Imaginaria venditio non eſt, pretio accedente, l. *16. de R. J. Add.* l. *2. C. de contr. emt.* l. *9. Cod. de reſcind. vend.* l. *19. Cod. locat.* l. *5. ff. eod.*

2. Nemo

2. Nemo prædo eſt, qvi precium numeravit, l. 126. *de Regulis Juris.*

3. Aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire, l. 16. *de Reg. Jur.* l. 6. *C. de evict.* l. 6. *ff. eod.* l. 39. *de pign. act.* l. *cum qvædam C. de adm. tut.*

4. Plerumqve emtoris eadem cauſa eſſe debet circa petendum ac defendendum, qvæ fuit venditoris, l. 156. §. *de R. J.* l. 37. *de act. emt.* l. 9. §. *ult.* l. 11. §. 3. *de exc. rei jud.* l. 5. *C. de her. vel act. vend.* l. *ult.* §. 1. *ad SC. Vell.*

5. In contrahenda venditione, ambiguum pactum contra venditorem interpretandum eſt, ut res ſalva actori ſit, l. 172. *de R. J.* l. 39. *de pact.* l. 21. l. 33. *de contr. de emt.* l. 57. *de R. J. in 6.*

6. Cujus eſt donandi, eidem & vendendi & commodatò ac precario concedendi jus eſt, l. 163. *de R. J.* l. 8. §. 13. *Qvib. mod. pign. ſolv.*

ERROR. 1. Non videntur qvi errant conſentire, l. 116. *de R. J.* l. 3. *de in integr. reſt.* l. 1. §. l. 1. §. *ult. Qvod falſ. tut.* l. 9. *de contr. emt.* l. 10. 11. 14. §. 1. *ff. d. t.*

2. Errorem porrigens non dicitur qvicqvam de novo facere, ſed jam factum declarare, l. 21. *de teſtam.*

3. Si librarius in tranſcribendis ſtipulationis verbis erraſſet, non reddit contractum inutilem, nec obligationem ex eo natam perimit, l. 91. *de R. J.*

4. Veritas rerum geſtarum erroribus non vitiatur, l. 6. §. 1. *de offic. præſ.* l. 1. *C. plus val. qvod ag.* l. 1. *C. de contr. ſtip.* l. 24. *C. de teſtam.* l. 9. *de her. inſt.*

5. In totum omnia, qvæ animi deſtinatione agenda ſunt, non niſi verâ & certâ ſcientia perfici poſſunt, l. 67. *de R. J.* l. 32. §. 1. *de acqv. her.* l. 21. *de cond. & dem.* §. 7. *I. de furt.* l. 3. §. 1. *de injur.*

EVICTIO. 1. Qvod evincitur in bonis non eſt, l. 190. *de R. J.* l. 22. *de acq. poſſ.*

EXACTIO. 1. Contra bonam fidem eſt, bis idem debitum exigere, l. 54. *de R. J.* l. 34. §. 5. *de leg. 2.*

EXCEPTIO. 1. Ad excipiendum qvæ proſunt, eadem pro-

proficiunt & ad replicandum, l.1. *C. de judic. l. ult. Cod. de edend.*

2. Exceptiones omnes ſuâ naturâ ſunt perpetuæ, l.5.§.*fin. de dol. exc.*

3. Debitor deſinit eſſe is, qvi juſtam exceptionem perpetuam, & naturali æqvitate munitam nactus eſt, l.66.*de R.J.* l.112.*eod.* §5.*Inſtitut. de except.* §.3.7. *eod.* l.26.§.3. *de condict. indeb.*

4. Exceptionibus malitioſis non eſt indulgendum, l.38. *de R.V.* l.1.*de Reg.Caton.* l.45. *de procur.*

5. Exceptionibus pluribus uti nemo prohibetur, *cap. Nullus de R.J. in 6.* l.43.*eod.* l.5.l.8. *de except.*

6. Non videtur cepiſſe, qvi per exceptionem à petitione removetur, l.13.*ff. de R.J.*

7. Exceptio facilior eſt qvàm actio, & ideò regulariter qvi poteſt agere, multò magis poteſt excipere, l.156.§.1. *de R.J. c. qvi ad agendum, de R.J. in 6.* l.1.*de ſuperfic. l.7.* §.4. *de pact. cap. cùm inter. De except.*

8. Exceptio firmat regulam in contrarium, l.12.§.43. *de fund. inſtruct. l.12. de teſtib.*

9. Exceptio debet eſſe de regula, id eſt, de ipſo genere regulæ, *l.4.§.f. de pen. leg.*

10. Exceptio ubi non reperitur poſita, non eſt à regula recedendum, *l.3.§.ult. de pravar. l.5.C. de repud. l.19. Cod. de collation.*

11. Excipiens non videtur fateri ea, qvæ in exceptione includuntur, *c. cùm venerabilis de except.*

EXCLUSIO. 1. Excluſio unius eſt alterius incluſio, *l.12. pr. Sol. matrim. l.21.C. de procur. l.18.§.11. de inſtr. leg. l.2. qvod falſ. tut.*

EXPRESSUM. 1. Expreſſa nocent, non expreſſa non nocent, *l.195. de* R. *l. l.68. de her. inſt. l.52. de condict. & dem. l.132. pr. de V.O.*

2. Ubi reqviritur expreſſum, non ſufficit tacitum, neqve præſumtum, *c.2. de prabend. c. fin. de procur. in 6.*

3. Expreſſum facit ceſſare tacitum, *l.39.§.1. de vulg. ſubſt. l.21.C. de procur.*

4. Ex-

4. Expreſſum cenſetur propriè & totaliter, qvod per relationem exprimitur, *l.3.§.1. l.59. §.1.de re judicat.l.38.de condict.& dem.*

5. Expreſſum dicitur, qvod ſubintelligitur à jure, l.*74.de leg.*1. *l.1.C.de teſtam.mil.*

6. Expreſſum dicitur, qvod ex mente & conjecturis neceſſariò colligitur, l. *74.de leg.1.* l.*57.de man. teſtam.*

7. Expreſſo vitiato vitiatur etiam tacitum in eo comprehenſum, l.3.§.*f.in fin.de S.R.P.* l.12.§.1.*de bon.auct.jud.l.f.de conſt.pec.*

EXTINCTUM. 1. Extinctum ſemel, amplius non reviviſcit, l.*3.*§.*9.de bon.lib.* l.*26.*§.2.*de A.R.D.*l.*6.*§.3.*de* R.*D.* l. *83.*§.3.*de V.O.*

F.

FACTUM. 1. Facere per ſe videtur, qvi per alium facit, *c.77. de R.J. in 6.* l.1. §.*ff.de vi arm.* l.§.3.*de adm.tut.* l. *5. C.de accuſ.c.72.de R.J.in 6.*

2. Qvi lege permittente facit, non punitur, l. *4.C. ad L. Jul. de adult.*

3. Faciendi verbo continetur & non factum, l.*189. de V. S. ubi Gœdd.*

4. Illud ſolum fieri rectè dicitur, qvod jure commodè & honeſtè fit, *c.22. qv.2. cap.faciat.15. c.cum teneamur. 6. X. de prabend. c.5. O. de jure patron.* l. *125. de V. S.* l. *ult. de cond. inſt.*

5. Factum non attenditur, ſed qvod debuit fieri, l.13.*C.de ſent.& interloc.*

6. Factum unius non debet alteri nocere, l. *27.* §.4. *de pact.* l.*57.* §.*5.de nov. oper. nunc.* l.*44.de har. inſt.* l.*27. de R. J.* l.*155.eod.*

7. Factum non præſumitur niſi probetur, l.*12.*§.2.*de capt. & poſtl.*l.*9.C. de collat.*l.1.*C.de probat.*

8. Verum eſt, neqve pacta neqve ſtipulationes factum poſſe tollere: qvod enim impoſſibile eſt, neqve pacto, neqve ſtipulatione poteſt comprehendi, ut utilem actionem, aut factum efficere poſſit, l.*31.de R. J.*

FA-

FAVOR. 1. Favore qvod conceditur, non retorqvetur in odium, l.25.*de Legib.* l.6.*Cod.eod.* c.61.*de R.J.in 6.*

2. Favori ſuo qvilibet renunciare poteſt, l.29.l.*pen.C. de pact.* l.46.*eod.*l.77.§.17.*de leg.*2. l.41.*de minor.* l.71. *ad L.Falcid.* l.13.*C.de fideicommiſſ.* l.2.*C.ut in poſſ.leg.* l.*pen.C. de Epiſc. & Cler.*

3. Favores ſunt ampliandi, l.19.*de lib.& poſthum.* c.15. *de R.J.in 6.*

FICTIO. 1. Fictio idem operatur qvod veritas, l.1.*de adopt.* l.44.*de excuſ.tut.* c.14.*& ſeq.de cler.non reſid.*

2. Omnis fictio eſt reſtringenda, nec ultra caſus expreſſos extendenda, & intelligenda, qvò minùs tertius lædatur; *Pruom.conſ.n.*238. *Forſter.*2.*obſ.*25.

3. Fictio juris naturam imitatur, in qvantum poteſt, l.15. §.3.l.16. *de adopt.*

FIDES. 1. Bona fides tantundem poſſidenti præſtat, qvantum veritas, qvoties lex impedimento non eſt, l.136. *de R.J.* l.48.§.1.*de A.R.D.* l.25.§.1.*ff. de uſur.*

2. Fidem frangenti fides non eſt ſervanda, l.1.§.1. *de inoff. teſt.* l.54.§.*Locat.* l.16. *de tranſact.* l.1.§.8.*de act.emt.* l.21. *C. de pact.*

3. Qvi auctore judice comparavit, bonæ fidei poſſeſſor eſt, l.137.*de R.J.*l.12.*de acq.poſſ.*

FILIUS. 1. Filiusfam. in publicis muneribus pro patrefam. habetur, l.14.*ad SC.Treb.*l.27.l.78. *de judic.*

2. Velle non creditur, qvi obſeqvitur imperio patris, vel domini, l.4.*de R.J.*

3. Filiusfamilias neqve retinere, neqve recuperare, neqve adipiſci poſſeſſionem rei peculiaris videtur, l. 93. *de R.J.*

4. Qvæ legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum transeunt, eorum commodum per nos his, qvorum in poteſtate ſumus, eodem caſu acqvirimus, aliter atqve qvod ſtipulati ſumus. Nam & ſub conditione ſtipulationes, omnimodò eis acqvirimus, etiamſi liberatis nobis poteſtate domini, conditio exiſtat, l.18.*de R.J.*

5. Si filiusfam. ſub conditione ſtipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit: qvia in ſti-

pu-

pulationibus id tempus ſpectatur, qvo contrahimus, l. *18. de R.J.* l. *78. de V.O.*

FISCUS. 1. Plerumqve fit, ut etiam ea, qvæ nobis abire poſſint, proinde in eo ſtatu ſint, atqve ſi non eſſent ejus conditionis, ut abire poſſent; & ideò, qvod fiſco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & ſervitutem in prædio imponere poſſumus, l. *205. de R.J.*

FORMA. 1. Forma in aliqvo actu ſervanda, ſi in illo deficiat, actus eſt nullus, l. *55.* l. *44.* §. *3. de condit. & dem.* l. 1. *& 2. C. qvand. provoc. non eſt nec.*

2. Forma non poteſt per æqvipollens adimpleri, l. 3. §. *f.* l. *33. de jurejur.*

FRUCTUS. 1. Cùm & verbum *Reſtituas* lege invenitur, etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen etiam fructus ſunt reſtituendi, l. 173. §. 1. *ff. de R. J.*

FRUSTRA. 1. Fruſtra nihil debet intelligi poſitum, ſed omnia verba debent aliqvid operari, l. *109. de leg.*

FURIOSUS. 1. In negotiis contrahendis alia cauſa habita eſt furioſorum, alia eorum qvi fari poſſunt, qvamvis actum rei non intelligerent. Nam furioſus nullum negotium contrahere poteſt: pupillus omnia, tutore auctore, agere poteſt, l. *5. de R. J.* l. *63. de Acqvir. her.* l. *2.* §. *3. de jur. codic. t. t. ff. de curator. fur.* §. 1. *I. qvib. non eſt perm. fac.* l. *5. Cod. de codic.*

2. Furioſi, vel ejus, cui bonis interdictum eſt, nulla voluntas eſt, l. 43. *de R. J.*

3. Furioſus abſentis loco eſt, l. *124. de R. J.*

4. Furioſus comparatur ignoranti, l. *16.* §. *2. in fin. Qvi teſt. fac.*

FUTURUM. 1. Futura contingentia ſunt incerta apud nos, unde dicimus, de futuris contingentibus non eſt determinata veritas, l. *84. de acqv. her.* l. *31. ad L. Aqvil.* l. *13.* §. *2. de damn. inf.*

G.

GEMINATIO. 1. Geminatio actûs ſeu verborum, majorem

jorem deliberationem, & enixam voluntatem manifeſtè inducit, l. *22. ad SC. Trebell. Auguſt. Barboſ. locuplet.* l. *7. c.* 1. *axiom.* 1.

GENERALIS. 1. Generaliter dictum, generaliter debet intelligi, l. 1. §. 1. *de Legat. praſt.* l. *ult. C. de dot. prom.*

2. Generalis diſpoſitio omnes ſpecies comprehendit, & expreſſio generis continentis ſpecies, operatur idem, ac ſi ſingulæ ſpecies eſſent expreſſæ, l. *79. de leg.* 3. l. *51. ſub fin. de adm. tut.* l. 4. *poſt pr. C. de praſcr. 30. vel 40. ann.*

3. Generalis diſpoſitio non extenditur ad non veriſimilia, non cognita, non cogitata, illicita, neqve ad ea, qvæ ſpecialiter qvis non expreſſit, l. *1. Cod. qva res pign. obl.* l. *34. de R. N.*

4. Generalis mentio idem operatur qvoad omnia, qvod ſpecialis qvoad ſingula, l. *79. de leg. 3. l. 51. de adm. tut.*

5. Generi per ſpeciem derogatur, l. *80. de R. Jur.* l. *41. de pœn. c. 1. cap. paſtoralis.* §. *qvoniam de Reſcript. cap.* 1. *de* R. *Juris in 6.*

6. Genus includit omnes ſpecies ſub genere comprehenſas, l. *4. C. de praſcr. 20.* l. *147. de R. J.*

7. Genus perire non poteſt, l. *30.* §. *5. ad L. Falc.* l. *10. C. de jur. delib.* l. 11. *C. ſi cert. pet.*

GRAVARE. 1. Gravare non poſſum, qvem non honoro, l. *9. C. de fideicommiſſ.* l. *22. de adopt.* l. *67.* §. *1. de leg. 2.* l. 1. §. *6. de leg. 3.*

2. Gravari nemo debet alterius odio, l. *74. de R. J.* l. *33. in fin. C. de inoff. teſt. c. 22. de* R. *J. in 6.*

3. Gravatus unq, in alio debet relevari, l. *30. de jurejur.* l. *6. de jur. dot.* l. *10. de R. J.*

H.

HÆRES. 1. Hæres non poteſt aut debet facto defuncti contravenire, l. *1. de reb. cred.* vel factum ejuſdem impugnare, l. 14. *C. de R. V.* l. *7. C. de neg. geſt.* l. *24. C. de donat.* l. *114.* §. *3. de leg. 2.* l. *10. C. de ſolut.* l. *2. C. de bon. auth. jud. poſſi*

2. Hæres una eademqve perſona cum defuncto putatur, *N.* 48. *c.* 1. l. 14. *C. de* R. *V.* l. *3. C. de reb. alien. non alien.* l. *2. C. de act. har.*

3. Hæ-

3. Heres non eſt, qvi coactus hereditatem adit, §. *Inſtit. per qvas perſ. cuiqve. acqvir.* l. 6. §. *ult. de acqv. her.*

4. Heres ſemel factus nunqvam poteſt deſinere eſſe heres, l. 7. §. 10. *de minor.* l. 4. *de her. inſt.*

5. Hæres hæredis per multas ſucceſſiones etiam primi defuncti hæres eſt, l. 194. *de Reg. Jur.* l. 170. *de V. S.* l. 95. l. 70. *eod.* l. 10. *Cod. de inoff. teſt.* l. *ult. C. de her. inſtitut.* l. 6. §. *f. de inoff. teſtam.*

6. Hæredem ejusdem poteſtatis jurisqve eſſe, cujus fuit defunctus, conſtat, l. 59. *de R. J.* l. 62. *eod.* l. 119. *de V. S.*

7. Cùm qvis in alterius locum ſucceſſerit, non eſt æqvum ei nocere hoc, qvod adverſus eum non nocuit, in cujus locum ſucceſſit, l. 156. §. 2. *de R. J.* l. 3. §. 2. *De itin. actuq. priv.*

8. Qvod ipſis, qvi contraxerunt, obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit, l. 143. *de R. J.*

9. Non debeo melioris conditionis eſſe, qvàm auctor meus, à qvo jus in me tranſit, l. 175. §. 1. *de R. J.*

10. Qvi in jus vel dominium alterius ſuccedit, jure ejus uti debet, l. 177. *de R. J.*

11. Nemo plus commodi heredi ſuo relinqvit, qvàm ipſe habuit, l. 120. *de R. J.*

12. Hi, qvi in univerſum jus ſuccedunt, heredis loco habentur, l. 128. *de R. J.*

13. Prætor bonorum poſſeſſorem hæredis loco in omni cauſa habet, l. 117. *de R. J.*

14. Omnia ferè jura heredum perinde habentur, ac ſi continuò ſub tempus mortis heredis extitiſſent, l. 193. *de R. J.* l. 45. *de acq. her.* l. 31. §. 5. l. 44. §. 3. *de uſucap.*

15. Uni duo pro ſolido heredes eſſe non poſſunt, l. 141. §. 1. *ff. de R. J.*

16. Ea, qvæ in partes dividi non poſſunt, ſolida à ſingulis heredibus debentur, l. 192. *de R. J.* l. 2. l. 85. §. 2. *de V. O.* l. 17. *de ſervitut.*

17. Non vult heres eſſe, qvi ad alium transferre voluit hereditatem, l. 6. *de R. J.*

18. Plerumqve tam heredibus qvàm nobismet ipſis cavemus, l. 9. *in fin. ff. de probat.*

19. In hæredem non ſolent actiones transire, qvæ pœnales ſunt ex maleficio: veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum, l. *111*. §. 1. *de R. J.*

20. Sicuti pœna ex delicto defuncti hæres teneri non debeat: ita nec lucrum facere, ſi qvid ex ea re ad eum perveniſſet, l. *38*. *de R. J.* l. 16. §. 2. *Qvod met. cauſ.* l. 1. *C. de del. def.* l. 5. *ff. de calumn.*

21. Cùm Prætor in hæredem dat actionem, qvatenus ad eum pervenit: ſufficit, ſi vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti, l. *127*. *de R. J.*

22. Toties in hæredem damus de eo, qvod ad eum pervenit, actionem, qvoties ex dolo defuncti convenitur, non qvoties ex ſuo, l. *44*. *de R. J.*

23. Pœnalia judicia ſemel accepta, in heredes transmitti poſſunt, l. *164*. *de R. J.*

24. Lite conteſtata ex omnibus cauſis actiones in heredem ſimilesqve perſonas transeunt, l. *87*. *de R. J.* l. 33. l. *58*. *de O. & A.*

25. In contractibus, qvibus doli præſtatio, vel bona fides ineſt, hæres in ſolidum tenetur, l. *152*. §. *3*. *de R. J.*

26. In contractibus ſucceſſores ex dolo eorum, qvibus ſucceſſerunt, non tantùm in id, qvod pervenit, verùm etiam in ſolidum tenentur: hoc eſt unusqvisqve pro ea parte, qvæ heres eſt, l. *157*. §. *2*. *ff. de R. J.*

H.

HÆREDITAS. 1. Hæreditas nihil aliud eſt, qvàm ſucceſſio in univerſum jus, qvod defunctus habuit, l. *62*. *de R. J.*

2. Omnis hereditas, qvamvis poſtea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur l. 138. l. 193. *de R. J.*

3. Hæreditas vicem perſonæ ſuſtinet, *pr. I. de ſtip. ſerv.* §. 2. *I. de her. inſt.* l. 31. §. *1. eod.* l. *61*. *de A. R. D.* l. *6. C. depoſ.* l. *38*. *de R. J.*

4. Hæreditas non pactionibus, ſed teſtamentis & legibus defertur, l. *15*. *C. de pact.* l. *ult. de ſuis & leg.*

5. Hereditas non adita non transmittitur, l. *1*. §. *& in noviſſimo C. de ead. toll.* l. *un. C. de his qvi ant. ap. tabb.* l. *7*, *C. de jur. delib.*

6. He-

6. Hæreditas qvamdiu jacet poſſeſſio eſt nullius, l.*1*. §. 15. *Si is qvi teſt. lib.*

7. Hereditatis aditio non tam facti qvàm animi eſt, l.*2*. *de acq.her.* §.*f.l.de her.qval.*l.*6.C. de jur.delib.*

HONESTUM. 1. Non omne qvod licet, honeſtum eſt. l.*144.pr.de.R.J.*

2. Id qvod honeſtum potius, qvàm qvod utile eſt, ſeqvi debemus, l.*197*.l.*144 de R.J.*

I.

JACTATIO. GLORIATIO. 1. Jactare ſuum nemo præſumitur, l.*35.de probat.*l.*qvi vas* §.*3. de furt.*

IGNORANTIA. 1. Nemo debet eſſe ignarus conditionis ejus, cum qvo contrahit, l.*19.de R.J.*

2. Ignorantia facti alieni juſta & probabilis excuſat, *c.*13. *de R.J.in 6.* affectata verò vincibilis, craſſa, improbabilis ſeu ſupina minimè excuſat, l.*1*.§.1.*de act.emt.*l.4.*C.de inceſt.nupt. c.*1.*de poſtul.Prælat.c.cùm in tua in 6. qvi matr. accuſ.poſſ.* l.*6. ff.de jur.& fact.ignor.*

3. Ignorantia juris regulariter non excuſat, *c.19. de R.J. in 6.*l.*6.C.de Legib.*

4. Ignorans nihil agere, nec conſentire cenſetur, l. 19. *de inoff.teſt.*l.*in repudianda ff.de acq.her.*

5. Ignorans non dicitur negligere, nec contemnere jus ſuum, l.*10.C.de donat.* l.*Si qvis* §.*4.in fin.ff.ad SC.Syllan.*l.*3. C. de Tabul.*l.*8.de his qvi not. infam.*

6. Ignoranti non currit tempus, l.*5.C. qvi adm.* ſicuti nec præſcriptio, l.1.§.*f.C. de ann.except.*

7. Qvi in alterius locum ſuccedunt, juſtam habent cauſam ignorantiæ, an id, qvod petitur, deberetur, l.*42. de R.J.* l.*5.ſub fin.ff. Si cert.pet.* l.*1.*§.*ult.Depoſ.*§.*4.Inſt. de uſucap.*

8. Non poteſt improbus videri, qvi ignorat qvantum ſolvere debeat, l.*99.de R. J.*l.1.§.*hæc verba ff. Si cui plus qvàm per L.Falc.*l.1.*C.de uſur.& fruct.leg.*l.*3.ff.de uſur.*

9. Hæc ita de hærede dicta ſunt, ſi cum eo agitur, non etiam ſi agat, l.*42. de R. J.*

10. Nemo videtur dolo exeqvi, qvi ignorat cauſam, cur non debeat petere, l.177.§.1.*de R. J.*l.*2.*§.*5.ff.de dol.mal.exc.*

11. Fidejuſſores qvoqve non minus, qvàm hæredes juſtam ignorantiam poſſunt allegare, l.*42.de R.J.* l. *29. pr.ff. Mandat.*

IMPEDIMENTUM. 1. Impedimentum non præſtat, qvod de jure non ſortitur effectum, *c.52.de R.J. in 6.*

2. Impedito agere non currit præſcriptio, l.1.*in fin. C. de ann.exc.*

3. Impedito non currit tempus, *d.l.*1.§.*fin. c.5. de conceſſ. preb.c.ult.de elect.*

IMPERITIA. 1. In qvolibet artis ſuæ imperito imperitia culpæ venit annumeranda, l.*132de R.J.*l.*7 ad L.Aqvil.*l.*9.* §.*5. Locat.* l.1.*ff. Si menſ.falſ.*l.*6.*§.*Sicuti de off.Prætor.* §.*6.7. 8.l.de L.Aqv.*

IMPOSSIBILE. 1. Impoſſibilium nulla eſt obligatio, l.*185. de R.J.*§.2.l.*de inut.ſtip.*l.1.§.*9.de O.& A.*l.35. §. 1. *de V.O.*l.*3.pr.ad SC.Syllan.*§.*10.I.de har.inſtit.*

2. Ea qvæ dari impoſſibilia ſunt, vel qvæ in rerum natura non ſunt, pro non adjectis habentur, *l.*135.l.*387.de* R.*J.* l.*9.* §.2.*de leg.2.*

3. Verum eſt neqve pacta, neqve ſtipulationes factum poſſe tollere: qvod enim impoſſibile eſt, neqve pacto, neqve ſtipulatione poteſt comprehendi, ut utilem actionem, aut factum efficere poſſit, *l.*31.*de R. J.*

4. Qvæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata ſunt, l.*188.*§...*de R.J.*

INCERTITUDO. 1. Incertitudo rei vitiat actum, ſeu diſpoſitionem, l.*5.*§.*f.de R.V.*l.30.*de teſtam.tut.*l.*115.*l.75.§.*1. de leg.1.* l.*69.*§.4.*de jur.dot.*§.*25.I.de legat.*

INCLUSIO. 1. Incluſio unius eſt excluſio alterius, l. *12.de judic* l.21.*C.de procur.* l.*2.C.de pignor.*l.7. §.10. *de minor.* l.*22 de LL.* l.11 §.*ult.de dign.act.*l.14.*ut in poſſ.leg.*

INCOGITATUM. 1. Ad incogitata diſpoſitio non extenditur, l.*9.*§.*1.& ult.ff.de transact.* l.15.*de pact.* l. *19. de inoff. teſt.*

INDEBITUM. 1. Cùm ampliùs ſolutum eſt, qvàm debeatur, cujus pars non invenitur, qvæ repeti poſſit, totum eſſe inde-

indebitum intelligitur, manente priſtina obligatione, l. *84. de R. J.* l. *26.* §. 4. *de cond. indeb.* l. *26.* §. *6. eod.*

2. Cujus per errorem dati repetitio eſt, ejus conſultò dari donatiò eſt, l. *53. de R. J.*

INDEFINITUM. 1. Indefinita æqvipollent univerſali, l. *24. de ſerv. urb.* l. *43.* l. 44. *de leg.* 2. l. *98. de leg. 3.* l. *60. de leg. 2.* l. *6.* §. 1. *de inj. rupt. irr. teſt.* l. 2. *de lib. & poſth.*

INFINITAS. 1. Infinitas eſt vitanda, l. *13.* §. *ult. de damn. inf.* l. 11. §. *18. de leg. 2.* l. *f. C. de SS. Eccleſ.* l. *un. C. de ſent. quæ pro eo.*

INITIUM. 1. Qvæ ab initio utiliter conſtituta ſunt durant, licèt in eum caſum devenerint, à qvo incipere non potuerunt, l. *85.* §. 1. *de R. J.*

IMPUBES. 1. Impubes omnibus officiis civilibus debet abſtinere, l. *2.* §. 1. *de R. J.*

INJURIA. 1. Injuria abſqve animo injuriandi non committitur, l. *3.* §. *1. de injur.* l. *5. C. eod.* l. *11. pr. ff. d. t.*

2. Injuria non fit ſcienti & volenti, l. *1.* §. *5. de injur.* l. *145. de R. J. c. 28. eod. in 6.* l. *1. de act. emt.*

INNOCENTIA. 1. Innocentia nullo modo eſt punienda, l. *5. pr. de pœn.*

INOPIA. 1. Inopia & paupertas debitoris inanem conſtituit intentionem, l. *6. de dol.*

INSTITUTIO. 1. Qvæ ab initio inutilis fuit inſtitutio, ex poſt facto convaleſcere non poteſt, l. *210. de R. J.*

INTENTIO. 1. Intentionis ſuæ fundamentum qvilibet probare tenetur, l. 23. *Cod. de probat.* l. *4. Codic. de edend.*

2. Actus agentium non operantur ultra intentionem eorum, l. 19. *pr. ff. Si cert. pet.*

3. Intentio, & animus qvalis fuerit à principio ex poſteà geſtis declaratur, l. *7.* §. *7. ad SC. Maced.*

INTERESSE. 1. Qvatenus ejus interſit, in facto, non in jure conſiſtit, l. 27. *de R. J.*

2. Intereſſe difficilis eſt probationis, l. *ult. de prat. ſtip.*

3. Qvorum intereſt, ii ad actum neceſſariò ſunt adhibendi, l. *39. de adopt.* l. 47. *de re jud.*

4. Intereſſe ceſſante, non auditur agens, *l.27.§.4. de pact.* l. *11.*

INTERPRETATIO. 1. Interpretationi ejus in qvavis diſpoſitione omnibus modis ſtandum eſt, qvi dixit vel ſermonem protulit, l.11.*de LL.*l.*66.de judic.*l.43.*pr. de Vulg.& pup.*

2. Interpretatio ea recipienda eſt, qvæ ſententiæ Legislatoris congruit, licèt verba id non patiantur, l.*11. de in jus voc.* *§.15.1.ad L. Aqvil.*

3. Interpretatio qvævis, qvæ iniqvitatem continet, rejicienda eſt, eaqve amplectanda, qvæ æqvitatem ſapit, l. *16. de condit.& dem.c.2.X.de R.J.c.21.X.de V.S.*

4. Interpretari actum eſt ejus, cujus eſt condere, ſeu illum facere, l.*9.de LL.* l.*9.* l.*12.C.eod.*l.43.*de Vulg.ſubſt.c.12. de judic.*l.*31.de ſent.excomm.*

5. Interpretatio facienda eſt, ne diſpoſitio fiat eluſoria, l.*3.de milit.teſt.*l.*109.de leg.1.*

6. Interpretatio facienda eſt ſecundùm mentem diſponentis, ſi de mente apparere poteſt. Si de mente non conſtat, attenditur veriſimilitudo. Ceſſante veriſimilitudine,& conjecturis, recurrimus ad meram ſignificationem verborum, & ſi apparet, ea eſt tenenda, l.*69.de leg.*3.l.*4.§.6.de damn.inf.Card. Tuſch.lit.I.concl.330.*

IRA. 1. Qvicqvid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum eſt, qvàm ſi perſeverantia apparuit, judicium animi fuiſſe: Ideoqve brevi reverſa uxor nec divertiſſe videtur, l.*48.de R.J.*

INVITUS. 1. Qvod cuiqve pro eo præſtatur, invito non tribuitur, l.*156.§.4. de* R.*J.*

2. Invitus nemo agere cogitur, l.*un. Cod. ut nem. invit.*

JUDEX. 1. Judex veritatem diligenter inveſtigare tenetur, *Auth.qvi ſemel.C.qvom.& qv. jud.*l.2.*C.de edend.* l.*19. de pœn.* l.*f.C.de probat.*

2. Judex in re propria qvis minimè eſſe poteſt, l.*10. de juriſd.* l.*10. de teſtib.* l.*ult.* §.*pen.C.ubi Senat.vel Clar.* l.*un.C. ne qvis in ſua cauſ. jud.*

3. Judex non communicat officium ſuum niſi imploratus, l. 4.

l.4.§.2.*de damn.inf.*l.1.*C.ut q*ua *deſ. ad*v. *jud.ſuppl.* l. 73. *de judic.c.*4.*de poſtul.Prælat.*

4. Judex non debet eſſe clementior lege, *N.82.c.10.*l.*ult. C.de comperſ.* nec etiam ſeverior, l.*3.in fin.C.de apoſtat.*l.*3.*§.*f. C. arb. tut.*

5. Judex fatuus reputatur, qvi ultra petita judicat, l. *ult. C.de fideic. lib.*l.*18.ff.comm. di*v.

6. Pro judice ejusqve proceſſu jura ſemper præſumunt, l.*1.in fin. de offic. præſ.*l.*2.*§.*20.de* v*i bon.rapt.*l.*2.C.de acq.poſſ. c.6.de renunciat. c.10.in fin.de ſent. & re jud.*

7. Factum à judice, qvod ad officium ejus non pertinet, ratum non eſt, l.*170.de R.J.*

8. Qvi auctore judice comparavit, bonæ fidei poſſeſſor eſt, l.137.*de R.J.*l.*12.de acq.poſſ.*

9. Qvi juſſu judicis aliqvid facit, non videtur dolo malo facere qvi parere neceſſe habet, l.*167.ff.de* R.*J.*l.*169.eod.*

10. Omnia, qvæcunqve cauſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt, l.*7. de R.J.*

11. Ubicunqve cauſæ cognitio eſt, Prætor deſideratur, l.*105.de R.J.*

JUDICIUM. 1. Judicium ubi cœptum eſt, ibi finiri debet, l.*30.ff.de judic.*l.*7.eod.* l.*pen.de jurisd.*

2. Judiciis qvaſi contrahitur, l.*3.*§.*11.de pecul.* l. *2. de prætor. ſtip.*

3. Nemo de domo ſua extrahi debet, l.*103. de R.J.*

4. Ubi lex duorum menſium facit mentionem, & qvi ſexageſimo & primo die venerit, audiendus eſt, l. *101.de R. J.*

5. Non ſolet deterior conditio fieri eorum, qvi litem conteſtati ſunt, qvam ſi non: ſed plerunqve melior, l.*86. de Regulis Juris.*

6. Nemo enim in perſeqvendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Deniqve poſt litem conteſtatam hæredi qvoqve proſpiceretur, & hæres tenetur ex omnibus cauſis, *l.67. de R.J.*

7. Res judicata pro veritate accipitur, l.*207.de R.J.*

8. Ii, qvi ex libertate conveniuntur, in id, qvod facere poſſunt, condemnantur, l.*35.de R.J.*

9. In condemnatione perſonarum, qvæ in id, qvod facere poſſunt, condemnantur, non totum, qvod habent, extorqvendum eſt; ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant. l.173. *de R. J.* §.37. *& ſeqq. Inſt. de act.*

10. Perſonarum acceptio in judiciis non eſt habenda, *c.* 12. *de R. J. in 6.*

JURAMENTUM. 1. Juramentum, qvod ſine diſpendio ſalutis ſervari poteſt, ſervandum eſt, *c.28. X. de jurejur. c.2. eod. in 6. Auth. Sacramenta C. ſi adv. vend.*

2. Juramentum, ſi conſenſus deficit, nihil operatur, l. *ult. C. de non num. pec.*

3. Juramentum cenſetur eſſe perſonale nec perſonam jurantis egredi, *c.14. X. de jurej.*

4. Juramenta ſunt intelligenda ſecundùm intentionem jurantis, *c. human. 11. 22. q. 5. Innoc. in c. Veniens de jurej.*

5. Juramentum non extenditur ad incogitata, l.9. *de transact.* l.29. *de inoff. teſt.* l.ſ. *C. de non num. pec.* l.*f. ad munic.* *c.16. c. 23. c. 7. X. de jurejur.*

6. Juramentum regulatr ſecundùm naturam actus, cui adjicitur, l. *ult. C. de non num. pec.* l.11. §.2. *de jurejur.* l.*f. qvi ſatisd. cog. 1. c. 25. de jurejur.*

7. Juramentum non auget obligationem, ſed ei intra ſuos limites manenti addit religionis vinculum, l.*f. Cod. de non num. pec.* l.54. *ad SC. Treb.*

8. Juramentum debet impleri in forma ſpecifica, *c. ad noſtram l. 1. de jurejur.*

9. Juramentum non debet eſſe vinculum iniqvitatis, *c. cum contingat. de jurejur. c.18. eod. c. inter cætera 25. q. 4.*

JUS. 1. Jus ſemel extinctum ampliùs reviviſcere non poteſt, l.60. §.8. *de ſolut.* l.24. *de O. & A.* l.83. §.4. *de V. O.* l. 10. §.1. *qvemadm. uſufr. amitt.* l.3. §.9. *de bon. lib.* l.23. *de R. V.* l.26. §.2. *de acqvir. dom.* l.6. §.*f. de* R. D. *l. pen. Cod. de rem pignor.*

2. Jus ſemel alicui acqviſitum ei invito rurſum auferri non poteſt, l.*f. de pact.* l.53. *pr. de judic.*

3. Jus qvæſitum fortiùs eſt, qvàm jus qværendum, l.45. §.1. l.46. *de leg. 2.*

4. A

4. A jure communi conceſſum fruſtra precibus impetratur, l. 1. *ff. ad munic.* l. *30. de priVil. cred.* l. *1. C. de theſaur.*

5. Jure diverſo una eademqve res cenſeri non debet, l. *28. de uſucap. c. cognoVimus. 29. 12. qV. 2. c. 22. de priVileg. c. 30. de decim.*

6. Jure ſuo qvi utitur, nemini facit injuriam, l *13. §. 1. de injur.* l. *3. §. is tamen ff. de lib. hom. exh.* l. *33. de injur.* l. *2. de damn. inf.*

L.

LEGATUM. 1. Qvæ legata mortuis nobis ad hæredem noſtrum transeunt, eorum commodum per nos his, qvorum in poteſtate ſumus, eodem caſu acqvirimus, aliter atqve qvod ſtipulati ſumus. Nam & ſub conditione ſtipulantes, omnimodò eis adqvirimus, etiam ſi liberatis nobis poteſtate domini conditio exiſtat, l. *18. de R. J.*

2. Abſurdum eſt, plus juris habere eum, cui legatus ſit fundus, qvàm hæredem, aut ipſum teſtatorem, ſi viveret, l. *160. §. 2. de R. J.*

LEGITIMA. 1. In legitima pater filio præjudicare non poteſt, l. *30. C. de inoff. teſt. num. 115. §. caterum. auth. ut cum de appell. cognoſc.*

2. Nulla valet diſpoſitio patris, per qvam fiat fraus legitimæ, l. 6. l. 8. *C. de inoff. teſt.* l. *7. pr. de bon. damn.*

3. Legitima non teſtatoris judicio, ſed ſolius legis beneficio obvenit & debetur, l. *30. §. 1. C. de inoff. teſt.* l. *6. pr. C. de ſec. nupt.* NoV. *1. in praf. & §. 2.*

4. Legitima loco alimentorum ſurrogata eſt, *n 18. c. 3.*

LEX. 1. Qvæ contra leges fiunt, ea ipſo jure ſunt nulla, l. *5. C. de LL.* l. *47. de fidejuſſ.*

2. In leges, qvæ ſanctæ ſunt, nulla ſuſpicio calumniæ cadere poteſt, l. *9. §. 3. de R. D.*

3. Nihil temerè & absqve lege aſſerere debemus, l. *19. C. de collat.* l. *5. C. de repud.* l. *13. §. 7. de excuſ. tut. NoV. 18. c. 5.*

4. Lex generaliter & ſimpliciter ſeu indiſtinctè loqvens, generaliter eſt intelligenda, l. *8. de public. in rem act.* l. *15. §. ult. de teſtam. mil.* l. *1. §. 1. de leg. praſt.* l. *1. §. 3. de aleat.* l. *ult in fin. C. de dot. prom.*

Sſ 5 5. Lex

5. Lex ubi non diſtingvit, nec nos diſtingvere debemus, l.32.*de rec.arb.*l.3.*de off.præſ.*l.2.§.1.*de judic.*l.7.*de poſtul.*l.1.§.1.*de leg.præſt.* l.11.*de in jus voc.*l.71.§.5.*de acq.her.l.un Cod.q̃vi pro ſua juriſd.*

6. Legis verba cui non conveniunt, non convenit ejus diſpoſitio, l.4.6.*de damn.inf.*l.21.*de teſt.mil.*l.5.*pr.ff. de adm. tut.* l.12.§.4.*de accuſ.* l.1.§.5.*de aq.q̃vot.*l.63.*de leg.*1.l.6. §.2.*de jur.patron.* l.2.*C.comm.de leg.*

7. Ceſſante legis ratione, ceſſat qvoqve ejus diſpoſitio, l.13.*de adopt.*l.32.*de pact.* l.*ad SC.Syllan.*l.15.§.7.*ad L. Iul. de adult.*l.6.§.2. *de jur.patron.*

8. Lege permittente qvod fit, dicitur juſtè & benè fieri, *l.* 17.§.12.*de adil.edict.c.q̃vid dicam,*11.*q* 4.

9. Mens legis magis attendenda, qvam verba, l.17.*de LL.* l.69.*de leg.*3.l.6.§.1. *de V.S.*

10. Lex qvantumcunqve dura, eſt ſervanda, l.12.§.1.*ff.q̃vi & à q̃vib.*l.10.*C. de LL.*

11. Legis auxilium fruſtra invocat, qvi committit in legem, l.37.§.1. *de minor.* l.15.*C de jud.c* 33.*de elect.c.ult. de immun.Eccl.c.*45.*c.*25.*de ſentent.excomm.c.*14.*de uſur.*

LIBERALITAS. 1. Liberalitas ſua nemini debet eſſe damnoſa, l.3.*pro donat,* l.50.*de re jud.*

2. In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit, l.18. *de adm. leg.*

3. Liberalitatem non dicitur exercere, qvi debitum ſolvit, l.50.*de rit.nupt.*l.84. *de her.inſtit.*

LIBERATIO. 1. Qvibus modis obligamur, iisdem ferè & in contrarium actis liberamur, l.113.*de R. J.*l.35.l.100. *eod.* l.80.*de ſolut.*

2. Ad liberandum propenſiores eſſe debemus. l.47.*de O. & A.*l.39.§.9.*de leg.*1. l.46.*de leg.*2. l.29.§.1.l.75.*de leg.*3. l.83. §.3. l.109.*de V.O.* l.1.*de jur.dot.*

LIBERI. 1. Si qvis prægnantem uxorem reliqvit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe, l.187.*de R. J.*

2. Liberi reipublicæ magis qvàm parentibus nati ſunt. l. 1.§.14.*de ventr. in poſſ.mitt.*

LIBERTAS. 1. Libertas inæſtimabilis res eſt, l.160. *de Reg.Jur.*

2. In-

2. Infinita eſt æſtimatio libertatis, & neceſſitudinis, l. 176. §.1. *de R. J.*

3. Libertas omnibus rebus eſt favorabilior. l.122. *de Regulis Juris.*

4. Qvoties dubia interpretatio libertatis eſt ſecundùm libertatem reſpondendum erit. l.20. *de R. J.*

5. In obſcura voluntate manumittentis, favendum eſt libertati, l.179. *de R. J.*

6. Libera qvælibet res præſumitur à ſervitute, l.24. §. *ult.* l. *Proculus ff. de damn. inf.* l.4. l.8. *C. de ſerv. & aq. pr. Inſt. de libertin.*

LITES. 1. Pro lite nemo mortis periculum ſubire cogitur, l.2. § 3. *Si qvis caut.* l.34. §.1. *de donat.*

2. Lites abbreviari publicè intereſt, l.13. *C. de judic.* l.*f. pro ſuo.* l.2. *C. de re jud. l.2. pr. de aq. pluv. art.*

LOCUPLES. LUCRUM. 1. Locupletior non eſt factus, qvi libertum acqviſierit, l.126. §.1. *de R. J.*

2. Qvilibet præſumitur bona ſua ex propria induſtria acqviſiviſſe, non ex alieno rapuiſſe, l.10. *C. arb. tut.*

3. Qvod tibi non nocet, & alteri prodeſt, facilè concedendum, l.5. §.8. *de aq. pluv. art.*

4. Lucrum qvod lege datum eſt, privatus auferre non poteſt, *N.22. c.33. in fin.*

5. Duæ lucrativæ cauſæ in una eademqve perſona circa eandem rem non poſſunt concurrere, §.6. *I. de Legat.* l.108. §.4. *de leg.* 1. l.66. §.1. *de leg. 2.*

6. Locupletari nemo debet cum alterius damno, l.14. *de cond. indeb.* l.15. §.*f.* l.66. *eod.* l.50. *de act. emt.* l.206. *de R. J. cap.* 47. *eod. in 6.*

7. Lucrum non acqvirere unicuiqve licet. l.6. *ff. qva in fraud. cred.* l.134. *de* R. I. l.5. *de bon. int. vir.*

8. Lucrum non debet qvis capere ex eo, qvod exiſtit impugnare, *c.38. de* R. *I. in 6. c.20. de cenſib.* l.7. *C. de pact. int. emt.*

9. Qvotiescunqve utriusqve cauſa lucri ratio vertitur, is præferendus eſt, cujus in lucrum cauſa tempore præcedit, l.98. *de R. I.*

10. In

10. In re obſcura melius eſt favere repetitioni, qvàm adventitio lucro, l.41.§.1.*de R. J.*

11. Cùm de lucro duorum qværatur, melior eſt cauſa poſſidentis, l.*126.§.1.de R. J.*

12. Ex qva perſona qvis lucrum capit, ejus factum præſtare debet, l.*149.de R.J.*

13. In eo, qvod vel is, qvi petit, vel is. à qvo petitur, lucro facturus eſt, durior cauſa eſt petitoris, l.*33. de R. J.*

M.

MAGISTRATUS. 1. Non eſt ſingulis concedendum, qvod per magiſtratum publicè poſſit fieri, ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi, l.*170.pr.de* R.*J.*

2. Non poteſt dolo carere, qvi imperio magiſtratus non paruit, l.*199.de R.J.t.t.ff.Si qvis jus dic.non obtemp.*

3. Nemo poteſt gladii poteſtatem ſibi datam, vel cujus alterius coërcitionis ad alium transferre, l.*70. de R.J.* l.1. *de offic.ej.cui.*

MAJOR. 1. Majus cui conceditur, & minus concedi, videtur, l.*7.perf.de donat.*l.*19.de don.m.cauſ.l.21. de* R.*J.*

2. Refertur ad univerſos, qvod publicè fit per majorem partem, l.*160.*§.1.*de R.J.*l.3.§.*4.qvod cujusq; univ.* l.*19. ad municip.*

MALITIA. 1. Malitiis non eſt via aperienda, l.*8.*§.*20.de tranſact.* l.*11.in fin.C.de fideic.*l.*25.C.de legat.*

2. Malitiis non eſt indulgendum, l.*38.*§.*1.de R.V.*l.*2.Sol. matr.* l.*9 de ſervit.*

3. Ex malitia ſua nemo commodum reportare debet, l.33. *de* R. *V.*l.*12* §.1.*de furt.c.4.de conſtit.cap.15.c.23. de reſcript. cap.9.de dol.& contum.*

MALUS. 1. Malus ſemel ſemper præſumitur eſſe malus, l.7.§.*1.de accuſar.g.9.de præſumt.c.8.de R.J.in 6.*

MANDATUM. 1. Mandatum excuſat in levioribus eum, qvi parendi neceſſitatem habet, l.*10.*§.*ult. de his qvib. ut indign.*l.*13.ad L.Falc.*

2. Qvi aliqvid in ſe recepit, una omnia ſine qvibus illud expediri neqvit recepiſſe videtur, l.*2. de jurisd.*l.*3.*§.*ult. de S. R.P.*

3. Man-

3. Mandati fines exacta diligentia ſunt ſervandi, *l.5. Mandat. c.32. de offic. deleg.*

4. Semper qvi non prohibet pro ſe intervenire, mandare creditur; ſed & ſi qvis ratum habuerit, qvod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione, *l.60. de R. J.* l.6.§.2. l.18. *Mandat.* l.40. *ff.* l.6. *Cod. eod.*

5. Dejicit & qvi mandat, l.152.§.1. *de R. J.*

6. Is damnum dat, qvi jubet dare, ejus verò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe eſt, l.169. *de R. J.*

MATRIMONIUM. 1. Matrimonia debent eſſe libera, non coacta, *c.14. de ſponſal. c.10. de procur.*

2. Nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, l.30. *de R. J.*

3. Semper in conjunctionibus non ſolùm qvid liceat, conſiderandum eſt, ſed & qvid honeſtum ſit, l.197. *de R. J.*

METUS. 1. Nihil conſenſui tam contrarium eſt, qvi bonæ fidei judicia ſuſtinet, qvàm vis atqve metus, qvem comprobare, contra bonos mores eſt, l.116. *de Reg. Jur. t.t. Qvod met. cauſ.*

2. Vani timoris juſta excuſatio non eſt, l.184. *de* R. J. *Qvod met. cauſ.*

MINIMA. 1. Minima non ſunt in conſideratione, ſive, de minimis non curat Prætor, l. *de in integr. reſt.* l.4. *in fin. de adil. edict.* l.37.§.1. *de evict.* l.1. *Cod. ſi adverſ. vendit. pignor.*

MINUS. 1. In eo qvod plus ſit, ſemper ineſt & minus, l.110. *de R. J. §.8. inſt. mandat.* l.1.§.4. *de V. O.* l.27. §.3. *de rec. arb.* l 3.§. *de adim. vel transf. leg.*

2. Non debet, cui plus licèt, qvod minus eſt, non licere, l.21. *de* R. J. l.1. *pr.* l.63. *in fin.* l.7. l.8. *de precar.* l.168. *de* R. *l.* §. 8. l. *mandat.* l.1. l.7. *de ſerv. ruſt. pr.* l.8. §.13. *qvib. mod. pign. ſolv.*

MORA. 1. In omnibus cauſis pro facto accipitur id, in qvo per alium mora ſit, qvò minùs fiat, l.39. *de* R. *J.* l.9. *C. de pign. act.* l.7. *de uſur.* l.2. §. *ult. ff. Si qvis caut.* §. *Si rem ff. de eo per qvem fact.* l. *ult. C. de his qvi per met. judic. non appell.*

2. Mora

2. Mora cuiqve ſua, non alteri nocere debet, l. *173.* §. *2. de* R. *I. 155. eod.* l. *32.* §. *a. de uſur.*

3. Nulla intelligitur ibi mora fieri, ubi nulla petitio eſt, l. *88. de R. I.* l. *127. de V.O.*

4. Qvi ſine dolo malo ad judicium provocat, non videtur moram facere, l. *63. de* R. *I. 24. pr. de uſur.*

MORS. 1. Mors omnia ſolvit, l. *56.* §. *9. pro ſoc.* l. *15. C. mun.* l. *6. de publ. judic.*

2. Moriens nunqvam præſumitur immemor ſalutis æternæ. l. *f. C. ad L. Iul. repet.* l. *26. C. de nupt.*

MOS. 1. Mos regionis ſeu civitatis in rebus dubiis ſemper eſt attendendus, l. *34. de R. I.*

MULIER. 1. Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ ſunt: & ideò nec judices eſſe poſſunt, nec magiſtratum gerere, nec poſtulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores exiſtere. l. *2. ff. de R. I.*

2. Qvò tutela redit, eò & hæreditas pervenit, niſi cùm fœminæ intercedunt, l. *73. de* R. *I.*

3. Mulieribus tunc ſuccurrendum, cùm defendantur, non ut faciliùs calumnientur, l. *110.* §. *4. de* R. *I.*

MULTITUDO. 1. Multitudo peccantium non parit errori patrocinium, l. *46.* §. *ult. de jur fiſc.*

MUTUS. 1. Ubi non voce, ſed præſentia opus eſt, mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere; idem in ſurdo; hic qvidem & reſpondere poteſt, l. *124. de* R. *I.*

N.

NARRATIO. 1. Narratio facti non facit jus, *c. ex literis. 3. X. de fid. inſtrum.*

NATURA. 1. Naturam cujusqve rei præcisè intueri & ſeqvi convenit, §. *ſed naturalia Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* l. *6. de I. & I.* l. *3. de tutel.*

NECESSITAS. 1. Qvæ propter neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi, l. *162. de* R. *I.*

2. Temporaria permutatio jus provinciæ non innovat, l. *123.* §. *1. de* R. *I.*

3. Neceſſaria cauſa facit permiſſum id, qvod alias de jure eſſet prohibitum, l. *22. De his qvib. ut ind. c. 4. X. de* R. *I.*

4. Ne-

4. Neceſſaria omnia ad unum conceduntur, illi cui conceditur illud unum, *l.2.de juriſd.* l.*57.de procur.* l.1.§.1.*Si uſufr.pet.* l.*3.*§.*3.de ſerv.ruſt.præd.* l.*3.pro ſoc.*

5. Neceſſaria cauſa præſumitur potiùs, qvàm voluntaria, l.*41.*§.*11. de leg.* 3.

6. Neceſſitas non habet legem, ideò lex ſubjacet neceſſitati, non econtrario, l.*7.pr.de admin.tut.* l.11.§.*f.de exc.tut.* l.*5.de off.proc.* l.*6.de injuſt.rupt.* l.*1.C.de op.lib.* c.*3.de feriis.*

NEGLIGENTIA. 1. Ex negligentia ſua nemo commodum conſeqvi debet, l.*22.de furt.* l.*78.*§.*2.de leg.* 2.

2. Negligentia amittit qvis jus ſuum, *c.1.X. de. appell. c. 41. X.*

3. Negligentia unius alteri nocere non debet, l.*65. in fin. ff.de evict.* l.*3. de tranſact.* l.*74.de* R.*I.c.2,52. X. de elect.*

NOSTRUM. 1. Noſtrum qvod ſemel eſt, ampliùs noſtrum effici non poteſt, l.*15.de* R.*I.*l.3.§.*4.de acq.poſſ.*l.*14.*§.*1. de exc.rei jud.*

2. Noſtrum non poteſt à nobis ſine facto noſtro auferri, l.11.*de* R.*I.c.31.de elect.in 6.*

NOXA. 1. Noxa caput ſeqvitur, l.*18.de furt.* l.*20.* l.*ult. ff.* l.1.*C.de nox.act.* l.1.§.*14 ff.de poſſ.*

NULLUM. 1. Nullum ipſo jure eſt, qvod fit contra leges, l.*5.C.de LL.c.64.de* R.*I.in 6.* l.1.§.2. *Qvod qvisqve jur.*

2. Nullum qvod eſt, nullum producit effectum, l.*4.* §.*6. de re jud.* l.*8.*§.*2.de bon.poſſ.contr.tabb.* l.*2.de auct. tut.* l. 4. *C. de leg.hær.* l.*5.C.de legib.c.8.de jur.patron.*

O.

OBLIGATIO. 1. Obligatio non ex noſtra voluntate dependere, ſed propriis viribus ſubſiſtere debet, l.*27. de V.O.* l.22.§.1. *de* R.*I.*

2. Obligatio ex alterius conventione nemo poteſt, §.3. *Inſtit.de inut.ſtip.* l.*38 pr.&* §.*1.*l.*83.de V.O.* l.*11. de O.& A.*

3. Obligari nemo ſibi poteſt, l.*34.*§.*pen.de ſolut.*

